This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 07438831 9

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

SCRIPSERUNT ET COLLEGERUNT

C. G. COBET, T. J. HALBERTSMA, H. G. HAMAKER, H. VAN HERWERDEN, E. J. KIEHL, E. MEHLER, S. A. NABER, W. N. DU RIEU, S. H. RINKES.

VOLUMEN OCTAVUM.

1859.

LUGDUNI BATAVORUM,
E. J. BRILL.

1859.



INDEX

VOLUMINIS OCTAVI.

DISPUTATIONES.

Observationes Criticae in Aeschinis Orationes. Scr. H. G. Hamaker. Continuantur e *Mnem.* VII. 475. . . . . Pag. 1.
Ad Photii Lexicon. Scr. C. G. Cobet. Continuatur e *Mnem.* VII. 480. . . . . » 18.
Dinarchea. Scr. H. A. Kleyn. . . . . » 81.
Ἀταξια. Scr. I. Bake. . . . . Pag. 106, 184, 304, 421.
Annotationes ad Philostratum. Scr. C. G. Cobet. . . Pag. 117.
Annotationes Criticae ad Charitonem. Scr. C. G. Cobet. » 229.
Theophrasti Characteres e Codice Palatino-Vaticano CX. accuratissime expressi. Scr. C. G. Cobet. . . . . » 310.
Annotationes Criticae et Palaeographicae ad Iulianum. Scr. C. G. Cobet. . . . . » 341.
Verisimilia. Scr. S. H. Rinkes. . . . . » 437.

MISCELLANEA.

Antiphontis Libri περὶ ἀληθείας. Scr. C. G. C. . . . Pag. 420.
Vita Apollonii Tyanensis. Scr. C. G. C. . . . . » 77.
Babrii Fabulae fraudulenter a Minoide Myna suppositae. Scr. C. G. C. . . . . » 339.
Emblemata quaedam ex Cicerone sublata. Scr. C. G. C. » 454.

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

SCRIPSERUNT ET COLLEGERUNT

C. G. COBET, T. J. HALBERTSMA, H. G. HAMAKER, H. VAN HERWERDEN, E. J. KIEHL, E. MEHLER, S. A. NABER, W. N. DU RIEU, S. H. RINKES.

VOLUMEN OCTAVUM.

1859.

LUGDUNI BATAVORUM,
E. J. BRILL.
1859.



INDEX

VOLUMINIS OCTAVI.

DISPUTATIONES.

Observationes Criticae in Aeschinis Orationes. Scr. H. G. Hamaker. Continuantur e *Mnem.* VII. 475. . . . . Pag. 1.
Ad Photii Lexicon. Scr. C. G. Cobet. Continuatur e *Mnem.* VII. 480. . . . . » 18.
Dinarchea. Scr. H. A. Kleyn. . . . . » 81.
Ἀιακτα. Scr. I. Bake. . . . . Pag. 106, 184, 304, 421.
Annotationes ad Philostratum. Scr. C. G. Cobet. . . Pag. 117.
Annotationes Criticae ad Charitonem. Scr. C. G. Cobet. » 229.
Theophrasti Characteres e Codice Palatino-Vaticano CX. accuratissime expressi. Scr. C. G. Cobet. . . . . » 310.
Annotationes Criticae et Palaeographicae ad Iulianum. Scr. C. G. Cobet. . . . . » 341.
Verisimilia. Scr. S. H. Rinkes. . . . . » 437.

MISCELLANEA.

Antiphontis Libri περὶ ἀληθείας. Scr. C. G. C. . . . Pag. 420.
Vita Apollonii Tyanensis. Scr. C. G. C. . . . . » 77.
Babrii Fabulae fraudulenter a Minoide Myna suppositae. Scr. C. G. C. . . . . » 339.
Emblemata quaedam ex Cicerone sublata. Scr. C. G. C. » 454.

INDEX.

Ad GALENUM. Scr. C. G. C. . . . . Pag. 434.
LIVIUS IX. 16. Scr. C. BADHAM. . . . . » 105.
Fragmenta Comicorum apud ORIGENEM contra CELSUM latentia. Scr. C. G. C. . . . . » 419.
PHILOSTRATI Epistolae. Scr. C. G. C. . . . . » 75.
PLUTARCHI v. Dion. c. 6. Scr. E. MEHLER. . . . . » 75.
PROCOPIUS emendatus Scr. C. G. C. . . . . » 303.
Praefatio in Sacris. Scr. C. G. C. . . . . » 420.
Supplementa Annotationis ad XENOPHONTIS Anabasin. Scr. C. G. C. . . . . » 181.

OBSERVATIONES CRITICAE

IN

AESCHINIS ORATIONES.

SCRIPSIT H. G. HAMAKER.

(*Continuantur ex* VII. *pag.* 475).

IN CTESIPHONTEM.

§ 3. τοῦτον οἱ τὴν πολιτείαν οὐκέτι κοινὴν ἀλλ' ἰδίαν αὑτῶν ἡγούμενοι εἶναι ἀπειλοῦσιν εἰσαγγέλλειν. Post ἀπειλεῖν non praesens tempus sed futurum requiritur; itaque scribendum εἰσαγγελεῖν.

§ 18. τοὺς ἱερέας καὶ τὰς ἱερείας ὑπευθύνους εἶναι κελεύει ὁ νόμος — τοὺς τὰ γέρα μόνον λαμβάνοντας. Apud Graecos γέρα sunt munera sive honores, qui summis viris praecipui tribuuntur. Haec vox in hunc locum, ubi de muneribus huius generis sermo esse nequit, vitio irrepsit. Corrige ἱερά, *sacra*; haec enim in manus pontificum traduntur et horum ratio iis reddenda est.

§ 19. πάλιν τοὺς τριηράρχους ὑπευθύνους εἶναι κελεύει ὁ νόμος οὐ τὰ κοινὰ διαχειρίσαντας, — ἀλλ' ὁμολογουμένως τὰς πατρῴας οὐσίας εἰς τὴν πρὸς ὑμᾶς ἀνηλωκότας φιλοτιμίαν. Participia διαχειρίσαντας et ἀνηλωκότας ad normam ceterorum (ὑφαιρουμένους, κατατιθέντας, etc.) corrigenda sunt, ut scribatur praesenti tempore διαχειρίζοντας et ἀναλίσκοντας.

§ 21. ἀρχὴν ὑπεύθυνον, φησί, μὴ ἀποδημεῖν. Nomen ἀρχήν ab interpolatore insertum est. Qui rationibus reddendis

obnoxii erant, omnes vetabantur *ἀποδημεῖν*, etiam si dudum magistratu abiissent. Ipse Aeschines hominem inducit clamitantem: *ὦ Ἡράκλεις, ὅτι ἦρξα, μὴ ἀποδημήσω*; Itaque vox *ἀρχήν*, qua conservata lex ad eos tantum pertinebit, qui munere etiam funguntur, necessario delenda est.

§ 22. *καὶ πῶς ὅ γε μηδὲν λαβὼν μηδ' ἀναλώσας ἀποίσει λόγον τῇ πόλει; αὐτὸς ὑποβάλλει καὶ διδάσκει ὁ νόμος ἃ χρὴ γράφειν.* Verba *ἃ χρὴ γράφειν* abundant et ab Aeschinis manu profecta non sunt. Post *διδάσκει ὁ νόμος* nihil addi opus est; apparet enim, quae in proxima quaestione leguntur verba *πῶς ἀποίσει λόγον τῇ πόλει*; intelligi. Praeterea verbum *γράφειν*, quo interpolator utitur, hac in re adhiberi non solet; dicunt enim *λόγον ἐγγράφειν*.

§ 27. *τούτων ὑμῖν αὐτὸν Δημοσθένην καὶ Κτησιφῶντα μάρτυρας παρέξομαι.* In his verba *καὶ Κτησιφῶντα* expungenda sunt et scribendum *μάρτυρα*. Solus enim Demosthenes testis est in psephismate. Verba *καὶ Κτησιφῶντα* a sciolo in margine adscripta indeque in textum translata sunt. Hinc factum ut non in omnibus libris eodem loco legantur et tres adeo codices ekl. singularem numerum habeant, in quibus est: *τούτων ὑμῖν αὐτὸν Δημοσθένην μάρτυρα καὶ Κτησιφῶντα παρέξομαι.*

§ 36. *οἴσουσι δὲ εἰς τὴν ἀπολογίαν τὸν Διονυσιακὸν νόμον καὶ χρήσονται τοῦ νόμου μέρει τινὶ κλέπτοντες τὴν ἀκρόασιν ὑμῶν καὶ παρέξονται νόμον οὐδὲν προσήκοντα τῇδε τῇ γραφῇ κτἑ.* Apertum est verbis *οἴσουσι δὲ εἰς τὴν ἀπολογίαν τὸν Διονυσιακὸν νόμον* et *καὶ παρέξονται νόμον οὐδὲν προσήκοντα τῇδε τῇ γραφῇ* eamdem legem significari et ridiculam his contineri tautologiam. Haec autem inde nata est quod quum verba *οὐδὲν προσήκοντα τῇδε τῇ γραφῇ* primitus legerentur post *τὸν Διονυσιακὸν νόμον* sed scribarum incuria loco suo mota et negligenter post verba *κλέπτοντες τὴν ἀκρόασιν ὑμῶν* posita essent, mox verba *καὶ παρέξονται νόμον* interpolata sunt ab aliquo, qui hoc modo sententiam restitui et omnia redintegrari posse putaret. Locus enim, ut ab Aeschine scriptus est, hanc formam habuisse

videtur: *οἴσουσι δὲ εἰς τὴν ἀπολογίαν τὸν Διονυσιακὸν νόμον οὐδὲν προσήκοντα τῇδε τῇ γραφῇ, καὶ χρήσονται τοῦ νόμου μέρει τινὶ κλέπτοντες τὴν ἀκρόασιν ὑμῶν κτέ.*

§ 39. *τὸν δ' ἐπιστάτην τῶν προέδρων διαχειροτονίαν διδόναι τῷ δήμῳ καὶ τοὺς μὲν ἀναιρεῖν τῶν νόμων τοὺς δὲ καταλείπειν, ὅπως ἂν εἷς ᾖ νόμος καὶ μὴ πλείους περὶ ἑκάστης πράξεως.* Ut hic locus hodie vulgatur, infinitivis *ἀναιρεῖν* et *καταλείπειν* idem subiectum est, quod verbo *διδόναι*, et *ἐπιστάτης* suffragium quidem dat populo sed tamen ipse leges alias rescindit alias confirmat. Quam absurdum hoc sic pluribus ostendere opus non est. Locus ab interpolatore corruptus est, qui ridicule insersit verba *καὶ τοὺς μὲν ἀναιρεῖν τῶν νόμων τοὺς δὲ καταλείπειν*, quae nullam interpretationem admittunt. Homo sententiam, quam animo eius obversatam esse puto, his verbis enuntiare debebat: *διαχειροτονίαν διδόναι τῷ δήμῳ, τίνας μὲν χρὴ ἀναιρεῖν τῶν νόμων, τίνας δὲ καταλείπειν.*

§ 43. *οἱ ἀνηγορεύοντο ἐνώπιον ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων.* Vocabulum *ἐνώπιον* apud Atticos pro *ἐναντίον* in usu non est. Corrigendum *ἐναντίον*.

§ 45. *ὅταν οὖν ἀποδείξῃ τοῖς μὲν ὑπὸ τῆς βουλῆς στεφανουμένοις εἰς τὸ βουλευτήριον ἀναρρηθῆναι, τοῖς δ' ὑπὸ τοῦ δήμου στεφανουμένοις εἰς τὴν ἐκκλησίαν, τοῖς δ' ὑπὸ τῶν δημοτῶν στεφανουμένοις καὶ Φυλετῶν ἀπείπῃ μὴ κηρύττεσθαι τοῖς τραγῳδοῖς, — προσαπείπῃ δ' ἐν τῷ νόμῳ, μηδ' ὑπ' ἄλλου μηδενὸς ἀνακηρύττεσθαι, ἀπούσης βουλῆς καὶ δήμου καὶ Φυλετῶν καὶ δημοτῶν, — ὅταν δέ τις ταῦτα ἀφέλῃ, τί τὸ καταλειπόμενόν ἐστι, πλὴν οἱ ξενικοὶ στέφανοι;* Verba *τοῖς τραγῳδοῖς* insiticia sunt; neque enim in theatro coronam a popularibus vel tribulibus datam renuntiari licebat, nec alius locus dabatur: lex igitur rem plane prohibebat et verba *τοῖς τραγ.* expungenda sunt. Spuria esse etiam inde apparet, quod articulus perperam additur; Graeci enim dicunt quidem *τραγῳδοῖς ἀνακηρύττειν* vel *τραγῳδοῖς καινοῖς*, sed *τοῖς τραγῳδοῖς* hoc sensu numquam dixerunt neque dicere potuerunt. Sed leve

hoc est prae turpi interpolatione, qua sequentia depravantur. Neminem latebit infinitivum *ἀνακηρύττεσθαι* post verba *μηδ' ὑπ' ἄλλου μηδενός* abundare et hic nihilo magis requiri quam supra in § 44. infinitivus *ἀνηγορεύεσθαι*. Forte tamen erit, qui hoc tueatur et liberum fuisse contendat Aeschini infinitivum apponere, quoniam plura verba quam supra intercedant; sed, ut hoc demus, quid faciet sequentibus, *ἀπούσης βουλῆς καὶ δήμου καὶ φυλετῶν καὶ δημοτῶν*, absente senatu et populo et popularibus et tribulibus? Haec enim sensu cassa sunt et nulla ratione defendi possunt. Dicam quid mihi videatur. Lector aliquis haec in margine scripsit, ut interpretaretur proximum, *ὅταν δέ τις ταῦτα ἀφέλῃ*: Aeschinem enim pronomine *ταῦτα* coronas populi ac senatus, popularium ac tribulium designare videbat, sed parum accurate, quum deberet scribere: exceptis coronis senatus et populi etc., ipsum senatum et populum etc. substituit et verbo (*ἀπούσης*) usus est, quod hoc sensu non usurpatur et Aeschini hic adhibere in mentem numquam venisset. Librarii postea annotationem e margine in textum transtulerunt atque ita sententiam pessumdederunt. Ego et haec et infinitivum *ἀνακηρύττεσθαι* expungendum esse non dubito.

§ 47. *ἵν' ἡ πόλις ἡ βουλομένη τινὰ τῶν ὑμετέρων στεφανοῦν πρέσβεις πέμψασα δεηθῇ τοῦ δήμου*. Graeci, quantum novi nomen *πολίτης* numquam ita omittunt, ut *οἱ ὑμέτεροι* et *οἱ ἡμέτεροι* ponatur pro *cives vestri* et *nostri*. Quod igitur hoc loco legimus, *τινὰ τῶν ὑμετέρων στεφανοῦν*, natum ex incuria librariorum, quos saepe unum plurave vocabula omittere nemo ignorat. Orator, ni fallor, scripserat: *ἵν' ἡ πόλις ἡ βουλομένη τῶν πολιτῶν τινα τῶν ὑμετέρων στεφανοῦν*.

§ 56. *ἵν' οὖν μήθ' οὗτος ἰσχυρίζηται, ὑμεῖς τε προειδῆτε ἐγώ τε ἀποκρίνωμαι, ἐναντίον σοι τῶν δικαστῶν, Δημόσθενες, — ἀποκρίνομαι*. In his ridicule interpolata sunt verba *ἐγώ τε ἀποκρίνωμαι*: quid enim hoc est, respondeo tibi, Demosthenes, ut respondeam? Causa, quae adduxit Aeschinem ut Demostheni responderet, declaratur iis, quae praecedunt:

ne iste e silentio meo argumentum contra me ducere possit, utque vos moniti sciatis quid facturus sim, respondeo etc.

§ 57. Κἂν οἵ τε θεοὶ θέλωσι καὶ οἱ δικασταὶ ἐξ ἴσου ἡμῶν ἀκούσωσι κἀγὼ δύνωμαι ἀπομνημονεῦσαι κτἑ. Palam est aoristum ἀκούσωσι, quum hoc verbum eadem conditione et loco positum sit atque θέλωσι et δύνωμαι ferri nullo modo posse. Omnino corrigendum ἀκούωσι.

§ 58. Εἴ τινες ὑμᾶς εἴασαν περιμεῖναι τὰς πρεσβείας, ἃς ἦτε ἐκπεπομφότες κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν εἰς τὴν Ἑλλάδα, παρακαλοῦντες ἐπὶ Φίλιππον μετασχεῖν Ἑλληνικοῦ συνεδρίου, κτἑ. Suspecta mihi sunt verba μετασχεῖν Ἑλληνικοῦ συνεδρίου, quoniam et abundant (conf. § 64 et 68.) et cum verbis παρακαλοῦντες ἐπὶ Φίλιππον apte coniungi non possunt. Aliud enim est παρακαλεῖν τὴν Ἑλλάδα ἐπὶ Φίλιππον, aliud παρακαλεῖν τὴν Ἑλλάδα μετασχεῖν Ἑλληνικοῦ συνεδρίου. Illud est Graeciam hortari ut coniuncta bellum suscipiat contra Philippum; hoc concilium Graeciae convocare, quod de communi rerum statu deliberet. Haec tam diversa consociari non posse manifestum est. Locus interpolatus est ab aliquo, qui propter verba τὴν εἰρήνην ποιήσασθαι μετὰ κοινοῦ συνεδρίου τῶν Ἑλλήνων, Athenienses disertis verbis concilium Graeciae convocasse putabat.

§ 60. ἀλλ' ἐὰν ἐμοῦ διὰ βραχέων ἀκούσητε ὑπομιμνήσκοντος τοὺς καιροὺς — ἐὰν αὐτὸν ὁ τῆς ἀληθείας λογισμὸς ἐγκαταλαμβάνῃ τὸν Δημοσθένην πλείω μὲν γεγραφότα ψηφίσματα Φιλοκράτους — ἐὰν ταῦθ' ὑμῖν ἐπιδείξω, δεήσομαι ὑμῶν μετρίαν δέησιν. Quam in prima huius sententiae parte (ἀλλ' ἐὰν ἐμοῦ κτἑ.) legimus particulam ἐάν, errore nata est: sententia enim postulat ut in eius locum substituamus ὅταν. His verbis enim orator non, ut mox, ipse sibi conditionem ponit, quam si expleverit, a iudicibus aliquid petiturus sit, sed quid prius fieri oporteat, demonstrat. Itaque hic de tempore agitur et omnino requiritur particula ὅταν. Aliud vitium est in ἐγκαταλαμβάνῃ; praesens enim hic nihilo magis ferri potest quam in ἀκούσωσι et ἐπιδείξω; quapropter scribendum ἐγκαταλάβῃ.

§ 62. *μετὰ ταῦτα ἐπῄει ὁ χρόνος, Θεμιστοκλῆς ἄρχων.* Non opus est ut multis ostendam hic ineptissime interpolata esse verba, *ἐπῄει ὁ χρόνος*. Qui non primo adspectu haec insiticia esse videt, nae illi frustra argumentis rem persuadere conaberis.

§ 64. *ἐπράττετο — πρὸς Φιλοκράτην καὶ Δημοσθένην — ὅπως μὴ περιμείνητε τοὺς πρέσβεις, οὓς ἦτε ἐκπεπομφότες παρακαλοῦντες ἐπὶ Φίλιππον.* Aeschines hoc loco non scripsit aoristum coniunctivi *περιμείνητε* sed futurum *περιμενεῖτε*, ut mox *ὅπως — ψηφιεῖσθε* et *ὅπως Κερσοβλέπτης — μὴ ἔσται ἔνορκος*. Nec obscurum est quare orator futuro uti debuerit. Nimirum legati Philippi non ipsi operam dabant, ne Athenienses legatos exspectarent neve Cersobleptes foedere comprehenderetur (ita enim recte coniunctivum adhiberet Aeschines, *ἔπραττον ὅπως μὴ περιμείνητε* et *ὅπως Κ. μὴ γένηται ἔνορκος*); sed cum Demosthene et Philocrate agebant ut hi rem susciperent et praestarent Athenienses non exspectaturos legatos, etc. Praeter levem hanc corruptelam alio praeterea vitio laborat locus; exciderunt enim verba *τοὺς Ἕλληνας* post *παρακαλοῦντες*, quae ad locum recte intelligendum plane necessaria sunt et hic nihilo magis omitti potuerunt quam infra in § 68. ubi legimus: *οἱ δὲ ὑμέτεροι (πρέσβεις) ἀπεδήμουν παρακαλοῦντες τοὺς Ἕλληνας ἐπὶ Φίλιππον.*

§ 71. *ἐνταῦθα δὴ προκαταλαμβάνων Δημοσθένης τὸ βῆμα, οὐδενὶ τῶν ἄλλων παραλιπὼν λόγον, οὐδὲν ὄφελος ἔφη — εἶναι.* In his corrigendum *προκαταλαβών* et *παραλείπων*: suggestum enim ante occupavit Demosthenes, quam populus convenit; deinde diem dicendo exemit.

§ 74. *λανθάνει γὰρ ὁ μὲν Φιλοκράτης ἐν ψηφίσματι μετὰ τῶν ἄλλων γραμμάτων παρεγγράψας, ὁ δ' ἐπιψηφίσας, Δημοσθένης, ἐν ᾧ γέγραπται, ἀποδοῦναι δὲ κτἑ.* Post *ὁ μὲν* et *ὁ δὲ* Philocratis et Demosthenis nomina addi opus non erat; nulla enim de personis dubitatio existere potest. Ego insiticia esse puto; nam Demosthenis nomen, male post *ἐπιψηφίσας* interpositum, a lectore in margine adscripta indeque a libra-

riis in textum translata esse arguit. Etiam verba *ἐν ᾧ γέγραπται* expungenda sunt, quae quid sibi velint et quo consilio ab interpolatore inserta sint, expiscari non potui.

§ 75. (*τὰ δημόσια γράμματα*) *ἐπέδωκε τῷ δήμῳ — συνιδεῖν τοὺς πάλαι μὲν πονηροὺς κτέ.* Legendum *ἔδωκε*, nam *ἐπιδιδόναι* apud Atticos est largiri, ut *ἐπιδιδόναι τριήρη*, *μεγάλας ἐπιδόσεις ἐπιδιδόναι* et similia.

§ 81. *τοιαύτης δὲ ἐμπιπτούσης ταραχῆς μετὰ τῶν συμφύτων νοσημάτων αὐτῷ ἤδη τὰ μετὰ ταῦτα ἐβουλεύετο, μετὰ δειλίας καὶ τῆς πρὸς Φιλοκράτην ὑπὲρ τῆς δωροδοκίας ζηλοτυπίας κτέ.* Verba *μετὰ δειλίας — ζηλοτυπίας* interpolata sunt ab aliquo, qui ita sibi *τὰ σύμφυτα νοσήματα*, quae essent, interpretari videbatur. At oratoris mentem non cepit, cui *τὰ σύμφυτα νοσήματα* hoc loco non sunt *δειλία* et *ζηλοτυπία*, sed animus perfidus ac varius et si ipsi profuturum sit amicos prodere paratus. Hoc palam fit e sequentibus, ubi Aeschines, »Demosthenes, inquit, *ἡγήσατο, εἰ τῶν συμπρεσβευόντων κατήγορος ἀναφανείη — προδότης ὢν τῶν φίλων καὶ πονηρὸς πιστὸς τῷ δήμῳ φανήσεσθαι.* Praeterea interpolator non vidit esse quidem *τὴν ζηλοτυπίαν* ipsam *σύμφυτον νόσημα*, non vero *τὴν ὑπὲρ τῆς δωροδοκίας πρὸς Φιλοκράτην ζηλοτυπίαν.* Haec igitur interpolatio sine dubitatione delenda est ut et particula *δέ* in *τοιαύτης δὲ ἐμπιπτούσης ταραχῆς*, quibus verbis nihil novi superioribus additur, sed quae praecedunt omnia comprehenduntur.

§ 90. *ἐγκαταλιπὼν δὲ κἀκείνους καὶ πλείους τραπόμενος τροπὰς τοῦ Εὐρίπου παρ' ὃν ᾤκει, εἰς μέσον πίπτει τῆς τε Θηβαίων ἔχθρας καὶ Φιλίππου. ἀπορῶν δὲ ὅ τι χρήσαιτο αὐτῷ καὶ παραγγελλομένης ἐπ' αὐτὸν ἤδη στρατείας κτέ.* Verba *εἰς μέσον — Φιλίππου* sensu vacua sunt et ab interpolatore Graece loqui nescio in textum illata esse videntur. *Εἰς μέσον ἐμπίπτειν τι* significat in mediam rem aliquam incidere, i. e. primis exordiis non adesse sed intervenire, quum maxime res ab aliis agitur; itaque interpolator si scripsisset *εἰς μέσην ἐμπίπτει τὴν Θηβαίων ἔχθραν καὶ Φιλίππου*, dixisset Calliam in

medium bellum incidisse, quod inter Thebanos et Philippum gereretur, ut ei vel illorum vel huius partes sequi necesse esset. At haec hominis mens non fuit; haud enim ignorabat Philippum et Thebanos illo tempore arcta amicitia coniunctos fuisse et una Calliam bello petiisse. conf. § 91. Itaque nihil videtur voluisse quam »hostis Thebanorum simul et Philippi factus est;" at, quae scripsit, neque hanc explicationem admittunt, neque aliam et quantocius deleri debent. In sequentibus particula δέ expungenda et haec verba cum superioribus in unam sententiam colliganda sunt, ut haec deinceps totius loci forma sit: ἐγκαταλιπὼν δὲ κἀκείνους καὶ πλείους τραπόμενος τροπὰς τοῦ Εὐρίπου παρ' ὃν ᾤκει, ἀπορῶν ὅ τι χρήσαιτο αὐτῷ καὶ παραγγελλομένης ἐπ' αὐτὸν ἤδη στρατείας, μίαν ἐλπίδα λοιπὴν κατεῖδε σωτηρίας κτέ.

§ 91. δεύτερον δ' ἦκον οἱ μισθοὶ τῷ γράψαντι τὴν συμμαχίαν, ὑπὲρ τοῦ μὴ συνεδρεύειν Ἀθήνῃσι Χαλκιδέας. Callias non permisit legatis ut corrumperent, quem utilissime corrumpi posse existimarent, sed iis mandavit ut cum Demosthene agerent eiusque amicis. Itaque ineptissime inferuntur verba τῷ γράψοντι τὴν συμμαχίαν (nam γράψαντι aoristo tempore ne interpolatorem quidem scripsisse puto); haec enim tolerari possint, si persona incerta relinqueretur, hic vero, ubi mercedem Demostheni destinatam esse constat, nullo modo.

§ 93. τὰς δὲ συνεδρίας καὶ τὰς συντάξεις — ἄρδην ἀπέδοτο. Coniunge τὴν δὲ συνεδρίαν, complures enim sunt sociorum συντάξεις, sed συνεδρία una.

Ibidem. τὰς συντάξεις, ἐξ ὧν ἰσχύσειν ὁ πόλεμος ἤμελλεν, ἄρδην ἀπέδοτο, καλλίστοις ὀνόματι αἰσχίστας πράξεις γράφων καὶ τῷ λόγῳ προσβιβάζων ὑμᾶς, ὡς δεῖ τὴν πόλιν τὰς μὲν βοηθείας πρότερον ποιεῖσθαι τοῖς ἀεὶ δεομένοις τῶν Ἑλλήνων, τὰς δὲ συμμαχίας ὑστέρας μετὰ τὰς βοηθείας. Nihil minus huic loco convenit, quam oratio qua Demosthenes populum adduxisse dicitur ut psephisma suum de Chalcidensibus probaret »oportere civitatem auxilia prius mittere quibuscunque opus sit Graecorum, belli societates postea inire post bene-

ficia." Orator enim non modo non suadebat civibus ut prius auxilia mitterent Chalcidensibus quam belli societatem cum iis fecissent, sed ipse adeo auctor erat foederis, quod de societate et auxiliis factum est; § 92. ἔγραψεν ἐν τῇ συμμαχίᾳ βοηθεῖν ἡμᾶς Χαλκιδεῦσι et Χαλκιδέας βοηθεῖν ἐάν τις ἴῃ ἐπ' Ἀθηναίους. Praeterea non hac de re agitur, sed de tributis, quae Demosthenes pecunia corruptus Chalcidensibus remiserit, ut verba, quae citentur eius, eo pertinere et summam populo erga socios liberalitatem commendare necesse sit. Ego locum, ut hodie vulgatur, partim interpolatum, partim corruptum esse suspicor; Aeschinem enim scripsisse puto: ὡς δεῖ τὴν πόλιν τὰς βοηθείας προῖκα ποιεῖσθαι τοῖς ἀεὶ δεομένοις τῶν Ἑλλήνων: in his προῖκα quum litterae κα vetustate evanidae essent, a librario lectum προτ et habitum pro compendio adverbii πρότερον. Sed quoniam πρότερον difficile est ad explicandum, nisi opponatur aliquid quod ὕστερον fiat, falsa haec lectio peperit interpolationem, qua hodie locus depravatur: fuit enim qui verba τὰς δὲ συμμαχίας ὑστέρας μετὰ τὰς βοηθείας inferciret, ut haberemus, quod responderet verbis τὰς βοηθείας πρότερον ποιεῖσθαι, quae praecederent: eidem homini particulam μέν deberi in τὰς μὲν βοηθείας palam est.

Ibid. λάβε μοι τὴν Καλλίου γραφὴν καὶ τὴν συμμαχίαν καὶ ἀνάγνωθι τὸ ψήφισμα. In his insiticia sunt verba τὴν Καλλίου γραφὴν καὶ τὴν συμμαχίαν. Sciolus, qui haec infersit, non vidit τὴν Καλλίου γραφήν significare *accusationem Calliae*, τὴν συμμαχίαν autem, quae a *psephismate de belli societate scripto* diversa non sit, frustra commemorari.

§ 94. οὔπω τοίνυν τοῦτ' ἐστὶ δεινὸν, εἰ καιροὶ πέπρανται τηλικοῦτοι καὶ συνεδρίαι καὶ συντάξεις. Hoc loco καιροί intelligendum de conditionibus, quas Athenienses ob temporum necessitatem facile a Callia et Chalcidensibus impetrare potuissent, sed Demosthenis culpa non postularunt, i. e. ἡ συνεδρία et αἱ συντάξεις. Haec nomina igitur, quae iam voce καιροί continentur, ab ipso oratore hic adscripta non sunt, sed interpolator ea e superiori § huc intulit, et unum quidem συν-

εδρίαι vitiose plurali numero, ut supra quoque scriptum esse vidimus.

§ 103. *πέμπουσι πρὸς αὐτὸν Γνωσίδημον. — δεησόμενον αὐτοῦ τὸ μὲν τάλαντον ἀφεῖναι τῇ πόλει, ἐπαγγελούμενον δ' αὐτῷ χαλκῆν εἰκόνα σταθήσεσθαι ἐν Ὠρεῷ.* Gnosidemus pollicebatur quidem statuam Demostheni, sed ita si talentum Oritis remisisset. Hoc quidem certum est, nam res ipsa loquitur et responsum, quod Gnosidemus a Demosthene tulit, omnem dubitationem eximit. Quae quum ita sint legatum disertis verbis dixisse, Oritas Demostheni *pro beneficio* statuam posituros, credibile est; nam ut locus hodie editur, de conditione tacetur et *προῖκα* eos id facere voluisse putes. Itaque corrigo *ἐπαγγελούμενον δ' αὐτῷ ἀντὶ τούτου χαλκῆν εἰκόνα σταθήσεσθαι ἐν Ὠρεῷ.*

§ 104. *ὁ δ' ἀπεκρίνατο τῷ Γνωσιδήμῳ ὅτι ἐλαχίστου χαλκοῦ οὐδὲν δέοιτο, τὸ δὲ τάλαντον διὰ τοῦ Καλλίου εἰςπράττειν.* Male Bekkerus repudiavit lectionem codicum ekl., in quibus est *εἰςέπραττεν.* Si haec ad responsum Demosthenis pertinerent, orator scripsisset vel *εἰςπράξοι* vel *εἰςπράξειν*, neutiquam praesenti tempore *εἰςπράττειν.* Sed Demosthenes nihil dixit praeterquam *ὅτι ἐλαχίστου χαλκοῦ οὐδὲν δέοιτο*: quae sequuntur verba, Aeschinis sunt.

Ibid. *ἀναγκαζόμενοι δὲ οἱ Ὠρεῖται καὶ οὐκ εὐποροῦντες ὑπέθεσαν αὐτῷ τοῦ ταλάντου τὰς δημοσίας προσόδους καὶ τόκον ἤνεγκαν Δημοσθένει τοῦ δωροδοκήματος δραχμὴν τοῦ μηνὸς τῆς μνᾶς, ἕως τὸ κεφάλαιον ἀπέδοσαν.* In his alterum utrum vel *αὐτῷ τοῦ ταλάντου* vel *Δημοσθένει τοῦ δωροδοκήματος*, quibus verbis idem vir et eadem pecuniae summa significatur, insiticium esse palam est. Ego in eam magis sententiam inclino ut verba *Δημοσθένει τοῦ δωροδοκήματος* pro spuriis habeam; lector aliquis haec in margine adscripsit, ut vocabula *αὐτῷ τοῦ ταλάντου* interpretaretur, indeque a librario in textum translata sunt.

§ 114. *ὅθεν ἔτι μᾶλλον συμβέβηκεν αὐτῷ, ὅτου ἂν προσάψη-*

ται ἀνδρὸς ἢ ἰδιώτου ἢ δυνάστου ἢ πόλεως δημοκρατουμένης, τούτων ἑκάστους ἀνιάτοις κακοῖς περιβάλλειν. Interpolator in his ridicule distinguit inter virum privatum et tyrannum et nomini πόλεως addit δημοκρατουμένης, quasi civitati ὀλιγαρχουμένῃ vel ἀριστοκρατουμένῃ nullum ab eodem viro periculum instet, sed illis tantum, in quibus imperium penes populum sit. Aeschines scripserat: ὅτου ἂν προςάψηται ἀνδρὸς ἰδιώτου ἢ πόλεως. Conferri debet § 158, ubi de eadem re iisdem paene verbis utitur: οὔτε γὰρ πόλις οὔτ' ἀνὴρ ἰδιώτης οὐδεὶς πώποτε καλῶς ἀπήλλαξε Δημοσθένει συμβούλῳ χρησάμενος.

§ 117. ἀρχομένου δέ μου λέγειν καὶ προθυμότερόν πως εἰςεληλυθότος εἰς τὸ συνέδριον, τῶν ἄλλων πυλαγόρων μεθεστηκότων, ἀναβοήσας τις τῶν Ἀμφισσέων — ἔφη κτέ. Quod hic legimus, pylagoras, quum Aeschines intrasset, de conventu recessisse, nihil eiusmodi vel reapse factum vel ab oratore scriptum est. Eos enim, qui convenissent, ut de re communi deliberarent et pro sua quisque patria dicerent, quum maxime unus ex eorum numero verba ad eos facere coepisset, curiam reliquisse, quis credat? Apertum est verbum μεθεστηκότων gravi vulnere laborare. In codice archetypo, unde libri, qui hodie supersunt, originem ducunt, legebatur ΘЄCTHKOTΩN, quod quum nihili esse librarii viderent, alii ex eo fecerunt καθεστηκότων (codd. hlgm.), alii μεθεστηκότων. Neutri recte: Aeschines enim scripserat CЄCIΓHKOTΩN, quod, ut vides, et huic loco unice convenit et facillime in illud abire potuit. Quod si quis gravetur perfecto σεσιγηκότων et praesens σιγώντων hic requiri putet, is conferat § 218, ubi Aeschines his verbis in Demosthenem invehitur: σὺ δ', οἶμαι, λαβὼν μὲν σεσίγηκας, ἀναλώσας δὲ κέκραγας: hic enim perfectum σεσίγηκας nihil discrepare a praesenti σιγᾷς e sequenti κέκραγας manifestum est, quod praesentis vim habere apud omnes constat. Nec praetermittendum Demosthenem, qui in Orat. de Cor. § 82. Aeschinis hunc locum in rem suam adhibet, non perfectis uti, ut illum, sed praesentia in illorum locum substituere et scribere: ὦ βλασφημῶν περὶ ἐμοῦ καὶ λέγων ὡς σιωπῶ μὲν λαβών, βοῶ δ' ἀναλώσας, unde tuto coniicias hunc

ἑδρίαι vitiose plurali numero, ut supra quoque scriptum esse vidimus.

§ 103. πέμπουσι πρὸς αὐτὸν Γνωσίδημον. — δεησόμενον αὐτοῦ τὸ μὲν τάλαντον ἀφεῖναι τῇ πόλει, ἐπαγγελούμενον δ' αὐτῷ χαλκῆν εἰκόνα σταθήσεσθαι ἐν Ὠρεῷ. Gnosidemus pollicebatur quidem statuam Demostheni, sed ita si talentum Oritis remisisset. Hoc quidem certum est, nam res ipsa loquitur et responsum, quod Gnosidemus a Demosthene tulit, omnem dubitationem eximit. Quae quum ita sint legatum disertis verbis dixisse, Oritas Demostheni *pro beneficio* statuam posituros, credibile est; nam ut locus hodie editur, de conditione tacetur et προῖκα eos id facere voluisse putes. Itaque corrigo ἐπαγγελούμενον δ' αὐτῷ ἀντὶ τούτου χαλκῆν εἰκόνα σταθήσεσθαι ἐν Ὠρεῷ.

§ 104. ὁ δ' ἀπεκρίνατο τῷ Γνωσιδήμῳ ὅτι ἐλαχίστου χαλκοῦ οὐδὲν δέοιτο, τὸ δὲ τάλαντον διὰ τοῦ Καλλίου εἰςπράττειν. Male Bekkerus repudiavit lectionem codicum ekl., in quibus est εἰςέπραττεν. Si haec ad responsum Demosthenis pertinerent, orator scripsisset vel εἰςπράξοι vel εἰςπράξειν, neutiquam praesenti tempore εἰςπράττειν. Sed Demosthenes nihil dixit praeterquam ὅτι ἐλαχίστου χαλκοῦ οὐδὲν δέοιτο: quae sequuntur verba, Aeschinis sunt.

Ibid. ἀναγκαζόμενοι δὲ οἱ Ὠρεῖται καὶ οὐκ εὐποροῦντες ὑπέθεσαν αὐτῷ τοῦ ταλάντου τὰς δημοσίας προσόδους καὶ τόκον ἤνεγκαν Δημοσθένει τοῦ δωροδοκήματος δραχμὴν τοῦ μηνὸς τῆς μνᾶς, ἕως τὸ κεφάλαιον ἀπέδοσαν. In his alterum utrum vel αὐτῷ τοῦ ταλάντου vel Δημοσθένει τοῦ δωροδοκήματος, quibus verbis idem vir et eadem pecuniae summa significatur, insiticium esse palam est. Ego in eam magis sententiam inclino ut verba Δημοσθένει τοῦ δωροδοκήματος pro spuriis habeam; lector aliquis haec in margine adscripsit, ut vocabula αὐτῷ τοῦ ταλάντου interpretaretur, indeque a librario textum translata sunt.

§ 114. ὅθεν ἔτι μᾶλλον συμβέβηκεν αὐτῷ, ὅτου ἂν π

ἑδρίαι vitiose plurali numero, ut supra quoque scriptum esse vidimus.

§ 103. πέμπουσι πρὸς αὐτὸν Γνωσίδημον. — δεησόμενον αὐτοῦ τὸ μὲν τάλαντον ἀφεῖναι τῇ πόλει, ἐπαγγελούμενον δ' αὐτῷ χαλκῆν εἰκόνα σταθήσεσθαι ἐν Ὠρεῷ. Gnosidemus pollicebatur quidem statuam Demostheni, sed ita si talentum Oritis remisisset. Hoc quidem certum est, nam res ipsa loquitur et responsum, quod Gnosidemus a Demosthene tulit, omnem dubitationem eximit. Quae quum ita sint legatum disertis verbis dixisse, Oritas Demostheni *pro beneficio* statuam posituros, credibile est; nam ut locus hodie editur, de conditione tacetur et προῖκα eos id facere voluisse putes. Itaque corrigo ἐπαγγελούμενον δ' αὐτῷ ἀντὶ τούτου χαλκῆν εἰκόνα σταθήσεσθαι ἐν Ὠρεῷ.

§ 104. ὁ δ' ἀπεκρίνατο τῷ Γνωσιδήμῳ ὅτι ἐλαχίστου χαλκοῦ οὐδὲν δέοιτο, τὸ δὲ τάλαντον διὰ τοῦ Καλλίου εἰσπράττειν. Male Bekkerus repudiavit lectionem codicum ekl., in quibus est εἰσέπραττεν. Si haec ad responsum Demosthenis pertinerent, orator scripsisset vel εἰσπράξοι vel εἰσπράξειν, neutiquam praesenti tempore εἰσπράττειν. Sed Demosthenes nihil dixit praeterquam ὅτι ἐλαχίστου χαλκοῦ οὐδὲν δέοιτο: quae sequuntur verba, Aeschinis sunt.

Ibid. ἀναγκαζόμενοι δὲ οἱ Ὠρεῖται καὶ οὐκ εὐποροῦντες ὑπέθεσαν αὐτῷ τοῦ ταλάντου τὰς δημοσίας προσόδους καὶ τόκον ἤνεγκαν Δημοσθένει τοῦ δωροδοκήματος δραχμὴν τοῦ μηνὸς τῆς μνᾶς, ἕως τὸ κεφάλαιον ἀπέδοσαν. In his alterum utrum vel αὐτῷ τοῦ ταλάντου vel Δημοσθένει τοῦ δωροδοκήματος, quibus verbis idem vir et eadem pecuniae summa significatur, insiticium esse palam est. Ego in eam magis sententiam inclino ut verba Δημοσθένει τοῦ δωροδοκήματος pro spuriis habeam; lector aliquis haec in margine adscripsit, ut vocabula αὐτῷ τοῦ ταλάντου interpretaretur, indeque a librario in textum translata sunt.

§ 114. ὅθεν ἔτι μᾶλλον συμβέβηκεν αὐτῷ, ὅτου ἂν προσάψη-

ται ἀνδρὸς ἢ ἰδιώτου ἢ δυνάστου ἢ πόλεως δημοκρατουμένης, τούτων ἑκάστους ἀνιάτοις κακοῖς περιβάλλειν. Interpolator in his ridicule distinguit inter virum privatum et tyrannum et nomini πόλεως addit δημοκρατουμένης, quasi civitati ὀλιγαρχουμένῃ vel ἀριστοκρατουμένῃ nullum ab eodem viro periculum instet, sed illis tantum, in quibus imperium penes populum sit. Aeschines scripserat: ὅτου ἂν προσάψηται ἀνδρὸς ἰδιώτου ἢ πόλεως. Conferri debet § 158, ubi de eadem re iisdem paene verbis utitur: οὔτε γὰρ πόλις οὔτ' ἀνὴρ ἰδιώτης οὐδεὶς πώποτε καλῶς ἀπήλλαξε Δημοσθένει συμβούλῳ χρησάμενος.

§ 117. ἀρχομένου δέ μου λέγειν καὶ προθυμότερόν πως εἰς-εληλυθότος εἰς τὸ συνέδριον, τῶν ἄλλων πυλαγόρων μεθεστηκότων, ἀναβοήσας τις τῶν Ἀμφισσέων — ἔφη κτέ. Quod hic legimus, pylagoras, quum Aeschines intrasset, de conventu recessisse, nihil eiusmodi vel reapse factum vel ab oratore scriptum est. Eos enim, qui convenissent, ut de re communi deliberarent et pro sua quisque patria dicerent, quum maxime unus ex eorum numero verba ad eos facere coepisset, curiam reliquisse, quis credat? Apertum est verbum μεθεστηκότων gravi vulnere laborare. In codice archetypo, unde libri, qui hodie supersunt, originem ducunt, legebatur ΘЄCTHKOTΩN, quod quum nihili esse librarii viderent, alii ex eo fecerunt καθεστηκότων (codd. hlgm.), alii μεθεστηκότων. Neutri recte: Aeschines enim scripserat CЄCIΓHKOTΩN, quod, ut vides, et huic loco unice convenit et facillime in illud abire potuit. Quod si quis gravetur perfecto σεσιγηκότων et praesens σιγώντων hic requiri putet, is conferat § 218, ubi Aeschines his verbis in Demosthenem invehitur: σὺ δ', οἶμαι, λαβὼν μὲν σεσίγηκας, ἀναλώσας δὲ κέκραγας: hic enim perfectum σεσίγηκας nihil discrepare a praesenti σιγᾷς e sequenti κέκραγας manifestum est, quod praesentis vim habere apud omnes constat. Nec praetermittendum Demosthenem, qui in Orat. de Cor. § 82. Aeschinis hunc locum in rem suam adhibet, non perfectis uti, ut illum, sed praesentia in illorum locum substituere et scribere: ὦ βλασφημῶν περὶ ἐμοῦ καὶ λέγων ὡς σιωπῶ μὲν λαβών, βοῶ δ' ἀναλώσας, unde tuto coniicias hunc

[redacted] το βουλευτήριον, ἣν
[redacted] τὸν δῆμον καταγαγοῦσιν,
[redacted] ibus Aeschines, si eos
[redacted] corum Athenis situm es-
[redacted] ietis, quae in margine
[redacted] siata est.

[redacted] κήθησαν, ὅτε Λακεδαιμό-
[redacted] καταλαβοῦσι Φυλήν.
[redacted] itur, τοῖς καταλαβοῦσι Φυ-
[redacted]. Inepte haec adduntur,
[redacted] ἐπολιορκήθησαν, eos, qui
[redacted] stum sit.

[redacted] ἔγραψατο παρανόμων Θρασύ-
[redacted] τι παρὰ τοὺς νομους. In
[redacted] γράψατο παρανόμων, subiicitur
[redacted] Interpolator haec mutuatus est
[redacted] guntur: ἠγοῦντο γὰρ, ὥςπερ τότε
[redacted] Θρασύβουλος κατήγαγεν, οὕτω νῦν
[redacted] τί παρὰ τοὺς νόμους.

[redacted] τείχη, ἣν οἱ θεοὶ καὶ οἱ νόμοι σώζου-
[redacted] παράνομα γράφουσι. Absurde hic *dii*
[redacted] ominantur, ut communes democratiae
[redacted] οἱ θεσμοί.

[redacted] τῶν Φευγόντων τὰς οὐ δικαίας ἀπολογίας
[redacted] ὁμενοι, ἀλλὰ τῶν ἐθελόντων δικαίως ἀπολο-
[redacted] inepti correctoris stupore corruptus est,
[redacted] iretur accusativum τὰς — ἀπολογίας pendere
[redacted] adverbium οὐ ante δικαίας infersit, ut sen-
[redacted] εἰςεληλύθατε ἀκροασόμενοι τὰς οὐ δικαίας ἀπο-
[redacted] φευγόντων. At accusativus pertinet ad participium
[redacted] οἱ Φευγόντες τὰς δικαίας ἀπολογίας atque οἱ ἐθέ-
[redacted] ἀπολογεῖσθαι inter se opponuntur. Itaque par-
expungendam esse vides.

ἑδρίαι vitiose plurali numero, ut supra quoque scriptum esse vidimus.

§ 103. πέμπουσι πρὸς αὐτὸν Γνωσίδημον. — δεησόμενον αὐτοῦ τὸ μὲν τάλαντον ἀφεῖναι τῇ πόλει, ἐπαγγελούμενον δ' αὐτῷ χαλκῆν εἰκόνα σταθήσεσθαι ἐν Ὠρεῷ. Gnosidemus pollicebatur quidem statuam Demostheni, sed ita si talentum Oritis remisisset. Hoc quidem certum est, nam res ipsa loquitur et responsum, quod Gnosidemus a Demosthene tulit, omnem dubitationem eximit. Quae quum ita sint legatum disertis verbis dixisse, Oritas Demostheni *pro beneficio* statuam posituros, credibile est; nam ut locus hodie editur, de conditione tacetur et προῖκα eos id facere voluisse putes. Itaque corrigo ἐπαγγελούμενον δ' αὐτῷ ἀντὶ τούτου χαλκῆν εἰκόνα σταθήσεσθαι ἐν Ὠρεῷ.

§ 104. ὁ δ' ἀπεκρίνατο τῷ Γνωσιδήμῳ ὅτι ἐλαχίστου χαλκοῦ οὐδὲν δέοιτο, τὸ δὲ τάλαντον διὰ τοῦ Καλλίου εἰςπράττειν. Male Bekkerus repudiavit lectionem codicum ekl., in quibus est εἰςέπραττεν. Si haec ad responsum Demosthenis pertinerent, orator scripsisset vel εἰςπράξοι vel εἰςπράξειν, neutiquam praesenti tempore εἰςπράττειν. Sed Demosthenes nihil dixit praeterquam ὅτι ἐλαχίστου χαλκοῦ οὐδὲν δέοιτο: quae sequuntur verba, Aeschinis sunt.

Ibid. ἀναγκαζόμενοι δὲ οἱ Ὠρεῖται καὶ οὐκ εὐποροῦντες ὑπέθεσαν αὐτῷ τοῦ ταλάντου τὰς δημοσίας προςόδους καὶ τόκον ἤνεγκαν Δημοσθένει τοῦ δωροδοκήματος δραχμὴν τοῦ μηνὸς τῆς μνᾶς, ἕως τὸ κεφάλαιον ἀπέδοσαν. In his alterum utrum vel αὐτῷ τοῦ ταλάντου vel Δημοσθένει τοῦ δωροδοκήματος, quibus verbis idem vir et eadem pecuniae summa significatur, insiticium esse palam est. Ego in eam magis sententiam inclino ut verba Δημοσθένει τοῦ δωροδοκήματος pro spuriis habeam; lector aliquis haec in margine adscripsit, ut vocabula αὐτῷ τοῦ ταλάντου interpretaretur, indeque a librario in textum translata sunt.

§ 114. ὅθεν ἔτι μᾶλλον συμβέβηκεν αὐτῷ, ὅτου ἂν προςάψη-

ται ἀνδρὸς ἢ ἰδιώτου ἢ δυνάστου ἢ πόλεως δημοκρατουμένης, τούτων ἑκάστους ἀνιάτοις κακοῖς περιβάλλειν. Interpolator in his ridicule distinguit inter virum privatum et tyrannum et nomini πόλεως addit δημοκρατουμένης, quasi civitati ὀλιγαρχουμένῃ vel ἀριστοκρατουμένῃ nullum ab eodem viro periculum instet, sed illis tantum, in quibus imperium penes populum sit. Aeschines scripserat: ὅτου ἂν προσάψηται ἀνδρὸς ἰδιώτου ἢ πόλεως. Conferri debet § 158, ubi de eadem re iisdem paene verbis utitur: οὔτε γὰρ πόλις οὔτ' ἀνὴρ ἰδιώτης οὐδεὶς πώποτε καλῶς ἀπήλλαξε Δημοσθένει συμβούλῳ χρησάμενος.

§ 117. ἀρχομένου δέ μου λέγειν καὶ προθυμότερόν πως εἰς-ελήλυθότος εἰς τὸ συνέδριον, τῶν ἄλλων πυλαγόρων μεθεστηκότων, ἀναβοήσας τις τῶν Ἀμφισσέων — ἔφη κτέ. Quod hic legimus, pylagoras, quum Aeschines intrasset, de conventu recessisse, nihil eiusmodi vel reapse factum vel ab oratore scriptum est. Eos enim, qui convenissent, ut de re communi deliberarent et pro sua quisque patria dicerent, quum maxime unus ex eorum numero verba ad eos facere coepisset, curiam reliquisse, quis credat? Apertum est verbum μεθεστηκότων gravi vulnere laborare. In codice archetypo, unde libri, qui hodie supersunt, originem ducunt, legebatur ΘЄCTHKOTΩN, quod quum nihili esse librarii viderent, alii ex eo fecerunt καθεστηκότων (codd. hlgm.), alii μεθεστηκότων. Neutri recte: Aeschines enim scripserat CЄCIΓHKOTΩN, quod, ut vides, et huic loco unice convenit et facillime in illud abire potuit. Quod si quis gravetur perfecto σεσιγηκότων et praesens σιγώντων hic requiri putet, is conferat § 218, ubi Aeschines his verbis in Demosthenem invehitur: σὺ δ', οἶμαι, λαβὼν μὲν σεσίγηκας, ἀναλώσας δὲ κέκραγας: hic enim perfectum σεσίγηκας nihil discrepare a praesenti σιγᾷς e sequenti κέκραγας manifestum est, quod praesentis vim habere apud omnes constat. Nec praetermittendum Demosthenem, qui in Orat. de Cor. § 82. Aeschinis hunc locum in rem suam adhibet, non perfectis uti, ut illum, sed praesentia in illorum locum substituere et scribere: ὦ βλασφημῶν περὶ ἐμοῦ καὶ λέγων ὡς σιωπῶ μὲν λαβών, βοῶ δ' ἀναλώσας, unde tuto coniicias hunc

quoque inter perfectum *σεσίγηκα* et praesens *σιωπῶ* nullum significationis discrimen vidisse. Athenienses etiam perfectum *σεσιώπηκα* praesentis loco usurpasse videntur; apud Aristophanem certe in Vespis vs. 944. *ἀνάβχιν', ἀπολογοῦ, τί σεσιώπηκας; λέγε*, nullo sententiae discrimine pro *τί σεσιώπηκας* scribere poteris *τί σιωπᾷς*;

§ 118. *ἐπῆλθε δ' οὖν μοι ἐπὶ τὴν γνώμην μνησθῆναι κτἑ.* Athenienses dicunt quidem *εἰςέρχεταί μου εἰς τὴν γνώμην*, ut Lysias loquitur, de caede Erat. § 17. *ταῦτά μου πάντα εἰς τὴν γνώμην εἰςῆει*, sed verbo *ἐπέρχεται* et praepositione *ἐπί* hoc modo uti non solent. Nam quod apud Platonem legitur de Leg. VII. 823. E. *κλωπείας δὲ μηδ' εἰς τὸν ἔσχατον ἐπέλθοι νοῦν ἅψασθαι* procul dubio vitiosum est et mutari debet in *εἰςέλθοι*: apparet enim verbum *ἐπέρχεται* cum praepositione *εἰς* coniungi non potuisse. Error apud Platonem inde natus quod *ἐπέρχεσθαι* hoc loco paullo ante occurrit; apud Aeschinem vero *ἐπὶ τὴν γνώμην*, quod interpolatoris additamentum est, expungendum et pro *ἐπῆλθε* scribendum *ἐπῆει*, quod in quatuor optimis libris ehkl. legitur; idem enim hic tempus requiritur, quod in tribus verbis, quae sequuntur, *ἐδείκνυον, ἐκέλευον, διωριζόμην*.

§ 119. *ἴστε τούτους αὐτοὶ (καὶ οὐδὲν ἑτέρων δεῖσθε μαρτύρων) τέλη πεπραχότας καὶ χρήματα λαμβάνοντας ἐκ τοῦ ἱεροῦ λιμένος*. Aeschines hoc loco uti non potuit perfecto tempore verbi *πράττειν (τέλη πεπραχότας)*, nihilo magis quam statim post utitur perfecto tempore verbi *λαμβάνειν (χρήματα λαμβάνοντας)*: nisi quis Amphissenses, quo tempore haec loquebatur Aeschines, a vectigalibus exigendis iam destitisse putat. Non tamen corrigendum *πράττοντας*, quod longius a codicum scriptura recedit, quum praesertim alia facilior emendatio detur. Nam scribendum *τέλη πεπρακότας*, »ipsi nostis hos vectigalia fruenda locasse," quod quum semel quotannis fieri soleat, in oculos incurrit, quare hic perfecto tempore utatur orator, quum in altero verbo praesens adhibeat.

§ 121. *σκοπεῖτε δὴ — τίνα τόλμαν κτησάμενοι τὰς ἱκεσίας*

ποιήσεσθε. Male Bekkerus vitiosam plerorumque librorum lectionem ἱκεσίας recepit, quum ἱκετείας, quod multis veterum locis et grammaticorum testimoniis et ex analogia commendatur, in quatuor optimis codd. ehkl. hodieque scriptum exstet.

Ibid. Οὐ γὰρ δι' αἰνιγμάτων, ἀλλ' ἐναργῶς γέγραπται ἐν τῇ ἀρᾷ κατά τε τῶν ἀσεβησάντων, ἃ χρὴ παθεῖν αὐτοὺς, καὶ κατὰ τῶν ἐπιτρεψάντων, καὶ τελευταῖον ἐν τῇ ἀρᾷ γέγραπται, μηδ' ὁσίως, φησί, θύσαιεν οἱ μὴ τιμωροῦντες τῷ Ἀπόλλωνι, κτἑ. Palam est oratorem hoc loco verba ἐν τῇ ἀρᾷ γέγραπται semel tantum scripsisse, post ἀλλ' ἐναργῶς; quod in libris iterum leguntur post καὶ τελευταῖον, interpolatori debetur, qui quum non videret καὶ τελευταῖον cum verbo φησί iungendum esse (καὶ τελευταῖον, φησί, μηδ' ὁσίως κτἑ.), hic verbum desiderari et e superioribus repetendum existimavit.

§ 122. ἤδη δὲ πόρρω τῆς ἡμέρας οὔσης προελθὼν ὁ κῆρυξ ἀνεῖπε. In his recte Marklandus corrigit προελθών, nam verbum requiritur, quod significet *in publicum procedere*, conf. § 153. νομίσαθ' ὁρᾶν προϊόντα τὸν κήρυκα. Alterum vitium superest in participio οὔσης; orator enim si verbo finito usus esset, non dixisset: ἤδη δὲ ἡ ἡμέρα ἦν πόρρω, sed ἤδη δὲ πόρρω τῆς ἡμέρας ἦν; itaque hic scribendum: ἤδη δὲ πόρρω τῆς ἡμέρας ὄντος.

§ 126. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διεπράξατο ἐπιψηφισθῆναι — ἤδη ἐπαναστάσης τῆς ἐκκλησίας, ἀπεληλυθότος ἐμοῦ — καὶ τῶν πολλῶν διαφειμένων. Quo tempore Demosthenes populum in suffragia misit, concio nondum tota assurrexerat nec dimissa erat, quo casu suffragia ferre non potuisset; sed in eo erat, ut dimitteretur. Itaque non repudianda lectio codicum ehkl., in quibus pro ἐπαναστάσης legitur ἐπ' ἀναστάσει, sed addendum οὔσης, quod librariorum incuria omissum: ἤδη δὲ ἐπ' ἀναστάσει τῆς ἐκκλησίας οὔσης. Conf. Xenoph. Comm. I. 5. 2. ἐπὶ τελευτῇ τοῦ βίου γενόμενοι.

§ 127. Καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ ψηφίσματι πολὺ καὶ σαφέστερον καὶ πικρότερον σύγγραμμα γράφει. Πρόσταγμα, quod

in quatuor optimis libris ehkl. legitur, huic loco multo aptius est, quam *σύγγραμμα*, quod Bekkero melius visum. Hac enim psephismatis parte *πρόσταγμα* continetur; quod nomen de psephismatis usurpari Aeschines docet in § 155, ubi legimus: *καὶ γὰρ ἐὰν αὐτὰ διεξίῃ τὰ ἐκ τοῦ ψηφίσματος προστάγματα.*

§ 130. *οὐχ ἱκανὸν ἦν τὸ τοῖς μυστηρίοις φανὲν σημεῖον φυλάξασθαι, ἢ τῶν μυστῶν τελευτή*; Ridicule ab adiectivo *ἱκανόν* suspenditur infinitivus *φυλάξασθαι*, quasi malum omen ipsum possit cavere, quum tantum alios moneat ut caveant. Infinitivus interpolatus ab aliquo, qui verbum, quod supra optime cum *προσημαίνειν* coniungitur, hic pulchre iterari putavit.

§ 159. *ὑμεῖς δὲ κατὰ μὲν τοὺς πρώτους χρόνους οὐδ' ἐπὶ τὰ ψηφίσματα εἰᾶτε τὸ Δημοσθένους ἐπιγράφειν ὄνομα.* In his verba *κατὰ — χρόνους*, quae paullo ante iam habuimus, parum eleganter secunda vice ponuntur; oratorem addidisse non credo; supra enim de iisdem temporibus agitur neque ulla causa excogitari potest, quae ut hoc loco iteraret, eum adducere debuerit.

§ 172. *Οὐκοῦν ἀπὸ μὲν τοῦ πάππου τοῦ πρὸς μητρὸς πολέμιος ἂν εἴη τῷ δήμῳ (θάνατον γὰρ αὐτοῦ τῶν προγόνων κατέγνωτε)*. Avus Demosthenis maternus ipse capitis damnatus est, non proavi eius. Itaque, quod hic post *αὐτοῦ* subiicitur *τῶν προγόνων*, insiticium est et deleri debet.

§ 182. *ἐπιδειξάτω τοίνυν Δημοσθένης ἐν τῷ αὐτοῦ λόγῳ, εἴ που γέγραπταί τινα τούτων τῶν ἀνδρῶν στεφανῶσαι. ἀχάριστος ἄρ' ἦν ὁ δῆμος*; *οὔκ, ἀλλὰ μεγαλόφρων, κἀκεῖνοί γε οἱ μὴ τετιμημένοι τῆς πόλεως ἄξιοι.* Miltiades et Themistocles eorumque aequales honoribus a populo afficiebantur sed non donabantur coronis. Vere igitur eos dicere possis *τοὺς μὴ ἐστεφανωμένους*, minime autem *τοὺς μὴ τετιμημένους*, quos orator ipse dicat *τιμᾶσθαι ἐν τῇ μνήμῃ τῶν εὖ πεπονθότων*, et etiam dona a populo accepisse constet. Ineptum hoc interpolatoris additamentum est et quantocius deleri debet.

§ 187. *ἐν τοίνυν τῷ μητρῴῳ παρὰ τὸ βουλευτήριον, ἣν ἴδοτε δωρεὰν τοῖς ἀπὸ Φυλῆς φεύγοντα τὸν δῆμον καταγαγοῦσιν, ἔστιν ἰδεῖν.* Risum movisset Atheniensibus Aeschines, si eos admonuisset loci, ubi fanum matris Deorum Athenis situm esset. Est haec annotatio docti interpretis, quae in margine scripta inde a librariis in textum translata est.

Ibid. *ὅσοι αὐτῶν ἐπὶ Φυλῆς ἐπολιορκήθησαν, ὅτε Λακεδαιμονίοι καὶ οἱ τριάκοντα προσέβαλλον τοῖς καταλαβοῦσι Φυλήν.* Verba, quae post *προσέβαλλον* leguntur, *τοῖς καταλαβοῦσι Φυλήν*, ab oratore scripta non sunt. Inepte haec adduntur, quum e verbis, *ὅσοι αὐτῶν ἐπὶ Φυλῆς ἐπολιορκήθησαν*, eos, qui Phylen occupassent, intelligi manifestum sit.

195. *Ἀρχῖνος γὰρ ὁ ἐκ Κοίλης ἐγράψατο παρανόμων Θρασύβουλον τὸν Στειριέα γράψαντά τι παρὰ τοὺς νόμους.* In his ridicule, quum praecedat *ἐγράψατο παρανόμων*, subiicitur *γράψαντά τι παρὰ τοὺς νόμους*. Interpolator haec mutuatus est ex iis quae infra in hac § leguntur: *ἠγοῦντο γὰρ, ὥςπερ τότε αὐτοὺς φεύγοντας ἀπὸ Φυλῆς Θρασύβουλος κατήγαγεν, οὕτω νῦν μένοντας ἐξελαύνειν γράφοντά τι παρὰ τοὺς νόμους.*

§ 196. *ἐν τοιαύτῃ πολιτείᾳ, ἣν οἱ θεοὶ καὶ οἱ νόμοι σώζουσι, τολμᾷ βοηθεῖν τοῖς παράνομα γράφουσι.* Absurde hic *dii et leges* coniunctim nominantur, ut communes democratiae sospitatores. Legendum *οἱ θεσμοί*.

§ 201. *οὐ γὰρ τῶν φευγόντων τὰς οὐ δικαίας ἀπολογίας εἰςεληλύθατε ἀκροασόμενοι, ἀλλὰ τῶν ἐθελόντων δικαίως ἀπολογεῖσθαι.* Hic locus inepti correctoris stupore corruptus est, qui quum arbitraretur accusativum *τὰς — ἀπολογίας* pendere ab *ἀκροασόμενοι*, adverbium *οὐ* ante *δικαίας* infersit, ut sententia esset: *οὐκ εἰςεληλύθατε ἀκροασόμενοι τὰς οὐ δικαίας ἀπολογίας τῶν φευγόντων.* At accusativus pertinet ad participium *φευγόντων* et *οἱ φευγόντες τὰς δικαίας ἀπολογίας* atque *οἱ ἐθέλοντες δικαίως ἀπολογεῖσθαι* inter se opponuntur. Itaque particulam *οὐ* expungendam esse vides.

in quatuor optimis libris ehkl. legitur, huic loco multo aptius est, quam *σύγγραμμα*, quod Bekkero melius visum. Hac enim psephismatis parte *πρόσταγμα* continetur; quod nomen de psephismatis usurpari Aeschines docet in § 155, ubi legimus: *καὶ γὰρ ἐὰν αὐτὰ διεξίῃ τὰ ἐκ τοῦ ψηφίσματος προστάγματα.*

§ 130. *οὐχ ἱκανὸν ἦν τὸ τοῖς μυστηρίοις φανὲν σημεῖον φυλάξασθαι, ἢ τῶν μυστῶν τελευτή*; Ridicule ab adiectivo *ἱκανόν* suspenditur infinitivus *φυλάξασθαι*, quasi malum omen ipsum possit cavere, quum tantum alios moneat ut caveant. Infinitivus interpolatus ab aliquo, qui verbum, quod supra optime cum *προσημαίνειν* coniungitur, hic pulchre iterari putavit.

§ 159. *ὑμεῖς δὲ κατὰ μὲν τοὺς πρώτους χρόνους οὐδ' ἐπὶ τὰ ψηφίσματα εἰᾶτε τὸ Δημοσθένους ἐπιγράφειν ὄνομα.* In his verba *κατὰ — χρόνους*, quae paullo ante iam habuimus, parum eleganter secunda vice ponuntur; oratorem addidisse non credo; supra enim de iisdem temporibus agitur neque ulla causa excogitari potest, quae ut hoc loco iteraret, eum adducere debuerit.

§ 172. *Οὐκοῦν ἀπὸ μὲν τοῦ πάππου τοῦ πρὸς μητρὸς πολέμιος ἂν εἴη τῷ δήμῳ (θάνατον γὰρ αὐτοῦ τῶν προγόνων κατέγνωτε).* Avus Demosthenis maternus ipse capitis damnatus est, non proavi eius. Itaque, quod hic post *αὐτοῦ* subiicitur *τῶν προγόνων*, insiticium est et deleri debet.

§ 182. *ἐπιδειξάτω τοίνυν Δημοσθένης ἐν τῷ αὐτοῦ λόγῳ, εἴ που γέγραπταί τινα τούτων τῶν ἀνδρῶν στεφανῶσαι. ἀχάριστος ἄρ' ἦν ὁ δῆμος*; *οὔκ, ἀλλὰ μεγαλόφρων, κἀκεῖνοί γε οἱ μὴ τετιμημένοι τῆς πόλεως ἄξιοι.* Miltiades et Themistocles eorumque aequales honoribus a populo afficiebantur sed non donabantur coronis. Vere igitur eos dicere possis *τοὺς μὴ ἐστεφανωμένους*, minime autem *τοὺς μὴ τετιμημένους*, quos orator ipse dicat *τιμᾶσθαι ἐν τῇ μνήμῃ τῶν εὖ πεπονθότων*, et etiam dona a populo accepisse constet. Ineptum hoc interpolatoris additamentum est et quantocius deleri debet.

§ 187. *ἐν τοίνυν τῷ μητρῴῳ παρὰ τὸ βουλευτήριον, ἣν ἔδοτε δωρεὰν τοῖς ἀπὸ Φυλῆς φεύγοντα τὸν δῆμον καταγαγοῦσιν, ἔστιν ἰδεῖν.* Risum movisset Atheniensibus Aeschines, si eos admonuisset loci, ubi fanum matris Deorum Athenis situm esset. Est haec annotatio docti interpretis, quae in margine scripta inde a librariis in textum translata est.

Ibid. *ὅσοι αὐτῶν ἐπὶ Φυλῆς ἐπολιορκήθησαν, ὅτε Λακεδαιμονίοις καὶ οἱ τριάκοντα προσέβαλλον τοῖς καταλαβοῦσι Φυλήν.* Verba, quae post *προσέβαλλον* leguntur, *τοῖς καταλαβοῦσι Φυλήν*, ab oratore scripta non sunt. Inepte haec adduntur, quum e verbis, *ὅσοι αὐτῶν ἐπὶ Φυλῆς ἐπολιορκήθησαν*, eos, qui Phylen occupassent, intelligi manifestum sit.

195. *Ἀρχῖνος γὰρ ὁ ἐκ Κοίλης ἐγράψατο παρανόμων Θρασύβουλον τὸν Στειριέα γράψαντά τι παρὰ τοὺς νομους.* In his ridicule, quum praecedat *ἐγράψατο παρανόμων*, subiicitur *γράψαντά τι παρὰ τοὺς νόμους.* Interpolator haec mutuatus est ex iis quae infra in hac § leguntur: *ἠγοῦντο γὰρ, ὥςπερ τότε αὐτοὺς φεύγοντας ἀπὸ Φυλῆς Θρασύβουλος κατήγαγεν, οὕτω νῦν μένοντας ἐξελαύνειν γράφοντά τι παρὰ τοὺς νόμους.*

§ 196. *ἐν τοιαύτῃ πολιτείᾳ, ἣν οἱ θεοὶ καὶ οἱ νόμοι σώζουσι, τολμᾷ βοηθεῖν τοῖς παράνομα γράφουσι.* Absurde hic *dii et leges* coniunctim nominantur, ut communes democratiae sospitatores. Legendum *οἱ θεσμοί.*

§ 201. *οὐ γὰρ τῶν φευγόντων τὰς οὐ δικαίας ἀπολογίας εἰσεληλύθατε ἀκροασόμενοι, ἀλλὰ τῶν ἐθελόντων δικαίως ἀπολογεῖσθαι.* Hic locus inepti correctoris stupore corruptus est, qui quum arbitraretur accusativum *τὰς — ἀπολογίας* pendere ab *ἀκροασόμενοι*, adverbium *οὐ* ante *δικαίας* infersit, ut sententia esset: *οὐκ εἰσεληλύθατε ἀκροασόμενοι τὰς οὐ δικαίας ἀπολογίας τῶν φευγόντων.* At accusativus pertinet ad participium *φευγόντων* et *οἱ φευγόντες τὰς δικαίας ἀπολογίας* atque *οἱ ἐθέλοντες δικαίως ἀπολογεῖσθαι* inter se opponuntur. Itaque particulam *οὐ* expungendam esse vides.

§ 205. *οὕτω δὴ καὶ τὸν Δημοσθένην ἀξιώσατε ἀπολογεῖσθαι πρὸς τὸν τῶν ὑπευθύνων νόμον πρῶτον καὶ τὸν περὶ τῶν κηρυγμάτων δεύτερον, τρίτον δὲ τὸ μέγιστον λέγω, ὡς οὐδὲ ἄξιός ἐστι τῆς δωρεᾶς.* Postrema huius sententiae pars graviter laborat. Aeschinem enim quum iudicibus exposuisset, quod accusationis caput Demosthenem primo loco refellere oporteat, quod secundo, postremo qua de re eum tertio loco agere fas sit, dixisse palam est. Itaque quod hodie vulgatur, *τρίτον δὲ τὸ μέγιστον λέγω, ὡς οὐδὲ ἄξιός ἐστι τῆς δωρεᾶς*, ferri nequit; nam quid Aeschines ipse tertio loco dicat, nihil ad nos; de Demosthene eiusque apologia agitur. Corrigo: *τρίτον δὲ τὸ μέγιστον λεγέτω, ὡς οὐδὲ ἀνάξιός ἐστι τῆς δωρεᾶς.* Imperativus *λεγέτω*, qui hic ponitur pro *ἀξιώσατε αὐτὸν λέγειν*, librariorum negligentia abiit in praesens indicativi *λέγω*; quo facto, ut speciem aliquam sanitatis haberet locus, corrector ex negativo *ἀνάξιος* fecit *ἄξιος*, quod in plerisque codicibus invenitur, quatuor tamen libri ehkl. hic ut multis aliis locis veram scripturam servarunt et habent *ἀνάξιος*.

§ 208. *τῷ πολλάκις μὲν ἐπιορκοῦντι ἀεὶ δὲ πρὸς τοὺς αὐτοὺς μεθ' ὅρκων ἀξιοῦντι πιστεύεσθαι, δυοῖν θάτερον ὑπάρξαι δεῖ — ἢ τοὺς θεοὺς καινοὺς ἢ τοὺς ἀκροατὰς μὴ τοὺς αὐτούς.* In his sententia, nisi deletis verbis *πρὸς τοὺς αὐτοὺς*, stare nequit. Virum enim, qui *ἀεὶ πρὸς τοὺς αὐτοὺς* fidem haberi iuriiurando suo postulet, auditores semper eosdem habere necesse est. Huic igitur conditio, quam orator periuro ponit, ut auditores habeat *μὴ τοὺς αὐτούς*, numquam suppetit et absurde ponitur. Contra illis verbis expunctis, nihil est quod nos offendat et Aeschines recte ab eo ut auditores saepe mutet, exigere potest.

§ 209. *ποῖ καταφύγω, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι; περιγράψατέ με ἐκ τῆς πολιτείας· οὐκ ἔστιν ὅποι ἀναπτήσομαι.* Tribus hic locus vitiis laborat; primum est in verbo *περιγράψατε*, cuius Aeschines hunc modum profecto adhibere non potuit: ita enim Demosthenem inducit cives suos iubentem ut e republica se circumscribant. Corrigo *περιγράψετε*: Demosthenes enim futurum dicit ut expellatur, si condemnetur. Alte-

rum vitium est in voce πολιτείας. Nihil erat quod laboraret Demosthenes, si nullum periculum ipsi instabat, sed tantum futurum erat, ut a republica administranda (ἐκ τῆς πολιτείας) excluderetur. Aeschines non videtur scripsisse πολιτείας sed τόλεως. Tertium denique vitium nimiae religioni debetur, qua codicum auctoritatem secutus est Bekkerus. Editi enim ante eum habent οὐκ ἔστιν ὅπῃ ἀναπτήσομαι, sed Bekkerus librorum scripturam ὅποι praetulit. At Demosthenes non negat, locum sibi dari, quo avolare possit, sed si e patria pellar, inquit, et locus mihi in terra non sit, in aërem evolare nullo modo potero.

§ 214. ὁ μὲν γὰρ Κτησιφῶν οὐ τὸ καθ' ἑαυτόν φησι φοβεῖσθαι — ἀλλὰ τὴν τοῦ Δημοσθένους ἐν τῇ πολιτείᾳ δωροδοκίαν φησὶ φοβεῖσθαι καὶ τὴν ἐμπληξίαν καὶ δειλίαν. In his alterum φησὶ φοβεῖσθαι insiticium est: adscripsit aliquis, qui accusativi τὴν δωροδοκίαν κτέ. rationem dare volebat.

§ 225. τίς ἂν εἴη τοιοῦτος ἰατρὸς ὅστις τῷ νοσοῦντι μεταξὺ μὲν ἀσθενοῦντι μηδὲν συμβουλεύοι, τελευτήσαντος δὲ αὐτοῦ — διεξίοι κτέ. Pronomen αὐτοῦ, quod abundat et in quatuor optimis libris ebkl. non comparet, melius omittitur.

§ 228. καὶ δὴ καὶ τὴν τῶν ἐμῶν λόγων ἐμπειρίαν καὶ τὴν φύσιν μου γεγενῆσθαι ἐπὶ βλάβῃ τῶν ἀκουόντων. Aeschines si ita locutus est non dixit de sua dicendi facultate, sed de familiaritate quam alii contraxerunt cum ipsius orationibus. Nam οὗτος ἔμπειρός ἐστι τῶν ἐμῶν λόγων significat, hic homo multum trivit orationes meas et meum dicendi genus probe novit, neque verba ἡ τῶν ἐμῶν λόγων ἐμπειρία aliam interpretationem admittunt. Legendum: τὴν ἐμὴν τῶν λόγων ἐμπειρίαν.

§ 238. ὁ γὰρ τῶν Περσῶν βασιλεὺς — κατέπεμψε τῷ δήμῳ — ἐπιστολήν, ἐν ᾗ τά τε δὴ ἄλλα καὶ μάλ' ἀπαιδεύτως διελέχθη, καὶ ἐπὶ τελευτῆς ἐνέγραψεν ἐν τῇ ἐπιστολῇ, »ἐγὼ, φησίν, χρυσίον οὐ δώσω, κτέ. Orator quum occoepisset a verbis ἐν ᾗ i. e. ἐπιστολῇ post ἐνέγραψεν verba ἐν τῇ ἐπιστολῇ addere non

potuit, sed est hoc inconcinnum interpolatoris inventum. Ipsum *ἐνέγραψεν* minus quidem offendit, sed tamen propter sequens *φησίν* melius abesset et ab eodem homine illatum esse videtur.

§ 242. *Καὶ γὰρ ἂν ἄτοπόν σοι συμβαίνοι, εἰ κτἑ.* Pronomini *σοί* hic locus non est; orator enim non de miro fortunae casu loquitur, qui Ctesiphonti acciderit, sed ostendit, quam male inter se congruant, quae Ctesiphon olim facere sustinuerit et quae nunc dicturus sit. Hoc igitur *ἄτοπον συμβαίνει*, non vero Ctesiphonti, sed auditoribus et iudicibus, qui rei causam non perspiciant.

AD PHOTII LEXICON.

(*Continuatur ex Mnem.* VII. *pag.* 480).

Non uno nomine vitiata est glossa Platonica, (quam Photius cum multis aliis ex veteri *λέξει Πλάτωνος* descripsit, de qua alio tempore diligenter dicam) v. *Σέφθησαν: καὶ οἱ τραγικοί, καὶ Πλάτων Φαίδρῳ. ἀντεσεβάσθησαν.* quae sic emendanda sunt: *Σεφθεῖσα: — ἀντὶ τοῦ σεβασθεῖσα.* Locus Platonis est Phaedr. p. 254. B. *ἰδοῦσα δὲ ἔδεισέ τε καὶ σεφθεῖσα ἀνέπεσεν ὑπτία.* Multos errores peperit *ἀν*, quod pro *ἀντὶ τοῦ* in Grammaticorum libris scribi solet. Exemplum unum de multis est v. *Πατάγημα: ἀντίλαλος καὶ πανοῦργος*, quod natum ex *ἀν λάλος*, id est *ἀντὶ τοῦ λάλος*. Ioculariter confusa sunt O et Ω v. *Σπαρτοπώλιον: ὡς ἡμεῖς. καὶ Μένανδρος· — σπαρτόπωλις, ὁμογραῦς.* Viri docti emendarunt optime: *Σπαρτοπόλιον* et *σπαρτοπόλιος, ὠμόγραυς*. Facillimum nunc est emendare quod legitur v. *Μεσάγκυλος: μεσοπόλιος· ὠμογέρων*, nam sic legendum est:

Μεσάγκυλος: * * *

Μεσαιπόλιος: ὠμογέρων.

Quemadmodum haec absurde conglutinata sunt, sic male dissecuerunt v. Μέτειμι: μετέρχομαι. et Μετελεύσομαι: ἐπελεύσομαι, quae sine mora sunt coniungenda. Μέτειμι significat, teste Photio, et μετέρχομαι et μετελεύσομαι, quamquam in ea re patriarcha vehementer fallitur: εἶμι et composita omnia apud Veteres *semper et ubique* futuri notionem servant, quod Graeculos recentiores fugit, qui Homericum ἐλεύσομαι recoxerunt et ἄπειμι, ἔξειμι cett. suo arbitratu pro ἀπέρχομαι, ἐξέρχομαι utebantur. Apud Photium, ut apud omnes, consonantes temere duplicantur, ut in Μελλόντων: ἐπιμελείσθωσαν pro μελόντων, et passim in aliis (quorum stultissimum est Λῆμμα: φρόνημα, κέρδος, hoc enim λῆμμα est, illud λῆμα), aut contrario errore ubi geminandae essent altera omittitur, ut in noto Phocensium tyranno, qui Φαῦλος apud Photium appellatur pro Φάϋλλος. Nusquam ea res plus damni attulit quam v. Μαλαν: ἀντὶ τοῦ οὐ καλά. Emenda Μἀλλά: ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀλλά, quod ex Aristophane sumtum est. Irrepsit male secunda consonans in Στερνοτύπτης: ὁ τὸ στῆθος τύπτων· καὶ στερνοτυπτόμενος. Respuit istiusmodi formam certa analogiae lex, quae στερνοτυπούμενος postulat, idque unice verum est et reponendum, quemadmodum et Στερνοτυπής. Noto errore peccatum est v. Σανδαλοθήκην οὐ σανδανοθήκην λέγουσιν. Confusa sunt ΛΙ et Ν, ut in Νἀξίανθος, quod apud Photium legitur pro Νἀξία λίθος, et corrigendum est: οὐ σανδαλιοθήκην λέγουσιν. Ipsius Photii error est in v. Προδοσίκομπος: ὁ τὰς ἑαυτοῦ ὑποσχέσεις προδιδούς, nam postulat certissima analogia ut προδωσίκομπος scribatur, ut δωσίδικος, et in notissimo scolio:

Αἰαῖ Λιψύδριον προδωσέταιρον.

eadem de causa λυσίμαχος, φυσίζοος αἶα et sim. primam producunt, quae in λύσις et φύσις corripitur. Violatur iterum analogia in Σινωπῆσαι: τοῦτο πεποίηται παρὰ τὴν ἑταίραν Σινώπην, nempe Σινωπίζειν dicebant, ut Τηλενικίζειν, aliaque plura eiusdemmodi, in quibus scribae — ῆσαι solent pro — ίσαι substituere. Lepidi poëtae inventum est quod servavit Photius: Πολυτιμητιζόμενος: θεραπευόμενος. Nae ille nesciebat

quod diceret, unde Hesychius descripsit: Πολυτιμητίζειν: πολλοὺς τιμᾶν ἢ ὑπὸ πολλῶν τιμᾶσθαι. Dii immortales πολυτίμητοι appellabantur, ὦ πολυτίμητοι θεοί, ὦ πολυτίμηθ' Ἡράκλεις, itaque ut πατερίζειν, et ἀδελφίζειν τινά est blande *patrem* et *fratrem vocare*, et *filiam vocare* θυγατρίζειν dicitur, ipso Photio teste v. Θυγατρίζουσα: θυγατέρα καλοῦσα, sic πολυτιμητίζειν est *appellare* πολυτίμητον et tamquam Deum salutare, quod iocose facit Plato in Euthyd. 396. D. Satis recte igitur Photius θεραπευόμενος interpretatur, sed proprie est προσαγορευόμενος ὥς τις τῶν κρειττόνων. Quis agnoscat glossam Homericam in v. Ὑποδέξῃ: ὑποδέχῃ τὰ πρὸς ὑποδοχὴν ἐπιτήδεια? Emenda: Ὑποδεξίῃ: ὑποδοχή, τὰ πρός κτέ. et referendum scito ad Homeri Iliad. I. 73.

πᾶσά τοι ἔσθ' ὑποδεξίη, πολέεσσι δ' ἀνάσσεις.

Risum movet annotatiuncula v. Ὀλὰς οὐχὶ ἅλας λεκτέον, facile credimus, sed tu rescribe οὐχὶ οὐλὰς λεκτέον. Ex errore pervulgato Θίμβρων recepit pro Θίβρων Λακεδαιμόνιος, quamquam ipse paulo ante Θιβρώνιον νόμισμα recte dixisset ἀπὸ Θίβρωνος τοῦ χαράξαντος εἰρῆσθαι, sed tu Θιβρώνειον emenda. Perpetuus in talibus error est. Recte Dindorfius apud Harpocrat. Ἀρχιδάμειος πόλεμος pro Ἀρχιδάμιος reposuit, et certa est in his analogia, cui plus credendum quam libris omnibus. Quam imperite recepit Photius Θοηρός: τεταραγμένος, quum Θολερός debuisset. Post pauca ex Comico affert: Θολερὸς προσβαίνεις, ubi προβαίνεις verum est. Melius alii θολερῶς exhibent, nam significat προβαίνεις ἀσάτως καὶ τεταραγμένως, vel, ut iidem interpretantur, μὴ καθεσαμένην καὶ ἀσφαλῆ πορείαν ἔχων, *incerto gradu, titubante pede*, ut temulenti solent. Quam imperite descripsit Θραύματα: νευροσπάσματα. Quis non videt θαύματα esse emendandum et τὰ νευρόσπαστα? Νευρόσπασμα non minus est barbarum ac si quis verbum νευροσπᾶν fingere vellet. Emendate supra dederat Θαύματα: ἃ οἱ θαυματοποιοὶ ἐπιδείκνυνται, quorum plane fuit immemor quum inter Θραύεται et Θραῦσις suum Θράυματα inferciret. Eodem errore paulo ante Θρανιτρίδες: κῶπαι θρανιτῶν scribitur pro θρανίτιδες. Remiges θρανῖται, remi θρανίτιδες appellabantur. In eadem re impegit v. Θαλαμίδιοι κῶπαι, verum est Θαλαμίαι. Contra scribis imputa-

verim Θριπηδέσατα pro Θριπήδεσα, ut qui saepe in hoc turpissimo errore deprehensi sunt. Fieri potest ut iidem, non Photius, Θυηχόοι dederint pro θυηκόοι, sed quod sequitur Θυηκετάδαι: δῆμος Ἱπποβωντίδος immanis error est pro Θυμαιτάδαι. Quid illo homine facias qui Θωρόντες: ὁρμήσαντες (collocatum inter Θωρήσσετο et Θωχθείς) dare potuerit pro θορόντες? Quam levia et puerilia sedulo annotare soleat vide mihi in Ἰέναι, Ἴθι, Ἰόντες, Ἰοῦσαν, Ἴσαν, Ἰτέον, Ἴτην, Ἴτω, Ἰών. Quibus tandem ista explicanda fuisse putemus? Quid tandem prodest annotatiuncula istiusmodi Ἴθι: ἔρχου ἢ πορεύου. vel Ἴτω: ἰέτω, ἐρχέσθω. Turpis est barbarismus ἰέτω ex plebis sermone sumtus, iure notatus a Phrynicho pag. 15. ubi vide Lobeckium. Quod notavit alibi Κάτιμεν: κατερχόμεθα fallitur, κάτιμεν futuri temporis notionem apud Veteres numquam deponit. Non minus levia reperies v. Ἰκέσθην et Ἵκοντο. Miraberis etiam Ἵεται, Ἱέσθην et Ἵενται tribus locis diligenter explicari. Quod Photius ἵεται scribit et ἱέσθην et ἵενται non scribae errorem sed ipsius esse existimo, quoniam ἵεται interpretans προθυμεῖται, πορεύεται, et ἱέσθην: ἐπροθυμοῦντο, ἐπορεύοντο pervulgato errore eas formas ad verbum ἰέναι referre videtur. Prorsus hanc suspicionem confirmat quod scribit v. Ἰταμός — παρὰ τὸ ἵεσθαι, ὅ ἐστιν ὁρμᾶν. Non est igitur mirandum in Codd. ἵεται et ἵετο et sim. constanter mendose scribi. Multo etiam turpius peccavit Photius quum inter Ἰόνιον πέλαγος et ἰού medium insereret: Ἵοντο: προεθυμοῦντο, προῃροῦντο, ne suspicatus quidem ἵοντο absurdam scripturam esse pro ἵεντο. Accentuum rationem habet nullam et diversissima miscet, ut in v. Ἰων: βελῶν ἢ πορευθείς, prout nempe Ἰῶν vel Ἰών scribitur. Mirifica de genere hoc leguntur apud Hesychium, veluti in v. Ὁμή: ὁμοία ἢ ὁμνύεις. Confundit, ut vides, ὁμή et ὁμεῖ vitiose scriptum ὁμῇ et omisso de more I sic OMH. In utroque fallitur, namque ὁμή est ἡ αὐτή, non ὁμοία, et ὁμεῖ significat *iurabis*, non *iuras*. Eadem chorda oberrat paulo ante in Ὀμεῖται: ὀμνύει, et infra Ὀμοῦμαι: ὀμνύω. Sed redeo ad Photium, qui graviter impegit in v. Ἰλλωτρύει: σραβίζει. Certum est ΠΤ pro ΤΡΤ scribendum ei fuisse Ἰλλώπτει, quae sola forma Veteribus in usu fuit. Quod inter Ἱππόπορνε et Ἵπτουριν inseruit Ἱπτούμενος: πιεζόμενος,

[illegible] versum [illegible], namque [illegible] est, quae [illegible] sumta est ex Equit. [illegible]:

[illegible]

[illegible]

Insolens [illegible] librarii error est v. [illegible]: [illegible].

[illegible] Ἀλέξις

sed manifestius error est legendumque [illegible], non [illegible], ut coniecerat emendare Reinesius. Simili modo apud Xenophontem [illegible] in [illegible] depravatum est in Hellen. III. [illegible] 4, ut alibi ostendimus. Fefellit nos adhuc omnes idem mendum in Demosthenis Midiana § 71. ubi legitur: ἀλλ' ἴσασιν ἅπαντες, εἰ δὲ μή, πολλοί γε, Εὔαιον τὸν [illegible] ποτ' ἐκεῖνον, τὸν [illegible]. Veram lectionem olim reperit Valckenaerius, qui in Schedis Criticis Mss. τὸν νεανικὸν corrigendum esse sibi annotavit. Miror quomodo tam evidens mendum tam diu latere potuerit.

Noli Photio credere Ἰταλιώδης Graecum esse ubi scribit: Ἰταλιώδης: ὁ ἀλαζὼν ἀπὸ τῶν Πυθαγορικῶν διὰ τὴν Σύβαριν ὁ λάγνος. Verum est Ἰταλιώτης, ut Σικελιώτης, et apud Photium v. Ἴωνες: Ἀσιῶται, aliaque permulta. Praeterea excidit vocula ad sensum necessaria supplendumque (ἢ) διὰ τὴν Σύβαριν ὁ λάγνος. In v. Καβύλη Photius ex Harpocrationis Epitome vetus mendum nil mali suspicans descripsit in verbis πρὸς τοῖ Τάξωι ποταμῶι κατὰ μέσον τῆς Θράκης. Sat notus is fluvius est ut expulso mendo πρὸς τῷ Ἀξίῳ ποταμῷ tuto rescribatur. Non infrequenti errore Καθαγιάζεται: ἀφιεροῦται scribae dederunt pro καθαγίζεται, namque istis ἅγιος et ἁγιάζειν notiora. Ipse Photius quum Καθάπτω: καθιερώσω, συντελέσω scriberet peius etiam erravit, nam ΚΑΘΑΓΙΩ καθαγιῶ scriptum oportuit: iterumque in eodem verbo graviter lapsus est quum Καθιγνῦσαι: νεκροῖς θῦσαι daret pro καθαγίσαι. Quod in unico Codice legitur καθοιμον: κάθοδον, non κάθοιμον erat scribendum sed καθ' οἶμον: καθ' ὁδόν. Negligenter ex aliqua λέξει Platonis excerpta sunt haec: Καὶ τὸ ᾔδη: ἀντὶ τοῦ ᾔδειν· καὶ τὸ πεπόνθει ἀντὶ τοῦ ἐπεπόνθει. Attulerat nescio quis formas plusquam perfecti Attici in — η et addiderat καὶ τὸ ᾔδη ἀντὶ τοῦ ᾔδειν καὶ τὸ ἐπεπόνθη ἀντὶ τοῦ ἐπεπόνθειν. In-

ter καὶ μήν et καὶ δή pessime ponitur Καινοτάφια pro Κενοτάφια. Si καλλύνειν est κοσμεῖν, ut Photius docet et nemo nescit, sequitur non esse Κάλυντρα: κόσμητρα, ut apud Photium inter Κάλυκας et Κάλυξ legitur, sed κάλλυντρα. In v. Καρκίνου ποιήματα narratur Carcinus induxisse Orestem ὑπὸ Ἡλίου ἀναγκαζόμενον ὁμολογῆσαι ὅτι ἐμητροκτόνησεν, sed imposuit librariis vetus sigla, quae non ἡλίου significabat sed Ἀπόλλωνος, ut in Praefatione Variarum Lectionum satis ostendimus. Quod habet Photius Καρυβοᾶν: ὑπὸ βοῆς κεκαρῶσθαι sine dubio mendosa scriptura est pro Καρηβοᾶν, quod paulo ante sic interpretatur: ὑπὸ ἤχων τὴν κεφαλὴν ἰλιγγιᾶν, ὑπὸ βοῆς ἐσκοτῶσθαι. Credo id verbum a Cratino aliove quo Comicó πεταῖχθαι, qui Homericum καρηκομόωντας per ludum ac iocum in καρηβοόωντας converterit. Manifesto mendosum est Κατεδάρθη: κατεκοιμήθη, nam κατέδαρθε Graecum est. Etiam alibi indocti scribae καταδαρθέντα barbare pro καταδαρθόντα dederunt. Mira forma est et ex solo Photio nota Κατεκίκλασε: κατέκλα. Sequiores Graeculi hoc quoque finxisse videntur ut ἐκγαμίσκω, ἀποδιδύσκω, et alia. Factum est nonnumquam ut in Photii λέξιν nescio quomodo pro antiquis glossis irreperent sequiorum sordes, veluti in v. Ἵπτανται: πέτεται, sed ἵπτανται Graeculorum forma est novicia et veteribus inaudita. Similiter Καταφυέν: γεννηθέν, est enim φυέν pro φύν recentiorum vitiosa συνήθεια, et subinde alia huiusmodi occurrunt. Bis in eodem vocabulo hallucinatus est Photius in v. Κατασκελετούμενα: λελεπτυσμένα, et in v. Κατεσκηλητευμένος: ἐξίτηλος, τεταλαιπωρημένος. Nihil aliud formatur ex σκελετός quam κατασκελετεύω, quamobrem utrobique κατεσκελετευμένος vera scriptura est, nisi forte secundo loco vetus glossa cum interpretamento coaluit et reponendum: Κατεσκληκώς: κατεσκελετευμένος κτέ. Quod in vicinia recurrit Κατεσκληκώς: κατεξηραμμένος neminem movebit, qui meminerit quam saepe apud Hesychium et Photium eadem glossa iterum recurrat modo mendosa, modo emendate scripta. Vix credas Graecum scriptorem, nedum eruditum virum, dare potuisse Κατεώρυκτο; κατορωρυγμένον ἦν, pro κατορώρυκτο. Comici facetia inest in Κατεχορδεύθη: — ὅλος τῇ χορδῇ γέγονεν, ubi legendum ὅλος τῆς χορδῆς γέγονεν, quod dictum est ut

ὅλος εἰμὶ τοῦ μέλους, et similia. Homo lepidus καταχορδεύομαι iocose ab usitata significatione deflexit ad eam, quae in καταυλεῖσθαι, καταψάλλεσθαι et aliis nota est omnibus. Κατοιόμενος non est ὀνομάζων ἑαυτὸν μέγαν καὶ φυσῶν, sed ὁ νομίζων ἑαυτὸν μέγαν. Non dissimili modo articulus periit in Καυνός: σκληρός pro ὁ κληρός. Ridiculo mendo legitur Κεκλασμένους: ἰσχύοντας, nam plane contrarium significat *molles, effoeminatos, luxu diffluentes.* Quid autem pro ἰσχύοντας reponendum sit non reperio. Fugit Photium ratio quum scriberet: Κέκουρος: εἶδος πλοίου βραχέος, nam Κέρκουρος debuerat scribere. Quid sibi vult Κεκρόπη: Ἀθήνη? at tu rescribe Κεκροπίς: Ἀθηναία. Non significat Κευθήμων: φωλεῶν, ἀποκρύφων τόπων, sed κευθμώνων. Non significat Κηλούμενος: φλεγόμενος, sed θελγόμενος. Κηφισόδωρος non erat ὕπαρχος ἐν Μαντινείᾳ sed ἵππαρχος. Duo immanes errores ab ipso Photio commissi conspiciuntur in vicinia Κίαλον: χρῶμα ὑπόφαιον pro Κιλλόν, et Κιγκιόπραγοι: ἀντὶ τοῦ δασεῖς, pro Κιλίκιοι τράγοι. abierat ΛΙ in Ν, deinde κινκιο — nescio quis in κιγκιο — refinxit. Demosthenis glossa est Κλαιήσει: ὃ ἡμεῖς κλαύσει λέγομεν, sed vera scriptura est κλαήσει: pessime autem Photii aequales κλαύσει dicebant pro κλαύσεται. Iterum fallit Photius ubi docet Κλαυμυρίζεται καὶ κλαυμυριεῖται λέγουσιν (οἱ Ἀττικοί), nam illi κλαυθμυρίζεται dicebant et κλαυθμυριεῖται. Non est Κλέπτος: φωρίον, sed κλέπος, priscum vocabulum sumtum ex legibus Soloneis. Quanta fuerit in eruditis illorum temporum ἀκρισία et incogitantia nusquam magis apparet quam in iis quae Photius in Κλιμακίζειν et Κλιμάζει scripsit. Dinarchus dixerat: ὅταν οὖν κλιμακίζῃ καὶ παράγῃ τοὺς νόμους. sed scribae oscitantia in eo Codice, quo Harpocration utebatur, κλιμακίζῃ fuerat corruptum in κλιμάζῃ vocabulum nihili. Harpocration primum quid sit κλιμάζῃ, quamquam id iuxta cum ignarissimis nesciebat, tamen interpretatur, levissime de suo fingens κλιμάζῃ esse παρακλίνῃ καὶ τρέπῃ. Tum demum de lectionis sanitate dubitare coepit et commentus est correctiunculam supra quam dici potest ridiculam et ioculare m: μήποτε δὲ δεῖ γράφειν, inquit, βλιμάζῃ ἀντὶ τοῦ θλίβῃ καὶ βιάζηται. Si scivisset quid esset βλιμάζειν suam ipse coniecturam, ut opinor, suaviter risisset. Videtur tamen

id scire debere, nam ipse in doctissima λέξει apposuit verbum Βλιμάζειν et interpretatus est. Tamen quid esset βλιμάζειν ne suspicatus quidem est. Est illud verbum frequens in Comoedia Attica, unde si quis forte nescit malo eum quaerere quid notet quam ipse dicere. Harpocration igitur quam bene Attice sciat et quam sollerter Oratores Atticos emendet videmus. Quid Photius? Docet ex nescio qua λέξει ῥητορικῇ verbum κλιμακίζειν significare διασρέφειν. ἔστι γάρ τι βασανιστικὸν ὄργανον κλῖμαξ καλούμενον, ὃ τὰ σώματα τῶν βασανιζομένων διαστρέφει. Deinde ex alia λέξει illum ipsum Dinarchi locum apponit emendate scriptum, eumque optime interpretatur. His omnibus denique subiungit Harpocrationis λέξιν, locum eundem Dinarchi corruptum et absurdam Harpocrationis παραδιόρθωσιν. Ecquid homini suboluisse putas? Nihil prorsus. Describit fideliter omnia, deinde ad reliqua se convertit. Praeclarum hunc habemus Graecitatis interpretem et magistrum. Audi diligenter quid post pauca doceat: Κλίσις, inquit, ἡ πρόσκλισις, παραγγελία εἰς κρίσιν. οὕτω Δημοσθένης. Intelligisne quid dicat? κλίσις est παραγγελία εἰς κρίσιν. Sed Demosthenem testem et auctorem habet. Salva res est. Κλῆσις volebat dicere et πρόσκλησις: nam καλεῖσθαι et προσκαλεῖσθαι est παραγγέλλειν εἰς κρίσιν, non κλίνειν et προσκλίνειν. *Debebat* certe dicere, sed alias res agens mendum non animadvertit et inter Κλισιάδες et Κλῖτος suum κλίσις interposuit. Et mirabimur etiam scribas, indoctum genus, apud Xenophontem in Hellen. I. VII. 13. τὴν κλῆσιν in τὴν ἐκκλησίαν depravasse. Non satis cavit Photius a pervulgato errore quum reciperet Κοῖλα: τὰ ὑποκάτω τῶν ὀφθαλμῶν, quae κύλα Graece dicuntur, unde κυλοιδιᾶν, sed quoniam υ et οι passim inter se permutantur, scribae κοῖλα substituunt et κοιλοιδιᾶν. Et istis quidem venia dari potest, Photio non potest. Gravius etiam erravit in Κοίθουρον κήφηνα. Non moror nunc malesanam etymologiam ὅτι κεύθει τὴν οὐράν, assueti sumus istis ineptiis, sed mendosa scriptura Photium advertere debuerat et ex se ipsa et quia paulo ante nota Hesiodi verba attulerat sine vitio in Κηφήνεσσι κοθούροις, quae verba sic interpretatur ut dicat esse τοῖς καθεζομένοις καὶ φυλάττουσι τὴν τῶν μελισσῶν ἔξοδον. οὖροι γὰρ οἱ φύλακες. Photius non solet Hesiodeas glossas recipere. Dicam igitur cur

haec receperit, sed prius Hesiodi locum apponam ex Oper. 304.

ὅς κεν ἀεργός
ζώῃ κηφήνεσσι κοθούροις εἴκελος ὀργήν.

Nempe hunc locum lepide, ut solet, Plato verbis suis intexuit in Legg. X. p. 901. A. τρυφῶν καὶ ἀμελὴς ἀργός τε, ὃν ὁ ποιητὴς κηφῆσι κοθούροισι μάλιστα εἴκελον ἔφασκεν εἶναι, et ex hoc ipso loco in Platonis λέξιν a Timaeo compositam, quam Photius describere solet, recepta sunt verba Κηφήνεσσι κοθούροις, de quibus quidquid dici potuit Ruhnkenius exhausit, sed miror quomodo et illum et caeteros fugerit ex Timaei loco Platonis scripturam emendari oportere. Plato enim non κηφῆσι κοθούροισι dederat, sed ipsa Poëtae verba servaverat κηφήνεσσι κοθούροις μάλιστα εἴκελον, ut res ipsa docet et Timaeus plane confirmat.

Ecquid credis Photio scribenti: Κραυμυρίζεται: ἐπὶ τῆς παιδικῆς φωνῆς λέγεται? Cave facias, nam *vagire* est κλαυθμυρίζεσθαι, in quo etiam supra Photius impegit.

Post pauca leges Κρεῦσις: ἀντὶ τοῦ παραλογισμός. Haud vidi magis. Glossa est Aristophanis ex Nubibus 317.

καὶ τερατείαν καὶ κροῦσιν καὶ κατάληψιν.

Emendari nunc poterit alia glossa Κροῦσις: ἀναλογισμός, imo vero παραλογισμός

Post Κυζικηνοὶ σατῆρες subiungit Κυζηθμός: ἡ ἀσαφὴς τῶν κυνῶν βοή. Sed κυζᾶσθαι et κυυζηθμός Graece dici satis constat vel ex ipso Photio v. Κνυζώμενον: σένοντα. μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν σκυλάκων.

Insigne exemplum levitatis, qua isti magistri quodlibet impudenter fingere soleant de nihilo, conspicitur apud Photium v. Κυνᾶς. Interpretaturus nescio quis verba Demosthenis ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας pag. 1377, 11: οἱ τὰς κυνᾶς τὰς Βοιωτίας ἔχοντες (quae interprete minime indigebant) ita scribit: ἤτοι τὰς ἀπὸ κυνέων (κυνείων) δερμάτων γιγνομένας ἢ ἀπὸ Κυνὸς τοῦ κατασκευάσαντος πρώτου. Manifestum est minimi pretii hominem id stulte commentum esse de suo. Non multo est acutior alter unde Photius descripsit Κυνῆ Βοιωτία: ἐπεὶ ἐκεῖ καλαὶ γίνονται αἱ κύνες. Vides hoc quoque de nihilo fictum esse. Hoc solum e verbis Oratoris intelligimus τὰς κυνᾶς τὰς Βοιω-

τίας peculiari quadam forma fuisse diversa ab Atticis. Sic κυνῆ Θετταλίς dicitur et Ἀρκὰς κυνῆ. Quae apud Sophoclem noto loco commemoratur ἡλιοτερὴς κυνῆ Θεσσαλίς de ea sic Callimachus dixit (Thesei habitum, ut suspicor, describens ἐν τῇ Ἑκάλῃ):

ἀμφὶ δέ οἱ κεφαλῇ νέον Αἰμονίηθεν
μεμβλωκὸς πίλημα περίτροχον ἄλκαρ ἔκειτο | εἶδος.

vide Interpretes ad Suid. v. πίλημα περίτροχον. Quae esset forma τῆς Βοιωτίας κυνῆς Atheniensibus ostendebat ἡ ἐν τῇ Ποικίλῃ τοᾷ γραφή, quam Orator commemorat. Magistri, ut solent, levissime τὸ ἐπελθόν scribunt.

Compone mihi has quatuor glossas:

Κυρηβάσασθαι: διαμαχέσασθαι.
Κυρηβάζεσθαι: λοιδορεῖσθαι.
Κυριβάσασθαι: διαμαχέσασθαι. οὕτως Κρατῖνος
Κυρριβάζεσθαι λοιδορεῖσθαι, διασύρεσθαι,

et quantum Photio trribuendum sit optime aestimare poteris, qui bis vitiosa librorum scriptura κυριβ. et κυρριβ. deceptus est, quum paulo ante bis emendatam lectionem descripsisset. Equidem istiusmodi testi non credo Graecum esse Κύρημα: ἐπίτευγμα, συγκύρημα, ἔρμαιον. nam κύρμα hoc est, non κύρημα. Indocte Κωλακρέται et Κωλαγρέται distinguit, Κωλήβη et Κωβήλη aliaque complura, neque intelligit alteram lectionem sanam esse, alteram corruptam.

Errores, in quos se Photius implicuit, non tantum ex unciali scriptura manarunt, sed nonnumquam et ab ea, qua utebantur οἱ εἰς τάχος γράφοντες. Indicio esto quod scribit: Λάβρα: δημόσιος τενωπός· ἄμφοδος· ῥύμη δι' ἧς οἱ λαοὶ ῥέουσιν. Nempe Λαύρα debuerat scribere, sed β et υ in Codd. vix discerni possunt, quia β formam habet simillimam litterae υ. Nihil igitur est tritius quam ut λαυρός et λαυρῶς legatur pro λάβρος et λάβρως: passim νεβρός in νευρός et νεβρίζειν in νευρίζειν depravatur, et sim. Turpis Photii error est, nam notissimum nomen est ἡ λαύρα vel ex ipso Photio in v. Λαύρα et Λαυροτάται. Praeterea quis sine nausea legere potest etymologiam δι' ἧς οἱ λαοὶ ῥέουσιν?

Quid, quaeso, est Λαγκρύζεσθαι: λοιδορεῖσθαι quod conspicitur in vicinia? Non facile, credo, dixisset Photius. Idem

tamen post pauca affert veram scripturam Λακερύζεσθαι: λογοποιεῖσθαι ἢ λοιδορεῖσθαι. Verbum hoc πέπαικται ab aliquo Comico παρὰ τὴν λακέρυζαν κορώνην.

Negligenter et indocte Photius quum docuisset Atticis ὁ λάγνος in usu fuisse, et attulisset ex Comico nescio quo hos versiculos:

τοιαῦτα μέντοι πόλλ' ἀναγκαίως ἔχει
πάσχειν ὅταν λάγνην τὸν ὀφθαλμὸν φορῇς.

addidit: ἡ δὲ ἀναλογία, οἶμαι, καὶ λάγνητα, ὡς Κράτητα καὶ Μάγνητα. Quae est ista ἀναλογία? Num putes τὸν ἀδολέσχην et ἀδολέσχητα posse dici? Meliora ipse docet paulo ante Λάγναις: τοὺς καταφερεῖς εἰς τὰ Ἀφροδίσια. Sed Photius, ut Graeci iocantur, ὅμοιός ἐστι σάλπιγγι· φθεγγόμενος γὰρ μέγιστον ἑαυτοῦ οὐκ ἀκούει.

Fallitur Photius quum Graeca esse putat λακκαταπύγων et λακκατάρατος. vid. in v. Λακκατάρατος et Λακκοσκαπέρδαν. Confudit formas λακαταπύγων, λακατάρατος cum iis in quibus λάκκος est pars compositionis, ut λακκοσχέας et sim.

Quid miramur scribas perpetuo ει et ι inter se stulte permutare, ubi videmus Photium scribere Λειμῷ Μηλίῳ et Λειτόν: τὸν πένητα et bis Λεκανείς pro Λεκανίς et contra Λειπομαρτύριον et Λιφαιμεῖ. Deinde Λίριοὐ: τὸ ἄνθος, et Λιαινούσης: πραϋνούσης et Λίξαι: ἐκτεταμένως (itaque Λῖξαι dederat). Ἀριστοφάνης Ἱππεῦσιν. significare videtur vs. 103.

ἐπίπασα λείξας δημιόπρατ' ὁ βάσκανος.

In v. Λικμήσονται: λήξουσιν Porsonus λείξουσιν reposuit. Photius ipse vitiose λίξουσιν dederat, et non animadvertit λιχμήσονται verum esse.

In Λέπτει: κατεσθίει. οὕτως Εὔπολις, deprehendit Photii errorem Meinekius optime reponens Λέπει. Verbum antiquum λέπω, unde λέπος et λέμμα et λοπός et λοπίζω, ἀπολοπίζω manarunt, apud sequiores Graeculos in λεπίζω abiit, et saepe factum est ut vetus forma in recentiorem depravaretur. Λέπειν et ἐκλέπειν habebant aoristum λαπῆναι et ἐκλαπῆναι. Illud exstat apud Hesychium Λαπῆναι: λαπισθῆναι, imo vero λεπισθῆναι. Hippocrati dudum reddidi in libro περὶ Φύσιος παιδίου (Tom. I. p. 246. Foësii): εἰ γάρ τις ἐθέλει ᾠὰ εἴκοσι ἢ καὶ πλείονα ὅκως ἐκλαπήσεται ὑποθεῖναι ἀλεκτορίσι εἴτε δυσὶ ἢ

καὶ πλείοσι, ubi in libris est ἐκλεπίσηται et ἐκλεπισθήσεται. Qui servavit veram lectionem Erotianus v. Ἐκλαπήσεται: ἀντὶ τοῦ ἐκγλυφήσεται cum magna gravitate annotavit: ἄπαξ εἴρηται καὶ παρ' ἡμῶν ἐξήγηται μόνων, quasi hoc magnum et memorabile esset reperisse verbum ἐκλέπειν habere ἐκλαπῆναι et ἐκλαπήσομαι. Tanta caligine iam tum antiquus dicendi usus premebatur. Paene intercciderat ex Homeri loco Iliad. Φ. 455. vera lectio ἀπολεψέμεν. Edebatur:

ϛεῦτο γὰρ ἀμφοτέρων ἀποκόψειν οὔατα χαλκῷ,

quum ex Aristarcho recepta est antiqua scriptura, quae et apud Hesychium latebat in monstrosa corruptela ἀπολελεψειμένου τὰ καλά pro ἀπολεψέμεν οὔατα χαλκῷ. Post pauca apud Hesychium legitur: Ἀπολείψομεν: ἀποδέρωμεν. λεῖψαι γὰρ τὸ ἀποδεῖραι, pro Ἀπολέψομεν: ἀποδεροῦμεν et λέψαι. Praeclare emendavit Ruhnkenius locum Euripidis in Cyclope vs. 235:

τὰ σπλάγχν' ἕφασκον ἐξαμήσεσθαι βίᾳ,
μάϛιγί τ' εὖ τὸ νῶτον ἀποβλίψειν σέθεν.

quum ἀπολέψειν reponeret, quod a nupero Editore non esse receptum vehementer miror. Intellexit fortasse quid esset τὸ νῶτον ἀποβλίβειν idque μάϛιγι. Ἐκλέψας apud Hippocratem eadem de causa depravatum est in ἐκλάψας aut ἐκλέξας aut ἐκκολύψας, vide Foës. Oecon. Hippocr. v. Ἐκκολύψας. Nemo amplius noverat verbum ἐκλέπειν olim tam usitatum pro *ova excludere*. Dicebant sequiores ἐκγλύφειν vel ἐκλεπίζειν. Hesychius: Ἐξέλεψεν: ἐξέγλυψεν, ἐξελέπισεν. Sic igitur ἐκλαπήσεται Erotianus interpretatur ἐκγλυφήσεται et scioli in Hippocratis libris ἐκλεπισθήσεται substituerunt. Λεπίζειν contra et ἀπολεπίζειν et ἐκλεπίζειν veteribus inaudita sunt, qui λοπίζειν et ἀπολοπίζειν dicebant de piscibus, quos *desquamabant*. Recte Photius: Λοπίζειν οὐ λεπίζειν. et Phrynichus in Bekkeri Anecd. 25, 26: Ἀπολοπίζειν διὰ τοῦ ο τὴν τρίτην οὐ διὰ τοῦ ε. Hoc quoque novo errore stultissimi scribae in ἀπολογίζω corrumpebant. Sed quid scribas insimulo? Grammaticus Bekk. Anecd. 430, 15. ubi scribit: ἀπολογίζειν: τὸ ἐπεξελθεῖν ἔκαϛα, et Aristophanis locum addit:

ἐγὼ δ' ἀπολογίζειν τε κἄτ' ἐπ' ἀνθράκων
(ὀπτᾶν),

videturne tibi intellexisse de *piscibus* haec dici qui *ἀπολοπισθέντες* (*desquamati*) *ὠπτῶντο ἐπ' ἀνθράκων*? *Ἀπολοπίζων* videbis in *ἀπολογίζων* corruptum fuisse etiam apud Antiphanem Athen. p. 120. A. Ex his igitur videor mihi perspexisse quo pacto emendanda sit Photii glossa misere vitiata v. *Λελεπασμένον. πεπεμμένον. οὕτω Στράττις.* Glossam transpositam esse suspicor et depravatam scribendumque *Λελεμμένον: λελεπισμένον.* Glossas transpositas apud Hesychium complures deprehendit Bentleius, quarum nonnullis *ἀντιστρόφως* corrector adscripserat, vid. Epistol. ad Millium pag. 39.

Quod Photius *Λευκορυτους: δειλούς* esse dicit vera lectio versu abhinc tertio exstat *Λευκοπύγους: δειλούς, ὡς μελαμπύγους τοὺς ἀνδρείους.*

Pervulgato errore in libris scribitur *λῃΐζομαι* pro *λᾐζομαι*, ut *ἠΐθεος* pro *ᾐθεος*, *ἠϊών* pro *ἠών*, et sim. Veterem hunc errorem esse ex Ionica dialecto natum Photius demonstrat, ubi *κατὰ στοιχεῖον* scribit *Λῃϊσθείς, Λῃΐσάς, Λῃΐσαί, Λῃΐσατο, Λῃΐζεται*, et deinde suo loco (post *Λήσομαι*) *Λησικήν* et *Λησοσαλπίγκτας.* Confundit Ionica *λῃΐσσατο* apud Homerum, *λῃΐζεται* apud Simonidem, cum formis Atticis *λᾐζομαι, λῆσαί* (pro quo Iones *λῃϊσῆρες* dicebant), *λῆσικόν* et sim. Dorica sunt *λᾶσαί* et *λᾶσήριον*, nam *λᾶα* et *λᾱ́ζομαι* dicebant pro *λεία* et *λῄζομαι.* Hesychius v. *Λαιάν — Δωριεῖς λαῖαν* (scribe *λᾶαν*) *ἐπὶ τῆς λείας.* Exime nunc obiter turpem ex Hesychio errorem v. *Λαίσασθαι: κτίσασθαι*, imo vero *Λᾶσασθαι: κτήσασθαι.*

Levis et inanis observatiuncula scribarum errore plane absurda facta est v. *Λήμματα λέγουσι, λήψομαι δὲ σύκέτι. οἱ μέντοι Δωριεῖς Φυλάσσουσι τὴν ἀναλογίαν τοῦ λήψομαι.* Intelliges quid dicat ubi bis pro *λήψομαι* reposueris *λήμψομαι*, quae forma Alexandrina est sexcenties in libris Mss. occurrens, ut et *λημπτός, ἄλημπτος, κάμπτω* (pro *κάπτω*), *Λάμβδακος*, aliaque permulta. Photius ipse non *Λάμβδα* dederat et in Eupolidis fragmento:

ἐξεπλάγη γὰρ ἰδὼν σίλβοντα τὰ λάμβδα,

sed utrobique *Λάβδα*, ut ipsa series demonstrat. Caeterum quae sit illa *ἀναλογία*, quamobrem *λῆμμα* futuro *λήμψομαι* debeat respondere, non *λήψομαι*, neque Photius neque alius quisquam facile dixerit.

Series demonstrat ipsius Photii, non scribarum, errorem esse in Λιβάζεις: ἀπορρυεὶς ἢ ἀποφθαρείς pro Λιβάξεις: ἀπορρυήσει, ἀποφθαρήσει. Multis modis λιβάζω, ἀπολιβάζω et ἀπολιβάξαι depravari solent. Ἀπολειβράξαι apud Hesychium est. Meliora apud Grammat. Bekk. Anecd. p. 431, 3. sed lepidus homo est ubi dicit ἀπολιβάξαι esse πόρρω ἀπελθεῖν παρὰ τὴν Λιβύην. Vehementer ea opinio placuit Grammaticis, vid. Etymolog. Magn. p. 127, 1. Quod apud Aristophanem legitur in Avibus 1467: οὐκ ἀπολιβάξεις; si Scholiastae credimus est οὐκ ἐς κόρακας καὶ Λιβύην ἀποφθερεῖ; Illos ipsos iubeas cum suis ineptiis et nugis ἀπολιβάξαι. Caeterum suspicor verbum simplex a Grammaticis ex composito fictum esse et solum ἀπολιβάξαι Veteribus fuisse in usu. Vide quae scripsit Hesychius in Epistola ad Eulogium sub finem.

Turpi errore scripsit Photius Λισχρός: φειδωλός. Vide autem mihi quam nihil intelligant isti eruditissimi Λέξεων conditores. Eundem plane errorem erravit Hesychius in Λισχρῶς: φειδωλῶς, σκνιφῶς. Similia bona fide recepit Suidae stupor. Periisse primam litterulam nemo istorum sensit. Γλίσχρος enim et γλίσχρως Graece dici eo sensu quis nescit? Lepide Euphron Comicus apud Athen. p. 378. E. ubi senex avarus in scenam prodit nescio quem inducit ita dicentem:

προσέρχεθ' ὁ γέρων. ὡς δὲ καὶ γλίσχρον βλέπει.

et passim γλίσχρως significat φειδωλῶς, σκνιφῶς. Hesychius suo loco emendate dederat: Γλίσχρος: φειδωλός, σκνιφός, sed ecce idem post pauca ita scribit: Γλίχος φειδωλός. καὶ γλίσχρος. οἱ δὲ πολυπράγμων, περίεργος. Nihili vocabulum est γλίχος· Corrector probam scripturam apposuit γλίσχρος, quam postea nescio quis non sine copula, ut solent, in textum recepit. Sed quis audivit umquam γλίσχρος significare πολυπράγμων, περίεργος? Novus est indocti magistri error γλίσχρος et λίχνος confundentis. Notus est Euripidis versiculus:

τό τ' ἄρσεν ἀεὶ τοῦ κεκρυμμένου λίχνον.

Hesychius Λίχνος: ὀψοφάγος — πολυπράγμων.

Non sine vitio apud Photium editur Λίτρα: τὴν νομισμοδόκην καλοῦσι· τὴν δὲ αὐτὴν καὶ λιτροδόκην καλοῦσιν. Hesychius Λιτρίς: πυξὶς σωματοδόχος. Idem vitium inquinat νο-

μισμοδόκην (Codex unicus νομιμοδόκην) et σωματοδόχος. Emendandum est νομισματοδόκην et νομισματοδόκος. Nomina in — δόκος et — δόκη unusquisque Graecorum sibi ipse format in praesentem usum. Scribae, ut notum est, eas formas passim in — δόχος et — δόχη deformant.

Incertum ipsiusne Photii an librarii errore legitur Λυδιάζων: Λυδοὶ Μάγνητος τοῦ Κωμικοῦ διεσκευάσθησαν, nam certum est Λυδίζων veram lectionem esse ex Aristophanis Equitt. vs. 520. sqq.

τοῦτο μὲν εἰδὼς ἅπαθε Μάγνης ἅμα ταῖς πολιαῖς κατιούσαις,
ὃς πλεῖστα χορῶν τῶν ἀντιπάλων νίκης ἔσησε τρόπαια.
πάσας δ' ὑμῖν φωνὰς ἰεὶς καὶ ψάλλων καὶ πτερυγίζων
καὶ Λυδίζων καὶ ψηνίζων καὶ βαπτόμενος βατραχείοις
οὐκ ἐξήρκεσεν.

Aristophanes lepidissime sic quinque Magnetis fabulas designavit illo tempore omnibus notas. Erant Βαρβιτισταί, Ὄρνιθες, Λυδοί, Ψῆνες et Βάτραχοι. Ad hunc locum referendas esse duas glossas ἐκ τῆς Κωμικῆς Λέξεως apud Hesychium servatas primus omnium Bentleius docuit. Λυδίζων: χορεύων. διὰ τοὺς Λυδούς, οἳ σώζονται μὲν, διεσκευασμένοι δ' εἰσίν, et Ψηνίζων: τοὺς Ψῆνας λέγει τοὺς τοῦ Μάγνητος. Ex priore loco collegeris aetate Didymi alias Magnetis Comoedias iam intercidisse, quia diserte docet οἱ Λυδοὶ σώζονται μὲν, διεσκευασμένοι δ' εἰσίν. Et legit eam fabulam Athenaeus, qui alibi refert Magnetis nomine fabulas quasdam circumferri, de quarum auctore non satis constaret. Illinc igitur sua Photius descripsit sed sic ut Didymi annotationem, ut ita dicam, ad sua tempora accommodaret. Didymus, qui τοὺς Λυδούς legerat, ita dicit: σώζονται μέν, διεσκευασμένοι δ' εἰσίν. Photius quum fabulam olim periisse sciret ad v. Λυδίζων nil nisi hoc annotavit: Λυδοὶ Μάγνητος τοῦ Κωμικοῦ διεσκευάσθησαν. Attuli haec ut omnes e luculento exemplo intelligerent quam inepta et stulta sit ratio, quam isti λέξεων conditores sequantur. Quae olim docti Interpretes ad certos veterum locos adscripserant, ea isti sic cum aliis diversissimi generis permixta et confusa in suam farraginem receperunt ut prorsus intelligi nequeant. Vide aliud exemplum in vicinia. Λέγει: τοὺς χρόνους ἐναλλάσσουσιν, ὡς καὶ τὸ γαμεῖ ἀντὶ τοῦ ἔγημεν. Ea

observatiuncula et per se admodum futilis est et nulli usui nisi locum teneas ad quem referatur. Quis Photio credet scribenti: Λέγειν: οἰκοδομεῖν ἢ συλλέγειν, nisi locus proferatur quo illa interpretatio nitatur. Et συλλέγειν quidem recte habet in ὀξέα λέγειν apud Homerum, sed λέγειν pro οἰκοδομεῖν poni posse et a Graeco scriptore umquam positum esse, nemini suaserim ut Photio vel iurato credat. Sic ubi scribit Λύσεται: ὠνήσεται satius est non credere, et Κύματα: ἐνέχυρα, et Λύτρα: μισθός, et alia permulta eiusdemmodi, in quibus

νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τᾶν φρενῶν.

Qui credit ipsos Graecos optimos esse Graecitatis magistros ac testes mutabit sententiam ubi ea legerit, quae Photius scripsit v. Μά et in v. Μὰ Δία. In re simplicissima et certissima et pueris nota istos magistros videbis tricantes. Μὰ Δία, inquit, οὐκ ἐπὶ τοῦ μὰ τὸν Δία ἔλεγον, ὡς οἵονταί τινες. ἐχρῶντο δὲ αὐτῷ ἀντὶ μὰ Δία, ὥσπερ καὶ τὸ νὴ Δία ἐπὶ τοῦ ναί. ὅθεν καὶ τὸ ναὶ Δία λέγουσι καὶ να ***. Heu optimum magistrum Graecitatis! Facile est autem reperire quae dixerit, ubi memineris Graeculos, qui omnia confundunt, etiam Μά et Νή confudisse, quae quamquam est ἐσχάτη ἀκυρολογία tamen suos habet auctores ac testes, in his Aristaenetum I. 10. Μὰ τὴν Ἄρτεμιν Ἀκοντίῳ γαμοῦμαι. Emenda igitur: Μὰ Δία οὐκ ἐπὶ τοῦ νὴ Δία ἔλεγον, ὡς οἵονταί τινες. ἐχρῶντο δὲ αὐτῷ ἀντὶ τοῦ οὐ μὰ Δία καὶ τῷ νὴ Δία ἐπὶ τοῦ ναὶ μὰ Δία, quae sunt puerilia admodum sed vera. Ridicula sunt quae addit: ὅθεν καὶ τὸ ναὶ Δία λέγουσι καὶ να(ὶ μὰ τὸν Δία). Nesciebat magister solos Dorienses constantissime ναί et οὐ pro νή et μά ponere, ut in ναὶ τὼ σιώ, οὐ τὼ σιώ, ναὶ τὰν Κόραν, ναὶ τὸν Διοκλέα, ναὶ τὸν Ἡρακλέα et sim. Non minus levia sunt quae scribit de ναὶ μά et οὐ μά. Quis non sexcenties apud Atticos legit οὐ μὰ τὸν Ἀπόλλω, ναὶ μὰ τὸν Δία et similia? et quis de usu Homerico in ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, et οὐ μὰ γὰρ Ἀπόλλωνα, et οὐ μὰ Ζῆν', Ἀγέλαε, admonendus est? Verum de his Graeculi erant sedulo admonendi, qui nihil horum satis tenebant et in loquendo confundebant omnia. Audi modo Photium v. Νὴ τὸν καὶ ναὶ μὰ τόν: κατομοτικὰ ταῦτα. ἀπομοτικὰ δὲ οὐ μὰ τὸν Δία. ὥστε

ἐσχάτη ἀκυρολογία τὸ λέγειν μὰ τὸν Δία ποίησον, ubi ποιήσω emendandum est.

Quod scribit Photius Μαζονομία: οἱ μεγάλοι καὶ κοῖλοι πίνες (ubi πίνακες legendum), sumtum est ex Aristophanis loco, quem Photius ipse servavit v. Σκαφίδας:

Σκαφίδας, μάζας, Μοσσυνικὰ μαζονομεῖα.

Hinc lux Hesychio v. Μοσυνοίκια. μαζονόμια. Ποντικὰ ὁ Δίδυμος ἤκουεν. οἱ γὰρ Μοσύνοικοι ἐν Πόντῳ εἰσίν. λέγει δὲ τοὺς ξυλίνους πίνακας, nam vides eum scripsisse Μοσσυνικὰ μαζονομεῖα: Ποντικὰ ὁ Δίδυμος ἤκουεν. Locus ipse Didymi apud Hesychium sequitur non sine mendis. Simul vides μόσσυν et Μοσσύνοικοι scribendum, non μόσυν et Μοσύνοικοι. Eadem opera corrige Hesychium in v. Μαζονόμενον: κύκλον ἢ ξύλινον πίνακα, imo vero: Μαζονομεῖον: κοῖλον ξύλινον πίνακα.

Vetus mendum est Μελιτίδης: εἷς καὶ οὗτος τῶν εὐηθῶν, ὡς Μάργιτης, quod inter Μελίπνους et Μελιττοπτηχεῖν Photius collocavit, nescius Μελητίδης hominis nomen esse. Iam tum igitur Μέλιτος pro Μέλητος scribi solebat, quod mendum Codices tantum non omnes obsidet.

Μελλήσας, si Photium audis, ponitur pro βραδύνας καὶ ἐπὶ τοῦ σπουδάσας. Nihil hominibus illius aetatis videbatur absurdum. Qui faciles credebant δωροδοκεῖν perinde significare et χρήματα διδόναι et χρήματα λαμβάνειν, non mirabantur idem verbum et *cunctari* et *festinare* denotare. Nos talibus magistris non utimur. Eiusdem monetae est Μεταλαγχάνειν: μετέχειν ἢ ἀφυσερεῖν, id est μετέχειν ἢ οὐ μετέχειν, et alio loco Μοτοῖ: τιτρώσκει et Μοτώσει: ἰάσεται δι' ὀθονίων.

Non scribae tantum Spartanorum μόραν in μοῖραν depravare solent. Photius quoque Μοῖρα: σύνταγμά ἐστι Λακωνικόν medium interposuit inter Μοῖρα: μερίς et Μοιρηγενές.

Misere corrupta est vetus annotatio: Μῦς πίττης γεύει: ἐπὶ τῶν νεωστὶ ἀπαλλασσόντων καὶ ὅσα Μῦς ἐν Πίσσῃ. ἀπὸ Μυὸς τοῦ Ταραντίνου πύκτου κακῶς Ὀλυμπίασιν ἀπαλλάξαντος. Primum emendandum est Μῦς πίττης γεύεται et ἀπαλλασσόντων κακῶς, ὡς ὁ Μῦς ἐν Πίσσῃ. Qui primus omnium ineptam istam interpretationem de suo commentus est non cogita-

vit ἐν Πίσῃ Graecum esse. Tarentinus ille pugil in hoc proverbio ex eodem luto fictus est unde Κύων ille, de quo in v. Κυνεῖ Βοιωτίαι diximus. Ambo enim in magistellorum cerebris nati sunt. Quidquid autem de illo proverbio scriptum est a permultis, quos vide apud Schneidewinum ad Diogenianum II. 64. manavit ex uno Demosthenis loco in orat. πρὸς Πολυκλέα pag. 1215, 11, quem apponam ut obiter emendem. Editur: ἀκούσας δ' οὗτος ταῦτα τοῦ τ' Εὐκτήμονος καὶ τοῦ Δεινίου τοῦ κηδεστοῦ τοῦ ἐμοῦ, περὶ μὲν ὧν ἔλεγον αὐτῷ οὐδὲν αὐτοῖς ἀπεκρίνεται, γελάσαντα δ' ἔφχσαν αὐτὸν εἰπεῖν· »Ἄρτι μῦς πίττης γεύεται.« ἐβούλετο γὰρ Ἀθηναῖος εἶναι. Sic scriptus locus intelligi non potest, sed nihil est facilius quam eum restituere. Nempe omnia uni Polycli continuanda sunt, qui deridens Apollodorum *novum civem* dixerat: »Ἄρτι μῦς πίττης γεύεται· ἐβούλετο γὰρ Ἀθηναῖος εἶναι.« » *Civis esse voluit. Putabat rem esse iucundissimam. Nunc modo experitur quam sit ea res plena molestiarum.*" Quam rem dulcissimam esse stulte opinabatur, eam nunc experitur acerbissimam, ut mus qui gula allectus *picem* lambere coeperat. Dicitur autem ἄρτι μῦς πίττης γεύεται ut ἄρτι μανθάνω, *nunc modo* intelligo, itaque minus recte interpretantur Veteres: ἐπὶ τῶν νεωστὶ ἀπαλλαττόντων κακῶς, vel ἐπὶ τῶν νεωστὶ πεῖραν τῶν κακῶν λαμβανόντων. Non enim ἄρτι ponitur pro νεωστί, quod cum praesenti tempore, ut opinor, coniungi non potest, sed significat *nunc modo* intelligo aut sentio, quod paulo ante *nondum intelligebam* aut *nondum sentiebam.*

Caeterum animadvertendum est verba Polyclis: Ἄρτι μῦς πίττης γεύεται more Graeco ita dici ut verbi γεύεται subiectum sit (ὁ Ἀπολλόδωρος) ἄρτι μῦς πίττης γεύεται, quae loquendi forma in proverbiis trita est admodum, ut in fragmento Cephisodori apud Phot. v. Ὄνος ὕεται.

Σκώπτεις μ'. ἐγὼ δὲ τοῖς λόγοις ὄνος ὕομαι.

et apud Aristoph. Lysistr. vs. 927.

ἀλλ' ἢ τὸ πέος τδδ' Ἡρακλῆς ξενίζεται.

Ex huius rei observatione emendari potest Aristophanis fragmentum apud Athen. p. 95 D.

ἐγευσάμην χορδῆς ὁ δύσηνος τέκνων.

in vitiosa lectione τέκνων latet *canis* legendumque:

ἐσχάτη ἀκυρολογία τὸ λέγειν μὰ τὸν Δία ποίησον, ubi ποιήσω emendandum est.

Quod scribit Photius Μαζονομία: οἱ μεγάλοι καὶ κοῖλοι πίνες (ubi πίνακες legendum), sumtum est ex Aristophanis loco, quem Photius ipse servavit v. Σκαφίδας:

Σκαφίδας, μάζας, Μοσσυνικὰ μαζονομεῖα.

Hinc lux Hesychio v. Μοσυνοίκια. μαζονόμια. Ποντικὰ ὁ Δίδυμος ἤκουεν. οἱ γὰρ Μοσύνοικοι ἐν Πόντῳ εἰσίν. λέγει δὲ τοὺς ξυλίνους πίνακας, nam vides eum scripsisse Μοσσυνικὰ μαζονομεῖα: Ποντικὰ ὁ Δίδυμος ἤκουεν. Locus ipse Didymi apud Hesychium sequitur non sine mendis. Simul vides μόσσυν et Μοσσύνοικοι scribendum, non μόσυν et Μοσύνοικοι. Eadem opera corrige Hesychium in v. Μαζονόμενον: κύκλον ἢ ξύλινον πίνακα, imo vero: Μαζονομεῖον: κοῖλον ξύλινον πίνακα.

Vetus mendum est Μελιτίδης: εἷς καὶ οὗτος τῶν εὐηθῶν, ὡς Μάργίτης, quod inter Μελίπνευς et Μελιττοπτηχεῖν Photius collocavit, nescius Μελητίδης hominis nomen esse. Iam tum igitur Μέλιτος pro Μέλητος scribi solebat, quod mendum Codices tantum non omnes obsidet.

Μελλήσας, si Photium audis, ponitur pro βραδύνας καὶ ἐπὶ τοῦ σπουδάσας. Nihil hominibus illius aetatis videbatur absurdum. Qui faciles credebant δωροδοκεῖν perinde significare et χρήματα διδόναι et χρήματα λαμβάνειν, non mirabantur idem verbum et *cunctari* et *festinare* denotare. Nos talibus magistris non utimur. Eiusdem monetae est Μεταλαγχάνειν: μετέχειν ἢ ἀφυσερεῖν, id est μετέχειν ἢ οὐ μετέχειν, et alio loco Μοτοῖ: τιτρώσκει et Μοτώσει: ἰάσεται δι' ὀβολίων.

Non scribae tantum Spartanorum μόραν in μοῖραν depravare solent. Photius quoque Μοῖρα: σύνταγμά ἐςι Λακωνικόν medium interposuit inter Μοῖρα: μερίς et Μοιρηγενές.

Misere corrupta est vetus annotatio: Μῦς πίττης γεύει: ἐπὶ τῶν νεως ἀπαλλασσόντων καὶ ὅσα Μῦς ἐν Πίσσῃ. ἀπὸ Μυὸς τοῦ Ταραντίνου πύκτου κακῶς Ὀλυμπίασιν ἀπαλλάξαντος. Primum emendandum est Μῦς πίττης γεύεται et ἀπαλλασσόντων κακῶς, ὡς ὁ Μῦς ἐν Πίσσῃ. Qui primus omnium ineptam istam interpretationem de suo commentus est non cogita-

vit ἐν Πίσῃ Graecum esse. Tarentinus ille pugil in hoc proverbio ex eodem luto fictus est unde Κύων ille, de quo in v. Κυναῖ Βοιωτίαι diximus. Ambo enim in magistellorum cerebris nati sunt. Quidquid autem de illo proverbio scriptum est a permultis, quos vide apud Schneidewinum ad Diogenianum II. 64. manavit ex uno Demosthenis loco in orat. πρὸς Πολυκλέα pag. 1215, 11, quem apponam ut obiter emendem. Editur: ἀκούσας δ' οὗτος ταῦτα τοῦ τ' Εὐκτήμονος καὶ τοῦ Δεινίου τοῦ κηδεστοῦ τοῦ ἐμοῦ, περὶ μὲν ὧν ἔλεγον αὐτῷ οὐδὲν αὐτοῖς ἀπεκρίνεται, γελάσαντα δ' ἔφασαν αὐτὸν εἰπεῖν· »Ἄρτι μῦς πίττης γεύεται.“ ἐβούλετο γὰρ Ἀθηναῖος εἶναι. Sic scriptus locus intelligi non potest, sed nihil est facilius quam eum restituere. Nempe omnia uni Polycli continuanda sunt, qui deridens Apollodorum *novum civem* dixerat: »Ἄρτι μῦς πίττης γεύεται· ἐβούλετο γὰρ Ἀθηναῖος εἶναι.“ » *Civis esse voluit. Putabat rem esse iucundissimam. Nunc modo experitur quam sit ea res plena molestiarum.*“ Quam rem dulcissimam esse stulte opinabatur, eam nunc experitur acerbissimam, ut mus qui gula allectus *picem* lambere coeperat. Dicitur autem ἄρτι μῦς πίττης γεύεται ut ἄρτι μανθάνω, *nunc modo* intelligo, itaque minus recte interpretantur Veteres: ἐπὶ τῶν νεωστὶ ἀπαλλαττόντων κακῶς, vel ἐπὶ τῶν νεωστὶ πεῖραν τῶν κακῶν λαμβανόντων. Non enim ἄρτι ponitur pro νεωστί, quod cum praesenti tempore, ut opinor, coniungi non potest, sed significat *nunc modo* intelligo aut sentio, quod paulo ante *nondum intelligebam* aut *nondum sentiebam.*

Caeterum animadvertendum est verba Polyclis: Ἄρτι μῦς πίττης γεύεται more Graeco ita dici ut verbi γεύεται subiectum sit (ὁ Ἀπολλόδωρος) ἄρτι μῦς πίττης γεύεται, quae loquendi forma in proverbiis trita est admodum, ut in fragmento Cephisodori apud Phot. v. Ὄνος ὕεται.

Σκώπτεις μ'. ἐγὼ δὲ τοῖς λόγοις ὄνος ὕομαι.

et apud Aristoph. Lysistr. vs. 927.

ἀλλ' ἢ τὸ πέος τόδ' Ἡρακλῆς ξενίζεται.

Ex huius rei observatione emendari potest Aristophanis fragmentum apud Athen. p. 93 D.

ἐγευσάμην χορδῆς [illegible] τέκνων

in vitiosa lectione [illegible] leg[illegible]que:

ἐσχάτη ἀκυρολογία τὸ λέγειν μὰ τὸν Δία ποίησον, ubi ποιήσω emendandum est.

Quod scribit Photius Μαζονομία: οἱ μεγάλοι καὶ κοῖλοι πίνες (ubi πίνακες legendum), sumtum est ex Aristophanis loco, quem Photius ipse servavit v. Σκαφίδας:

Σκαφίδας, μάζας, Μοσσυνικὰ μαζονομεῖα.

Hinc lux Hesychio v. Μοσυνοίκια. μαζονόμια. Ποντικὰ ὁ Δίδυμος ἤκουεν. οἱ γὰρ Μοσύνοικοι ἐν Πόντῳ εἰσίν. λέγει δὲ τοὺς ξυλίνους πίνακας, nam vides eum scripsisse Μοσσυνικὰ μαζονομεῖα: Ποντικὰ ὁ Δίδυμος ἤκουεν. Locus ipse Didymi apud Hesychium sequitur non sine mendis. Simul vides μόσσυν et Μοσσύνοικοι scribendum, non μόσυν et Μοσύνοικοι. Eadem opera corrige Hesychium in v. Μαζονόμενον: κύκλον ἢ ξύλινον πίνακα, imo vero: Μαζονομεῖον: κοῖλον ξύλινον πίνακα.

Vetus mendum est Μελιτίδης: εἷς καὶ οὗτος τῶν εὐηθῶν, ὡς Μάργίτης, quod inter Μελίπνους et Μελιττοπτηχεῖν Photius collocavit, nescius Μελητίδης hominis nomen esse. Iam tum igitur Μέλιτος pro Μέλητος scribi solebat, quod mendum Codices tantum non omnes obsidet.

Μελλήσας, si Photium audis, ponitur pro βραδύνας καὶ ἐπὶ τοῦ σπουδάσας. Nihil hominibus illius aetatis videbatur absurdum. Qui faciles credebant δωροδοκεῖν perinde significare et χρήματα διδόναι et χρήματα λαμβάνειν, non mirabantur idem verbum et *cunctari* et *festinare* denotare. Nos talibus magistris non utimur. Eiusdem monetae est Μεταλαγχάνειν: μετέχειν ἢ ἀφυσερεῖν, id est μετέχειν ἢ οὐ μετέχειν, et alio loco Μοτοῖ: τιτρώσκει et Μοτώσει: ἰάσεται δι' ὀθονίων.

Non scribae tantum Spartanorum μόραν in μοῖραν depravare solent. Photius quoque Μοῖρα: σύνταγμά ἐστι Λακωνικόν medium interposuit inter Μοῖρα: μερίς et Μοιρηγενές.

Misere corrupta est vetus annotatio: Μῦς πίττης γεύει: ἐπὶ τῶν νεωστὶ ἀπαλλασσόντων καὶ ὅσα Μῦς ἐν Πίσσῃ. ἀπὸ Μυὸς τοῦ Ταραντίνου πύκτου κακῶς Ὀλυμπίασιν ἀπαλλάξαντος. Primum emendandum est Μῦς πίττης γεύεται et ἀπαλλασσόντων κακῶς, ὡς ὁ Μῦς ἐν Πίσσῃ. Qui primus omnium ineptam istam interpretationem de suo commentus est non cogita-

vit ἐν Πίσῃ Graecum esse. Tarentinus ille pugil in hoc proverbio ex eodem luto fictus est unde Κύων ille, de quo in v. Κυναῖ Βοιωτίαι diximus. Ambo enim in magistellorum cerebris nati sunt. Quidquid autem de illo proverbio scriptum est a permultis, quos vide apud Schneidewinum ad Diogenianum II. 64. manavit ex uno Demosthenis loco in orat. πρὸς Πολυκλέα pag. 1215, 11, quem apponam ut obiter emendem. Editur: ἀκούσας δ' οὗτος ταῦτα τοῦ τ' Εὐκτήμονος καὶ τοῦ Δεινίου τοῦ κηδεστοῦ τοῦ ἐμοῦ, περὶ μὲν ὧν ἔλεγον αὐτῷ οὐδὲν αὐτοῖς ἀποκρίνεται, γελάσαντα δ' ἔφασαν αὐτὸν εἰπεῖν· »Ἄρτι μῦς πίττης γεύεται.“ ἐβούλετο γὰρ Ἀθηναῖος εἶναι. Sic scriptus locus intelligi non potest, sed nihil est facilius quam eum restituere. Nempe omnia uni Polycli continuanda sunt, qui deridens Apollodorum *novum civem* dixerat: »Ἄρτι μῦς πίττης γεύεται· ἐβούλετο γὰρ Ἀθηναῖος εἶναι.“ » *Civis esse voluit. Putabat rem esse iucundissimam. Nunc modo experitur quam sit ea res plena molestiarum.*“ Quam rem dulcissimam esse stulte opinabatur, eam nunc experitur acerbissimam, ut mus qui gula allectus *picem* lambere coeperat. Dicitur autem ἄρτι μῦς πίττης γεύεται ut ἄρτι μανθάνω, *nunc modo* intelligo, itaque minus recte interpretantur Veteres: ἐπὶ τῶν νεωστὶ ἀπαλλαττόντων κακῶς, vel ἐπὶ τῶν νεωστὶ πεῖραν τῶν κακῶν λαμβανόντων. Non enim ἄρτι ponitur pro νεωστί, quod cum praesenti tempore, ut opinor, coniungi non potest, sed significat *nunc modo* intelligo aut sentio, quod paulo ante *nondum intelligebam* aut *nondum sentiebam.*

Caeterum animadvertendum est verba Polyclis: Ἄρτι μῦς πίττης γεύεται more Graeco ita dici ut verbi γεύεται subiectum sit (ὁ Ἀπολλόδωρος) ἄρτι μῦς πίττης γεύεται, quae loquendi forma in proverbiis trita est admodum, ut in fragmento Cephisodori apud Phot. v. Ὄνος ὕεται.

Σκώπτεις μ'. ἐγὼ δὲ τοῖς λόγοις ὄνος ὕομαι.

et apud Aristoph. Lysistr. vs. 927.

ἀλλ' ἢ τὸ πέος τόδ' Ἡρακλῆς ξενίζεται.

Ex huius rei observatione emendari potest Aristophanis fragmentum apud Athen. p. 95 D.

ἐγευσάμην χορδῆς ὁ δύσηνος τέκνων.

in vitiosa lectione τέκνων latet *canis* legendumque:

ἐγευσάμην χορδῆς ὁ δύσηνος κύων.

Notum est proverbium *χαλεπὸν χορίῳ κύνα γεῦσαι* apud Theocritum X. 11. et Horatianum:

Ut canis a corio numquam absterrebitur uncto.

Ubi id semel perspexeris etiam hoc mihi dabis *ἄρτι* non esse partem proverbii, sed a Polycle additum quum praesenti rei proverbium accommodaret. Dicebant Attici *μῦς πίττης γεύεται*, ut *ὄνος ὕεται* et *κύων χορδῆς ἐγεύσατο*. Ex hac re aestimari potest sollertia eorum, qui ex hoc Demosthenis loco proverbium: *Ἄρτι μῦς πίττης γεύεται* elicuerunt et explicuerunt *ἐπὶ τῶν νεωστὶ ἀπαλλασσόντων κακῶς*. Nihil huiusmodi illo proverbio significatur, ut modo vidimus.

Recte omisit *ἄρτι* caeteroquin mirifice vetere proverbio abusus Theocritus XIV. 51. ubi amator ab amica spretus ita conqueritur:

κεἰ μὲν ἀποξέρξαιμι, τὰ πάντα κεν εἰς δέον ἔρποι.
νῦν δὲ πόθεν; μῦς, Φαντὶ, Θεώνιχε, γεύμεθα πίσσας.

quae scriptura si sana est, apparet longe alio sensu dixisse Theocritum *μῦς πίσσας γεύμεθα* quam Demosthenem *μῦς πίττης γεύεται*. Sed mihi quidem de scripturae sanitate non plane constat. *Γεύμεθα* pro *γεγεύμεθα* dictum non concoquo. Nescio an aliis placeat Meinekii opinio: »*Perfecti formam γεύμεθα —, si poëta ex plebeio Siciliensium sermone adscivit, nihil habet quod iure reprehendas.*" mihi quidem non placet. Plebeium Siciliensium sermonem non aliunde quam ex ipso Theocrito et paucis antiquiorum poëtarum laciniis cognitum habemus, sed ex his ne tenuissima quidem duci potest suspicio, cur credamus illam plebem in *γέγευμαι* aut similibus primam syllabam omisisse. Sed haec obiter. Redeo ad Photium.

Satis ex his apparet quam importune *Μῦς ὁ Ταραντῖνος πύκτης* ab eruditis magistris huc fuerit arcessitus et quam caute illorum testimonia accipienda sint.

Et Photius et librarii erraverunt in v. *Μύσις*, quam inter *Μυσίλην* et *Μυσῶν λείαν* mediam collocavit sic: *Μύσις: ὃ ἔχει ἀντὶ σπλάγχνων τὰ μὴ ἔχοντα σπλάγχνα ζῷα. ἐφ' οὗ τὸν θόλον ὃν πλεῖσον καὶ μέγιστον ἡσίοδος ἔχει· κεῖται δ' εὖ πως ταμα δία δέ τις μύσιχος ὁ σόμαχος τείνει, ὡς Ἀριστέλης ἐν τοῖς περὶ ζώων φησί.* Habemus librum Aristotelis, ex quo scriba-

rum flagitia manifesta tenentur. Nempe ἡσίοδος dederunt pro ἡ σηπία, et κεῖται δ' εὖ πως ταμα pro κεῖται δὲ ὑπὸ τὸ στόμα. Photius ipse alias res agens Μύσις legit pro μύτις, et pro δία δέ τις μύσιχος vera scriptura est: διὰ δὲ τῆς μύτιδος ὁ σύμαχος τείνει. Locus Aristotelis legitur in lib. IV. p. 83, 15. Bekkeri: σπλάγχνον δ' οὐδὲν ἔχει τῶν μαλακίων, ἀλλ' ἣν καλοῦσι μύτιν, καὶ ἐπὶ ταύτῃ θόλον. τοῦτον δὲ πλεῖστον αὐτῶν καὶ μέγιστον ἡ σηπία ἔχει κτέ. Quid igitur scribas miramur rarum vocabulum μύτις in μύσις corrumpere (cuius rei exemplum affert Dindorf. e Plutarch. Moral. p. 978. A.) quum ne Photius quidem ab eo errore satis cavere potuerit?

Non facile expedies in v. Ναῦς quomodo dicatur: Ἴωνες νεὼς ἢ νηός, νηΐ. νηΐτην δὲ πληθυντικήν, sed duae syllabae interciderunt, quas sic revoca: νηΐτην δὲ πληθύν (τὴν ναυ)τικήν, ut apud Thucyd. II. 24. νηΐτῃ στρατῷ melius interpretantur ναυτικῷ quam Hesychius in Νηΐσην (Νηΐτην) στρατόν: τὸν ἐν ταῖς ναυσί.

Quod statim apud Photium sequitur Ναυσίουσα: ναυσιῶσα· οὕτω λέγει καὶ πλέουσα. sic est scribendum Ναῦς ἰοῦσα, quo facto absurdam dittographiam ναυσιῶσα tuto expunges. Notum est Homericum νηὸς ἰούσης Iliad. A. 482.

Vides scripturam ΝΑΤΣΙΟΤΣΑ hunc errorem peperisse. Genus hoc scribendi, quod lectorem acutum et bene Graece scientem et hoc agentem requirit, apud sequiores iocularia menda protulit; sed quid sequiores culpemus, quum multi Veteres sese in ridiculos errores aut leves dubitationes induerint male divisis aut perverse coniunctis verborum partibus. Notum est Posidippum quum apud Homerum legisset:

αὐτὰρ ὁ βῆ β' Ἴσόν τε καὶ Ἄντιφον ἐξεναρίξων,

ex ΒΗΡΙΣΟΝ elicuisse nomen unum Βήρισον. vide Scholia Veneta ad Iliad. Λ. 101. Dubitavit Galenus utrum in Hippocratis Prognost. p. 36, 33. Foës. μέλαν ἐόν an μελανέον esset scribendum in verbis: καὶ τὸ δέρμα τὸ περὶ τὸ μέτωπον σκληρόν τε καὶ περιτεταμένον καὶ καρφαλέον ἐόν. καὶ τὸ χρῶμα τοῦ ξύμπαντος προσώπου χλωρόν τε ἢ καὶ ΜΕΛΑΝΕΟΝ. Sed quum μελανέειν non sit verbum Hippocraticae aetatis et locus μέλαν ἐόν postulet, levis admodum ea dubitatio est.

In v. Νεάσκι: μεταβαλεῖν τὴν ἠροτριασμένην γῆν· ἐπαρο-

τριάσαι, scribe Νεᾶσαι, nam verbum νεᾶν in omnibus temporibus α producit, ut verba omnia in — εᾶν et — ιᾶν exeuntia, veluti ἐᾶσαι, θυμιᾶσαι et in perf. τεθέαμαι, ἵαμαι et sim. Hinc duo alia menda conspiciuntur: non enim ἐπαροτριάσαι Graecum est, sed ἐπαροτριᾶσαι, ut ὀφθαλμιᾶσαι, et plane barbarum est ἠροτριασμένην. Requiritur enim ἠροτριαμένην. Turpius etiam apud Hesychium scribitur: Νεναμένην: ἠροτριωμένην. Ut enim certum est Νενεαμένην genuinum esse, ut τεθεαμένην, sic ἠροτριαμένην est rescribendum. Saepe verbum ἀροτριᾶν, quamquam novicium est, a Graeculis sic mulcatur, quia corrupta re metrica syllabarum quantitates vulgo ignorabantur. Qui ἀροτριάσαι dare solent eadem socordia τεθνᾶναι et δεικνῦναι scribunt. Vetus ἀροῦν, ἀρόσω, ἤροσα plane in desuetudinem abierat, et omnes ἀροτριᾶν, ἀροτριάσω, ἠροτρίασα constanter dicere solebant. Hinc λέξεων conditores formas antiquas appositis novis formis interpretantur. Hesychius Ἀροῦν: ἀροτριᾶν. Ἀρόσει: ἀροτριάσει. Ἤροσα: ἠροτρίασα. Moeris Ἀροῦν Ἀττικῶς, ἀροτριᾶν Ἑλληνικῶς. Grammaticus in Bekk. Anecd. p. 446, 7: Ἀροῦν οὐκ ἀροτριᾶν λέγουσιν (οἱ Ἀττικοί), et 446, 8: Ἀρόσομεν: τὸ ἀροτριάσομεν. Passim ita solent magistri antiquum dicendi usum et novam συνήθειαν inter se componere. Vetus λύομαι erat obsoletum, et in eius locum λυτροῦσθαι et ἀπολυτροῦσθαι subierat. Hinc apud Photium legitur Λυόμενος: ἀντὶ τοῦ λυτρούμενος, et Λυσάμενον: λυτρωσάμενον. Veteres κυλίνδω dixerant, sequiores κυλίω dicebant, et antiquum κυλίνδω in κυλινδῶ depravabant, κυλινδεῖται scribentes pro κυλίνδεται et sim. Hinc apud Photium Κυλινδεῖ: κυλίει scriptum est, at tu rescribe Κυλίνδει et apud Hesychium repone Κυλινδόμενος: κυλιόμενος pro κυλινδούμενος. Veteres κλᾶν dicebant pro *putare vites*, sequiores κλαδεύειν. Hesychius Κλᾶν — τέμνειν ἀμπέλους, ὅπερ ἡμεῖς κλαδεύειν. Passim sic videbis formas antiquas breviores locum cedere formis novis productis, et omnino utilissimum est in singulis dicendi usum lapsu temporis mutatum animadvertere, quoniam scribae sexcenties vitiosam suam loquendi συνήθειαν Antiquis affricare solent et sordibus suis antiqua scripta maculare. Huius rei unum exemplum addam ex ipso verbo ἀροῦν sumtum. Formatur ex ἀροῦν ἄροσις, ἄροτος, ἀροτήρ, ἄροτρον, sed ἄρωμα

(non ἄρομα) ex illa certissima antiquae linguae analogia, de qua diximus aliquid in Novis Lectionibus. Eodem modo ex τέτομαι formatur τόσις, τοτός, τότης, τοτήριον, sed τῶμα (non τόμα): et alia sunt eiusdem generis permulta, in quibus nomina im -μα producunt penultimam, quae in cognatis omnibus corripiatur ut: Βῆμα βάσις, Στῆμα στάσις, Δῆμα δέσις, Φῦμα φύσις, Λῦμα λύσις, Θῦμα θυσία prima brevi, Κλῖμα κλίσις, Κρῖμα κρίσις, Θῆμα θέσις, Εὕρημα εὕρεσις, Παραίρημα παραίρεσις, et sunt alia complura. Sequiores Graeculi huius rei ignari in his formis multas turbas dare solent et vetustas lectiones depravare. Ipsi θέμα dicebant et ἀνάθεμα et in versu ἄνθεμα, ipsi κρίμα et κλίμα dicebant et πόμα et εὕρεμα et ἔνδυμα media brevi, quae nihilo meliora sunt quam Stoicorum σύμβαμα et παρασύμβαμα. Hinc in Veterum scripta ea labes se insinuavit. Quam saepe πόμα legitur iugulato metro in Tragicorum Codicibus? Nunc τῶμα apud poëtas quidem diligenter repositum est, sed firmiter haeret vitiosa forma et apud alios et in Herodoto, quamquam certum est πόμα non minus Veteribus omnibus inauditum fuisse quam ἀνάθεμα pro ἀνάθημα. A verbo καθίημι formatum est nomen in -μα significans ὅρμος ἐπὶ σῆθος καταβαίνων. Alii κάθημα appellant, alii κάθεμα. Non est ulla dubitatio quin κάθημα sit antiqua et proba forma. Sequiores utantur suo ἔνεμα, ἄφεμα, κάθεμα. Homerus ex ἵημι formavit ἧμα, ἧμων, ἐφημοσύνη, μεθήμων, alia, et Antiphanes apud Pollucem V. 98. κάθημα dixit, non κάθεμα, quem alii appellabant καθετῆρα. Nempe κάθεσις, κάθετος, καθετήρ dicebant, sed κάθημα, quemadmodum ἄροσις ἄροτος ἀροτήρ, sed ἄρωμα, et πόσις ποτός ποτήρ, sed πῶμα. Eruditis aliter visum. Henr. Stephanus κάθημα ex Antiphane afferens annotat: »*sed κάθεμα fortasse scribendum.*" Bekkerus apud Pollucem veram lectionem expulit, vitiosam recepit admonens: »*κάθεμα Hesychius, libri κάθημα.*" Hesychio fraudi fuit vitiosa popularium et aequalium συνήθεια, quemadmodum et in Ἀρώματα. Affert nempe: Ἀρόματα: ἀροτριάματα. καὶ ἐπὶ τοῦ ἀροῦν τὰ ἄλφιτα οὕτω λέγεται. Σοφοκλῆς Ἀκρισίῳ. tum quasi nova glossa esset subiungitur: Ἀροτριαμάτων: γεννημάτων, sed nulla est dubitatio quin et Ἀρώματα sit vera scriptura et in loco vel sic pessime habito (nam quid est ἐπὶ τοῦ ἀροῦν τὰ ἄλφι-

τα?) interciderint nonnulla, quo ἀροτριαμάτων et γεννημάτων referenda sint. Magistri saepius ἀροῦν interpretantur esse ἀροτριᾶν et γεννᾶν. Hesychius: Ἤροσεν: ἐγέννησεν, et Ἠροῦτο: ἠροτριᾶτο, ἐσπείρετο, et Κατήρασας: ἐφύτευσας, ἐγέννησας. Sic dicitur παλαιὸν ἐπ' ἀρότῳ γνησίων, et apud Sophoclem ἔνθεν αὐτὸς ἠρόθην pro ἐγενόμην, et (ut Graeculi loquuntur) ἐγεννήθην. Itaque Ἀρώματων excidit, quod magister per ἀροτριαμάτων, γεννημάτων fuerat interpretatus. Constabat autem notissimo Aristophanis loco τὰ ἐσπαρμένα appellari ἀρώματα (non ἀρόματα). Nemo enim nesciebat suavissimum locum in *Pace*, qui concluditur his verbis:

ὡς ἂν ἐμπίῃ μεθ' ἡμῶν
εὖ ποιοῦντος κὠφελοῦντος
τοῦ θεοῦ τἀρώματα.

ad quem locum Scholia antiqua sic corrige: τἀρώματα τὰ ἀροτριάματα παρὰ τὸ ἀροῦν. Istic quoque τἀρόματα irrepserat, quod Kusterus iugulato misere metro poëtae ipsi alias res agens obtrudebat. Adeo invaluerat opinio ἄρομα Graecum esse. Locus Aristophanis peperit aliam opinionem aeque falsam, quae exstat apud Gramm. in Bekk. Anecd. p. 450, 24: Ἀρώματα οὐ τὰ θυμιάματα οἱ Ἀττικοὶ καλοῦσιν ἀλλὰ τὰ ἐσπαρμένα, quae totidem verbis descripsit Suidas. Paulo ante idem Suidas hanc annotatiunculam nescio unde in suam farraginem recepit: Ἄρομα: τὸ ἀροτρίασμα. Ἄρωμα δὲ διὰ τοῦ ω μεγάλου τὸ μυρεψικόν. καὶ ἀρόσιμον κλίμα τὸ ἀροτριούμενον. Plena haec sunt vitiorum, sed nullius pretii verba propterea tantum affero ut appareat quam impudenter et imperite isti magistri quidlibet de suo comminiscantur. Ἀρώματα utroque sensu ab Atticis dici docet locus Aristophanis cum noto Eupolidis fragmento compositus:

περιῆλθον εἰς τὰ σκόροδα καὶ τὰ κρόμμυα,
καὶ τὸν λιβανωτὸν, κεὐθὺ τῶν ἀρωμάτων,

apud Polluc. IX. 47. Nam quis credet Scholiastae Aristophanis ad Pac. l. l. qui quum dixisset: λέγουσι δ' ἔνιοι καὶ τὰ ἄλφιτα ἀρώματα, secundum Eupolidis versiculum ad fidem faciendam apposuit? Nempe τὰ ἀρώματα erant σμύρνα τε καὶ τὰ ἄλλα θυμιάματα ἐκ τῆς ἀρωματοφόρου Ἀραβίας, vid. Plutarchum in Alexandri vita cap. 25. Sibi habeant igitur Grae-

culi suum ἄρομα et πόμα et κάθεμα et εὕρεϱα et κρίμα et κλίμα et quidquid est huiusmodi, modo ne corrumpant falsis testimoniis antiqui sermonis sanitatem. Palmam autem inscitiae omnibus praeripit incertus Graeculus, qui Draconis Stratonicensis nomen mentitur et nescio quid περὶ μέτρων et de syllabarum quantitate conscripsit. Audi qua confidentia dicat pag. 69. Herm. Φύμα συϱέλλει τὴν ἄρχουσαν. τὰ γὰρ εἰϱ -μα δισύλλαβα τῷ υ παραληγόμενα συϱέλλειν αὐτὸ θέλει, οἷον χύμα, πλύμα, Φύμα, et iterum pag. 100. Χύμα τὸ υ συϱέλλει. τὰ γὰρ εἰϱ -μα δισύλλαβα τῷ υ παραληγόμενα συϱέλλειν αὐτὸ θέλει, οἷον ῥύμα, Φύμα, θύμα, χύμα. Ut diximus, plane contra est: ea omnia penultimam constanter producunt. Et χύμα quidem Veteribus inauditum est, qui χεῦμα dicebant (ut ῥεῦμα et πνεῦμα), et κατάχυσμα a καταχεῖν. Satis certa sunt δῦμα in ἔνδυμα, θῦμα, κῦμα, λῦμα in κατάλυμα, κνῦμα, ῥῦμα, ϱῦμα et Φῦμα. Posidippus Athen. pag. 376. F.

διακονοῦμεν νῦν γάμουϱ. τὸ θῦμα βοῦϱ.

Aristophanes Eccles. 55.

ἤκουσά τοι | ὑποδουμένη τὸ κνῦμά σου τῶν δακτύλων.

Euripides Heraclid. 260.

ἅπασι κοινὸν ῥῦμα δαιμόνων ἕδρα.

Plato Comicus apud Athen. p. 5. D.

παρθένου Ἀρτέμιδοϱ γὰρ ἔφυ καὶ ϱύματα μισεῖ.

de Φῦμα et de κῦμα nemo dubitavit umquam. I nunc et crede Graeculis. Imposuerunt tamen isti Graeculi Dindorfio, qui πλῦμα in πλύμα refingendum esse personato Draconi Stratonicensi credidit, quia apud Nicandrum πλύμα scribitur in κρεάων θολερὸν πλύμα, et aliis locis. Sed Nicander ipse, ut caeteri poëtastri id genus, est θολερὸν πλῦμα vitiorum omnium, quibus Graeculorum συνήθεια inquinata est. Poëtastri id genus πόμα scribunt, et ἄνθεμα pro ἀνάθημα, et προσανάκλιμ' ἐρώτων, et κλίμα pro κλῖμα, et εὕρεμα, et ἔνδυμα media correpta, aliaque id genus. Itaque constant sibi quum vetus πλῦμα in πλύμα depravant. Pro πλῦμα nova Atthis πλύσμα usurpaverat, quod formatum est ut ξύσμα et κατάχυσμα. Testis est ipse Photius v. Πλύσμα: οὐ πλύμα. Rectissime igitur viri docti πλύσμα reddiderunt Aristoteli H A. IV p. 105, 24. Bekk.

ὅταν ἐκχυθῇ τὸ πλύσμα τῶν ἰχθύων pro πήλυσμα, quamquam Bekker. πλύμα maluit. Denique sequiores cum multis aliis illud ipsum πλύμα usu receperuut.

In Scymni Chii Περιηγήσει vs. 521.

τὸ πρὸς μεσημβρίαν δὲ καὶ νότον κλίμα
Λάκωνες Ἀργεῖοί τε (κατέχουσιν).

non credo ipsum poëtam tam vitiose locutum esse. Transponenda censeo verba in hunc modum:

τὸ πρὸς μεσημβρίαν δὲ κλῖμα καὶ νότον.

Similiter in carminis prooemio vs. 3. ubi dicit:

ἡ κωμῳδία — τοῦτ' ἔχει
τὸ καὶ βραχέως ἔκαϛα καὶ φράζειν σαφῶς,

idque se imitaturum pollicetur: quod si fecit verba sic composuit:

τὸ καὶ βραχέως ἔκαϛα φράζειν καὶ σαφῶς.

Nunc ad Photium redeo.

Intelligi non potest Νείκας: τιμὰς ὁμοίως Ἀττικοί, sed verum est Νείκας, τειμάς (καὶ τὰ ἄλλα) ὁμοίως Ἀττικοί. Eodem modo infra scriptum est Νείφει: χιονίζει, sed post pauca Νίψαι (Νῖψαι) μακρὰ ἡ πρώτη συλλαβὴ, ὁπότε ἐπὶ νιφετοῦ τάττεται, καὶ ἔνιψεν καὶ ἐνίφθη ἡ γῆ. Male Dindorf. apud Harpocrat. v. Καρκίνος in Pherecratis loco edidit:

ὁπόταν σχολάζῃς νίψον, ἵνα τὰ λήϊα
συγκαρκινωθῇ.

in libris est νῆψον, in quo latet νῖψον. Precatur aliquis Iovem, ut pueri in notissimis precibus: ὗσον, ὗσον, ὦ Φίλε Ζεῦ, κατὰ τῶν ἀρουρῶν τῶν Ἀθηναίων.

Fallitur Photius v. Νεῖν: κολυμβᾶν καὶ τὸ νήθειν. Nempe τὸ νήθειν Attici veteres non νεῖν dixerant, sed νῆν, νῶν, νῶσα cet. ut σμῆν, κνῆν, ψῆν, alia. Series ipsa docet peccavisse librarios, non Photium, in vicinia, ubi legitur:

Νήμερτες: ἀληθές.
Νεῖν: νήθειν κρόκην.
Νηνεμία: ἀνέμων ἀπουσία.

manifestum enim est Νῆν rescribi oportere.

Pessime vitiata glossa est v. Νεόνανον. In fine legendum est: νέμειν δὲ τὸ ἔχειν, ὡς τοὺς μετοίκους νέμειν προσάτην ἀντὶ τοῦ ἔχειν.

Graeculorum vitiosa pronuntiatio peperit vitium in Νεοπεφθῆ: ἀρτιμαθῆ. Verum est Νεοπευθῆ, sed isti ut αυ ore efferebant αφ, sic pro ευ dicebant εφ. Hinc καφθείς scribitur pro καυθείς, et contra apud Hesychium Πευθείς: ἐψηθείς pro Πεφθείς.

Photio Νηνίποδες: ἀνυπόδητοι significare videtur. Hesychio Νηδύπους est ἀνυπόδετος. Idem Νήπους ἢ Νήποδας: ἀνυποδέτους esse narrat. Meri errores hi sunt pro Νηλίπους, Νηλίποδες et Νηλίποδας.

Pro Νήτην: μάτην Photius ipse dederat Νὴ τήν: μὰ τήν. Eadem est Hesychii doctrina ΝΗ ΤΟΝ ΘΕΟΝ: μὰ τὸν θεόν. Hoc vero est interpretari! Praeterea notandum νὴ τὸν θεόν neminem Veterum dixisse umquam. Νὴ τὼ θεώ mulieribus Atticis in ore est. Ναὶ τὼ σιώ Spartanos saepe audies dicentes. Νὴ τὸν θεόν aut μὰ τὸν θεόν qui dixerit equidem novi neminem.

Miro errore Photius recepit Νίδες et Hesychius Νιΐδες. Vera lectio est Νηΐδες, quod in ea re ponebatur pro ἀδύνατοι et ἀσθενεῖς. Hinc νηϊδέσεροι est apud Hesychium pro ἀσθενέσεροι.

Tenemus fraudem in Ξυναίρεται: συνάπτεται, quamquam Hesychius Photio opitulatur eadem exhibens v. Ξυναίρεται. At idem post pauca Ξυνερεῖται: συνέπεται affert, in qua lectione si unam litterulam transpones veram habebis, quae est Ξυνείρεται: συνάπτεται. Calamitosum est in libris verbum εἴρειν, cuius composita ἐνείρειν, παρενείρειν, διείρειν, συνείρειν cet. non facile ex librariorum manibus illaesa elabuntur. In summo periculo esse solet perfectum — εἶρμαι, quod in —εἰρημαι et alia quaedam depravatur. Photius ipse: Συνειρημένον: συνεσραμμένον. Hesychius: Συνείρεται: συνέσπασαι. Viden emendandum esse συνειρμένον et συνεῖρται?

Inter Ξύνηβον et Ξυνωρίς conspicitur foeda corruptela a Photio non animadversa: Ξυνοθόκος: ξενοδόχος pro ξεινοδόκος. Idem vitium apud Hesychium est. Neutri quidquam de mendo suboluit: quod in vitioso libro uterque reperit securus describit.

In v. Ὠγκυλωμένος: ὑπερήφανος tralaticium mendum inest, quod semel notasse iuvabit. Veteres plurimum utuntur verbis in -λλω et -λλομαι exeuntibus, quibus adiectiva in -λος

respondent, veluti *ναυτίλος ναυτίλλομαι*, *κωτίλος κωτίλλω*, *ποικίλος ποικίλλω*, *γογγύλος γογγύλλω*, *ϛρογγύλος ϛρογγύλλω*, *δαίδαλος δαιδάλλω*, *ἀγκύλος ἀγκύλλομαι*, *ὀγκύλος ὀγκύλλομαι ϛωμύλος ϛωμύλλομαι*, et similibus. Graeculi has formas olim obsoletas multis modis corrumpunt, *ὀγκύλομαι* scribentes aut *ὀγκυλῶμαι* aut *ὀγκυλοῦμαι*, vel *γογγυλίζω*, vel *ϛρογγυλίζω*, vel *ϛωμυλεύομαι*, aliaque istiusmodi, quibus docti homines perperam aliquid tribuunt, quum sint merae scribarum hallucinationes. Dindorfius *ὀγκυλοῦν* et *ἐξογκυλοῦν* Graeca esse putat. Si auctorem ac testem requiris Tzetzen producit, qui cum omnium risu foras exturbandus est. Eiusdem farinae est *ὠγκυλωμένος*, quod duplici errore subrepsit in locum verae scripturae *ὀγκυλλόμενος*, quod in Attica significat *ὑψαυχενῶν*, *ἐπηρμένος καὶ μέγα Φρονῶν*, et apud Hippocratem ponitur pro *intumescens*, quamquam non sine scribarum fraude, qui pro *ταχὺ ὀγκυλλομένη* dederunt in Coacis Praenot. p. 219. D Foës. (*κοιλίη*) *τάχιον κυλλομένη* et in Prorrhet. p. 75. C. *ταχὺ ὀγκουμένη*, Utrobique vera lectio est *ταχὺ ὀγκυλλομένη*, quam servavit Erotianus *ἐν τῇ Ἱπποκράτους λέξει* ubi in libris est de more *ὀγκύλεσθαι* pro *ὀγκύλλεσθαι* et: *ὁ δὲ Ἱπποκράτης ὀγκυλωμένην λέγει κοιλίαν τὴν ταχέως εἰς ὄγκον αἰρομένην*, sed *ὀγκυλλομένην* ab eo scriptum esse manifestum est. Idem error apud Hesychium est in *Ἀγκύλεσθαι*: *κάμπτεσθαι* pro *ἀγκύλλεσθαι*, ad quem locum videbis Albertium apud Aretaeum Cappad. I. 6. *ὀπισθότονος δὲ κατόπιν ἀγκύλλει τὸν ἄνθρωπον ὡς τὴν κεφαλὴν ἀνακεκλασμένην μεσηγὺ τῶν ὠμοπλατέων κέεσθαι*, sanissimam lectionem *ἀγκύλλει* ultro depravantem in *ἀγκύλει*. Quod Hesychius affert *Ὠγύλλοντο* propter additam interpretationem *συνεκάμπτοντο* in *ὠγκύλλοντο* refingi non potest: itaque superest ut *ἠγκύλλοντο* verum sit, quod Hesychius cum sexcentis aliis misere corruperit.

Coaluerunt duae glossae, quae nihil inter se commune habebant in v. *Ὀδός*. Prior mutilata est: *Ὀδός*: *ἀρσενικῶς καὶ οὐδὸς ὁ τῆς θύρας. οὗ χρὴ ὁδός* * * *. Excidit aut etymologia malesana, aut aliud quid minimi momenti. Deinde nova glossa sequitur quae integerrima est: *Ὀδεύειν οὐδεὶς εἴρηκε τῶν Ἀττικῶν, ὅσα γε καὶ ἡμᾶς ἐπίϛασθαι, παρ' Ὁμήρῳ δέ ἐϛιν.*

Semel in Homeri carminibus legitur Iliad. Λ. 569. *ἐπὶ νῆας ὀδεύειν*. Photius multas eximias de dialecto Attica observationes ex pererudito Ἀττικιστῇ descripsit, ex quarum numero haec est verissima observatio. Sequiores Graeculi passim verbo *ὀδεύειν* cum multis compositis utuntur, Attici numquam, nisi quod ex *ὁ ἔφοδος circuitor* formarunt *ἐφοδεύειν*, de qua re in Novis Lectionibus accurate egimus.

Pro Οἰσθείς: *εἰκασθείς, ὑπολαβών* emenda: Ὀϊσθείς: *εἰκάσας, ὑπολαβών*. Glossa est Homerica ex notissimo loco Iliad. I. 453.

πατὴρ δ' ἐμὸς αὐτίκ' ὀϊσθείς | πολλὰ κατηρᾶτο.

Quia *εἰκάσας* sic scribitur ut compendium syllabae *-ας* referat planissime figuram litterae *θ* factum est ut *εἰκασθείς* pro *εἰκάσας* nasceretur.

Pro Ὀκτώπας: *ἤτοι ὁ σκορπίος.*

Ὀκτώπους: *ἢ ὁ μακρὸς ὀκτὼ ποδῶν.*

Sic est legendum: Ὀκτώπους: *ἤτοι ὁ σκορπίος ἢ ὁ μακρὸς ὀκτὼ ποδῶν*. Res manifesta est, quod vel *ἤτοι* — *ἤ* demonstrat. Adscriptum in ora libri *ὀκτώπους* ad emendandam vitiosam scripturam *ὀκτώπας* has turbas dedit.

Non minus vitiosum est Ὀλέσκει: *ὀλοθρεύει*, Graecum est Ὀλέκει, ut versu abhinc sexto emendate scriptum est.

Nemo dicebat Ὀλίγα ἄττα, quod post pauca sequitur, sed *ὀλίγ' ἄττα* omnes, quod multis Veterum locis ab eodem errore est vindicandum.

Vitiosam esse glossam Ὀλόφωνος: *ὁ ἀλεκτρυών. οὕτω Κρατῖνος*, arguit ipse Cratini locus ab Athenaeo servatus p. 374. D.

ὥσπερ ὁ Περσικὸς ὥραν πᾶσαν καναχῶν ὀλόφωνος ἀλέκτωρ.

Nempe sic Photius et Hesychius debuerant scribere: Ὀλόφωνος *ἀλέκτωρ: οὕτω Κρατῖνος*. Saepius videbis scribas ubi *ἀλέκτωρ* esset scriptum notius sibi *ἀλεκτρυών* substituere. Editur apud Aelianum in Var. Hist. XIII. 17.

Πτήσσει Φρύνιχος ὥς τις ἀλεκτρυών,

παροιμία ἐπὶ τῶν κακῶς τι πασχόντων, sed non sic Aelianus dederat, verum:

Πτήσσει Φρύνιχος ὥς τις ἀλέκτωρ.

quae verba sunt Philocleonis apud Aristophanem in Vespis vs. 1490. Egregie huius rei observatio stabiliet felicissimam

emendationem, qua Herwerdenus meus tres locos Aristophanis restituit in integrum, quos Porsonus in Praefat. ad Eurip. Hecubam p. XLII. vitiosos esse demonstravit, sed emendationem aliis reliquit. Sunt autem hi: Nub. 1429.

σκέψαι δὲ τοὺς ἀλεκτρυόνας καὶ τἄλλα τὰ βοτὰ ταυτί.

et Ran. vs. 931:

τὸν ξουθὸν ἱππαλεκτρυόνα ζητῶν τίς ἐσιν ὄρνις.

et vs. 937:

οὐχ ἱππαλεκτρυόνας μὰ Δί' οὐδὲ τραγελάφους, ἅπερ σύ.

Aeschylus enim ἱππαλέκτορα dixerat, non ἱππαλεκτρυόνα, et omnino ἀλεκτρυών a Tragica dictione abhorret, quae solum ἀλέκτωρ novit. Habemus igitur ipsam poëtae manum:

τὸν ξουθὸν ἱππαλέκτορα ζητῶν τίς ἐσιν ὄρνις,

et οὐχ ἱππαλέκτορας μὰ Δί' οὐδὲ τραγελάφους, et σκέψαι δὲ τοὺς ἀλέκτορας. Sublatae sunt sic difficultates omnes, et simul intelligimus, qui factum sit ut vitiosa lectio nasceretur. Natum ex ἀλέκτωρ pervulgato usu ἀλεκτοριδεύς, de quibus formis erudite egit Valckenaerius ad Theocr. Adoniaz. vs. 121. ubi ἀηδονιδῆες reposuit pro ἀηδονιῆες, comparans λεοντιδεῖς, πιθηκιδεῖς, λυκιδεῖς, λαγιδεῖς, ἀλωπεκιδεῖς, χηναλωπεκιδεῖς, aliaque permulta. Ad horum exempla lepide a Pherecrate, ut alibi ostendimus, appellatus est κλεπτιδεύς patris furacis *pullus*. Audi nunc Eustathium ad Odyss. P. 295. p. 1821, 35: apud quem ex Veterum commentariis (οἱ παλαιοὶ γράφουσιν) afferuntur οἷον πατρωνυμικὸν ὁ λαγιδὴς, ὡς καὶ πελαργιδὴς ὁ τοῦ πελαργοῦ γόνος καὶ λυκιδὴς ὁ τοῦ λύκου, οὕτω δὲ καὶ ἀλεκτοριδής, φασὶ, καὶ χηνιδὴς καὶ περδικιδής καὶ ἄλλα. Haeccine tu Graeca esse Eustathio credes? Cave facias, nam non uno nomine absurdae hae formae sunt ὁ λαγιδής, ὁ λυκιδής, ὁ ἀλεκτοριδής cet. Meliora idem Eustathius annotavit ad Iliad. I. 322. pag. 755, 56: ὥσπερ χηνιδεῖς λέγονται καὶ περδικιδεῖς καὶ κορωνιδεῖς καὶ ἱερακιδεῖς καὶ περιστεριδεῖς οἱ χηνῶν καὶ περδίκων καὶ τῶν ἑξῆς γόνοι οὕτω καὶ χελιδονιδεῖς οἱ τῶν χελιδόνων. Dicam autem quae res Eustathium nullius iudicii hominem impulerit in errorem satis iocularem. Nempe optime Graeca sunt ΛΑΓΙΔΗΣ, ΛΥΚΙΔΗΣ et sim. sed non significant haec ὁ λαγιδής, ὁ λυκιδής, verum οἱ λαγιδῆς, οἱ λυκιδῆς cet. ut apud Aristophanem Χαιριδῆς

βομβαύλιοι. Terminatio Attica -ῆς nonnumquam et aliis fraudi fuit Eustathio multo melioribus. Recte Harpocration Συλλογῆς: ὄνομα ἀρχῆς, perperam alii συλλογεῖς. Quia librarii passim eas formas deleverunt, nostrum est in talibus quoque Atticis suum reddere.

Animum alibi occupatum habebat Photius quum inter Ὀπλιτεύειν et Ὄπνιος χείρ insereret Ὀπλίττομαι: οὐ πείθομαι. καὶ τοῦτο Βοιώτιον, pro Ὁ πίττομαι, ut apud Hesychium emendate scriptum exstat. Quae statim sequuntur Ὄπνιος et ὄπνιον νέφος, et ὄπνιος λειμών vitiosa sunt omnia pro ἴμπνιος et ὄμπνιον, quae Photius ipse alio loco recte scripta receperat. Ostendimus supra scribas solere importunum μ ante labiales inserere de suo, vides eosdem et in contrariam partem peccare.

Quod apud Photium docemur Ὁ προτυχών: οὐχ ὁ προστυχών plane contra est. Saepissime occurrit ὁ προστυχών, sed προτυχών sicubi legitur ex describentis errore natum esse suspicor ut apud Hesychium Προτυχών: προστυχών, παρατυχών, ubi προστυχών a correctore adscriptum est, ut vitiosum προτυχών emendaretur.

Si expenderis Photii glossam Ὀργιουμένοις: ἐπιθυμοῦσιν nullo negotio patriarcham in gravi errore versari intelliges. Nihil aliud est ὀργιοῦμαι quam ὀργισθήσομαι, ὀργίζεσθαι μέλλω, ut Photius alibi scribit Πεισόμενον: παθεῖν μέλλοντα, et Πείσονται: πάθωσιν. Miramur tam puerilia ab eruditis doceri, sed Graeci illorum temporum δὶς παῖδες erant. Est autem vitium in ὀργιουμένοις, in quo latet ὀριγνωμένοις. Nascitur enim ex ὀρέγομαι notissima forma ὀριγνῶμαι. Photius ipse Ὀριγνώμεθα affert et Ὀριγνηθῆναι: ἀντὶ τοῦ ἐπιθυμῆσαι.

Novum Photii errorem habes in Ὀρθογόη: χελιδών, quod collocavit inter Ὀρθόπτερον et Ὀρθόφρων. Vera lectio ex Hesiodo, cuius haec verba sunt, reperitur in Oper. 566:

τὸν δὲ μέτ' ὀρθρογόη Πανδιονὶς ὦρτο χελιδών.

Imposuit Photio liber mendose scriptus unde recepit οὐκ ἐντελεῖς: ἀντὶ τοῦ οὐκ ἐγκαλέσεις. Vera scriptura, quae eum fugit, est οὐκ ἐγκαλεῖς. Diligenter magistri contractas futuri formas annotare solent, ut Photius v. Καλοῦμεν: ἀντὶ τοῦ καλέσομεν. Quam saepe sit factum ut in talibus novi-

[illegible] multis exemplis [illegible]

[illegible] apud Ve- [illegible] apponere. [illegible] ubi Eu- [illegible]

[illegible]

[illegible] Photius ratio- [illegible] plane [illegible] scri- [illegible] et [illegible] nunc inanditas. [illegible] ἐστὶ [illegible] Nimi in his [illegible] scilicet [illegible] sollius, [illegible]

[illegible] Lectio bis [illegible]

[illegible] v. Παχύ- [illegible] ser- [illegible] Meinekio sic emendatum:

[illegible]

In [illegible] Graeca oratio sit [illegible] est [illegible] Aliud haeret vi- tium manifestum in Cratini versiculo apud Photium v. Ῥά- ζειν. Editur a Meinekio:

> ἔρραζε πρὸς τὴν γῆν, ὁ δ' ἠσκάριζε κἀπεπάρδε.

sed statim videbis aoristo locum nullum esse. Libri exhibent κατέπαρδε et καὶ πέπορδε. Perspicuum est verbum simplex requiri. Quin tu igitur emendas: ὁ δ' ἠσκάριζε κἀπεπέρδει.

Quod Photio dicitur παρατεῖναι significare τὸ ἐπιτρέψαι

καὶ ἀπολέσαι, non ipse fallit sed scribae, qui ἐπιτρῖψαι dare debuerant.

In Thucydidea glossa Παραυτίκα: ἔγγιόν τι τοῦ αὐτίκα σημαίνει καὶ ὑπογυώτερον. Θουκυδίδης· εἰ δέ τις τὸ παραυτίκα μὴ ἐθέλοι ξυμμαχεῖν, levis error commissus est. Legitur locus I. 27. εἰ δέ τις τὸ παραυτίκα μὲν μὴ ἐθέλοι ξυμπλεῖν, μετέχειν δὲ [βούλεται] τῆς ἀποικίας πεντήκοντα δραχμὰς καταθέντα Κορινθίας μένειν, unde apparet ξυμπλεῖν pro ξυμμαχεῖν Photio esse reddendum. Voculam μέν omisit auctor τῆς Θουκυδίδου λέξεως, quem Photius describit, ea tantum ex Thucydide de more excerpens quae ad rem praesentem pertinerent. Si quis Thucydidis locum diligenter expenderit et compositionem Thucydideam bene noverit, vehementer ei, ut opinor, additum βούλεται displicebit. Fulcrum est plane inutile a Graeculis contra Atticorum usum saepe supponi solitum. Scatere Thucydidis orationem istiusmodi emblematis multis locis ostendimus. Admonet me haec ipsa Photii glossa loci Thucydidei, in quo ineptum emblema sententiam verborum plane obscuravit atque delevit. Legitur in oratione Plataeensium III. 56: εἰ γὰρ τῷ αὐτίκα [χρησίμῳ] ὑμῶν τε καὶ ἐκείνων πολεμίῳ τὸ δίκαιον λήψεσθε, τοῦ μὲν ὀρθοῦ φανεῖσθε οὐκ ἀληθεῖς κριταὶ ὄντες, τὸ δὲ ξυμφέρον μᾶλλον θεραπεύοντες. Equidem numquam expedire potui quomodo Thucydides τῷ αὐτίκα χρησίμῳ ὑμῶν τε καὶ ἐκείνων πολεμίῳ dicere potuisset, nam quod Interpretes affirmant haec dici pro τῷ τε ὑμῶν χρησίμῳ καὶ τῷ ἐκείνων πολεμίῳ cras credam sed hodie nihil. Expedivit me tandem ex hac inextricabili difficultate Badhamus, qui χρησίμῳ ab inepto interpolatore insertum esse primus perspexit. In eodem capite satis esto digitum intendisse in duo alia sciolorum additamenta: κατὰ τὸν πᾶσι νόμον καθεςῶτα τὸν ἐπιόντα [πολέμιον] ὅσιον εἶναι ἀμύνεσθαι, et in fine capitis: καίτοι χρὴ ταὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν [ὁμοίως] φαίνεσθαι γιγνώσκοντας. Nunc ad Photium redeundi tempus est.

Non credo esse in Photii λέξει glossam ineptiorem quam haec est:

Παρῆν: παρήμην.

Παρῆσθα: παρῆν.

Quid multa? Coniungantur male divulsa et emendentur in

hunc modum: Παρῆ, παρῆσθα, παρῆν, quae ex aliquo Ἀττικιστῇ descripta accurate referunt Atticam loquendi consuetudinem a Graeculorum usu diversam, quibus παρῆν et παρήμην pro παρῆ, et παρῆς pro παρῆσθα solemne erat dicere.

Saepe E et AI ipsius Photii errore confunduntur. Series docet eum Πατεκίων: ὄνομα κλέπτου posuisse pro Παταικίων. Contra Παραιξόρουσον supra dedit pro παρεξόρουσον.

Πατρίληκτος non est ἡ οὐσία ἡ ὑπὸ τοῦ πατρὸς εἰλημμένη κλήρῳ, sed εἰληγμένη. Solemne est scribis εἴλημαι (κατείλημαι, περιείλημαι) et εἴληγμαι in notiorem sibi formam εἴλημμαι depravare.

Attigimus iam alibi Porsoni errorem, qui quum in unico Codice Galeano reperisset: Πατριῶται: οἱ δοῦλοι ἑλλήνων festinanter correxit οἱ δοῦλοι τῶν Ἑλλήνων. Vera lectio est Πατριῶται οἱ δοῦλοι ἀλλήλων.

Non est Graecum quod Photius affert Παχύνοοι: παχύνοες, ἀνόητοι, ut neque εὔνοοι vel κακόνοοι. Emenda Παχύνοι et eadem opera v. Θήλυνοι corrige accentum sic ut scribas Θηλύνοι. Decrepitae Graecitatis sordes vides in παχύνοες. Nempe isti qui νοῦς, νοός, νοΐ dicebant ut βοῦς, βοός, βοΐ, in adiectivis compositis eandem rationem retinebant.

Non is est Photius cui credi possit Graecum esse Πέδουρος: μετέωρος. Ionicum μετήορος (ut παρήορος) et Atticum μετέωρος (ex μετάορος) non possunt illam formam πέδουρος umquam induere. Πεδάορον Aeolicum est, quod potuit in Πέδαυρον abire, (idque ipsum latere suspicor apud Hesychium in Πελλύρον: μετέωρον, imo vero ΠΕΔΑΤΡΟΝ), sed in Πέδουρον non potuit.

Fortasse sine culpa est Photius v. Πεπαλμένος: βεβλαμμένος, sed a scribis inquinatus quum ipse dedisset Πεπαλημένος et statim πεπαληκέναι pro πεπαλκέναι.

Nauseam movet vitium in sq. glossa Πεπαλαγμένος: μεμολυσμένος. ἔνθεν καὶ παληλία, τὸ μολύνεσθαι τῇ κόνει, pro ἔνθεν καὶ πάλη διὰ τὸ μολύνεσθαι τῇ κόνει.

Novum scribarum flagitium est v. Πεπλαδικός: ὑγρανθέν, σεσηπός pro πεπλαδηκός. Ab eodem verbo attulit Πλαδῶσιν: ὑγροῖς, χαύνοις, ἀσθενέσιν.

Miror glossam Πέπλεκται: ἥττηται. Μένανδρος. Fieri non

potest ut πλέκειν et πέπλεγμαι huiusmodi quid umquam significaverint, et apud istos magistros πάντα τὰ πράγματα ἕξιν ὁμοῦ. Permiscent omnia: πέπλεγμαι, πέπλιγμαι, πέπληγμαι, πίπλαγμαι, πεπάλαγμαι susque deque habentur et incredibilis nascitur confusio, quam ὁ νοῦς ἐλθὼν διακοσμεῖ. Audi modo Hesychium:

Πεπλαγμένον: μεμολυσμένον.

dic sodes πεπαλαγμένον.

Πέπλαται: ἤπλωται.

πίπταται volebat dicere, semper hic errat.

Πέπληται: πέπληκται.

πεπληγμένον: κεκοσμημένον, ἐκτενισμένον.

Sed, o bone, πεπλεγμένον hoc est, et quod praecedit si Πέπληκται: ἤπτηται scripsisses omnia haberent optime, idque ipsum e Menandro Photium apposuisse suspicor.

Mira incogitantia Photium cepit qnum scriberet: Περιδεδόσθαι: τὸ συνθέσθαι. Nempe περιδόσθαι hoc dicitur, ut ἐθέλω περὶ τῆς κεφαλῆς περιδόσθαι. Ipse Homeri locum affert:

εἰ δ' ἄγε νῦν τρίποδος περιδώμεθον.

et in v. Περιδοῦ: συνθοῦ. λέγουσι δὲ καὶ περὶ συνθήκης. οὕτως Δίφιλος. Notus usus est, cuius etiam apud Aristophanem exempla sunt. Itaque quum περιδόσθαι vellet dare, alias res agens περιδεδόσθαι dedit, idque interposuit inter Περιδαρδάπτεσθαι et Περιδεής.

Vidimus supra H et I a Photio confundi, vidimus eum N et ΛΙ oscitanter permiscere, concurrunt hi duo errores in Περιδήλιον: πειρατήν, nam vera scriptura est Περίδινον ex noto Platonis loco de Legg. VI. p. 777. D. quem describit Athenaeus IV. p. 264. E. καὶ ἔτι τὰ τῶν λεγομένων περιδίνων τῶν περὶ τὴν Ἰταλίαν γιγνομένων παντοδαπῶν κλοπῶν ἔργα τε καὶ παθήματα. Quoniam in δῖνος producta est prima syllaba δεῖνος scribi solet et δείνησις, δεινητός et sim. Itaque Περίδεινον: πειρατήν apud Hesychium legitur, et statim Περιδεινός: περιπαθής pro Περίδινος: πειρατής. Nil cogitare, ut opinor, intelligis eum, qui serio narrat περιδήλιον significare *praedonem*.

Incredibile est Περιεῖχεν: ὑπερεῖχεν umquam denotare potuisse. Vera lectio erui potest ex Hesychio Περρέχειν: ὑπερ

ἐχειν. Scribe περιέχειν, quod in Aeolica dialecto περρέχειν sonabat. Photius alicubi reperit Περρεῖχεν: περιεῖχεν, sed negligenter descripsit.

Non est Graecum Περιέσηξαν: περιεκύκλωσαν, quod inter Περιέσηκεν et Περιεσήξει Photius medium collocavit. Compara Περισίξαι: περικυκλῶσαι, περιελθεῖν, περιελάσαι, et Herodoti locum IV. 2. περισίξαντες κατὰ τὰ ἀγγήϊα τοὺς τυφλούς, et senties ipsius Photii errorem esse, qui περιέσιξαν dare debuerat.

Videturne tibi Περιήγγελλεν: ἐκέλευεν posse significare? Non potest, sed praepositiones παρά et περί iam tum, nisi hoc ageres, vix oculis poterant discerni. Παρήγγελλε significat ἐκέλευεν.

Post pauca magister quum ΠΕΡΙΗΓΗΤΟΣ haberet ob oculos dedit: Περιήτητος: ὁ περιπόρφυρος χιτών. Glossa est Antiphanis apud Poll. VII. 57.

ἦν χιτὼν ἀμόργινος,
ἕτερος δὲ περιήγητός ἐστιν οὑτοσί.

Non est antiquae Graecitatis Περισάμενος dicere pro φεύγων. Graeculi dicebant pro *evitare*, *declinare* περίεσθαι, sed habet plura Photius novicia et τοῦ πονηροῦ κόμματος. Ridicule corruptum est quod continuo sequitur: Περίεσο: ἀντιλαβοῦ, περισκόπησον, nam plane contraria sunt περισῆναι et ἀντιλαβέσθαι, *evitare* et *arripere*. Emenda sodes ἀντὶ τοῦ εὐλαβοῦ, et nota Graeculorum errorem, qui quum nescirent σκοπεῖν habere σκέψομαι, ἐσκεψάμην et ἔσκεμμαι, analogiam secuti σκοπήσω et ἐσκόπησα ipsi formaverunt.

Pro Περικατατραπήσεται: ἀντὶ τοῦ περιτραπήσεται κάτω συνήθως λέγουσιν, reponendum esse περὶ κάτω τραπήσεται et ubi ea forma legatur et restituenda sit, in Variis Lectionibus demonstravi.

Περικονῆσαι: περισπογγίσαι significare auctor est Photius, εἴ τῳ ἱκανὸς τεκμηριῶσαι. Si sapis, repudiabis istum testem. Graecum est περικωνεῖν. Iuvat apponere ad haec et emendare Hesychiana quaedam.

Περικωδωνῆσαι: περιρομβῆσαι.

Περιαγαγεῖν, σπογγίσαι ἢ περιπισσῶσαι. Λάκωνες.

Περιλαβεῖν ἢ περιβαλεῖν καὶ τὰ ὅμοια.

Viderunt viri docti emendari oportere haec et suppleri in hunc modum:

Περικωδωνίσαι: περιβομβῆσαι.

Περικωνῆσαι: περισπογγίσαι, περιπισσῶσαι.

sed quod Λάκωνες veteri sede non expulerint graviter peccarunt. Num tu περικωνῆσαι Laconicum esse putas? Nempe retrahendum est Λάκωνες ad sequentem glossam sic emendatam Περλαβέν: περιλαβεῖν καὶ τὰ ὅμοια Λάκωνες. Spartani quoque, ut Aeoles, πέρ usurpabant pro περί, ut in Περφίλα et aliis.

Longe turpissimus error est, in quem sese implicuit Photius v. Πεσικόν: τὸ παρὰ Θετταλοῖς θητικόν, ὡς τὸ Εἰλωτικὸν παρὰ Σπαρτιάταις. Collocata haec sunt inter Πεσσοί et Πετάλοις. Itaque non cogitavit aut non meminit Πενέσας et τὸ Πενεσικόν in Thessalia fuisse. Sed quis est, quaeso, qui hoc nesciat? Photius ipse optime id sciebat quum scriberet ea quae in v. Πενέσαι leguntur, sed, credo, animum alibi habuit occupatum.

Iterum confudit indoctissime Ω et O, ut in περικωνῆσαι, in v. Πεφορημένα: ἐνηνεγμένα, ubi continuo praecedit Πεφώραται: πεφανέρωται, εὕρηται. Quid opus est dicere veram lectionem esse πεφορημένα? Adscribere iuvat locum Aeliani, in quo O pro Ω positum ridiculum et iocularem errorem peperit, qui tamen adhuc omnes elusit. Editur apud Aelianum de Nat. Anim. XII. 38: λέγει τοῦτο Ἀρτέμων ἐν τοῖς Ὅροις τοῖς Κλαζομενίων. Interpres: *in libro de Clazomeniorum finibus.* Mirificum sane libri argumentum ac taedii plenum putes fuisse. Nihil minus. Artemon scripserat Clazomeniorum *Annales*, Κλαζομενίων Ὥρους, sed indocta scribarum natio, ubi Ὧροι in libris Mss. occurrebat, subinde suum Ὅροι stolide substituit, de qua re perdocta est Schweighaeuseri annotatio in Animadv. ad Athen. Tom. II. p. 645 sqq. ad verba Athenaei Νεάνθης ἐν πρώτῳ Ὡρων IV. cap. 76. Exstabant olim Ὧροι Λαμψακηνῶν, Κυζικηνῶν, Ἐφεσίων, Μιλησίων, aliique, sed nusquam res est magis iocularis quam ubi de insulae alicuius *finibus* libri scripti esse dicuntur, veluti quum laudatur Δοῦρις ἐν Ὅροις Σαμίων.

Itaque nulla est dubitatio quin Artemon quoque Κλαζομε-

νίων Ὦρους scripserit, et hoc quoque certo indicio Punica librorum fides arguitur.

Quadruplicem errorem in uno vocabulo commissum videbis v. Πλατιάζειν: ἀλαζονεύεσθαι. Scriptum erat ΙΤΑΛΙΑΖΕΙΝ Ἰταλιάζειν, unde iste effecit quod vides. Diximus aliquid de illo usu verbi Ἰταλιάζειν et nominis Ἰταλιώτης pro ἀλαζών in superioribus.

Capisne quo pacto dicatur Πλειςοβολεῖν: διαπαίζειν significare? Non arbitror. Coniunge duas glossas et priorem sic emenda:

Πλειςοβολίνδα παίζειν: τὸ πλειςοβολεῖν λέγουσιν ὡς ἡμεῖς Ἀττικοί.

Ecce iterum Crispinus, qui inter Πλεύμων et Πλῆκτρα medium posuit Πλῆγμα: βῆμα. Non credo esse unum vocabulum in libris antiquis magis calamitosum quam verbum πλίσσομαι et quidquid ex eo verbo nascitur, composita διαπλίσσω et διαπλίσσομαι, ἐκπλίσσομαι, καταπλίσσομαι, περιπλίσσομαι, et nomina πλίγμα et πλιχάς, et adverbia ἀμφιπλίξ, περιπλίξ, et περιπλίγδην. Antiquae Graecitatis hae formae sunt et olim intermortuae et obsoletae. Semel apud Homerum πλίσσοντο occurrit, semel apud Aristophanem ἀπεπλίξατο, semel apud eundem καταπλιγήσει. Apud solum Hippocratem ἐκπλίσσοιτο, ἐκπεπλίχθω et ἐκπεπλιγμένον leguntur. Reliqua raro apparent apud Archilochum, Sophoclem, Hippocratem et Strattidem, et in antiquis λέξεσιν, quarum lacerae et corruptae quaedam laciniae ad nos perdurarunt. Nusquam autem illae formae intactae et illaesae ex scribarum manibus evaserunt. Nata ex πλήσσω et πλέκω tantum non ubique irrepunt in locum eorum, quae nemo amplius noverat. Πλίγμα nusquam satis tutum est: aut in πλῆγμα depravatur aut in πλέγμα, quemadmodum πεπλιγμένα numquam sine malo elabitur, sed aut in πεπληγμένα depravatur aut in πεπλεγμένα. Nullo loco πλιχάς labem effugere potuit: ubique πληχάς nihili vocabulum eius locum occupavit. Quid autem scribas, servos illiteratos et ineruditos, criminamur, ubi patriarcha unus omnium doctissimus et litteratissimus in eundem errorem se implicat et nil mali suspicans πλῆγμα significare docet βῆμα. Habebat olim πλίσσομαι compositum καταπλίσσομαι et aoristum καταπλιγῆ-

ναι (ut καταλλάσσω καταλλαγῆναι, καταπλήσσω καταπλαγῆναι): huius rei unicum indicium et testimonium ad nos perveneratt, quod scribarum fraude obscuratum ac paene deletum per multa saecula latuit, donec palmaria Dindorfii emendatione in lucem revocaretur. In Hesychii unico Codice Marciano haec leguntur v. Καταπληγκμήσει: τὸ βῆμα καταπλῆγμα λέγουσιν. τὸ οὖν καταθῆσαι μετάγοντες ἀπὸ τῶν κυλιομένων καὶ τοῖς ποσὶ κατατρεχόντων οὕτως φασίν κατακρατηθεῖ. Felicissime et acutissime Dindorfius reperit in illis latentem glossam Aristophanis in fragmento τῶν Δαιταλέων olim in hunc modum depravatam:

ἢ μὴν ἴσως σὺ καταπληγήσει τῷ χρόνῳ.

Β. τὸ καταπληγήσει τοῦτο παρὰ τῶν ῥητόρων.

Nempe utrobique καταπλιγήσει reponendum esse vidit ex καταπλίσσομαι, καταπλιγῆναι formatum, et esse hoc verbum de palaestra, quemadmodum et πλίγμα, quod pro καταπλῆγμα rescribi iussit. Sic igitur summam rei egregie Dindorfius constituit, in caeteris, quae minoris momenti sunt, leviter a vero aberrans. Equidem Hesychii locum sic composuerim: Καταπλιγήσει: κατακρατηθήσει. τὸ βῆμα γὰρ πλίγμα λέγουσιν. τὸ οὖν κατακρατῆσαι μετάγοντες ἀπὸ τῶν κυλιομένων καὶ τοῖς ποσὶ κατεχόντων οὕτως φασίν. Utiliter comparabis Hesychium v. Πλίγμα: βῆμα. ἀπὸ τῶν κυλιομένων καὶ παλαιόντων ὅταν παραβάντες (L. περιβάντες) τοῖς σκέλεσι κατέχωσιν, et v. Περιπεπλεγμένα (L. Περιπεπλιγμένα): περιπεπλεγμένα τοῖς μέλεσιν (L. σκέλεσιν). Οἱ γὰρ ἀλεῖπται τὸ βῆμα πλέγμα (L. πλίγμα) καλοῦσιν. Haec omnia ex eodem auctore Hesychius descripsit, ἐκ τῆς Κωμικῆς Λέξεως Didymi. Quibus mendis haec obsita esse vides, eadem sunt in talibus solemnia ac fere perpetua. Hesychius Περιπεπλῆχθαι (περιπεπλίχθαι): διηλλαχέναι τὰ σκέλη ἀσχημόνως. Idem Περιπλήξ: περιπλέγδην, περιβάδην et Περιπλήξ: περιειληφώς. Rectissime Dindorfius restituit Περιπλίγδην: περιβάδην. Περιπλίξ: περιειληφώς. Ubi περιπεπλιγμένα posuerat Strattis apud Pollucem II. 173:

τὰ θυγάτρια | περὶ τὴν λεκάνην ἅπαντα περιπεπλιγμένα,

videbis libros περιπεπλημένα et περιπεπλεγμένα exhibere. Pau-

ciae formae in antiquarum locum irreperent multis exemplis alibi satis ostendimus.

Sat notum est ubi Μαραθῶνι similiaque adverbia apud Veteres legerentur, scribas de suo praepositionem ἐν apponere. Tenemus eos ἐπ' αὐτοφώρῳ apud Photium v. Οὐσίαν, ubi Eupolidis senarius scribarum additamentum respuit:

ὃς τὴν [ἐν] Μαραθῶνι κατέλιφ' ἡμῖν οὐσίαν.

Cum reliquis magistris sequiorum temporum Photius rationem et usum verbi Attici ὀφλισκάνειν et aoristi ὀφλεῖν plane ignoravit. ΟΦΛΕΙΝ istis praesens esse videtur et ὄφλομεν, ὄφλετε, ὄφλουσι Graeca esse opinantur. Itaque ὄφλειν scribunt et ὄφλων. Praeterea duas novas formas ὀφλίσκω et ὀφλάνω pro ὀφλισκάνω commenti sunt Veteribus plane inauditas. Noli quidquam Photio credere ubi scribit: Ὄφλειν: ἀντὶ τοῦ ἡττᾶσθαι ἐν δικαστηρίῳ. et Ὄφλειν καὶ ῥόφειν: τὰς πρώτας συλλαβὰς τῶν τοιούτων οἱ Ἀττικοὶ ὀξύνουσιν. Nihil in his veri est. Ὀφλεῖν apud Veteres semper et ubique ἡττηθῆναι significat et ὀφλών est ἡττηθείς. Quod scribae perpetuo ὄφλειν et ὄφλων dare solent, non minus est vitiosum ac si quis λάβειν et λάβων vellet scribere. Eiusdem pretii, id est nullius, sunt hae Photii observationes: Ὀφλάνειν ἀντὶ τοῦ ὀφλισκάνειν, et Ὀφλίσκουσι καὶ ὄφλουσι: χρεωστοῦσιν.

Noli quaerere quid sit Παλτάρια: σεμίδαλις. Lectio bis mendosa est. Πολτάριον, credo, olim fuit.

Elapsa est vocalis una ex nomine Dei Aegyptiaci v. Παμύλης: Αἰγύπτιος θεὸς Πριαπώδης. Hesychius v. Παμύλης servavit Cratini Iunioris octonarium a Meinekio sic emendatum:

ὡς σφοδρῶς Αἰγυπτιώδης, Σωχάρης, Παμύλης.

In proverbio Παρὰ κωφὸν ἀποπέρδειν ut Graeca oratio sit ἀποπαρδεῖν rescribendum est. Πέρδομαι Graecum est (non πέρδω) et παρδήσομαι, sed ἔπαρδον et πέπορδα. Adhuc haeret vitium manifestum in Cratini versiculo apud Photium v. Ῥάζειν. Editur a Meinekio:

ἔρραζε πρὸς τὴν γῆν, ὁ δ' ἠσκάριζε κἀπέπαρδε.

sed statim videbis aoristo locum nullum esse. Libri exhibent κατέπαρδε et καὶ πέπορδε. Perspicuum est verbum simplex requiri. Quin tu igitur emendas: ὁ δ' ἠσκάριζε κἀπεπόρδει.

Quod Photio dicitur παρατεῖναι significare τὸ ἐπιστρέψαι

καὶ ἐπολέσαι, non ipse fallit sed scribae, qui ἐπιτρῖψαι dare debuerant.

In Thucydidea glossa Παραυτίκα: ἔγγιόν τι τοῦ αὐτίκα σημαίνει καὶ ὑπογυώτερον. Θουκυδίδης· εἰ δέ τις τὸ παραυτίκα μὴ ἐθέλοι ξυμμαχεῖν, levis error commissus est. Legitur locus I. 27. εἰ δέ τις τὸ παραυτίκα μὲν μὴ ἐθέλοι ξυμπλεῖν, μετέχειν δὲ [βούλεται] τῆς ἀποικίας πεντήκοντα δραχμὰς καταβέντα Κορινθίας μένειν, unde apparet ξυμπλεῖν pro ξυμμαχεῖν Photio esse reddendum. Voculam μέν omisit auctor τῆς Θουκυδίδου λέξεως, quem Photius describit, ea tantum ex Thucydide de more excerpens quae ad rem praesentem pertinerent. Si quis Thucydidis locum diligenter expenderit et compositionem Thucydideam bene noverit, vehementer ei, ut opinor, additum βούλεται displicebit. Fulcrum est plane inutile a Graeculis contra Atticorum usum saepe supponi solitum. Scatere Thucydidis orationem istiusmodi emblematis multis locis ostendimus. Admonet me haec ipsa Photii glossa loci Thucydidei, in quo ineptum emblema sententiam verborum plane obscuravit atque delevit. Legitur in oratione Plataeensium III. 56: εἰ γὰρ τῷ αὐτίκα [χρησίμῳ] ὑμῶν τε καὶ ἐκείνων πολεμίῳ τὸ δίκαιον λήψεσθε, τοῦ μὲν ὀρθοῦ φανεῖσθε οὐκ ἀληθεῖς κριταὶ ὄντες, τὸ δὲ ξυμφέρον μᾶλλον θεραπεύοντες. Equidem numquam expedire potui quomodo Thucydides τῷ αὐτίκα χρησίμῳ ὑμῶν τε καὶ ἐκείνων πολεμίῳ dicere potuisset, nam quod Interpretes affirmant haec dici pro τῷ τε ὑμῶν χρησίμῳ καὶ τῷ ἐκείνων πολεμίῳ cras credam sed hodie nihil. Expedivit me tandem ex hac inextricabili difficultate Badhamus, qui χρησίμῳ ab inepto interpolatore insertum esse primus perspexit. In eodem capite satis esto digitum intendisse in duo alia sciolorum additamenta: κατὰ τὸν πᾶσι νόμον καθεσῶτα τὸν ἐπιόντα [πολέμιον] ὅσιον εἶναι ἀμύνεσθαι, et in fine capitis: καίτοι χρὴ ταὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν [ὁμοίως] φαίνεσθαι γιγνώσκοντας. Nunc ad Photium redeundi tempus est.

Non credo esse in Photii λέξει glossam ineptiorem quam haec est:

Παρῆν: παρήμην.

Παρῆσθα: παρῆν.

Quid multa? Coniungantur male divulsa et emendentur in

hunc modum: Παρῆ, παρῆσθα, παρῆν, quae ex aliquo Ἀττικιστῇ descripta accurate referunt Atticam loquendi consuetudinem a Graeculorum usu diversam, quibus παρῆν et παρήμην pro παρῆ, et παρῆς pro παρῆσθα solemne erat dicere.

Saepe E et AI ipsius Photii errore confunduntur. Series docet eum Πατεκίων: ὄνομα κλέπτου posuisse pro Παταικίων. Contra Παραιξόρουσον supra dedit pro παρεξόρουσον.

Πατρίληκτος non est ἡ οὐσία ἡ ὑπὸ τοῦ πατρὸς εἰλημμένη κλήρῳ, sed εἰληγμένη. Solemne est scribis εἴλημαι (κατείλημαι, περιείλημαι) et εἴληγμαι in notiorem sibi formam εἴλημμαι depravare.

Attigimus iam alibi Porsoni errorem, qui quum in unico Codice Galeano reperisset: Πατριῶται: οἱ δοῦλοι ἑλλήνων festinanter correxit οἱ δοῦλοι τῶν Ἑλλήνων. Vera lectio est Πατριῶται οἱ δοῦλοι ἀλλήλων.

Non est Graecum quod Photius affert Παχύνοοι: παχύνοες, ἀνόητοι, ut neque εὔνοοι vel κακόνοοι. Emenda Παχύνοι et eadem opera v. Θήλυνοι corrige accentum sic ut scribas Θηλύνοι. Decrepitae Graecitatis sordes vides in παχύνοες. Nempe isti qui νοῦς, νοός, νοΐ dicebant ut βοῦς, βοός, βοΐ, in adiectivis compositis eandem rationem retinebant.

Non is est Photius cui credi possit Graecum esse Πέδουρος: μετέωρος. Ionicum μετήορος (ut παρήορος) et Atticum μετέωρος (ex μετάορος) non possunt illam formam πέδουρος umquam induere. Πεδάορον Aeolicum est, quod potuit in Πέδαυρον abire, (idque ipsum latere suspicor apud Hesychium in Πελλύρον: μετέωρον, imo vero ΠΕΔΑΤΡΟΝ), sed in Πέδουρον non potuit.

Fortasse sine culpa est Photius v. Πεπαλμένος: βεβλαμμένος, sed a scribis inquinatus quum ipse dedisset Πεπαλημένος et statim πεπαληκέναι pro πεπαλκέναι.

Nauseam movet vitium in sq. glossa Πεπαλαγμένος: μεμολυσμένος. ἔνθεν καὶ παληλία, τὸ μολύνεσθαι τῇ κόνει, pro ἔνθεν καὶ πάλη διὰ τὸ μολύνεσθαι τῇ κόνει.

Novum scribarum flagitium est v. Πεπλαδικός: ὑγρανθέν, σεσηπός pro πεπλαδηκός. Ab eodem verbo attulit Πλαδῶσιν: ὑγροῖς, χαύνοις, ἀσθενέσιν.

Miror glossam Πέπλεκται: ἥττηται. Μένανδρος. Fieri non

potest ut πλέκειν et πέπλεγμαι huiusmodi quid umquam significaverint, et apud istos magistros πάντα τὰ πράγματα ἔσιν ὁμοῦ. Permiscent omnia: πέπλεγμαι, πέπλιγμαι, πέπληγμαι, πέπλαγμαι, πεπάλαγμαι susque deque habentur et incredibilis nascitur confusio, quam ὁ νοῦς ἐλθὼν διακοσμεῖ. Audi modo Hesychium:

Πεπλαγμένον: μεμολυσμένον.

dic sodes πεπαλαγμένον.

Πέπλαται: ἤπλωται.

πέπταται volebat dicere, semper hic errat.

Πέπληται: πέπληκται.

πεπληγμένον: κεκοσμημένον, ἐκτενισμένον.

Sed, o bone, πεπλεγμένον hoc est, et quod praecedit si Πέπληκται: ἤπτηται scripsisses omnia haberent optime, idque ipsum e Menandro Photium apposuisse suspicor.

Mira incogitantia Photium cepit qnum scriberet: Περιδεδόσθαι: τὸ συνθέσθαι. Nempe περιδόσθαι hoc dicitur, ut ἐθέλω περὶ τῆς κεφαλῆς περιδόσθαι. Ipse Homeri locum affert:

εἰ δ' ἄγε νῦν τρίποδος περιδώμεθον.

et in v. Περιδοῦ: συνθοῦ. λέγουσι δὲ καὶ περὶ συνθήκης. οὕτως Δίφιλος. Notus usus est, cuius etiam apud Aristophanem exempla sunt. Itaque quum περιδόσθαι vellet dare, alias res agens περιδεδόσθαι dedit, idque interposuit inter Περιδαρδάπτεσθαι et Περιδεής.

Vidimus supra H et I a Photio confundi, vidimus eum N et ΑΙ oscitanter permiscere, concurrunt hi duo errores in Περιδήλιον: πειρατήν, nam vera scriptura est Περίδινον ex noto Platonis loco de Legg. VI. p. 777. D. quem describit Athenaeus IV. p. 264. E. καὶ ἔτι τὰ τῶν λεγομένων περιδίνων τῶν περὶ τὴν Ἰταλίαν γιγνομένων παντοδαπῶν κλοπῶν ἔργα τε καὶ παθήματα. Quoniam in δῖνος producta est prima syllaba δεῖνος scribi solet et δείνησις, δεινητός et sim. Itaque Περίδεινον: πειρατήν apud Hesychium legitur, et statim Περιδεινός: περιπαθής pro Περίδινος: πειρατής. Nil cogitare, ut opinor, intelligis eum, qui serio narrat περιδήλιον significare *praedonem*.

Incredibile est Περιεῖχεν: ὑπερεῖχεν umquam denotare potuisse. Vera lectio erui potest ex Hesychio Περρέχειν: ὑπερ

ἐχειν. Scribe περιέχειν, quod in Aeolica dialecto περρέχειν sonabat. Photius alicubi reperit Περρεῖχεν: περιεῖχεν, sed negligenter descripsit.

Non est Graecum Περιέσηξαν: περιεκύκλωσαν, quod inter Περιέσηκεν et Περιεσήξει Photius medium collocavit. Compara Περισ/ξαι: περικυκλῶσαι, περιελθεῖν, περιελάσαι, et Herodoti locum IV. 2. περισ/ξαντες κατὰ τὰ ἀγγήϊα τοὺς τυφλούς, et senties ipsius Photii errorem esse, qui περιέσιξαν dare debuerat.

Videturne tibi Περιήγγελλεν: ἐκέλευεν posse significare? Non potest, sed praepositiones παρά et περί iam tum, nisi hoc ageres, vix oculis poterant discerni. Παρήγγελλε significat ἐκέλευεν.

Post pauca magister quum ΠΕΡΙΗΓΗΤΟΣ haberet ob oculos dedit: Περιήτητος: ὁ περιπόρφυρος χιτών. Glossa est Antiphanis apud Poll. VII. 57.

ἦν χιτὼν ἀμόργινος,
ἕτερος δὲ περιήγητός ἐστιν οὗτοσί.

Non est antiquae Graecitatis Περισάμενος dicere pro φεύγων. Graeculi dicebant pro *evitare*, *declinare* περίσασθαι, sed habet plura Photius novicia et τοῦ πονηροῦ κόμματος. Ridicule corruptum est quod continuo sequitur: Περίσασο: ἀντιλαβοῦ, περισκόπησον, nam plane contraria sunt περισῆναι et ἀντιλαβέσθαι, *evitare* et *arripere*. Emenda sodes ἀντὶ τοῦ εὐλαβοῦ, et nota Graeculorum errorem, qui quum nescirent σκοπεῖν habere σκέψομαι, ἐσκεψάμην et ἔσκεμμαι, analogiam secuti σκοπήσω et ἐσκόπησα ipsi formaverunt.

Pro Περικατατραπήσεται: ἀντὶ τοῦ περιτραπήσεται κάτω συνήθως λέγουσιν, reponendum esse περὶ κάτω τραπήσεται et ubi ea forma legatur et restituenda sit, in Variis Lectionibus demonstravi.

Περικονῆσαι: περισπογγίσαι significare auctor est Photius, εἴ τῳ ἱκανὸς τεκμηριῶσαι. Si sapis, repudiabis istum testem. Graecum est περικωνεῖν. Iuvat apponere ad haec et emendare Hesychiana quaedam.

Περικωδωνῆσαι: περιρομβῆσαι.

Περιαγαγεῖν, σπογγίσαι ἢ περιπισσῶσαι. Λάκωνες.

Περιλαβεῖν ἢ περιβαλεῖν καὶ τὰ ὅμοια.

Viderunt viri docti emendari oportere haec et suppleri in hunc modum:

Περικωδωνίσαι: περιβομβῆσαι.

Περικωνῆσαι: περισπογγίσαι, περιπισσῶσαι.

sed quod Λάκωνες veteri sede non expulerint graviter peccarunt. Num tu περικωνῆσαι Laconicum esse putas? Nempe retrahendum est Λάκωνες ad sequentem glossam sic emendatam Περλαβέν: περιλαβεῖν καὶ τὰ ὅμοια Λάκωνες. Spartani quoque, ut Aeoles, πέρ usurpabant pro περί, ut in Περφίλα et aliis.

Longe turpissimus error est, in quem sese implicuit Photius v. Πεϛικόν: τὸ παρὰ Θετταλοῖς θητικόν, ὡς τὸ Εἱλωτικὸν παρὰ Σπαρτιάταις. Collocata haec sunt inter Πεσσοί et Πετάλοις. Itaque non cogitavit aut non meminit Πενέϛας et τὸ Πενεϛικόν in Thessalia fuisse. Sed quis est, quaeso, qui hoc nesciat? Photius ipse optime id sciebat quum scriberet ea quae in v. Πενέϛαι leguntur, sed, credo, animum alibi habuit occupatum.

Iterum confudit indoctissime Ω et O, ut in περικωνῆσαι, in v. Πεφωρημένα: ἐννενεγμένα, ubi continuo praecedit Πεφώραται: πεφανέρωται, εὕρηται. Quid opus est dicere veram lectionem esse πεφορημένα? Adscribere iuvat locum Aeliani, in quo O pro Ω positum ridiculum et iocularem errorem peperit, qui tamen adhuc omnes elusit. Editur apud Aelianum de Nat. Anim. XII. 38: λέγει τοῦτο Ἀρτέμων ἐν τοῖϛ Ὅροις τοῖϛ Κλαζομενίων. Interpres: *in libro de Clazomeniorum finibus.* Mirificum sane libri argumentum ac taedii plenum putes fuisse. Nihil minus. Artemon scripserat Clazomeniorum *Annales*, Κλαζομενίων Ὥρους, sed indocta scribarum natio, ubi Ὧροι in libris Mss. occurrebat, subinde suum Ὅροι stolide substituit, de qua re perdocta est Schweighaeuseri annotatio in Animadv. ad Athen. Tom. II. p. 645 sqq. ad verba Athenaei Νεάνθης ἐν πρώτῳ Ὡρων IV. cap. 76. Exstabant olim Ὧροι Λαμψακηνῶν, Κυζικηνῶν, Ἐφεσίων, Μιλησίων, aliique, sed nusquam res est magis iocularis quam ubi de insulae alicuius *finibus* libri scripti esse dicuntur, veluti quum laudatur Δοῦριϛ ἐν Ὅροις Σαμίων.

Itaque nulla est dubitatio quin Artemon quoque Κλαζομε-

νίων Ὥρους scripserit, et hoc quoque certo indicio Punica librorum fides arguitur.

Quadruplicem errorem in uno vocabulo commissum videbis v. Πλατιάζειν: ἀλαζονεύεσθαι. Scriptum erat ΙΤΑΛΙΑΖΕΙΝ Ἰταλιάζειν, unde iste effecit quod vides. Diximus aliquid de illo usu verbi Ἰταλιάζειν et nominis Ἰταλιώτης pro ἀλαζών in superioribus.

Capisne quo pacto dicatur Πλειςοβολεῖν: διαπαίζειν significare? Non arbitror. Coniunge duas glossas et priorem sic emenda:

Πλειςοβολίνδα παίζειν: τὸ πλειςοβολεῖν λέγουσιν ὡς ἡμεῖς Ἀττικοί.

Ecce iterum Crispinus, qui inter Πλεύμων et Πλῆκτρα medium posuit Πλῆγμα: βῆμα. Non credo esse unum vocabulum in libris antiquis magis calamitosum quam verbum πλίσσομαι et quidquid ex eo verbo nascitur, composita διαπλίσσω et διαπλίσσομαι, ἐκπλίσσομαι, καταπλίσσομαι, περιπλίσσομαι, et nomina πλίγμα et πλιχάς, et adverbia ἀμφιπλίξ, περιπλίξ, et περιπλίγδην. Antiquae Graecitatis hae formae sunt et olim intermortuae et obsoletae. Semel apud Homerum πλίσσοντο occurrit, semel apud Aristophanem ἀπεπλίξατο, semel apud eundem καταπλιγήσει. Apud solum Hippocratem ἐκπλίσσοιτο, ἐκπεπλίχθω et ἐκπεπλιγμένον leguntur. Reliqua raro apparent apud Archilochum, Sophoclem, Hippocratem et Strattidem, et in antiquis λέξεσιν, quarum lacerae et corruptae quaedam laciniae ad nos perdurarunt. Nusquam autem illae formae intactae et illaesae ex scribarum manibus evaserunt. Nata ex πλήσσω et πλέκω tantum non ubique irrepunt in locum eorum, quae nemo amplius noverat. Πλίγμα nusquam satis tutum est: aut in πλῆγμα depravatur aut in πλέγμα, quemadmodum πεπλιγμένα numquam sine malo elabitur, sed aut in πεπληγμένα depravatur aut in πεπλεγμένα. Nullo loco πλιχάς labem effugere potuit: ubique πληχάς nihili vocabulum eius locum occupavit. Quid autem scribas, servos illiteratos et ineruditos, criminamur, ubi patriarcha unus omnium doctissimus et litteratissimus in eundem errorem se implicat et nil mali suspicans πλῆγμα significare docet βῆμα. Habebat olim πλίσσομαι compositum καταπλίσσομαι et aoristum καταπλιγῆ-

ναι (ut καταλλάσσω καταλλαγῆναι, καταπλήσσω καταπλαγῆναι): huius rei unicum indicium et testimonium ad nos pervenerat, quod scribarum fraude obscuratum ac paene deletum per multa saecula latuit, donec palmaria Dindorfii emendatione in lucem revocaretur. In Hesychii unico Codice Marciano haec leguntur v. Καταπληγκμήσει: τὸ βῆμα καταπλῆγμα λέγουσιν. τὸ οὖν καταθῆσαι μετάγοντες ἀπὸ τῶν κυλιομένων καὶ τοῖς ποσὶ κατατρεχόντων οὕτως Φασίν κατακρατηθει. Felicissime et acutissime Dindorfius reperit in illis latentem glossam Aristophanis in fragmento τῶν Δαιταλέων olim in hunc modum depravatam:

ἦ μὴν ἴσως σὺ καταπληγήσει τῷ χρόνῳ.

Β. τὸ καταπληγήσει τοῦτο παρὰ τῶν ῥητόρων.

Nempe utrobique καταπλιγήσει reponendum esse vidit ex καταπλίσσομαι, καταπλιγῆναι formatum, et esse hoc verbum de palaestra, quemadmodum et πλίγμα, quod pro καταπλῆγμα rescribi iussit. Sic igitur summam rei egregie Dindorfius constituit, in caeteris, quae minoris momenti sunt, leviter a vero aberrans. Equidem Hesychii locum sic composuerim: Καταπλιγήσει: κατακρατηθήσει. τὸ βῆμα γὰρ πλίγμα λέγουσιν. τὸ οὖν κατακρατῆσαι μετάγοντες ἀπὸ τῶν κυλιομένων καὶ τοῖς ποσὶ κατεχόντων οὕτως Φασίν. Utiliter comparabis Hesychium v. Πλίγμα: βῆμα. ἀπὸ τῶν κυλιομένων καὶ παλαιόντων ὅταν παραβάντες (L. περιβάντες) τοῖς σκέλεσι κατέχωσιν, et v. Περιπεπλεγμένα (L. Περιπεπλιγμένα): περιπεπλεγμένα τοῖς μέλεσιν (L. σκέλεσιν). Οἱ γὰρ ἀλεῖπται τὸ βῆμα πλέγμα (L. πλίγμα) καλοῦσιν. Haec omnia ex eodem auctore Hesychius descripsit, ἐκ τῆς Κωμικῆς Λέξεως Didymi. Quibus mendis haec obsita esse vides, eadem sunt in talibus solemnia ac fere perpetua. Hesychius Περιπεπλῆχθαι (περιπεπλίχθαι): διηλλαχέναι τὰ σκέλη ἀσχημόνως. Idem Περιπλήξ: περιπλέγδην, περιβάδην et Περιπλήξ: περιειληφώς. Rectissime Dindorfius restituit Περιπλίγδην: περιβάδην. Περιπλίξ: περιειληφώς. Ubi περιπεπλιγμένα posuerat Strattis apud Pollucem II. 173:

τὰ θυγάτρια | περὶ τὴν λεκάνην ἅπαντα περιπεπλιγμένα,

videbis libros περιπεπληγμένα et περιπεπλεγμένα exhibere. Pau-

lo ante Pollux ita scribit § 172: τὸ περιβάδην ἀμφιπλήξ (ἀμφιπλίξ), ὡς καὶ Σοφοκλῆς κατεχρήσατο ἐπὶ δρακόντων εἰπών·

θαιρὸν ἀμφιπλὴξ (ἀμφιπλὶξ) εἰληφότα.

Equidem sic Sophoclem suspicor scripsisse:

δράκοντε θαιρὸν ἀμφιπλὶξ εἰληφότε.

Eadem labes in διαπλίσσω et διαπλίσσομαι perpetua est. Hesychius Διαπέπληχε: διαβέβηκε. πλήγματα γὰρ βήματα, et Διαπεπληχώς: διεξώς, κεχηνώς, et Διαπλήσσειν: διέλκειν, διαπλέκειν. Recte homines docti Διαπέπλιχε, πλίγματα, Διαπεπλιχώς et Διαπλίσσειν correxerunt. Quod διαπεπλιχώς interpretatur esse κεχηνώς Hippocratica glossa est, apud quem legitur περὶ γυναικ. II. p. 662, 7: διαπεπληχὸς (διαπεπλιχὸς) τὸ σῶμα τῶν μητρέων. De *cruribus dispessis* Hippocrates διαπεπλιγμένα usurpare solet, veluti in Prognost. pag. 37, 48: σκέλεα ὑπτίου κειμένου ξυγκεκαμμένα ἰσχυρῶς καὶ διαπεπλεγμένα (διαπεπλιγμένα), et in Coacis Praenot. pag. 197. A. διαπεπλεγμένα (διαπεπλιγμένα) σκέλεα. Ubique illud verbum cum vitio ambulare videbis. Hesychius Διαπεπλέχθαι (διαπεπλίχθαι): διηλλάχθαι τὰ σκέλη καὶ ἀντιβαίνειν. Galenus in Gloss. Hippocr. Διαπεπληγμένα (διαπεπλιγμένα): τὰ ἐπὶ πολὺ κατὰ τὴν πληχάδα (πλιχάδα) διεῳῶτα. Archilochi octonarius est apud Dionem Chrysostomum in Orat. XXXIII. p. 399.

οὐ φιλέω μέγαν στρατηγὸν οὐδὲ διαπεπληγμένον,

cui Hemsterhusius διαπεπλιγμένον reddidit, apud Galenum, qui eodem testimonio ad Hippocratis διαπεπλιγμένα interpretandum utitur, peius etiam διαπεπηγμένον librarii dederunt. Hippocrates subinde utitur composito ἐκπλίσσομαι, quod et ipsum nusquam inviolatum elabitur. In libris est ὅσσον δ' ἂν ἐκπλήσσοιτο (de Artic. p. 789. C.), et μήτε ξυμμεμυκέτω μήτε ἐκπεπλήχθω (Prorrhet. 2. p. 106. F.), et ἢ γὰρ ἀνεσπασμένον ἐστὶν ἢ ἐκπεπληγμένον (ibid. p. 107. D.), pro ἐκπλίσσοιτο, ἐκπεπλίχθω et ἐκπεπλιγμένον: vide Foësium in Oecon. Hippocrat. Qui priscum vocabulum interpretantur eadem contagione inficiuntur. In Erotiani libris scriptum est Ἐκπεπληγμένον: ἐξεπτυγμένον. In Galeni glossis: Ἐκπεπλημένον (in uno libro ἐκπεπληγμένον): ἐκτετραμμένον. Apud Hesychium Ἐκπλήσσοιτο: διάγοιτο. Mendose omnia, ut vides, pro Ἐκπεπλιγ-

μένον et Ἐκπλίσσοιτο, quod Hesychius interpretatur διάγοιτο eodem sensu, quo Pollux Strattidis διαπεπλιγμένα interpretatus est διηχότα τὰ σκέλη. Ne ipsum quidem πλίσσοντο apud Homerum Odyss. Z. 318:

αἱ δ' εὖ μὲν τρώχων, εὖ δὲ πλίσσοντο πόδεσσι.

communem labem potuit evitare. Apud Hesychium est Πλήσσοντο: διέβαινον. Apollonius in Lexico Homerico ubi ipsa Homeri verba adscribit scribarum vitio exhibet Πλήσσοντο: διέβαινον. — τῶν ἅπαξ εἰρημένων. Prorsus nihil horum vitio vacare vides. Et esse hanc scripturae labem in nonnullis perveterem Galeni in Hippocratem commentarii satis demonstrant. Apud Hippocratem de Fractur. pag. 767. E. ἀναγκαίως οὖν ἔχει ἄχροον μὲν καὶ ἐκπεπλιγμένον τὸ ἕλκος εἶναι, vivo Galeno pro ἐκπεπλιγμένον ferebatur alia lectio ἐκπεπιεσμένον, quam Galenus utcumque interpretatur. Vera lectio leviter tantum affecta superat in loco vicino pag. 773. H: τεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ πρὸς τὴν μορφὴν τοῦ ἕλκεος ὅκως ἥκιστα σεσηρὸς καὶ ἐκπεπλημμένον (ἐκπεπλιγμένον) ἔσαι, unde post multa saecula Hippocratis manus restituta est. In multis aliis scribae linguae antiquioris formas obscurarunt, nusquam constantius quam in his, nam praeter Hesychianum Πλίγμα: βῆμα vidimus *nihil* horum usquam in libris emendate esse scriptum. Sed ne hoc quidem evasit, ut ex Schowio nunc video, qui in unico Codice vidit πλῆγμα exaratum esse, ut post pauca πλήξαντα et πλήσσοντο. Veram lectionem reposuit Musurus, qui melius Graece sciebat quam Schowius, cui »*utraque scriptura cum* πλῆγμα *tum* πλίγμα *in usu fuisse*" videtur. Quam recte ipse statues. Caeterum Photius erranti fert opem, sed est illa συκίνη ἐπικουρία. Photium quoque tenemus erroris manifestum.

Quam saepe vidimus in Atticorum libris vitiose scribi ποῦ, που, ὅπου et sim. ubi ποῖ, ποι et ὅποι requiri certum esset. Noli mirari istiusmodi vitia. Photio teste Ποῖ significat εἰς τίνα τόπον· τὸ δὲ ποῦ ἐν τίνι τόπῳ καὶ εἰς τίνα τόπον. Sic dudum invaluerat apud omnes, vitiose illud quidem, sed invaluerat. Photius ipse paulo ante Ποῖ θεῖς; interpretatur ποῦ τρέχεις; Habes erroris originem, qui multis locis nobis corrigendus superest.

Recte Dindorfius v. Ποιναν καὶ ἄποιναν: τὸ λύτρον. Σόλων, correxit ποινᾶν et ἀποινᾶν. Perficies eam emendationem ubi pro τὸ λύτρον restitueris τὸ λυτροῦν. Solonis verba exstant apud Demosthenem in Aristocratea § 33. λυμαίνεσθαι δὲ μὴ, μηδὲ ἀποινᾶν, id est, ut ipse Demosthenes interpretatur, μὴ χρήματα πράττεσθαι. τὰ γὰρ χρήματα ἄποινα ὠνόμαζον οἱ παλαιοί, qui accuratius etiam dixisset ἄποινα significare λύτρα.

Monstra loquitur Magister in vv.

Προειδόμενοι: προγνῶσαι.
Προείλαντο: ἠθέλησαν.
Προειλόμεθα: προήκαμεν.

Miro errore Graeculi προειδόμενοι dicebant quum προϊδόμενοι deberent. Eodem modo κατεάξας et κατεαγείς usurpabant pro κατάξας et καταγείς. Finxerunt etiam praesens κατάσσω pro κατάγνυμι (nonnumquam peius etiam κατεάσσω), sicut et ῥήσσω, πήσσω pro ῥήγνυμι, πήγνυμι, aliaque ad eundem modum. Sic et πετάζω pro πετάννυμι irrepsit, et κατασκεδάζω pro κατασκεδάννυμι, et ἀμφιέζω ex ἀμφιέννυμι. Nempe Graeculi ex notissimis futuri et aoristi formis praesentis formam ignotam sibi colligebant. Ex κατάξω, ῥήξω, πήξω, πετῶ ἐπέτασα, κατασκεδῶ κατεσκέδασα, ἀμφιῶ ἠμφίεσα, ista omnia indocte ipsi formarunt. Κατεαγέναι et κατεαγώς noverant: inscite admodum his κατεάξαι et κατεάξας accommodarunt. Quia non intelligebant κατεαγέναι passivum esse commenti sunt novum κατέαγμαι, eodem errore pro κατέσβηκα dicebant κατέσβεσμαι, et ἔρρηγμαι pro ἔρρωγα, et turpius etiam καθέσαμαι pro καθέζηκα. Passim in Codd. occurrunt προειδόμενος, ὑπειδόμενος et sim., quae in antiquis scriptoribus non sunt ullo modo ferenda. Non minus frequenti errore εἰλόμην, ἀφειλόμην, προειλόμην depravantur in εἰλάμην, ἀφειλάμην, προειλάμην cet. ut εὗρον in εὕρα, εὑρόμην in εὑράμην, et ὠσφρόμην in ὠσφράμην. Omnino ubi Graecitas consenuit aoristi secundi formae paullatim obsolescere coeperunt et non sine barbarismis in aoristos primos converti. Sic ἔπεσα natum est: sic ἐβλάσησα, ἡμάρτησα, ἔλειψα, ἔφευξα, aliaque propullularunt. Diversissimi generis mendum in Προειλόμεθα: προήκαμεν commissum est. Nihil inter se commune habent προαιροῦμαι et προΐημι. Abun-

dat male syllaba et Προελμεθα probum ac verum est.

Quod inter Προθελύμνους et Προθεσμίας collocatum est Προθήβας: πρώτους ἀκμάζοντας νέους a correctore est, qui turpem Photii errorem Προθήβας concoquere non potuit. Imposuit Photio vetus librorum mendum, quo Hesychius quoque deceptus est, qui inter Προθέων et Πρόθημα inseruit Προθῆβαι: ἀρτίως ἀκμάζοντες. Nihil istis subolet in talibus umquam. Aperte mendosas librorum scripturas et manifesto absurdas securi recipiunt. Apud Hesychium suis locis κατὰ στοιχεῖον leguntur: Προτόγονος, Προτόλειον, Προτορύμῳ: ἐν τῷ ἀκρορύμῳ, et alio loco Πρωτορύμῳ (pro πρώτῳ ῥυμῷ Iliad. Z. 436. et ἐν ἄκρῳ ῥυμῷ). Idem Προῖαι ἄπιοι exhibet pro πρῷαι, et Πλοΐματα pro Πλώϊμα τά, et Πρδΐμον pro πρώϊμον, et Πρδΐζα pro πρώϊζα, et Προίρης pro Πρώρης, et Προνόπως pro Προνωπής, et Προσῴδιον pro προσόδιον. Idem Hesychius, quum suo loco Πρωθῆβαι: ἄρτι ἀκμάζοντες collocasset, praemisit Πρωθήβους: ἀκμαίους et subiungit Πρώηβες: ἄρτι ἀκμάζοντες. Utrumque vitiosum esse intelligis.

Qui Hesychium non diu et multum trivit numquam poterit inducere in animum tantum inscitiae et stuporis cadere in hominem, qui eruditam antiqui sermonis λέξιν condere instituit. Qui pro Προσεμφερές scribere potuit πρὸς ἐλιφερές, et pro προετικός modo Προεσηκός modo Προεκτικός, et pro Προαλέσερον modo προκαδέσερον modo προκαλέσερον, et pro Προσερνιζόμενος προπερίζομενος, ut supra Προθεμενισάμενος pro προσερνισάμενος, et (ut aliquando finem faciam) qui Προσφανῆ pro Γεωφανῆ dare potuit, qualem tu Graecitatis magistrum ac testem putas esse? Photius non est multo melior vel diligentior, qui Πλοΐζει et Πλδΐμα recepit nescius Πλώϊμα tantum Graece dici et Πλωΐζω. Quod hodie apud Photium emendate scribitur Πλωΐζει: παρεύεται alicui correctori deberi series arguit, nam inter Πλινθιεῖον et Πλοιάρια illa glossa legitur.

Novum inscitiae exemplum est in v.

Πρὸ κώπης: ἕτοιμος, πρόχειρος.

Πρόληψις: γνῶσις.

nam fallitur Porsonus πρόκωπος reponens. Debuerat προνωπής dicere, quae Euripidis glossa est ex Andromache vs. 729:

ἄγαν προνωπὴς εἰς τὸ λοιδορεῖν φέρει.

Nonnumquam factum esse vidi ut antiqua scribendi compendia ab eruditis magistris non animadversa errores parerent. Προπάτωρ, ut Photius scribit, significat ἢ ὁ πάππος ἢ ὁ πρόγονος. Hesychius Προπάτωρ: πατρὸς πατήρ et Προμήτωρ: πατὴρ μητρός. In tribus hisce unus et idem error commissus est neglecta lineola in ΠΡΟ —, quae erat indicio πατροπάτωρ et πατρομήτωρ esse legenda. Photius igitur προπάτωρ et πατροπάτωρ confudit.

Quis est tam credulus ut Photio scribenti Πρόπιον: μάντευμα fidem habendam esse putet? Θεοπρόπιον olim eo sensu dici nemo nescit, unde nihili magister πρόπιον quoque Graecum esse suspicatus est.

Recte admonuit Ἀττικιστής nescio quis: Προσερρύη: προσεφοίτησεν, προσῆλθεν, οὐ προσέρευσεν, nisi quod προσέρρευσεν scribendum. Librarii suo arbitratu litteram ρ, ut casus et fortuna fert, aut geminant aut non geminant. Quid sit scribendum analogia et dicendi usus ubique demonstrant. Hesychius Προσερύη: προσῆλθεν pro προσερρύη. Photius supra Παράρυμμα ποδός dedit pro παράρρυμα, et Παραρυῶμεν: παραπέσωμεν. Apud Hesychium est Ἀνάρημα: κήρυγμα pro ἀνάρρημα, et passim sic errari videbis. Sequiorum vitiosa συνήθεια aoristum ἔρρευσα progenuit. Veteres non aliter quam ἐρρύην et ῥυήσομαι dicebant, idque tanta constantia ut unus et alter locus, ubi ῥεύσας et περιρρεῦσαι legitur apud Atticos, sine ulla dubitatione mendosus debeat videri.

Affertur ex Aristophane πολλῷ ῥεύσας ποτ' ἐπαίνῳ de Cratino dictum in Equitt. 528, sed praeter formam barbaram quid est ῥυῆναι πολλῷ ἐπαίνῳ? Latet aliquid in ῥεύσας, quod non exputo. Affertur e Lycurgi Leocratea § 96. λέγεται γὰρ κύκλῳ τὸν τόπον ἐκεῖνον περιρρεῦσαι τὸ πῦρ, sed περιρρυῆναι reponendum esse concedes mihi ubi animadverteris ἐρρύην, ῥυήσομαι et ἐρρύηκα cum compositis omnibus *perpetuo* omnium usu teri. Restituerim formam κατερρύη in fragmento Archilochi apud Aelianum in Var. Hist. IV. 14. comparato loco Nicetae, quem Kuhnius attulit, in hunc modum: πολλάκις τὰ — μετὰ πολλῶν πόνων συναχθέντα χρήματα κατὰ τὸν Ἀρχίλοχον·

(Ἀθρόʼ) εἰς πόρνης γυναικὸς ἕντερον κατερρύη.

Pro κατερρύη Aelianus καταίρουσιν habet, Nicetas εἰς ἕντερον πόρνης γυναικὸς μεταρρυῖσκεσθαι τὰ χρόνῳ καὶ πόνῳ συλλεγέντα μακρῷ, unde non sine aliqua veri specie elicias hunc octonarium:

Τὰν μακρῷ χρόνῳ πόνῳ τε συλλεγέντα πολλάκις
Ἀθρό' εἰς πόρνης γυναικὸς ἔντερον κατερρύη.

Quam recte ἀθρόα in tali re ponatur et τοῖς ἐν μακρῷ χρόνῳ συλλεγεῖσιν opponatur nihil opus est docere. Utilius locum Demosthenis insulsissimo emblemate liberabo. Legitur in Aristocratea § 21: ἅρισα ἃ προσήκει συνήσετε χωρὶς ἕκαστα σκοποῦντες καὶ οὐχ [ἅμα πάντα] ἀθρόα ἐξετάζοντες. Recte nescio quis in ora libri annotavit ἀθρόα significare ἅμα πάντα, si quis id forte nesciret, sed non multum vereor ne cui acutiori ipse Orator ita locutus esse videatur. Nunc ad Photium redeo.

Non habet Graecam speciem glossa Προσηροσίαι: αἱ πρὸ τοῦ ἀρότου γινόμεναι θυσίαι. Quis, quaeso, in tali re praepositioni πρός locus est? Praeterea certa in nominibus huiusmodi analogia postulat ut dicatur τὰ προηρόσια, ut paulo ante Προπολέμια: ἔοικεν εἶναι τὰ πρὸ τοῦ πολέμου θυόμενα ὑπὲρ τῆς νίκης, et τὰ προτέλεια, διαβατήρια θύειν et θύειν εἰσιτήρια et εὐαγγέλια θύειν, et complura alia sunt similia. Itaque et Προηρόσια verum est et sic appellatur ἡ πρὸ τοῦ ἀρότου γιγνομένη θυσία, non αἱ — θυσίαι. Ter in eodem vocabulo erratum est in superioribus, ubi bis male Προηροσία scribitur, semel etiam peius Προηροσίαι. Alio modo eadem glossa vitiata est apud Hesychium Πρηροσία: θυσία Ἀθήνησιν, imo vero Προηρόσια.

Satis apparet ex his non scribas tantum sed ipsos etiam magistros ineptum in modum πρό et πρός confundere. Apud Hesychium est Πρὸ ἠῶ: πρὸς ἀνατολήν, bellissime, ut vides, ex Homeri locis: πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε. Apud eundem est Προσκρόσσας: ἄλλας ἐπ' ἄλλας. κλιμακηδόν, pro Homerico Προκρόσσας. Idem habet Προσθέοντα: ἔμπροσθεν τρέχοντα, quum Προθέοντα deberet. Sed vix quidquam in eo homine miraberis, qui serio annotavit Προπαδίζων: προβαίνων πρὸ τῆς ἀσπίδος interpretans verba Homeri: ὑπασπίδια προποδίζων. Fieri potest ut sine vitio scripserit ὑπὸ τῆς ἀσπίδος,

sed Προπαδίζων ipsius errorem esse series demonstrat. Sequitur enim Προπαιδεύματα, Πρόπαις κτέ. Ridicule paulo ante posuit Πρόκαυτα: προειρημένα, προηκουσμένα, ipse post pauca suo loco affert emendatam lectionem Πρόκλυτα. Obiter eum duobus vitiis liberabo, quae scribae commiserunt. In Προβάλλειν ἄρνα: τὸ ἐπαγγεῖλαι natum est τὸ ex πο id est πόλεμον ἐπαγγεῖλαι. Caeterum ut in praecedente glossa Προβάλλει: ἐρωτήσει apparet προβαλεῖ verum esse, sic in hac quoque προβαλεῖν ἄρνα legendum esse monstrat aoristus ἐπαγγεῖλαι. Confunduntur πόλις, πολιτεία, πόλεμος propter communem scripturam πο. Sic inter se permutantur ποτέ, ποτός et ποταμός, quia haec omnia a tachygraphis sic scribuntur πο. Alter Hesychii locus a scribis pessime mulcatus est in v. Πρωτογύναικες: οἱ μὴ ἀνηγμένοι γυναῖκας, imo vero οἱ μίαν ἠγμένοι γυναῖκα. In Codice est οἱ μυῖαν ἠγμένοι γυναῖκες. Vides nihil esse istis homuncionibus stolidius, quibus nonnulli omnia credenda esse serio existimant.

Negligenter Photius Προστέρνησα: περιεπτυξάμην recepit pro Προσεςερνισάμην.

Non minore oscitantia admisit Προυνούςερος: ἀντὶ τοῦ προνοητικώτερος. Σοφοκλῆς, et Προυνουργέςατον: προτιμότερον. Interposita haec sunt inter Προῦπτον et Προὔργου, itaque ipsius Photii errores sunt, qui tamen facile scire poterat πρόνους et προνούςερος Graeca esse, ut ἄνους ἀνούςερος, εὔνους εὐνούςερος, et in altera glossa Προυργιέςατον. Promiscue enim Attici προυργιαίτερον et προυργιέςερον dicere solebant. Eodem erroris genere Hesychius dedit Προύχνου: παντελοῦς pro Πρόχνυ: παντελῶς, et Προυτροπάδην: κατὰ τροπήν, pro Προτροπάδην. Exstat locus Sophoclis, quem Photius respiciebat in Aiace vs. 119:

τούτου τίς ἄν σοι τἀνδρὸς ἦν προνούςερος;

In v. Προφορούμενοι tralaticio errore scriptum est προφορεῖσθαι γὰρ λέγεται τὸ παραφθείρειν τὸν ςήμονα τοῖς διαζομένοις. Ridicule παραφθείρειν positum est pro παραφέρειν. Notabilis is error est: saepe videbis in libris φ et φθ confundi, quemadmodum saepissime φ et φρ confunduntur. Deinde er-

ror errorem parit: φέρω, ut vides, in φθείρω corrumpitur, contra vidi nonnumquam περιφθείρομαι in περιφέρομαι depravatum, cuius rei alias exempla proferam. Permiscentur inter se φορά, φθορά et φρουρά, quemadmodum φρονεῖν, φθονεῖν, φερεῖν et φρουρεῖν inter se ineptissime mutant locum. Apud Hesychium legitur Διαπεφρούρηται βίος: — ἡ διὰ τοῦ βίου φθορὰ συντετέλεσται, pro φρουρά. Ridicula sententia est in Philostrati Epistola 28. Kais. καὶ γὰρ ξένος ἐπιεικὴς δύναται γενέσθαι καὶ πολίτης κακός, ὅσῳ καὶ τοῦ φρονεῖν ἐγγύτερός ἐστιν. Intelliges locum si φθονεῖν rescripseris. Et multa simili modo laborant. Promiscue vero φ et φθ a scribis exarantur nulla prorsus sententiae aut Graecitatis ratione habita: φόνος an φθόνος scribendum sit, φῇ an φθῇ, διαφορά an διαφθορά, ἀδιάφορον an ἀδιάφθορον non ex libris sed sola ratione discerni potest. Monstra sic lectionum pariuntur. Comici incerti senarius est in Schneidew. Coniect. Crit. p. 117.

σύγγνωθί μοι καὶ μὴ χαλεφῇς, ὦ πάτερ,

pro χαλεφθῇς. Apud Onosandrum Strateg. p. 63. editur: τὸ δυνάμενον καιρῷ φασθῆναι pro φθασθῆναι. Apud Scholiast. Apollon. Rhod. II. 1113. est ῥαισθεῖσα δὲ ἡ διαφαρεῖσα pro διαφθαρεῖσα, et passim similia recurrunt. In Neoclis fragmento apud Stobaeum Floril. 20, 34. ubi Medea sic loquitur:

φεῦ, | τάλαινα τόλμης, ἥ πολὺν πόνον βραχεῖ
διαφθεροῦσα τὸν ἐμὸν ἔρχομαι χρόνῳ,

non miraberis διαφέρουσα in alio libro scriptum esse. In eiusdem tragici fragmento apud Scholiast. Eurip. Med. 1377. eodem errore legebatur: τέλος γὰρ αὐτὸς ἐχθίσῳ μόρῳ | φέρεις pro αἰσχίσῳ μόρῳ φθερεῖ, ut recte viri docti reposuerunt. Simili de causa perpetuo inter se confunduntur φθέγγομαι, φέγγομαι, φλέγομαι, cuius rei exemplum esto versiculus Simiae Rhodii apud Choeroboscum in Theod. Canon. p. 16, 35. Gaisf. ubi agit de nominativo τὸ κράς, cuius exemplum apponit:

χρυσῶτυφαέθοντι πολύλιτος φαίνεται κράς.

In Codice Marciano est φθέγγεται κράς, cui suprascriptum φαίνεται. Vera lectio est, ut vides:

χρυσῷ τοι, Φαέθων, τὸ πολύλιτον φλέγεται κράς.

Iterum Photius πρό et πρός confudit in Προσφερέςερον: βέλτιον, nam certum est προφερέςερον eo sensu dici solere.

Mirifica glossa est Προχάζοις: προβαίνοις, sed multo etiam magis est mirificum quod narrat Hesychius Προχάζοις esse et προβαίνοις et ἀναποδίζοις, ut idem verbum et *referre* pedem et *proferre* significet.

Quod scribit Photius Πρυμνήν: κάτωθεν, ἐκ ῥιζῶν, aut fallit aut fallitur, nam πρυμνόθεν ponere debuerat.

Descripsit ex aliquo Atticista Πρώϊα: οὐ πρώϊμα. καὶ δισυλλάβως πρωΐ. Rescribe sodes καὶ δισυλλάβως πρῷα. Attici constanter πρῴ dicebant, non πρωΐ, sed vetus scriptura ΠΡΩΙ in errorem inducebat scribas Homericae lectioni assuetos. Alii de more I omittebant et vitiose πρώ vel πρῶ scribebant. Idem error pervulgatus est ac paene perpetuus in πρῴην, pro quo πρώην poni solet. Athenienses igitur πρῷα dicebant, non πρώϊμα, ut Aristophanes in Vespis vs. 264:

δεῖται δὲ καὶ τῶν καρπίμων ἅττα μή 'ςι πρῷα,

ubi in πρώϊα Ravennas et Venetus conspirant iugulato metro. Similiter Atticos dixisse πρώκαρπος et πρώσπορος consentaneum est, quae respondent formis ὀψίκαρπος et ὀψίσπορος, non πρωΐκαρπος et πρωΐσπορος, quae vulgo leguntur. Nulla est hodie dubitatio quin λῄζομαι sit scribendum apud Atticos pro ληΐζομαι, et ᾖθεος pro ἠΐθεος, et ᾐών pro ἠϊών, quae omnia sunt Ionibus relinquenda. Sic igitur πρωΐ quoque et πρῴ, πρώϊος et πρῷος erunt distinguenda.

In voce Πτακείς (L. Πτακίς): δειλός, ὁ ἐπτηκώς, miror Porsonum et Dindorfium formam ἐπτηκώς concoquere potuisse. Equidem ἐπτηχέναι novi et ἐπτηχώς, sed ἐπτηκέναι unde natum sit non exputo. Gravius etiam erravit Bekkerus quum apud Flavium Iosephum de B. I. I. 17. § 7. reponeret τέως δὲ ὑποπεπτηχότες καὶ λανθάνοντες, quum esset in libris ὑποπεπτηκότες, in quo ὑπεπτηχότες latebat.

Quid sibi vult Πτῆται: πέτεται? Non potest πτῆται aliunde repeti quam ex aoristo ἐπτόμην, et sic ἀνάπτηται et κατάπτηται, et ἀνάπτωνται et κατάπτωνται formantur. Quod autem Photius glossam per πέτεται interpretatur admonet me loci Aristophanei, quem vetustissimus error inficit nullo negotio deprehendendus et certa emendatione eximendus, quae

eadem opera veterem glossam iam Photii aetate corruptam restituet in integrum. Legitur in Avibus vs. 252:

ὧν τ' ἐπὶ πόντιον οἶδμα θαλάσσης
φῦλα μετ' ἀλκυόνεσσι ποτᾶται,

sed non est ita ab ipso Aristophane scriptum. Vera lectio erui potest ex antiquo Scholio: ἔστι δὲ παρὰ τὰ Ἀλκμᾶνος:

ὅς τ' ἐπὶ κύματος ἄνθος ἅμ' ἀλκυόνεσσι ποτᾶται.

διὸ καὶ Δωρικῶς εἴρηται. Quid autem est, quod in his apud Alcmanem et propterea apud Aristophanem quoque Δωρικῶς εἴρηται? Equidem nihil video: sed video quid sit emendandum, ut uterque poëta δωρίζειν videatur. Nempe ἅμ' ἀλκυόνεσσι ποτῆται, vide Ahrens de Dial. Dorica p. 195. et in ipso Alcmanis fragmento, quod longe auctius ex Antigono Carystio attulit Bergkius in Poët. Lyr. p. 543. rectissime ποτῆται scriptum est. Itaque quemadmodum apud Aristophanem apertum est ποτῆται reponi oportere, sic suspicor in antiquam Aristophanis λέξιν, unde permulta Photius descripsit, ex hoc ipso loco receptum fuisse Ποτῆται: πέτεται, quae deinde labem quam vides concepit.

Turpissimum errorem, in quem sese Photius implicuit v. Πτύσχλοι: ὑποδημάτιόν τι καὶ κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ σ πτύχλοι, aperuit Hemsterhusius ad Hesychium v. Ἕπτυσκλον: ἀνδρεῖον ὑπόδημα. Docuit vir summus qui essent in calceamento ὕσκλοι sive ὕσχλοι, et ὑπόδημα ὑσκλωτόν, et sic ex ἑπτά et ὕσχλος nomen ἕπτυσχλον esse formatum, quod monstrose depravatum esse apud Hesychium in v. Πτύοχλον: ὑπόδημα ἀνδρεῖον. Eiusdem monetae esse vides Photianum πτύσχλοι et πτύχλοι.

Verbo tantum attingam Photianum Πυκνή: ἡ τῶν Ἀθηναίων ἐκκλησία, et Κλείδημος δέ φησι πύκναν ὀνομασθῆναι κτέ. Iam tum igitur eruditi nesciebant πνύξ pro πύκνς dictum habere πυκνός, πυκνί et πύκνα; quid igitur indoctos scribas miramur veteres formas Atticas perpetuo depravare?

Si revera Veteres, ut Photius auctor est, appellabant Πυλαισάτους: τοὺς μηδὲν ὑγιὲς μήτε λέγοντας μήτε πράσσοντας, equidem ipsum Photium πυλαίσατόν τινα dicerem fuisse, namque nunc quoque οὐδὲν ὑγιὲς λέγει. Vera scriptura est Πυλαϊσάς: τοὺς μηδὲν ὑγιές κτέ. sed quia scribarum consuetudo est πυλαϊσὰς τούς scribere in hunc modum πυλαϊσὰσοὺς, ut

sexcenties in Codd. antiquis vidi, confusis ς et τ nata est bellissima scriptura πυλαισάτους. Πυλαία apud Veteres appellatur locus, quo homines nequam et fraudulenti coibant, sed cuiusmodi illud fuerit flagitiorum et mendaciorum conciliabulum adhuc frustra quaesivi. Hoc solum video absurdum esse et ridiculum credere Amphictyonum ad Thermopylas concilium dici, quoniam illuc ex diversis civitatibus multi confluerent. Nil commiserunt boni Amphictyones cur eorum conventus nugarum et praestigiarum congeries et colluvies vulgo diceretur. Et quid facies noto Plutarchi loco in Instit. Lacon. p. 239. C. ubi νεανίσκος ἐκ τοῦ γυμνασίου increpatur, ὅτι τὴν ἐς Πυλαίαν ὁδὸν ἠπίσατο. Vides eam πυλαίαν non apud Thermopylas, sed aliquanto propius urbem Spartam fuisse. Itaque Stephano nil crediderim, quum Plutarchi locum in Pyrrho cap. 29. ταῦτα μέν ἐσι Πυλαϊκῆς ὀχλαγωγίας interpretatur: »*haec Thermopylarum ineptias redolent.*" Meliora igitur quaerenda sunt, quo πυλαία, πυλαΐζειν et πυλαϊσαί referantur.

Excidit una litterula v. Ῥαμφάξει: ῥυγχωθήσει, emenda ῥύγχῳ ὠθήσει.

Democritea glossa est duplici mendo deformata v. Ῥερυθμῶσθαι: ἐσχηματίσθαι, συγκεκρίσθαι. Democriteum ῥυσμός pro σχῆμα dici solitum in ῥυθμός refingitur, ut ῥυσμοῦσθαι in ῥυθμοῦσθαι. Itaque ἐρρυσμῶσθαι genuinam formam esse arbitror. Praesens habet Hesychius Ῥυσμοῦσθαι: συγκρίνεσθαι.

Inseruit importunum σ Photius in Ῥυσῆρας καὶ βρυτῆρας: τὰς ἡνίας, namque *lora* ῥυτῆρας dici et nemo nescit, et Photius ipse post pauca docet, et Aeolicum βρυτῆρας, (ut βρόδα pro ῥόδα) egregie confirmat.

Inauditum nomen oscitanter finxit v. Σηγάνιοι πυροί, quum in aliquo libro ΣΗΤΑΝΙΟΙ male legisset. Meliora dedit v. Τήτινοι πυροί: οἱ τετράμηνοι, οὓς Ἴωνες σητανίους καλοῦσιν. Post pauca Σήκιννις ab eo appellatur, quae Σίκιννις erat dicenda, et ab ipso Photio suo loco inter Σίκερα et Σίκλος recte dicitur. Sed nusquam in talibus hoc agit Photius, qui Σαλάβην habet et Σαλάμβην, Σκαβωνίδαι et Σκαμβωνίδαι, aliaque id genus, quorum alterum vitiosum esse ne suspicatur quidem.

Saepe erratur apud Photium in nominibus auctorum, quae

glossis quibusdam apponuntur. Cratini nomen apponit v. Σκανδάληθρα verbis σκανδάληθρ' ἰσὰς ἐπῶν, quae Aristophanis esse in Acharnensibus certum est. Nec facile crediderim Sophoclem usum esse vocabulo σίκλος pro ϛαθμὸς βαρβαρικὸς δυνάμενος ἀκτὼ ὀβολοὺς Ἀττικούς. Verum vidit Dindorfius, qui glossam ad suum auctorem retulit, nempe Xenophontem in Anabasi I. 5. 6. ὁ δὲ σίγλος (σίκλος) δύναται ἑπτὰ ὀβολοὺς καὶ ἡμιωβόλιον Ἀττικούς. Quod apud Photium praecedit Σίκλος καὶ τὸ ἐναντίον καὶ ϛαθμὸς βαρβαρικός, pro depravata lectione ἐναντίον Dindorfius veram ἐνώτιον ex Hesychio reposuit. Apud Hesychium v. Σιγλοφόρων latet incerti poëtae fragmentum anapaesticum:

* σιγλοφόρων ϛάσις εὐνούχων.

Mira est Photii annotatiuncula: Σκαπανέα λέγουσιν οὐ σκαφανέα. Facile credimus, nam σκαφανεύς est mera barbaries. Recte Alberti ad Hesych. v. Σκαπανεύς emendavit σκαφέα, sed diligenter videndum ecquid ea observatio habeat veri. Qui hoc aliquando indagabunt caveant sibi ne credant Hasio, qui ad Steph. Thes. v. Σκαφεύς ex Alcmane attulit ἦσκέ τις σκαφεὺς ἀνάσσων. Vide quantum prosit accentus bene notare: σκάφευς (i. e. σκάφους) ἀνάσσων Alcman dixerat, quod Dindorfius olim occupavit emendare.

Non est gravius genus corruptelae quam quo laborant verba Photii Σκεδάζει: σκορπίζει. Non est enim σκεδάζει vetus glossa, sed vitiosa Graeculorum forma pro σκεδάννυσι. Ipsa glossa intercidit, sed in lucem revocari nullo negotio potest in hunc modum (Σκαριφᾶται): σκεδάζει, σκορπίζει. Usitatius erat Διασκαριφᾶσθαι, sed saepe λέξεων collectores verborum compositorum praepositiones omittunt. Exemplum est in vicinia, ubi legitur: Σκινδαλεύειν: ἀναϛαυροῦν. Platonis glossa est, qui ἀνασκινδυλεύειν dixerat in noto loco de Rep. II. p. 362. A. ὁ δίκαιος μαϛιγώσεται, ϛρεβλώσεται, δεδήσεται, ἐκκαυθήσεται τῶφθαλμῶ, τελευτῶν πάντα κακὰ παθὼν ἀνασκινδυλευθήσεται, quo referenda est glossa Hesychiana: Ἀνασκινδυλεύεσθαι: ἀνασκολοπίζεσθαι. Reliqua quae huc faciunt dabit Ruhnken. ad Tim. p. 32. Hoc solum addo σκινδαλεύειν an σκινδυλεύειν nusquam locorum a magistris lectum esse, sed resecta praepositione ex Platonis loco repetitum.

Quod scribit Σκέρβορε: λοίδορε male scribit pro Σκέρβολλε: λοιδόρει, quod sumtum ex Aristophaneo: καὶ μὴ σκέρβολλε πονηρά. in Equitt. vs. 821.

Fugit Photium ratio quum scriberet: Σκιωρῖται: λόχος ἀνδρῶν ἑξακοσίων Ἀρκαδικός. Quamquam enim nil mirari in illis debeamus, vix tamen capias quo pacto Σκιρῖται notissimum nomen patriarcham doctissimum fugere potuerit.

Titulus libri a Iuba scripti graviter corruptus est v. Σκομβρίσαι: παρὰ Ἰόβᾳ ἐν β' φθορᾶς λέξεως. Emenda ἐν β' διεφθορυίας λέξεως. Eiusdem tituli librum Didymus scripserat, qui laudatur apud Athen. IX. p. 368. B. ἐν τῷ περὶ διεφθορυίας λέξεως.

Ioculariter transposita est littera sibilans in v. Σκυρθανία: τοὺς ἐφήβους οἱ Λάκωνες. Lacones enim eos non sic appellabant, sed Κυρσανίας, ut unicuique ex Aristophane notum.

Turpe est vel in principe editione servatam esse foedam corruptelam v. Στοιχεῖον: ἐκάλουν τὴν ναυτῶν σκιὰν, ᾗ τὰς ὥρας ἐσκοποῦντο, pro τὴν αὐτῶν σκιάν.

Agnosces scribarum indoctam manum in v. Συγγραφῆις: ἄνδρες ᾑροῦντο ἵνα συγγράψωσι τοὺς μεθέξοντας τῆς τῶν τετρακοσίων ἀρχῆς. Atticum Συγγραφῆς sic corruperunt. Corrector Συγγραφεῖς dedit, et hoc quidem est in talibus tralaticium vitium. Inepte additum hoc loco I in vicinia ineptius etiam omissum est, nam supplendum ἄνδρες ᾑροῦντο ι' ἵνα κτέ. id est ᾑροῦντο δέκα ἵνα κτέ. Evasit proba forma Attica in vicinia, Συλλογῆς: ὄνομα ἀρχῆς.

Fieri non potest ut Στερκτικόν significet, ut Photius auctor est, τὸ ἔμμονον καὶ βέβαιον καὶ ἀσφαλές. Illo sensu σεκτικόν dici optime potuit, quemadmodum οὐ σέγειν dicuntur homines leves ac futiles, quibus nihil sat tuto credere possis.

Duro stomacho sit oportet ut vel saxa concoquere possit, qui ferat Photianum Συγκαρύγαι: συνταράξαι. Debuerat Συγκαχρύσαι ponere. Καχρύσω et Κατακαχρύσω habet Hesychius, et Συγκαγχρῆσαι vitiose pro συγκαχρύσαι, ubi vide Interpretes.

Quod continuo sequitur Συγκεκορδημένα: συγκεκυφότα, συνεσηκότα, non est multo sanius. Alio loco post Συνισᾷ exhibet Συγκεκορδυλημένα: κορδύλη γὰρ ἡ συσροφή, ubi in-

terpretatio propter ὁμοιοτέλευτον in -μένα excidit. Hesychius:

Συγκεκορδυλισμένα: συνηθροισμένα.

Συνειλημμένα: συνεσταλμένα.

quae sic constituenda sunt: Συγκεκορδυλημένα: συνηθροισμένα, συνειλημένα, συνεσταλμένα. Nusquam mihi lectum συγκορδυλεῖν, sed notissimum est Ἐγκεκορδυλημένος ex Aristophanis Nubibus. Immani errore Hesychius duas glossas ἐκ τῆς Κωμικῆς Λέξεως descriptas et ex Nubibus sumtas permiscuit in unum in v. Ἐγκεκριωρωμένη: διὰ Κριώραν τὴν Μεγακλέους μητέρα τοῦ Ἀλκμαιωνίδου. ἔστι δὲ ἐνειλημένη, καὶ κεκορδυλημένη, καὶ ἐγκεκαλυμμένη, καὶ σεμνυνομένη τῷ γένει, quae sic ordinanda sunt et emendanda:

Ἐγκεκοισυρωμένη (Aristoph. Nub. 48): σεμνυνομένη τῷ γένει διὰ Κοισύραν τὴν Μεγακλέους μητέρα τοῦ Ἀλκμαιωνίδου.

Ἐγκεκορδυλημένος (Nub. 11): ἐνειλημένος καὶ ἐγκεκαλυμμένος. Videtur igitur Comicus nescio quis συγκεκορδυλημένα dixisse, quae glossa a Photio sic mulcata est, ut tu vides.

Excidit vocula in v. Σῶστρα: σωτήρια, μήνυτρα, λύτρα. Supple: (ὡς) μήνυτρα, λύτρα.

Ecquis serio inducet in animum Τετελεσμένον: μεμιασμένον umquam significare potuisse? Rescribe μεμυημένον.

Quod sequitur Τέτευκται: κατεσκεύασαι nemo umquam dixit. Dicebant Τέτυκται, quod Photius suo loco posuit post Τετύκοντο.

Subiungit statim Τέτηκα: ἔτηξα ἢ ἐτάκην, in quo vehementer fallitur, nam τέτηκα numquam *passivam* notionem deponit.

Omissum unum vocabulum ad sententiam necessarium in v. Τετυπημένη effecit ut locus intelligi non possit. Editur: οἱ δὲ λαχόντες ἐπὶ τὰς ψήφους — παραδιδόασιν ἑκάστῳ τῶν δικαστῶν δύο ψήφους, τετυπημένην καὶ πλήρη, φανερὰς ὁρᾶν τοῖς ἀντιδίκοις, ἵνα μήτε πλήρεις μήτε τετυπημένας λαμβάνωσιν. Quomodo hoc fieri potuit, inquies? Nullo pacto, sed supplendum: τετυπημένας (μόνας) λαμβάνωσιν.

Τηθαλαδοῦς, inquit, est γυναικοτρόφος, ὑπὸ τίτθῃ τεθραμμένος, sed perspicuum est ὑπὸ τήθῃ emendandum esse.

Idem alio nomine Μαμμόθρεπτος appellatur. Probe scivisse Photium putes quid inter τήθην et τίτθην interesset, praesertim quum ipse sedulo annotaverit Τήθη: μάμμη, ἡ πατρὸς ἢ μητρὸς μήτηρ, et Τίτθη: τροφός. Sed idem Photius inter Τήτινοι et Τητώμενον inseruit Τήτθη: μάμμη, ut appareat eum ne haec quidem satis firmiter tenuisse.

Male abundat litera in Τεχνηθέντος: δημιουργηθέντος, nam Τεχνήεντος corrigendum esse censeo.

Noli credere Τήτει: σπάνει denotare. Χήτεϊ apud Homerum et χήτει apud caeteros eo sensu dicitur, et Photius duas consonantes male confudit.

Quod scribit Photius Τί μαθών: τί βουλόμενος, indicio est quam vetus sit scribendi error, quo τί παθών et ὅ τι παθών passim in τί μαθών et ὅ τι μαθών in libris est depravatum. Τί μαθών, me iudice, non minus est ineptum, ac si quis pro τί πάσχεις; vel τί πέπονθας; vellet dicere τί μανθάνεις; vel τί μεμάθηκας; Quemadmodum enim illa dicuntur ad eum, quem quis videt stulte ac stolide aliquid agentem, sic τί παθών quoque continet aliquam ineptiarum aut stoliditatis exprobrationem. Perperam igitur adhuc in Acharnensibus editur vs. 826:

τί δὴ μαθὼν φαίνεις ἄνευ θρυαλλίδος;

et in Nubibus vs. 1506.

τί γὰρ μαθόντες τοὺς θεοὺς ὑβρίζετε;

et in Vespis vs. 251.

τί δὴ μαθὼν τῷ δακτύλῳ τὴν θρυαλλίδ' ὠθεῖς;

et multis aliis locis Aristophanis, Platonis et aliorum. Qui vitiosis librorum scripturis decepti τί μαθών interpretari satagunt, comminiscuntur aliquid de suo, ut Photium videmus facientem. Nam qui fieri potuit ut τί μαθών significaret τί βουλόμενος? Habent hoc omnes, qui vitiosas lectiones interpretantur, ut verbis etiam notissimis novas et inauditas et saepe absurdas significationes de suo affingant. Memorabile huius rei exemplum nuper vidi in Erotiani praefatione Lexici Hippocratici, ubi librorum Hippocratis lectionem eruditis omnibus multum prodesse ait et medicis ante omnes: καὶ τούτων ἐξαιρέτως τοῖς ἰατροῖς, inquit, οἳ δὴ τὴν ἀρχαίαν ἱστορίαν ἀποκηρύττουσι τῆς τέχνης. Interpretes, qui scripturae vitium non

animadverterunt, affirmant ἀποκηρύττειν esse *celebrare*, *profiteri* veterem artis historiam. Non vidi magis. Non est opus docere quid sit ἀποκηρύττειν τῆς τέχνης, res enim tam nota est quam frequens, ut Medicorum filii historiam omnem et litteras ab sua arte alienas esse et excludendas arbitrentur. Vides igitur negationem periisse, quae latet in ΔΗ. Emenda: οἱ μὴ τὴν ἀρχαίαν ἱστορίαν ἀποκηρύττουσι τῆς τέχνης. Verum haec ἐν παρόδῳ, redeo ad Photium.

Quod ante pedes erat non vidit Photius quum scriberet Τροχίμαλλον: σωρὸς λίθου. Non est enim Graecum τροχίμαλλον, sed Τρόχμαλος, ut post pauca ipse Photius emendate scriptum attulit. Manifestum omnibus mendum est in Τρυχωθείς: πιασθεὶς ἢ φανερωθείς. Ipsa glossa mihi est nonnihil suspecta, quia Attici τρύχω et τρύχομαι dicebant, sed in perfecto passivo τέτρυμαι, non τετρύχωμαι, et τετρυμένος, non τετρυχωμένος. Sequiorum istae formae sunt receptae cum permultis aliis ex usu dialecti Ionicae. Iones olim τρυχοῦσθαι dicebant et τρυχωθῆναι et τετρυχωμένος. Saepius ostendimus τετρυμένος a scribis esse in τετρυχωμένος depravatum apud Thucydidem et alios. In Platonis Legibus VII. p. 807. B. vera lectio est: ὑπ' ἄλλου — ζῴου τῶν σφόδρα τετρυμένων μετ' ἀνδρείας τε ἅμα καὶ τῶν πόνων. Τέτρυμαι de eo usurpatur qui multis laboribus et aerumnis *exercitatus* est et induratus, non *extenuatus* aut *fractus*, quemadmodum κατατέτριμμαι usurpari ostendimus ad Xenophontis Memorabilia. In libris optimis est τετρυφωμένων, in caeteris τετρυχωμένων et τετρυμμένων. Emendavit Stephanus, cuius optimam correctionem Editores spreverunt. Caeterum notandum est verbi τρύω nil praeter perfectum passivum τέτρυμαι in usu esse; solus Aeschylus semel τρύσει dixit. Caeteri omnes nihil aliud quam τέτρυμαι, τετρῦσθαι et τετρυμένος usurpant, reliqua a τρύχω petentes. Fac autem Τρυχωθείς probum esse, sat recte πιασθείς dicetur significare, sed quid sibi vult ἢ φανερωθείς? Quid verbo τρύχω commune esse potest cum φαίνω et φανερός? Nihil prorsus. Sed φανερωθείς corruptum est. Veram lectionem olim Toupius reperit, sed nemo ei credidit, quum φθαρείς pro φανερωθείς reponendum esse dixisset. Mihi quidem rem acu tetigisse videtur, nam solent magistri verbum τρύχειν sic

interpretari. Hesychius Τρύχειν: φθείρειν, τήκειν, καταπονεῖν, κακοποιεῖν, [κακοπαθεῖν], ubi expunge κακοπαθεῖν ex dittographia natum. Nimis lepidum est idem verbum et κακοποιεῖν et κακοπαθεῖν significare, sed hae quidem sunt scribarum ineptiae. Itaque si τρύχειν est φθείρειν sequitur τρυχωθείς esse φθαρείς. Dubitationem omnem eximet Suidas in Ἐκτρυχωθείς: ἐκπιασθείς, ἐκφθαρείς, unde parata est medicina Hesychio in Ἐκτρυωθείς: φθαρείς, imo vero Ἐκτρυχωθείς: ἐκφθαρείς, nam praecedens EIC necessariam praepositionem absorbsit. Dicam etiam quomodo φθαρείς in φανερωθείς depravatum esse suspicer. Φθαρείς de more in φαρείς abierat, ut supra διαφαρεῖσα vidimus pro διαφθαρεῖσα scriptum. Deinde futilis corrector φανερωθείς coniecit et substituit. Graeculos saepe vidi suum φανεροῦν antiquis scriptoribus obtrudere. Nemo umquam Veterum forma φανεροῦν usus est. Dicebant omnes constanter et saepe φανερὸν ποιεῖν et γίγνεσθαι φανερόν. Sequiores Graeculi procuderunt novum verbum φανεροῦν et φανεροῦσθαι, quo utuntur sexcenties. Graecorum nemo usus est verbo φανεροῦν ante Dionysium Halicarnassensem, unde Dindorfius attulit ex Antt. Rom. X. 37. pag. 2088. Reisk. ταῦτ' ἐστιν, ὦ δημόται, τὰ φανερώσαντά με — γενναῖα ἔργα. Dionysius enim, qui vitiosissime loquitur, nonnumquam φανερός ponit pro ἔνδοξος, ut in iis, quae statim sequuntur: ἐπεὶ δ' ὀνόματος ἤδη λαμπροῦ τυγχάνων φανερὸς ἤμην. Itaque τὰ φανερώσαντά με dixit pro τὰ ἔνδοξον καὶ λαμπρὸν ποιήσαντά με prorsus contra veterem loquendi usum. Praeter hunc locum semel tantum alibi eodem verbo usus est III. 6. pag. 418. τέως μὲν οὖν ἄδηλος αὐτῶν ἡ διάνοια ἦν, ἐν δὲ τῷ πρὸς Ἀλβανοὺς ἐφανερώθη πολέμῳ, id est φανερὰ ἐγένετο, ut Attici dixissent. E Dione Cassio tres loci afferuntur, quorum unus mendosus est in libr. 65. cap. 16. ὁ Σαβῖνος ἐκεῖνος ὁ εἰς τὸ μνημεῖον κατακρυφθεὶς ἐφανερώθη τε καὶ εἰς τὴν Ῥώμην ἀνήχθη, namque pro ἐφανερώθη et rei natura et dicendi usus suadent ut ἐφωράθη rescribatur. Vulgata ex interpretatione nata: compara Photium v. Πεφώρατται: πεφανέρωται, εὕρηται. Legitur ἐφανερώθη apud Herodotum quoque VI. 122. Καλλίης ἐφανερώθη ἐς τοὺς Ἕλληνας πάντας μεγίστῃσι δαπάνῃσι, sed nulla est dubitatio quin

caput illud 122. totum pannus sit aliunde Herodoto assutus ex nescio quo scriptore recentiore, cui placuit animi causa Ionice scribere, qualia sunt quae ex Eusebio sat multa descripsit in Florilegio Stobaeus. Fraudem et alia multa manifesto arguunt et vel ipsum ἐφανερώθη pro ἔνδοξος ἐγένετο sequiorum temporum usum satis declarat. Ineptissime omnium corruptus est locus Iuliani imperatoris p. 225. B. οὐδ' ὑπ' αὐτοῦ τοῦ βασιλέως Ἑρμοῦ τὴν γλῶτταν ἐκκαθαρθῆναι δυνάμενοι, φανερωθῆναι δὲ οὐδ' ὑπ' αὐτῆς τῆς Ἀθηνᾶς σὺν τῷ Ἑρμῇ. Pro φανερωθῆναι, quod Christianorum verbum est a monachis invectum et ab huius loci sententia alienissimum, ipsam Iuliani manum servavit Codex Vossianus, in quo diserte scriptum esse vidi φρενωθῆναι. Ad hunc ipsum Iuliani locum retulerim Suidae glossam Φρενωθῆναι: ἀντὶ τοῦ σωφρονισθῆναι. Notum est verbum vetus et tragicum φρενοῦν τινα pro φρονεῖν διδάσκειν sive φρόνιμον ποιεῖν. Euripides in Ione vs. 526:

οὐ φιλῶ φρενοῦν ἀμούσους καὶ μεμηνότας ξένους.

Finem iam faciam ubi ex Photii λέξει duos locos depravatos restituero, reliqua in aliud tempus reservans. Photius Ὑπενόθευσεν: ὑπέφθειρεν esse docet. Idem habet Hesychius et Ὑπονοθεῦσαι: ὑποφθεῖραι. Legitur hoc verbum semel et iterum in libro II. Maccabaeorum IV. 26. καὶ ὁ μὲν ἴδιον ἀδελφὸν ὑπονοθεύσας ὑπονοθευθεὶς ὑφ' ἑτέρου φυγὰς εἰς τὴν Ἀμμανῖτιν χώραν συνήλασε. Quid dicatur manifestum est. Iason fratris Pontificatum fraudulenter in se translulerat. Brevi post quibus artibus fratrem sacerdotio spoliaverat iisdem ipse est ab alio circumventus, et honore exutus in exsilium abiit. Sed huic sententiae Graeca, ut vides, non respondent. Ὑπονοθεῦσαι τὸν ἀδελφόν numquam quidquam huiusmodi potuit significare. Una in his litterula vitiata est: nam ὑπονοθεύω irrepsit in alius verbi locum, quod et ipsum in Photiana λέξει explicatur ex Harpocratione descriptum. Ὑπονομεύοντες, inquit, ἀντὶ τοῦ ὑπονόμους ὀρύττοντες. Hoc ipsum verbum sententia requirit. *Cuniculos agere* et *suffodere* figurate ponitur pro *occultis artibus labefactare* et *subvertere*, et sic ὑπορύττειν quoque dicitur, ut ὑποσκελίζειν et in palaestra et metaphorice dici solet. Itaque Iason τὸν ἀδελφὸν ὑπο-

νομεύσας ὑπονομευθεὶς ὑφ' ἑτέρου φυγὰς — συνηλάσθη, nam sic pro συνήλασο corrigendum esse admonuit Valckenaerius in Annotationibus ad h. l. ineditis. Vitiosum est illud quidem, nam ἠλάθη et ἀπηλάθη et ἐξηλάθη Graeca sunt, sed sero nati Graeculi et Iudaei ita solebant scribere, ut notum est. Nescio an idem verbum in eodem mendo lateat in vs. 7. ὑπενόθευσεν Ἰάσων ὁ ἀδελφὸς Ὀνίου τὴν ἀρχιερωσύνην, non enim clanculum Pontificatum *adulteravit*, sed eo sacerdotio ipse per fraudes occultas potitus est. Quemadmodum igitur ὑπονομεύειν τὸν πόλεμον apud Dionysium Halic. A. R. III. 23. pag. 475. est *clandestinis artibus bellum parare*, sic iste τὴν ἀρχιερωσύνην ὑπενόμευσεν.

Addam unum tantum locum, in quo emendando Photii testimonio utar. Legitur apud Aristidem miserabilem in modum suos morbos et laboriosam curationem describentem in Orat. XXIV. pag. 482. Dind. διῆλθεν ὀδύνη ναρκώδης, inquit, καὶ ἄπορος φέρειν καὶ πάντα αἵματι ἐπέφυρτο καὶ γίγνομαι ὑπεραλγεινός. Ὑπεραλγεινός ex hoc solo loco in Graecitatis gazam receptum non est Graecum. Infelix est Stephani coniectura quum in libris esset ὑπεργεινός et ὑπάρινος. Quid sit verum a Photio accipe ubi docet: Τπέρινος: ὑπερκεκαθαρμένος. οὕτως Δημήτριος. Praeter Demetrium et alii Comici et Hippocrates illo nomine usi sunt, quod multi magistri interpretantur sic ut Photius, vel sic ut dicant esse ὑπερκεκενωμένος διὰ καθάρσεως, quod redit eodem. Quoniam ἶνες producit priorem in libris ΕΙΝΕΣ scribi solet. Hesychius Εἶναϛ: νεῦρα et Εἶνες: νεῦρα. Felix est Nauckhii coniectura in Etymol. Gud. p. 321, 58. Κῖκυς: ἡ δύναμις. Ἀπολλόδωρος ἰκμάς. — Αἰσχύλος ἐν Σισύφῳ καὶ θανόντων εἰσὶν οὐκ ἐνεσιγμάσει τὰ σοὶ δ' οὐκ ἔνεσι κίκις οὐδ' αἱμόρρυτοι φλέβες reponentis: θανόντων ἰσὶν οὐκ ἔνες' ἰκμάς εἶτα Σοὶ δ' οὐκ ἔνεσι κῖκυς οὐδ' αἱμόρρυτοι Φλέβες. Eodem igitur modo ΤΠΕΡΕΙΝΟΣ scriptum pro ὑπέρινος has turbas dedit.

Satis nunc quidem Photii errores et hallucinationes mihi aperuisse videor. Dicam alio tempore quid sit in Photio boni.

C. G. COBET.

MISCELLANEA CRITICA.

Plutarch., v. Dion. c. 6.

Quum nuper apud Xenophontem Ephesium (pag. 366. 11. Herch.) inciderem in hanc sententiam: *ἐν τούτῳ ὀλίγον διαλιπὼν ὁ Εὔδοξος ἔρχεται κομίζων θανάσιμον μὲν οὐχὶ φάρμακον, ὑπνωτικὸν δέ*, subito mihi in mentem venit loci Plutarchei in Vita Dionis c. 6, et simul perspexi, quo ille *φαρμάκῳ* possit sanari. Haecce enim de morte Dionysii e Timaeo refert Plutarchus: *ὡς δὲ Τίμαιός φησι, καὶ φάρμακον ὑπνωτικὸν αἰτοῦντι δόντες ἀφείλοντο τὴν αἴσθησιν αὐτοῦ θανάτῳ συνάψαντες τὸν ὕπνον*. Variis coniecturis tentatus est locus, quas collegit A. F. van de Laar, Observ. Crit. in Plutarchi Dionem p. 17 sqq. Scripserat Plutarchus: *Καὶ φάρμακον αἰτοῦντι ὑπνωτικὸν δόντες ἀφείλοντο τὴν αἴσθησιν κτέ.* Restituitur levissima mutatione loci et sensus et constructio, exquisitior illa, cuius exemplum Plutarcheo simillimum legi apud Ovid. Metam. V. 449:

Prodit anus, divamque videt *lymphamque roganti*
dulce dedit.

E. Mehler.

Philostrati Epistolae.

Philostratea omnia a Kaysero et librorum Mss. ope et sollertibus coniecturis passim emendata sunt: *ὅπερ οὖν ἐκείνῳ τότε πρὸς τὴν κρίσιν ἄλλῃ πως ἔσχεν ἐμοὶ νῦν ἐπανορθωθήσεται*: mea enim facio verba Philostrati in Epistola 62, ut ex illis ipsis vetus mendum eluam. Nempe ipse in tali re dixissem *ὅπερ οὖν ἐκείνῳ πρὸς τὴν κρίσιν ἐλλιπῶς ἔσχεν*, et quoniam *ἄλλῃ πως* neque significat quidquam neque Graecum est prorsus existimo Philostratum quoque *ἐλλιπῶς ἔσχεν* scrip-

sisse. Tractabo nunc duos tantum ex Epistolis locos. In eadem epistola 62. amator malum litteris inscriptum puellae mittens ita scribit: *τί οὖν ἐπέσαλκα; αὐτὸ ἐρεῖ· Εὐίππη, φιλῶ σε. ὑπόγραψον ἀναγνοῦσα καὶ ὡς . . . . . δέχεται τὸ μῆλον καὶ ταῦτα τὰ γράμματα.* Ad haec Kayserus: »*Exciderit: σὺ φιλεῖς ἐμέ. Ibidem transpone ὡς καί.*" Neque vera haec est correctio neque veri similis. Una tantum litterula excidit et una tantum leviter corrupta est in librorum scriptura *ὑπόγραψον ἀναγνοῦσα* ΚΑΙΩΣ. Emenda ΚΑΓΩΣ(Ε). Sophista sic scripserat: *ὑπόγραψον ἀναγνοῦσα· κἀγὼ σέ. δέχεται τὸ μῆλον καὶ ταῦτα τὰ γράμματα.*

Alter locus olim vitiosus deinde a Graeculo correctore peius etiam depravatus legitur in Epistol. 25: *οὐδὲ γὰρ τὴν σελήνην ἔτι λαμπρὰν δοκοῦμεν ὅταν ᾖ συννεφής, οὐδὲ τὴν Ἀφροδίτην καλὴν ὅταν ὀργίζηται ἢ δακρύῃ, οὐδὲ τὴν Ἥραν βοῶπιν ὅτε χαλεπαίνει τῷ Διί, οὐδὲ τὴν θάλατταν ἡδεῖαν ὅταν ταράττηται.* Facile senties qua parte haec claudicent. Caetera omnia, ut loci natura postulat, sunt tralaticia et omnibus nota, verum *τὴν θάλατταν* qui *ἡδεῖαν* dixerit equidem novi neminem. Graecis contra *ἡ γῆ ἡδύ ἐστιν, ἡ δὲ θάλαττα σφαλερόν*, et omnia plena sunt querelarum et maledictorum in saevi ac perfidi maris discrimina: unde est et illud Antiphanis:

ἐν γῇ πένεσθαι κρεῖττον ἢ πλουτοῦντα πλεῖν.

et Alexidis:

ὅστις διαπλεῖ θάλατταν ἢ μελαγχολᾷ,
ἢ πτωχός ἐστιν, ἢ θανατᾷ.

apud Stobaeum in Floril. 59, 2. ubi emenda: *ὅστις δὲ πλεῖ θάλατταν*, ut in notissimo versiculo:

πλεῖς τὴν θάλατταν σχοινίων πωλουμένων;

Ne vivere quidem *οἱ πλέοντες* vulgari ioco videbantur. Anacharsis *ἐρωτηθεὶς πότεροι πλείους εἰσὶν οἱ ζῶντες ἢ οἱ νεκροί, ἔφη· τοὺς οὖν πλέοντας ποῦ τιθεῖς*; apud Diogen. Laërt. I. VIII. 105. Hinc Antiphanis fragmentum emendaverim apud Stob. Floril. 59, 6.

δύσηνος ὅστις ζῇ θαλάττιον βίον.
τῶν γὰρ πλεόντων ζῆν τιν' . . . .

sic Meinekius edidit. Ego suspicor quum dixisset aliquis:

δύσηνος ὅστις ζῇ θαλάττιον βίον.

ab altero id ita reprehendi ut quaerat:

τῶν γὰρ πλεόντων ζῇ τις;

sed parco pluribus. Dabis mihi τὴν θάλατταν ἡδεῖαν neque appellari a Graecis neque existimari, et aliquid vitii in illis verbis ali. In libris melioribus ἡδεῖαν non comparet. Exhibent omnes οὐδὲ τὴν θάλατταν ὅταν ταράττηται. Supervenit Graeculus qui ἡδεῖαν interpolavit. Tenebimus interpolatorem manifestum postquam ex ΘΑΛΑΤΤΑΝ veram lectionem erueris. Nihil aliud latet in corruptis syllabis quam Homericum ΑΛΑΔΙΑΝ et sic rescribendum est: οὐδὲ τὴν ἅλα δῖαν ὅταν ταράττηται.

VITA APOLLONII TYANENSIS.

Superest post Kayseri messem haud contemnendum spicilegium in vita Apollonii. Pauca quaedam raptim indicabo. Legitur I. 16. pag. 20. Olear. εἰ μὲν Ἑλλὰς ἡ πόλις εἴη καὶ τὰ ἱερὰ γνώριμα ξυγκαλῶν ἂν τοὺς ἱερέας ἐφιλοσόφει περὶ τῶν θεῶν —, εἰ δὲ βάρβαρά τε καὶ ἰδιότροπα διεμάνθανε τοὺς ἱδρυσαμένους αὐτὰ καὶ ἐφ' ὅτῳ ἱδρύθη. Emendandum esse διεπυνθάνετο τοὺς ἱδρυσαμένους et res ipsa docet et loquendi usus (nam διαμανθάνειν non significat *sciscitari*, *percontari*, sed *plane cognoscere*, ut in vicinia cap. 18. pag. 22. καὶ γὰρ ἂν καὶ τὰ ἐκείνων διαμαθεῖν) et prorsus confirmant ea quae continuo sequuntur: πυθόμενός τε — μετῄει ἐπὶ τοὺς ὁμιλητάς.

Ubi dixerat Apollonius V. 7. pag. 192. ὡς μὲν ἐγὼ Τελεσίνου ἤκουον δέδιεν ὁ χρηστὸς Νέρων τὰς Ἡλείων μάσιγας, post pauca Nero dicitur κακῶς οὕτως ὑποκρίνεσθαι τὴν ἑαυτοῦ τέχνην ὡς μὴ μασιγώσεσθαι νομίζειν πρὸς τούτων ὧν αὐτὸς ἄρχειν τέτακται. In his Olearius, caeteroquin mirificus corrector, acutius vidit quam Kayserus, et importunum μή in μὴ μασιγώσεσθαι delevit. Idem in nonnullis libris Graeculi correctores fecerunt. Iacobsius, quia μή in optimis libris est, coniecit: ὡς μὴ μασιγώσεσθαι (κέρδος) νομίζειν, sed neque hoc satis rei convenit et ὡς τὸ μὴ μασιγοῦσθαι κέρδος νομίζειν Graece fuerat dicendum. Emendandum est: ὡς μεμασιγώσεσθαι νομίζειν πρὸς τούτων ὧν αὐτὸς ἄρχειν τέτακται, Philostratus

enim, cuius est vitiosa admodum oratio, rationem et usum illius temporis. quod appellant Grammaticorum filii *paullo post futurum* (μετ' ὀλίγον μέλλοντα) non satis intellexit, quemadmodum neque caeteri omnes qui 'Αττικῶς scribere satagebant, neque ipsi Grammatici, qui *absurdum* nomen τὸν μετ' ὀλίγον μέλλοντα imposuerunt formis quas minime perspexerant. Credebant Grammatici, Atticistae, Sophistae et Rhetores illas formas esse *exquisitiores*, et perinde esse λυθήσομαι et λελύσομαι dicere, sed λελύσομαι esse venustius et 'Αττικώτερον. Ipsius Dionysii Halicarnassensis haec est sententia περὶ συνθέσεως ὀνομάτων pag. 43. Quam vehementer erret facile intelligimus. Soloecum plane est, ut hoc utar, ὁ μέλλων εἰρήσεσθαι λόγος pro ῥηθήσεσθαι. Dicebant ὁ λόγος μάτην εἰρήσεται pro εἰρημένος ἔσται. Sed nihil horum aut caeteris sequioribus suboluit umquam aut Philostrato, qui haec omnia *exquisitiora* esse ratus passim sic ineptire solet. Sic perperam usurpavit IV. 24. p. 162. τετμήσεται, IV. 40. pag. 181. γεγράψεται, IV. 43. pag. 184. πεπράξεσθαί τι εἶπε καὶ μὴ πεπράξεσθαι, et V. 33. p. 215. ὃν πεπράξεται τρόπον κελεύεις λέγειν. Fefellerunt Graeculos loci qualis est Aristophanis in Pluto vs. 1027.

Φράζε καὶ πεπράξεται.

in quibus est Comica celeritatis significatio. *Simul ac iusseris* quod iusseris *factum erit*. Substitue πραχθήσεται vel γενήσεται, de sententia erit actum. Hinc igitur isti τὸν μετ' ὀλίγον μέλλοντα appellaverunt: quod quam male fecerint perspicuum esse arbitror omnibus. Similes sunt Philostrati errores V. 34. p. 217. in παραβεβλήσομαι, V. 39. p. 224. in πεπλήξομαι, VI. 13. p. 251. et VII. 27. p. 308. in διαβεβλήσομαι, et VII. 17. p. 298. in ξυντετμήσομαι. Eodem igitur genere erroris scripserat ὡς μεμαγιγώσεσθαι νομίζειν, quod eo facilius in μὴ μαγιγώσεσθαι potuit depravari quia scribis solemne est μή omisso accentu cum sq. vocabulo coniungere. Diligenter hoc Bastius docuit. Insigne exemplum erroris hinc nati apud Diogenem Laërtium reperi, qui in vita Zenonis VII. 46 τὴν ἀκατάληπτον φαντασίαν definivit esse τὴν μήτραν ἢ μηδὲ ἔκτυπον. Multorum coniecturis haec vexata sunt. Verum est τὴν μὴ

τρανῆ μηδὲ ἔκτυπον. Perdidit omnia, ut tu vides, scriptura vetus μητρανῆ.

Narratur Bacchus III. 13. p. 103. quum castellum in rupe situm oppugnaret προσβαλεῖν αὐτῷ κελεῦσαι τοὺς Πᾶνας, ὡς πρὸς τὸν σεισμὸν ἱκανούς, ἐμβροντηθέντας δὲ αὐτοὺς ὑπὸ τῶν σοφῶν πεσεῖν ἄλλον ἄλλως. Sensu vacuum est πρὸς τὸν σεισμόν. Sententia requirit ὡς ὀρειβατεῖν ἱκανούς, quod quibus verbis Philostratus expresserit reperit Valckenaerius, in cuius Schedis Mss. exstat haec felix emendatio ὡς πρὸς τὸ σιμὸν ἱκανούς. Scribebatur ob vocalem longam ΤΟΣΕΙΜΟΝ, quod Graeculus in vulgatam depravavit. Quam recte in tali re πρὸς τὸ σιμόν ponatur, omnium optime Philostratus ipse docebit II. 11. p. 59. ἀναπηδῶντι μὲν τῷ ἵππῳ πρὸς τὸ σιμὸν ἐφεῖναι τὸν χαλινόν, κατὰ πρανοῦς δὲ ἰόντι οἱ μὴ ξυγχωρεῖν.

Palmaria Valckenaerii emendatio fugit Kayserum quum ederet VII. 2. p. 280. Ἡρακλείδης καὶ Πύθων οἱ Κότυν ἀποκτείναντες τὸν Θρᾷκα νεανία μὲν ἤσην ἄμφω, τὰς δὲ Ἀκαδημίους διατριβὰς ἐπαινοῦντες σοφώ τε ἐγενέσθην καὶ ἐλευθέρω. Sic edidit Kayserus ex Codice Parisino, quem paulo calidius »*cum* Σ *Demosthenis et* Γ *Isocratis praestantia comparari posse*" in Praefat. scripsit p. XIII. Pro νεανία in aliis est ἀνιω (id est ἀνθρωπίω), vel ἀνθρωπίω, vel ἀνθρωπείω. Rem acu tetigit Valckenaerius ad Herodot. IV. 18. restituens Αἰνίω, nam erat utriusque patria Αἶνος in Thracia, sed Athenis eruditi Platonem audiverant. Scribitur in libris ΑΙΝΙΩ superscripta de more nomini proprio lineola. Scribae sibi visi sunt ΑΝΙΩ videre, id est ἀνθρωπίω. Vides νεανία futili correctori deberi qui in loco impedito quod in buccam venit temere substituit.

In lepida historiola portitoris in Mesopotamiae introitu vectigal ab Apollonio exigentis pag 24. I. 20. ubi editur: ὁ δ' ἤδη βλέπων τὸ ἑαυτοῦ κέρδος ἀπογράψαι οὖν ἔφη τὰς δούλας, correcto accentu in ἀπογράψαι verba sic constitue: ὁ δ' ἤδη βλέπων ἐς τὸ ἑαυτοῦ κέρδος »Ἀπόγραψαι οὖν," ἔφη, »τὰς δούλας."

In libro VII. 11. p. 287. οἱ μὲν τέττιγες ὑποψαλλούσης αὐτοῖς τὴν ὥρας ἐν ᾠδαῖς ἦσαν, gratus a Valckenaerio accipio

ὑποψαλλούσης αὐτοῖς τῆς ἄὔρας. Vim intulit Graecitati qui vulgatam scripturam sic interpretatus est: »*anni tempore eas ad cantum concitante.*" Ὑποψάλλειν dicitur ut ὑπᾴδειν, ὑπαυλεῖν, quibus affinia sunt ὑπαγορεύειν, ὑπογράφειν, ὑπορχεῖσθαι, ὑποθεῖν cet. Suavissime igitur ἡ αὔρα dicitur cicadis cantantibus ὑποψάλλειν.

In Apollonii Tyanensis Epistolis apud Kayserum III. pag. 54. est Lacedaemoniorum ad eum missa epistola Dorice scripta mendis scatens, cuius initium est: Λακεδαιμόνιοι Ἀπολλωνίῳ. Τὰν δεδομέναν τιμάν σοι ἀπεϝάλκαμεν τόδε ἀντίγραφον σαμανάμενοι τᾷ δαμοσίᾳ σφραγῖδι. Facile apparet legendum esse τᾶν δεδομενᾶν τιμᾶν τοι ἀπεϝάλκαμες κτέ. et continuo ὡς εἰδῇς pro ὡς ἴδῃς. Post pauca ubi legitur: Ἀπολλώνιον Πυθαγόρειον ἤμεν πολίταν ἔχειν τε καὶ γάνος καὶ οἴκων ἔκτασιν, luce clarius est sic scribi oportere: ἔχεν τε καὶ γᾶς καὶ οἰκίας ἔγκτασιν. Idem vitium est in Byzantinorum decreto apud Demosth. de Corona p. 256, 6: δόμεν ἐπιγαμίαν, πολιτείαν, ἔγκτασιν (libri omnes ἔκτασιν) γᾶς καὶ οἰκιᾶν. Quis nescit passim in vetustis Inscriptionibus occurrere γᾶς καὶ οἰκίας ἔγκτασιν, ut propemodum turpe sit γάνος ab Editore retentum fuisse. Sequitur: Ἡϝάκαμεν δὲ καὶ ἐπίσαμον εἰκόνα γραπτὰν καὶ χαλκᾶν ἀρετῆς (L. ἀρετᾶς) χάριν, in his et alia impedita sunt et quomodo ἰϝάναι dicatur de *tabula picta*, et qui potuerint coniungi εἰκὼν γραπτὰ καὶ χαλκᾶ, quae expediant alii. Pro ἡϝάκαμεν repone ἐϝάκαμες. Saepe utuntur sequiores Graeculi perfecto ἔϝακα transitive pro *statui*, *collocavi*, et compositis παρέϝακα et καθέϝακα, cuius apud istos frequentissima est forma passiva καθέϝαμαι. Ἕϝακα plane barbarum est.

Respondet Apollonius displicuisse sibi legatorum cultum delicatum ac mollem: ἄνδρας ἐθεασάμην, scribit, — δακτυλίους πολλοὺς καὶ καλοὺς περικειμένους, ὑποδεδεμένους ὑπόδημα τὸ Ἰωνικόν. Quam sit ineptum dicere περίκειμαι δακτύλιον Graeculorum nemo sentiebat. In ultimis verbis scribarum ineptias vides pro ὑποδεδεμένους ὑποδήματα Ἰωνικά.

C. G. COBET.

DINARCHEA.

Difficile semper est et lubricum sententiam dicere de veterum scriptis ab auctoribus abiudicatis, praesertim si quaestio instituta est a viris optime de antiquitate meritis. Raro enim res eo perduci potuit, ut liquido constaret utra sententia in tali quaestione esset verior, defensorum an adversariorum, et ita accidit, ut plerumque omnibus, qui sanae mentis sint compotes, iuris regula valeat, »in dubiis pro reo." Multo facilior fit diiudicatio, quum sola impugnandi cupiditate dubitatio parta est; nam solet tum cito apparere, quam temere hic vel ille liber in controversiam vocatus sit. Hoc, me iudice, accidit in oratione Dinarchi contra Demosthenem.

Iam antiquitus a Demetrio Magnete falsario tributam nonnulli viri docti aetatis recentioris eam Dinarcho indignam censuerunt. Non male rem gesserunt ii, qui quum sequerentur iudicium Dionysii Halicarnassensis et Harpocrationis Dinarcho subvenerunt. Argumenta externa et interna, quibus haec oratio impugnata fuit, refutarunt ad unum omnia, et maxime in eo laborarunt, ne ullus locus peccaret contra germanam loquendi normam, neve ullo loco auctor semet ipsum recte ratiocinandi imperitum argueret. Quo facto erat quidem oratio adhuc infecta erroribus et peccatis contra Graecitatem et multis locis satis obscura, sed factum erat luce clarius, quomodo sananda esset eamque pro maxima parte sanatam non nisi genuinam posse videri re et verbis demonstrarunt.

Et utinam omnes editores postea eandem viam ingressi essent. Sed sapienter suadentibus non obtemperatum est, et,

quod peius est, unus editorum novissimorum, Maetznerus, codicibus se addicens, quae recte erant emendata sprevit, reduxit lectiones male sanas, et ita orationem edidit, ut, si textus Maetznerianus stabilis et immutabilis sit, lubens fatear, me in his sordibus non agnoscere oratorem Atticum, sed ineptum falsarium. Verum non ita est: Dinarchum in Dinarcho periisse demonstrare conabor. Quae in hac oratione minus bene Graeca esse arbitror, enumerabo et pro virili parte sanabo, confidens lectoris benevolentiae; probe enim sentio, me non eum esse, a quo multum exspectari possit.

Legitur § 1. ὁ μὲν δημαγωγὸς ὑμῖν, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ θανάτου τετιμημένος ἑαυτῷ ἦν ἐξελεγχθῇ — — —, οὗτος φανερῶς ἐξελήλεγκται. Provoco ad sensum cuiusvis, qui aurem habet, ut mecum faciat, orationem non ita procedere, ut ab oratore Attico exspectares. Dobraeus, homo in criticis non contemnendus, requirit οὕτως. Mallem hoc tacuisset, nam tum sequi debebat ὥστε, sed tamen verbum, quod ostendit hic vitium latere, bene indicavit. Itaque restituas ὁ θανάτου τετιμημένος et maximam difficultatem sustuleris. Praeterea Graecum non est et soloecum ὁ θανάτου τετιμημένος ἑαυτῷ. Quodsi τὸ τέλος τῆς γραμματικῆς est, ut verbis utar antiqui Grammatici, neque βαρβαρίζειν neque σολοικίζειν, etiam boni Grammatici est non ferre quod nunc legitur, et delere ἑαυτῷ. Si dubites, inspice Lysiam or. 19. § 48; 27. § 7; in Andoc. § 22 et § 23, Dem. 35. § 8; 8. § 24, Aesch. de f. l. § 5, § 59, § 139, Platon. Apol. 37. a. Et sic Dinarchum locutum fuisse patet ex or. III. § 2. Eiusdem farinae est § 61. ὁρισάμενος σεαυτῷ ζημίαν, ubi delendum est σεαυτῷ, ut bene omissum est § 104. Talia debemus interpretandi et explicandi studio, quod in Dinarcho tam frequenter deprehendimus. Cuius rei quae fuerit causa non est difficile intellectu: oratio, una omnium facillima, erat etiam aptissima quae legeretur in ludis literariis et vix dubium est, quin antiquitus in hunc finem sit adhibita. Multi loci sunt ideo tam turpiter interpolati, ut qui semel admonitus tamen interpolationes Dinarcho tribuere *audeat*, in Classicis (ut audiunt hodie) nihil non admittere *debeat*. Singula nunc uno tenore indicabo.

In § 1. κατηγορημάτων, Cobeto iudice, eat in exsilium,

nam dicebant veteres τὰ κατηγορημένα cf. § 113; in § 2. τὰ κοινὰ τῆς πόλεως ἀπάσης δίκαια supervacaneum est ἀπάσης. Recte est in Lys. or. 31. § 6. τὸ τῆς πόλεως κοινὸν ἀγαθόν cf. et § 7, et Din. § 105, Aesch. Tim. § 160.

In § 6. cum Hirschigio eiiciendum χρημάτων post ἀποπεφασμένων et in § 9. post πολιτείαν vocc. καὶ δημοκρατίαν stare non posse post Hirschigium videram.

In § 11. in verbis περὶ τῶν τῶν ἀποπεφασμένων ζήτησιν χρημάτων, quod opponitur ἡ προτέρα ζήτησις resecanda sunt ζήτησιν χρημάτων.

In § 16. ἃς Δ. ἐπρέσβευσεν εἰς Θήβας πρεσβείας nihili sunt εἰς Θήβας, nam *omnes* Demosthenis legationes opponuntur *omnibus* factis Timothei.

In § 18. κηρύκεια [συμπεπλεγμένα (ὡς ἔφασαν) ἐκ τῶν θαλλῶν] legendum esse, multi viderunt: et in § 21. ὑπὲρ τοῦ πάλιν ἀπελθεῖν οἴκαδε τοὺς ἐξεληλυθότας Ἀρκάδων καὶ μὴ βοηθῆσαι τοῖς Θηβαίοις, stipites sibi finxit Grammaticus, non lectores, qui talia affinxerit, qualia sunt καὶ — τοῖς Θηβαίοις.

In § 24. ἀροῦται καὶ σπείρεται τὸ [Θηβαίων] ἄστυ ex venustissima Cobeti observatione; tum delendum est alterum φημὶ, et idem facies verbis ὑφ' ὑμῶν ἀποσταλείς.

In § 29. alterum μὴ ἀφῆτε pannus est assutus. Maetznerus *imprudens*, (certe nihil de codicum discrepantia dicit) illa omisit. Utinam plura huiusmodi sic praeteriisset. In margine ponamus in § 31. οὐ μόνον ἡ πόλις et in § 32. τοῖς ἰδίοις τοῖς αὐτοῦ κινδύνοις melius iudico retinere τοῖς ἰδίοις quam τοῖς αὐτοῦ cf. § 58, sed absurdum est utrumque exhibere, ut fecit Maetznerus. In § 35. ἔγραψάς τι περὶ τούτων κινδύνων abeat κινδύνων. Gravius laborat, ni caecutio, § 37. ὧν τοὺς μὲν ἀρχαίους ἐκείνους μακρὸν ἂν εἴη λέγειν, [Ἀριστείδην καὶ Θεμιστοκλέα] τοὺς ὀρθώσαντας τὰ τείχη τῆς πόλεως καὶ τοὺς φόρους εἰς (τὴν) ἀκρόπολιν ἀνενεγκόντας παρ' ἑκόντων [καὶ βουλομένων] τῶν Ἑλλήνων. Insiticia puto καὶ βουλομένων, est enim οἱ ἑκόντες aliquanto plus quam οἱ βουλόμενοι cf. e. g. Demosth. de f. l. § 152, Aesch. Ctes. § 58. Deinde non diu deliberabis, an haec posteriora recte dicantur de ambobus Aristide et Themistocle solis, quin constet haec *pluribus* potius tribuenda

esse. Atque prioribus ὧν τοὺς μὲν ἀρχαίους ἐκείνους μακρὸν ἂν εἴη λέγειν excluditur, opinor, omnis singulorum hominum commemoratio cf. e. g. Plat. Prot. 344. b.

In § 38. ὧν ἐνίων ἔτι καὶ νῦν ζῇ τὰ σώματα, vocc. καὶ νῦν melius abessent; certa est quidem formula ἔτι καὶ νῦν, sed hic plane importuna. Vide e. g. Lysiae frag. 34. Demosth. de f. l. § 280. Et in § 42. μετέγραφε καὶ μετεσκεύαζε ultima verba male addita. In § 44. εἰ δὲ μή, τοῖς αὐτοῖς ἔνοχον εἶναι κελεύουσι. Non a Dinarcho profectum est κελεύουσι, quemadmodum olim in Her. VI. c. 37. delevi ἀπείλεε coll. II. c. 115 et VII. c. 149.

In § 53. legatur κατ' ἐμοῦ [ψευδεῖς] γιγνόμεναι κατασκευαί. Semper ἡ κατασκευὴ ἡ κατά τινος est ψευδής. In vocc. ἐπ' αὐτοφώρῳ [χρήματα λαμβάνων] εἴληπται spuria videntur χρήματα λαμβάνων, siquidem Dinarchus aut dicit χρήματα εἰληφώς ut § 40, aut χρήματα ἔχων ut § 29 et § 53.

Deleantur porro verba, quae uncinis includam, in § 55. [ἐνίοτε] εἴθισθε; in § 58. ἀπέφηνεν ἡ βουλὴ [συνιέναι] et βαδίζειν [εἰς Μέγαρα]; in § 60. τὸ τίμημα [τῶν δώρων] cum Sauppio coll. II. 17; in § 66. οἵκαδ' ἀπελθών, de quibus statim accuratius agam.

Turpius emblema est in § 70. ἢ πολεμεῖν μὲν οὐ γράψεις — ἀποδιδόναι δὲ —— [κελεύεις]; Stephanus κελεύσεις; melius fecisset, si manum abstinuisset nec correxisset interpolationem. De structura cf. e. g. § 61; et alioqui scribendum erat γράψεις. In § 73. ἐνίκησεν ἡ Θηβαίων πόλις. Legas ἐνίκησαν et omittas cetera; mirum enim, ni sic Dinarchus scripsit et maluit, dum quinque reliqua verba τῷ σχήματι πρὸς τὸ σημαινόμενον in plurali posuit, hoc solum in singulari ponere.

In § 74. lege ἐδωροδόκει μὲν [λαμβάνων χρήματα] cum Cobeto in Var. Lect. pag. 348.

In § 77. abesse malim τῆς σωτηρίας coll. § 103 et 106. et Lyc. Leocr. § 47, et ἐκ τῆς πόλεως post ἐξόριστον, cf. Dem. Mid. § 105. in § 78. [τοῦ γραφέντος ὑπὸ Δημοσθένους] et post ἐκ Δωδώνης verba παρὰ τοῦ Διὸς τοῦ Δωδωναίου coll. Dem. Mid. § 51, de Cor. § 253. et Hyper. pro Eux. pag. 3147. 14. (Mnem. 1853. Vol. II. pars 3).

In § 80. Bekkerus iam recte delevit τὸ ψήφισμα, utinam

eadem opera sustulisset τὴν ἐν Χαιρωνείᾳ. Maiorem glossam deprehendisse mihi videor in § 81. καὶ δύο ταύτας μόνας ἐν τῷ βίῳ Δημοσθένης πεπολῖται ἀποδημίας, μετὰ τὴν μάχην ὅτε ἀπεδίδρασκεν ἐκ τῆς πόλεως, καὶ νῦν εἰς Ὀλυμπίαν, ἐπεὶ Νικάνορι διὰ τῆς ἀρχιθεωρίας ἐντυχεῖν ἐβούλετο. Voluit Dinarchus, ni fallor, hoc potissimum ostendere Demosthenem *per totam vitam* callidissime temporibus serviisse; eum tantum periculi vitandi aut commodi sui causa suscepisse legationes, in his etiam διὰ κέρδος (dicit saltem συσκευασάμενος τῆς διοικήσεως ὀκτὼ τάλαντα, οὐδὲν φροντίσας τῆς τότε παρούσης ἀπορίας κτέ. Haec sententia periit, et locus, ut nunc legitur, est arena sine calce. Maetznerus, qui ceteroquin non facile quidquam eiicit, tolli iubet ἐν τῷ βίῳ, ne Dinarchus mentiretur, sed non memini me interpolatorem videre talia inserentem, si autem Dinarchus hoc urget Demosthenem *nunquam* populo consuluisse, quam maxime retinenda sunt ἐν τῷ βίῳ cf. Demosth. de f. leg. §. 250. Quid plura? Suspicor restituendum esse διὰ ταῦτα μόνα ἐν τῷ βίῳ Δ. πεπολῖται ἀποδημίας [μετὰ τ. μ. — ἐντυχεῖν]. Explicatio, semel lectione depravata, pernecessaria erat, sed eidem restitutae satis lucis affundit tum § 80, tum § 82, sic ut plane inutilis facta sit.

In § 89. nunc nobis datur haec lectio ἔγραψεν αὐτὸς — φυλάττειν Ἀλεξάνδρῳ τὰ εἰς τὴν Ἀττικὴν ἀφικόμενα μετὰ Ἀρπάλου χρήματα. Quam ridicule additum sit εἰς τὴν Ἀττικήν, videbitis, sed videbitis non minus delenda esse μεθ' Ἁρπάλου cf. § 10, § 45, § 68, III. § 2; nam fere semper dicit εἰς τὴν πόλιν vel εἰς τὴν χώραν κομισθὲν ὑπὸ Ἁρπάλου. In § 92. καὶ μετοιωνίσασθαι τὴν τύχην [καὶ μεταλλάξασθαι] sic legendum esse unusquisque mihi dabit.

In § 95. magis latet emblema, sed prodit propter obscuritatem sententiae in his αἰτίας δ' ἕνεκα τοῦ παρόντος ἀγῶνος παρασκευάζων. Non intelligo, quomodo quis πρῴην (*nudius tertius* aut nuperrime) quidquam possit machinari ἕνεκα τοῦ παρόντος ἀγῶνος. Praeterea hic παρασκευάζειν nude et absolute positum esse, suadet sententiae constructio. Equidem servare non cupio τοῦ παρόντος ἀγῶνος.

Pervenimus ad § 98, ubi omnes editores edunt καθάπερ οἱ

θεοὶ προειρήκασιν ὑμῖν ἐν ταῖς μαντείαις πολλάκις; nemo eorum de additamento ullam suspicionem habuit, quod tamen his verbis contineri non difficile est ad demonstrandum. Nimirum non agitur nisi de *uno* oraculo, quod olim erat pervulgatum. Sequentia etiam stare non possunt, nisi haec exstirpantur, sequitur enim ἀκούσατε δὲ αὖθις (sic cum Grutero) τῆς μαντείας. Λέγε τὴν μαντείαν, ut etiam invenimus § 78. Si ne sic quidem satis vici haec verba esse παρεμβεβλημένα, consulas Demosth. de fals. leg. § 297 et 298. et vel minima dubitatio evanescet.

In § 99. Πῶς οὖν μίαν γνώμην ἕξομεν, ὦ 'Α., πῶς ὁμονοήσομεν ὑπὲρ κτέ. Fortasse nonnullis audacior videbor, qui vocc. πῶς ὁμονοήσομεν interpolatori deberi iudicem, sed tamen nemo me unquam inducet ut credam Dinarchum, si revivisceret, in his manum suam agniturum esse. Quid ita? Idem est, ni fallor, utrum dicas μίαν γνώμην ἔχειν an ὁμογνωμονεῖν; eadem item significatione ponuntur νοῦς et γνώμη. Idem igitur valent ὁμονοεῖν et ὁμογνωμονεῖν et sic evidens est retineri non posse πῶς ὁμονοήσομεν, nam de epanalepsi quis cogitet?

Tum obiter corrige περὶ pro ὑπὲρ cf. e. g. Isocr. Pan. § 78. et Din. § 3. et in verbis διηλλαγμένοι πρὸς αὐτοὺς — λοιδορῶνται καὶ προσκρούωσιν ἀλλήλοις ἐξεπίτηδες, quid glossam oleat, καὶ τυφλῷ δῆλον.

Multo magis interpolatio imposuit editoribus in § 101, πολλῶν ὄντων καὶ δεινῶν παρανόμων, ὧν Δ. γέγραφε. Voc. παρανόμων omisit codex pr. A. Quid autem viri docti? Certatim retinent, alius inserens καὶ, alius δεινῶς emendans. Qui Graecos noverit ridebit, et recipiet lectionem codicis pr. A. Quid significent πολλὰ καὶ δεινά, docebit Demosth. de f. l. § 9, 85, 91, 121, 178, 224, 240, 267, Med. 20, 36, 129 et 151 et ubi non?

Ultima esto § 111, ubi deleantur ὄντα et γεγενημένον. Cetera emblemata minora in sequentibus indicabo, nam ne haec quidem negligenda nobis sunt. Merito poeta dicit:

εἰ μὴ φυλάξεις μίκρ', ἀπολεῖς τὰ μείζονα.

His profligatis superest alterum genus corruptelarum, quarum nonnullas vix in Graeculo ferres. Quanto minus hae sunt

ferendae in oratore Attico? Et tamen Maetznerus multa tulit non solum, sed multum etiam sudat, ut confirmet τὸ ψεῦδος ἰσχὺν τῆς ἀληθείας ἔχειν μείζω. Nonnumquam vehementer miratus sum, quomodo aut acre Criticorum ingenium aut felicem coniecturam sequi noluerit, et id quidem, quoniam non pertinet Maetznerus ad eos, qui coniecturam *multo* quidem *meliorem* esse concedunt, sed, quod in codicibus sit, *nescio quomodo*, *magis placere* pronuntiant.

In § 2. ἡλίκος οὐδὲ πώποτε γέγονε τῇ πόλει. Bene Hirschigius ἐν τῇ πόλει: ingeniose Cobetus οὐδείς. Sequitur in eadem § ἔπειτα μὴ προΐεσθαι τὰ κοινὰ τῆς πόλεως ἀπάσης δίκαια, quod qui legerit attentius, sentiet non esse castigati scriptoris et delebit ἁπάσης; insuper in sequentibus ex fluctuante lectione suspicor pro παροξυνόμενοι scriptum fuisse παμξυμμένοι cf. Aesch. Tim. § 43, Lys. 4. § 8. et alibi.

§ 3. οἳ σκοποῦσι τίνα ποτὲ γνώμην ἔξετε περὶ τῶν τῇ πατρίδι συμφερόντων, καὶ πότερον τὰς ἰδίας τούτων δωροδοκίας καὶ πονηρίας ἀναδέχεσθε εἰς ὑμᾶς αὐτούς, ἢ φανερὸν πᾶσιν ἀνθρώποις ποιήσετε διότι μισεῖτε τοὺς κατὰ τῆς πολιτείας δῶρα λαμβάνοντας, καὶ οὐχ ἵν' ἀφῆτε ζητεῖν προσετάξατε τῇ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῇ, ἀλλ' ἵνα — — τιμωρήσησθε. In his Dinarcho *multum* possumus prodesse, nam insunt sordidae orationis negligentiae, quae natae sunt ex eo, quod sententia oratoris male intellecta est. Scilicet non satis attenderunt hanc esse sententiam *generalem*.

Potuit hoc effici ex eo, quod codex Z *rectissime* omisit τούτων; debuit enim scriptum esse δωροδοκίαν et πονηρίαν, si τούτων orator adiecisset, quoniam una omnium communis *corruptio* a Dinarcho spectatur, cf. § 27. et § 105.

Hinc προσετάξατε accipiendum est sensu *consuetudinis*. Tum usus requirit τῆς πόλεως pro πολιτείας (cf. § 29. et 47), et consecutio temporum postulat ἀφεῖτε et τιμωρήσαισθε (cf. e. g. Dem. de f. l. § 51). Sed nondum satis est, eximenda nempe sunt εἰς ὑμᾶς αὐτούς, coll. § 105, quod etiam aliorum oratorum loci confirmant. Postremo, quando tandem in textum recipietur Stephani ἀναδέξεσθε pro ἀναδέχεσθε? Sed prope oblitus sum, quod non fuit negligendum, καὶ ante πότερον eximendum esse; quod incurret in oculos, si contuleris

§ 105, et cogitaveris, post *περὶ τῶν τῇ πατρίδι συμφερόντων* tantum exprimendum esse, *qualem* sententiam de communi salute iudices haberent eamque dupliciter modo posse ostendi, cf. et Xen. Anab. 1. 4. § 13.

In § 5. probanda est Reiskii coniectura *προορῶσα μὲν* et Sauppii *δι' αὐτοὺς* post *πατρίδι*. Contra sanam rationem invenimus in § 6. *συκοφαντίαι παρὰ Δημοσθένους (νῦν) ἥκουσιν, ἐπειδὴ οὗτος ἀποπέφανται.* Ferri posset *αὐτὸς οὗτος*, sed *αὐτὸς* pro *οὗτος* restitutum sanabit orationem. Ceterum post *ἄκυρος ἔσται* ponatur signum interrogandi, nam si ironice dictum hoc esse statues, non facile carebis vocabulo *δή*.

§ 7. *Ναί· κατέψευσται γὰρ ἡ βουλὴ Δημοσθένους. Τουτὶ γάρ ἐστιν ὑπερβολὴ τοῦ πράγματος.* Nego has sententias coniunctione *γάρ* recte cohaerere; et, si fieri potest, senarii iambici in oratoribus removendi, qualis hic est

τουτὶ γὰρ ἐστιν ὑπερβολὴ τοῦ πράγματος,

quamquam verissima sunt quae monuit optimus meus magister Mnem. VII. p. 2. pag. 160. Quare voc. *γάρ* succedat *γε*.

In § 8. vix monendum est, cur *ἑαυτῷ* post *θάνατον* mutandum sit in *ταυτῷ*. Gravius tamen laborat sequens periodus *ἢ ποῖ νῦν ἐλθὼν ὁ δῆμος ἢ τίσι προστάξας — — εὕρῃ τὴν ἀλήθειαν*; Quoniam Dinarcho dicendum est: ubi verum invenire possit," requiritur *εὕροι* cum part. *ἄν*. Otiosum illud *νῦν* videtur in locum subiisse particulae *ἄν*, lege ideo *ποῖ ἂν — εὕροι*.

In § 9. *σὺ καταλύεις ὁ δημοτικὸς εἶναι φάσκων* transponantur post *σωτήρια κεῖται*, ut habeamus sententiam scriptam, quemadmodum unusquisque nostrum *clare* cogitat.

§ 10. *Δίκαια μὲν οὖν, δίκαια τρόπον γέ τινα πάσχει τὸ συνέδριον· εἰρήσεται γὰρ ἃ γιγνώσκω· δυοῖν γὰρ θάτερον ἐχρῆν αὐτοὺς, ἢ καὶ τὴν προτέραν ζήτησιν τὴν ὑπὲρ τῶν — — ταλάντων — — ζητεῖν, καθάπερ συνέταξεν ὁ δῆμος, ἵνα τότε δόντος δίκην τοῦ θηρίου τούτου — — προδέδωκεν, ἀπηλλάγμεθα τούτου τοῦ δημαγωγοῦ δίκην ἀξίαν δόντος· ἢ εἰ ταῦθ' ὑμεῖς ἐβούλεσθε Δημοσθένει συγχωρεῖν καὶ πολλοὺς ἐν τῇ πόλει τοὺς καθ' ὑμῶν δωροδοκήσοντας εἶναι, τὴν περὶ τῶν νῦν ἀποπεφασμένων ζήτησιν χρημάτων μὴ προσδέχεσθαι, πεῖραν*

ὑμῶν ἐν τοῖς πρότερον εἰληφόσι, ὅπου γε — — οὐδὲν ἧττον περιέρχεται — — λέγων, οἷσπερ ἴσως — — χρήσεται λόγοις ἐξαπατῶν ὑμᾶς, ὡς »ἐγὼ Θηβαίους ὑμῖν ἐποίησα συμμάχους." οὐκ, ἀλλὰ τὸ κοινῇ συμφέρον ἀμφοτέραις ἐλυμήνω ταῖς πόλεσιν, ὦ Δ. »ἐγὼ παρέταξα πάντας εἰς Χαιρωνείαν:" οὔκ, ἀλλ' ἔλιπες μόνος αὐτὸς τὴν ἐκεῖ τάξιν, »ἐγὼ πολλὰς ὑπὲρ ὑμῶν ἐπρέσβευσα πρεσβείας." ἐφ' οἷς οὐκ οἶδ' ὅ τι ποτ' ἂν ἐποίησεν, ἢ τίνας ἂν εἶπε λόγους, εἰ συνέβη κατορθῶσαι αὐτῷ — —, ὅς — ὅμως ἀξιοῖ δωρεὰς αὐτῷ δεδόσθαι τὰς μεγίστας κτέ. Nescio utrum me magis orationis sordium pigeat an poeniteat obscurae huius et contortae orationis. Utut est, talem sententiarum nexum quomodo defendere potuerint editores, plane non intelligo. Delirantis videlicet et ebrii verba non possunt esse obscuriora quam haec sunt. Frustra tentavi omnia, si possem explicare latens aenigma. Quali eventu non opus est dicere. Confugi deinde ad *sanam* interpretandi rationem. Quantum mutata tum exiit illa periodus. Ita certe mihi placuit post explicationem, ut, aut ego *turpiter* fallar, aut sententia sit una omnium gravissima et pulcherrima et faciat ad Dinarchi laudem. Eximamus deinceps minora et deleamus primum καί post ἤ, nam datur optio inter duas res: mutemus ὑπὲρ in περὶ cf. v. c. § 11, συνέταξεν cum Baitero in προσέταξεν, et illud τότε, quod nihili est in τούτων: abiiciamus ζήτησιν χρημάτων et videamus, an non melius pro τοῖς προτέροις dicatur τῇ προτέρᾳ (ζητήσει). Indicandum est etiam vitium in vocc. καὶ πολλοὺς ἐν τῇ πόλει τοὺς καθ' ὑμῶν δωροδοκήσοντας εἶναι. Non credibile est Athenienses pati voluisse multos esse in civitate, qui corrumperentur pecunia in suum ipsorum incommodum, sed probabilius dixerit Dinarchus: »si voluissetis pati, esse in civitate *eos, qui pecuniam accepissent* in damnum civitatis." In codicibus Z M. recte legitur τοὺς καθ' ὑμῶν δωροδοκήσαντας, quibus petuntur οἱ μερισάμενοι ἐκεῖνα τὰ χρήματα, ut paulo ante dixit in § 10. Vitiosum est igitur πολλούς, pro quo verbum scribendum videtur eiusdem significationis, cuius sunt ἀτιμώρητος, ἀζήμιος, ἀκόλαστος. His praemissis, res eo perducta est, ut graviora aggrediamur. Qui attente legerit totam periodum, animadvertet, non tantum desiderari apodosin necessa-

riam, sed etiam cursum orationis *tarde* procedere, quum deberet esse rapida et incitata, nam *fervet* orator in obiiciendis criminibus. Inter criticos unus Wurmius laboranti subvenire conatus est, restituens ex codicibus ὅπου γὰρ. Ne multa verba faciam, breviter dicam quid censeam. Si ὅπου γὰρ legendum est, ab iis ipsis verbis nova sententia est inchoanda, sed tum etiam apodosis deest, quae qualis fuerit potest colligi ex locis similibus apud ceteros oratores Duos indicabo, unum ex Demosthene, alterum ex Lysia. In Midiana § 9. habemus: ὅπου γὰρ ἐπόντος τοῦ φόβου τούτου φαίνονταί τινες οὐδὲν ἧττον ὑβρισταὶ, τί χρὴ τοὺς τοιούτους προσδοκᾶν ἂν ποιεῖν, εἰ μηδεὶς ἐπῆν ἀγὼν μηδὲ κίνδυνος; apud Lysiam or. 31. § 22: ὅστις γὰρ — τοιαῦτα ἁμαρτάνει, τί ἂν — ποιήσειε; apparet igitur interrogationem post refutationem eorum, quae de se praedicaverat Demosthenes, intercidisse. Haec apodosis fuerit fortasse huiusmodi: οὐχὶ ταὐτὸν ἐποίησεν ἂν τότε; aut οὐχί περιῆλθεν ἂν καὶ τότε; aut οὐκ ἂν οἴεσθε αὐτὸν ταὐτὸν ποιῆσαι τότε; Si γε verum est, ὅπου est corruptum et *fortasse* legi poterat οὔπω γε. Si autem apodosis supplenda est, oritur quaestio, ubi inserenda sit, nam reliqua pars sententiae tam arcte cohaeret, ut apodosi locus non relinquatur. Verum commode accidit, ut plura desiderentur, unde veritas erui potest. Nulla est enim acris et vehemens negatio opposita Demosthenis verbis ἐγὼ πολλὰς ὑπὲρ ὑμῶν ἐπρέσβευσα πρεσβείας, cuius particulam superesse credo in verbis ἐφ' οἷς οὐκ οἶδ' ὅ τι ποτ' ἂν ἐποίησεν. Si recte divinavi, dixit Dinarchus ναί, ἀλλὰ ποίας; ἐφ' αἷς οὐδεὶς οἶδ' ὅ τι ποτὲ πεποίηκας (cf. § 31), et deinde posuit apodosin. Cetera recte se habent, dummodo, ἤ mutato in καί, nova instituatur periodus.

In § 12. non admittenda Hirschigii coniectura, sed ex or. III. § 17. restituendum φέρετε. In hoc loco, ut obiter moneam, pro οὐδὲν τούτων ὑπόλογον legatur οὐδέν' ὑπόλογον. Manifesta est interpolatio, nam vulgo dicebant Graeci οὐδένα ὑπόλογον ποιεῖσθαι, ut docuit Cobetus Mnem. VI. p. 3. pag. 285. In eadem § absurdum dico retinere χρήματα αὐτὸς ἔφη ut fecit Bekkerus, dum bene exstat in orat. III. § 17. αὐτὸν Ἀριστοφῶν, quod et oppositio flagitat, et ipsi Timothei mores ve-

rum esse ostendunt, quippe qui semper sibi cavit, ut suspicionem vitaret, ne pecuniam numeratam a devicto hoste acciperet cf. Nep. Tim. c. 1.

In § 16. cum Reiskio τοῦτο ante τολμώντων mutetur in τούτου; nec minus in § 17. in verbis διαμείνας ἐπὶ τῆς πολιτείας, accipienda egregia Cobeti coniectura ἐπὶ τῆς αὐτῆς πολιτείας et in sequentibus ἀλλ' ὑπομένειν καὶ κρίνεσθαι cum Wolfio emendo κατακρίνεσθαι, nam nunc sententia non solum nihil dicit, sed habemus etiam sententiam minime Graecam; dicebant enim illi aut ὑπομένειν τὸν ἀγῶνα aut τὴν κρίσιν. Ex copia exemplorum videas Aesch. de f. l. § 6 et Ctes. § 171.

Cum sententia non quadrat in § 19. οὐδὲ τὰς ὕβρεις ὁρᾶν τὰς εἰς τὰ ἐλεύθερα σώματα coll. Aesch. de f. l. § 5. nolim conservare τὰ. Bene etiam vidit Maetznerus in § 20. pro ἐν οἷς legendum esse ἐν οἵοις. Tum omittas, quod supra neglexi τοῖς Θηβαίοις cf. Aesch. Ctes. § 240: eadem opera in § 21. eiicias εἰς τὴν Θηβαίων σωτηρίαν, nam post ἐλπίδας debebat sequi τῆς σωτηρίας cf. § 26 et 77.

In § 22. Ἀρ' ὑμῖν δοκεῖ μικρῶν κακῶν ἢ τῶν τυχόντων — αἴτιος γεγενῆσθαι. Non agitur de diversis calamitatibus et incommodis, unde apparet ex male lecto ἤ eruendum esse καὶ cf. v. c. § 88. Neque magis probo in tali, ut ita dicam, προεπιδρομῇ, quali utitur Dinarchus, dici ἦν αὐτός φησι σύμμαχον ὑμῖν ποιῆσαι, sed dictum oportuit αὐτίκα φήσει. De eadem re § 12. dixerat οἵσπερ ἴσως — αὐτίκα χρήσεται — — ὡς » ἐγὼ Θηβαίους ὑμῖν ἐποίησα συμμάχους. cf. porro § 26, 31, 35, 43, 54, 62, Aesch. f. l. § 43. et alibi. Continuo subiiciuntur alia pessime habita et minime concinna, nam vehementem oppositionem in his olim fuisse non dubito affirmare. Legitur nunc ἀλλὰ πρὸς οὓς εὐτυχοῦντας πολλάκις ἦλθε, τούτους ἀτυχοῦντας προὔδωκε (pro προδέδωκε). Quam vim illud πολλάκις ἐλθεῖν hic obtineat ignorare me fateor. Putet fortasse aliquis *ventitandi* notioni subiectam esse amici animi significationem, sed in vehementi oppositione non solemus cogitationem verbis obscuris extenuare, multo magis exaggeramus eam, ut audientium erumpat indignatio. Et si verba nuda consideremus, ecquid tandem refert, utrum sexcenties an semel venerit? Verum *quo consilio*, *quo animo* venerit, hoc erat

addendum. Persimilis est locus in oratt. Demosth. pag. 1121. ὅς, inquit ille, τῶν εὐτυχούντων ἐστὶ κόλαξ, κἂν ἀτυχῶσι τῶν αὐτῶν τούτων προδότης. Donec igitur meliora ero edoctus suadeo ut legatur: πρὸς οὓς εὐτυχοῦντας πολλάκις ἐλθὼν ἐκολάκευσε.

In § 25. μὴ περιορᾶν ἐάν τις ὅπλα διὰ τῆς χώρας τῆς Ἀθηναίων ἔχων πορεύηται. Ex omnibus locis apud Maetznerum laudatis patet quid sit legendum, videlicet μηδένα ἀκούειν μηδὲ ὁρᾶν, ἐάν τις τῶν Ἀθηναίων ὅπλα ἔχων διὰ τῆς χώρας πορεύηται.

Alia offert § 26. τὰ ἀτυχήματα γιγνόμενα — — θεωρήσαντες ἐν ταῖς Ὀλυνθίων καὶ Θηβαίων συμφοραῖς. Olynthiorum et Thebanorum calamitates iam acciderant, et igitur verum est γενόμενα. In sequentibus non agnovimus *pium* Graecorum animum in his: καὶ τοὺς δωροδοκεῖν ἐθέλοντας κατὰ τῆς πατρίδος ἀνελόντες ἐν ὑμῖν αὐτοῖς καὶ τοῖς θεοῖς τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας ἔχετε, conieceram μετὰ τοὺς θεούς, sed magis arridet Cobeti inventum σὺν τοῖς θεοῖς. De sententia vide Aesch. f. l. § 181. et Ctes. § 1, § 57 et 58.

In § 28. Μισθωτὸς οὗτος, ὦ Ἀ., μισθωτὸς οὗτός ἐστι πάλαι (pro παλαιός Dobraeus), οὗτος ἦν ὁ — καλέσας, καὶ — αἴτιος γενόμενος· οὗτος — συνεκοινολογεῖτο — —, καὶ — — ἐμισθώσατο. Gratiora mihi fuissent, si scripta essent, οὐχ οὗτος — γενόμενος, οὐχ οὗτος cf. II. § 12, III. § 17, sed magis necessarium videtur corrigere τὸ κολακεύειν τοὺς Μακεδόνας πρῶτος εἰς τὴν πολιτείαν (pro εἰς τὴν πόλιν) εἰςάγων cf. Demosth. de f. l. § 2. et in Androt. § 51.

Tria reprehendo in § 30: primum pro ἀνατέτραφεν Cobetus dedit ἀνατέτροφεν (Var. Lect. pag. 251), deinde cum Reiskio κατασκευασθέντα transponendum est post ὅν. Denique non placent ὥστε δαίμονα αὐτῷ τοῦτον καὶ τῶν γεγενημένων συμφορῶν ἡγεμόνα νομίσαι προσελθεῖν. Vellem aliquis exemplis probasset usum verbi ἡγεμόνα, nam vehementer displicet, nec scio quomodo *iure* possit accipi. Breviter dicam quod sentio. Fieri potest, ut ἡγεμόνα sit interpretamentum vocabuli ἀρχηγόν, quo utitur Dinarchus et Or. III. § 7. Nititur suspicio loco Bekkeri in Anecd. Graec. I. pag. 449, ubi est ἀρχηγέται: ἡγεμόνες, οἱ ἐπώνυμοι τῶν φυλῶν. Dicitur certe τύχης ἀρχηγέτης apud Eurip. Elect. vs. 891. et κακῶν ἀρχηγόν in

Hipp. vs. 885. Aliquid roboris suspicioni addit Homericum illud (Iliad. E. vs. 63).

ὃς καὶ Ἀλεξάνδρῳ τεκτήνατο νῆας ἐΐσας
ἀρχεκάκους, αἵ πᾶσι κακὸν Τρώεσσι γένοντο.

et Herodoti locus, fortasse Homeri imitatio, (V. c. 97.) αὗται δὲ αἱ νέες ἀρχὴ κακῶν ἐγένοντο Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροισι, ubi Cobetus emendavit, ni fallor, ἀρχέκακοι, sed in nostro loco ipse non audeo discernere, videant doctiores, quid statuendum sit. Videamus paucis de § 31. καὶ πλείστοις καιροῖς χρώμενος ἅπαντας ἀφῆκε τοὺς ὑπὲρ ὑμῶν. Sagacissime Cobetus intercidisse opinatur καὶ καλλίστοις, sed tum etiam abiicienda sunt τοὺς ὑπὲρ ὑμῶν. Sequuntur τοσοῦτον ἐδέησεν ὁ δημαγωγὸς — πρᾶξίν τινα προφέρειν, ὥστε κτέ.

Multi viderunt προφέρειν mendosum esse, proposuerunt aut προσφέρειν aut παραφέρειν. Quantum haec vulgatae lectioni praestent frustra quaesivi, sin autem probe perspicimus sententiam, elucebit quod obscuratum est. Notissima est constructio, et, ut unusquisque nostrum, sic quoque Dinarchus locutus est, dicens: »tantum abfuit, ut hoc *fecerit*," nempe προαιρεῖσθαί τι πρᾶξαι. Satin' certum est, legendum esse προαιρεῖσθαι pro προφέρειν, ut statim in § 33. legimus Εὐθύδικος προῃρεῖτο τὰς ὑπὲρ τοῦ δήμου πράξεις cf. Dem. de Cor. § 285.

§ 32. περιιὼν οὗτος κατὰ τὴν ἀγορὰν ἐλογοποίει. potest hic locus nobis usui esse in emendando loco Demosth. de f. l. § 125. ubi legimus περιέρχεται τὴν ἀγοράν. Lege κατὰ; illud facit, qui fori circuitum obambulat. Eadem medicina eget Aesch. Ctes. § 213.

In § 32. placet Baiteri et Sauppii emendatio ὥστ' ἐναντία pro ὡς τἀναντία, in § 33. Reiskii coniectura καὶ οὗτος ἀπώλετο, in § 34. Wurmii emendatio οὐδὲν — ἄλλ' ἢ pro ἀλλ' ἤ, nam nihil agit Maetznerus laudandis Hartungio et Kühnero. In eadem § verisimillime coniicit Maetznerus ὡς σὺ ἔλεγες pro ὡς οἱ λέγοντες et clare applaudo Cobeti προσώπῳ τηλαυγεῖ in Mnem. IV, p. 4. pag. 280. οἵα ἔναγχος ἐγένετο, pro οἵα ἐπ' Αἰγὸς ἐγένετο. Subsequuntur ἡσμένει μεταβολήν τινα τῶν κακῶν τῶν παρεστηκότων. Male Maetznerus παρεστηκότων ab omnibus desertum tueri instituit. Revocandum

est περιεστηκότων, quod solemne est cf. § 35, 93, 100. Deinde a Wyttenbachii tempore iam illud suspectum ἠσμένει omnes intactum reliquerunt; gratius mihi esset, si legeretur ἀσμένη εἶδε μεταβολήν.

In § 33. Τί οὖν; ἐν τούτοις τοῖς καιροῖς Δημοσθένης τίς ἦν — — —; ἔγραψάς τι περὶ τούτων [τῶν κινδύνων]; Sero vidi Bekkerum iam in *Addendis* omisisse male additum τῶν κινδύνων, sed praeterea exspectaremus, Dinarchum post τί οὖν; statim allocutum fuisse Demosthenem, quod nunc non facit, sed olim procul dubio non potest non fecisse. Emenda ὦ Δημόσθενες, τίς ἦσθ', ὁ κτἑ. Sic et statim legendum περιήεισθα κατασκευάζων λογοποιοὺς, καὶ παρ' αὐτῷ γράφων ἐπιστολὴν, καὶ καταισχύνων τὴν δόξαν ἐκ τῶν δακτύλων ἀναψάμενος περιεπορεύετο. Praeter verba παρ' αὐτῷ (pro παρὰ σαυτῷ) non bene se videbatur habere περιεπορεύετο, et iam eiicere volebam, quum comiter mihi viam monstravit Cobetus, proponens palmariam emendationem ἦν pro καί. cf. Aesch. Ctes. § 164. Nec minus in § 36. recipienda erit Cobeti emendatio οἱ πολεμήσαντες πρὸς τὴν πόλιν.

§ 37. οἱ μεγάλων καὶ πολλῶν κινδύνων καταλαμβανόντων τὴν πόλιν ἀξίως τῆς πατρίδος καὶ τῆς αὐτῶν ἐλευθερίας καὶ τῆς δόξης τῆς δικαίας ὑπὲρ τῶν τοῦ δημοσίου συμφερόντων ἐκινδύνευσαν. Tria sunt, quae in his reprehendas. Non satis commode dicitur μεγάλων καὶ πολλῶν, constat enim aeque apud Graecos atque apud Romanos in tali ordine *qualitatem* sequi *quantitatem*. Aequius sine dubio feremus πολλῶν καὶ μεγάλων, quae mutatio etiam in § 100, Reiskio iubente, recipienda est. cf. v. c. Dem. Phil. III. § 74. Deinde vituperanda sunt τῆς δόξης τῆς δικαίας; nusquam enim haec notio de *vera gloria sic* est expressa et iusta ideo fuit causa, cur omnes critici in hoc loco periculum fecerint, si forte verum possent invenire. Habet etiam illud adiectivum δικαίας, quod offendat, quum enim duobus nominibus πατρίδος et ἐλευθερίας nullum attributum addatur, cur τῆς δόξης explicatur verbis τῆς δικαίας? Et sic quoque loci concinnitas mihi videtur vehementer depravari. Si enim hic Dinarchus ab oculos ponere voluerit discrimen inter τὴν δόξαν et τὴν εὔκλειαν (cf. Bekkeri Anecd. I. pag. 242), exputare nequeo, cur non

posuerit τῆς εὐκλείας pro τῆς δόξης τῆς δικαίας. Fortasse innoxium condemno, sed melius est *semel errare* quam in multis locis a vero *aberrare*. Sequitur igitur, etiamsi explices, illud adiectivum huic loco non esse idoneum, nam haec sunt ex *veterum opinione* iudicanda. Si nolis eiicere verbum τῆς δικαίας, videas an non rectius mutare possis τῆς δόξης καὶ τῆς εὐκλείας. Postremo δημοσίᾳ requiri vidit Dobraeus.

In § 39. Subineptum credo, quod nunc exhibetur οὐδὲ λογισάμενος, ὅτι τὸ κινδυνεύειν καὶ τὸ γράφειν ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐπισφαλές ἐστιν. Praedicati nomen ἐπισφαλές sic per zeugma pariter referri ad τὸ κινδυνεύειν et τὸ γράφειν ὑ. τ. π., non est credibile. Fac, omissis καὶ τὸ γράφειν, scriptum fuisse ὅτι τὸ κινδυνεύειν — ἐπισφαλές ἐστιν, et videbis absurdam esse lectionem vulgatam. A temeritate totus abhorreo, sed non *temere* me pronuntiare puto legendum esse ὅτι κινδυνεύσειεν ἄν. In eadem paragrapho aliquanto duriora sunt ἠλευθεροῦντο Θηβαῖοι; cum Bekkero et Wurmio ἠλευθέρωντο praetulit Cobetus Mnem. VII. 1. pag. 95. Sed quod idem non monuit, locum describens silentio praeteriit, et tamen *sibi ipse non conscius* emendavit, non minus necessarium est, nempe Θῆβαι cf. § 58. et alibi. Hoc demum est *sentire* quid scribendum sit.

§ 40. μὰ Δί' οὐ τὰ τοιαῦτα κινάδη, οἳ πεποιήκασιν. Multo melius esset, opinor, οὐ, μὰ Δία, coll. § 77; neque loquitur in genere, sed spectat certos homines, non τὰ τοιαῦτα κινάδη, verum ταῦτα τὰ κινάδη, quod est Dinarcho reddendum. In codice pr. A. τὰ omissum est. Optime quoque Baiterus pro παραγγέλλειν excogitavit παράγειν.

In § 41. adsentior Maetznero ex codicibus restituenti προδότην τῶν φίλων coll. Aesch. Ctes. § 81. et Dem. de f. l. § 201, sed graviore corruptela cursus orationis laborat in his: ἀπὸ ποίων, inquit, ψηφισμάτων οὗτος ἢ ποίων νόμων οὐκ εἴληφεν ἀργύριον; εἰσί τινες ἐν τῷ δικαστηρίῳ — —, ὅθ' οὗτος ἐτίθει τὸν νόμον; οὐ φράσετε τοῖς πλησίον, ὅτι — — οὐκ ἐβεβαίου. In antiquis editionibus sic divisum est, ut post νόμον non interrogandi signum ponatur, sed punctum. Editores, qui hoc emendarunt, tamen non reputaverunt, se tot quaestionibus (et iis quidem *lenioribus*) debilem reddere periodum. Nihil

obstat, quominus sententiam et ego dicam. Itaque censeo voculam intercidisse, et olim sic fuisse in codicibus εἴ εἰσί τινες — νόμον, οὐ φράσετε; Namque valde dubitari potest, an Dinarchus *noverit* in iudicum numero tales fuisse, quales optabat.

Pergo ad § 43. quae, si scriptor semet ipsum intellexit, atro carbone notetur. Etenim, mirabile dictu, hic sibi ipse uno tenore in eadem quaestione respondet, quod ex aliis quaerit. An tibi Dinarchum nebulonem fingas, quem credas omnia permiscuisse? Desinas igitur aut eum oratoribus Atticis adnumerare, aut confitearis saltem in hoc loco mali remedium adhibendum esse. Sed audiamus agentem: εἶπατέ μοι πρὸς Διός, ὦ ἄνδρες, πρεῖκα τοῦτον οἴεσθε γράψαι — — — ἢ τὸ ποιήσασθαι (sic recte Wurmius) πολίτας — — — ἢ τὸ χαλκοῦς ἐν ἀγορᾷ στῆσαι Βιρισάδην καὶ Σάτυρον καὶ Γόργιππον τοὺς ἐχθίστους τυράννους, παρ' ὧν αὐτῷ χίλιοι μέδιμνοι (sic cum Dobraeo pro μόδιοι) τοῦ ἐνιαυτοῦ πυρῶν ἀποστέλλονται. Ut ostendamus, quid credendum sit codicibus, iuvat observare *sex* codices pro ἐχθίστους vocc. ἐκ τούτων exhibere. Quanto autem facilius depravationem librarii commiserint in iis, quae ego legenda esse perhibeo, ex hac lectione cognosci potest. Post τυράννους interrogandi signum ponendum est et instauranda nova sententia ΤΙΓΑΡΟΤΝ pro ΠΑΡΩΝ i. e. Τί γὰρ οὖν. Apparet, τί γὰρ in παρ' mutatis, orationem claudicantem refectam esse corrumpendo οὖν, ut locus *bene* scilicet aut *melius* procederet.

In § 46. καὶ πότερον εἰσαγωγίμους καὶ τὰς τῶν ἄλλων δωροδοκίας ποιήσετε, ἢ ἀνέδην ἐξέσται δῶρα λαμβάνειν; Quid sit ἀνέδην non ignoro, sed tamen huic sententiae non satis aptum esse videtur. Requiritur, si bene video, idem, quod dicit in Or. II. § 22, ubi est χρήματα λαμβάνειν καθ' ὑμῶν θαρροῦντας ὡς οὐ δώσοντας δίκην, nempe ἀδεῶς cf. Lys. Or. 30. § 29, Demosth. Mid. § 4, Lept. § 16. Aristocr. § 15.

§ 51. Praeterquam quod cum Bekkero facio, qui id Addendis ποιήσαιτ' ἄν restituit pro ποιήσειεν, nonnulla sunt, quibus oratio fit minus facilis, certe minus oratore digna, ἤτοι, dicit, αὐτὴν προελομένην καὶ ζητήσασαν ἢ τοῦ δήμου προστάξαντος αὐτῇ (ποιεῖσθαι τὰς ἀποφάσεις). Duo sunt modi, quibus Areopagus inquirere potest; indicat reos aut αὐτὴ

προελομένη aut inquisitione facta *iussu populi*. Hoc ita esse demonstrant § 51. et § 58. Non male ideo mihi agere videor, si, καὶ mutato in ἢ, voculam ἢ ante τοῦ δήμου expello. Hoc, credo, αὐτὴ ἡ ἀλήθεια βοᾷ. Eandem librariorum negligentiam patefacit iterum § 52. Λαβέ μοι σὺ τὴν μαρτυρίαν, ἣν καὶ πρότερον παρεσχόμην — —, ἣν καὶ νῦν παρέξομαι. Eiicias alterum ἣν et legas cum Reiskio παρέχομαι.

In § 53. νῦν τὰ νόμιμα τἀκεῖθεν — ἀσθενέστερα γενήσεται. Vitiose dictum esse τἀκεῖθεν non vocabitur in dubium ab eo, cui sana mens est. Nonne omnia, quae *apud* Areopagum fiunt aut sunt, sunt et fiunt ἐκεῖ? Supra ideo est οὓς ἐκεῖ διόμνυσθαι νόμιμόν ἐστιν (§ 47), apud Dem. in Aristocrat. § 67. τὰς ἐν ταύτῃ (τῇ βουλῇ) νομίμους τιμωρίας cf. de Halon. § 13, Isocrat. Areop. § 38. et Aesch. Ctes. § 20. Mendum contrarium habemus in Aesch. Ctes. § 207, ubi est τοῖς ἔξω τεριεστηκόσι. Ecquis erit, qui non requirat ἔξωθεν, ut est in Dem. de Cor. § 196. πρὸς ὑμᾶς, ἄνδρες δικασταὶ, καὶ τοὺς περιεστηκότας ἔξωθεν [καὶ ἀκροωμένους] (sic). Conf. praeterea Aesch. de f. l. § 5, Ctes. § 56, Herod. IX. c. 5.

In sequentibus §§ indicabo, quae mihi *vere* videntur emendata. In § 55. cum Bekkero anteferam καὶ μή μοι ὀργισθῆτε; in § 55. cum Dobraeo κατὰ τὰ πάτρια, in § 57. cum Reiskio παρ' ἑαυτῇ; in § 59. cum Hirschigio διὰ τοῦτο οὖν et δεῖξον γοῦν, tum gaudeo eundem vidisse legendum esse ἁμαρτημάτων pro ἡμαρτηκότων.

In § 61. Τὴν ζημίαν optime coniecit Wurmius, et admodum probabiliter Maetznerus ad εἰληφότα requirit σέ.

In § 62. cum Cobeto in Var. Lect. pag. 230, πατρίοις restituo, in § 64. cum Wolfio τὴν Πολιάδα et cum Sauppio τιμωρήσασθε, deleto ὅ τι ante τοῦ δήμου.

In § 65. κακόνοι τῆς πόλεως mutentur in κ. τῇ πόλει, nam κακόνους, non minus quam εὔνους, *dativum* regit. Gravius autem peccatur in § 66. τίσιν ὀφθαλμοῖς ἕκαστος ὑμῶν τὴν πατρῴαν ἑστίαν οἴκαδε ἀπελθὼν ἰδεῖν τολμήσομεν; Unice verum est, quod repositum est, τολμήσει. Quomodo autem quisquam potest videre τὴν πατρῴαν ἑστίαν οἴκαδε ἀπελθών? Hoc quidem fieri non potest, nisi si *redierimus* domum, non vero domum *abierimus*. Deleas igitur aut οἴκαδε ἀπελ-

θὼν, aut si mavis, legas ἐπανελθών. Nam hoc Graecum esse, si verba servanda sunt, patet ex Aesch. Ctes. § 212, § 246. et Tim. § 186, cf. etiam Ctes. § 63. et § 67, Tim. § 112, § 145. et Cobetus Mnem. IV. § 3. pag. 285. Contra quid sit οἴκαδε ἀπελθών, aliis exceptis, patet ex Anaxandridis loco, a Cobeto emendato (Stob. Floril. LXXIV. 1).

Χαλεπὴ, λέγω σοι, καὶ προσάντης, ὦ τέκνον,
ὁδός ἐστιν, ὡς τὸν πατέρ' ἀπελθεῖν οἴκαδε κτέ.

Si ὑμῶν abesset, quod sanequam non ingratum accideret, τολμήσετε erat emendandum cf. eundem Mnem. VII. § 1. pag. 12.

In § 68. τί δὲ ἂν (τιθῶμεν γὰρ ταῦτα), ἐὰν ——— ἀπαιτῇ ——, τί ἐροῦμεν; Maetznerus cum Baitero edidit τί δ' ἐὰν. Mira res Maetznero accidit, qui nonnumquam optimas coniecturas spernens hic falsam lectionem receperit. At, dicat quispiam, *octo* laudat locos, quibus sententiam corroborat? An haec tam leviter contemnenda? Sunt, fateor, *octo* loci, haec tamen non numero, sed pondere aestimantur. Et si locos pendes et sententiam his contentam, videbis eos non solum non parvi pretii esse, sed *nullius*, et hoc sane non nimium est. Quid enim hic erat scribendum, si ἐὰν ante parenthesin ponatur? Ni fallor, ἐὰν δὲ (τιθῶμεν γὰρ ταῦτα) ἐὰν. Quoniam autem praecedit τί δὲ, cui respondet τί ἐροῦμεν, repetitio vocabuli ἐὰν erit, credo, repudianda. Sententia antecedens, quod dixi, satis probat. Aliquanto melius legi posse videtur, τί δ', ὦ ἄνδρες, (τιθῶμεν γὰρ ταῦτα) ἐὰν κτέ.

In § 70. legendum est πλεῖν pro πλείω, cum Wolfio χρημάτων pro πραγμάτων et σαυτῷ pro ἑαυτῷ. Legimus in § 72. οὐδὲν εὑρήσετε ἄλλο πλὴν, ubi ex duobus codicibus melior lectio peiorem extrudat, nempe ἤ fere semper in hac locutione locum habet. Dicebant vulgo aut τί δ' ἄλλο ἤ aut οὐδὲν ἄλλ' ἤ cf. Cobet. Mnem. VI. p. 1. pag. 56. Sequuntur statim ἐπιβλέψατε γὰρ ἐπὶ τὴν Θηβαίων πόλιν, ἐγένετο πόλις, ἐγένετο μεγίστη. Unicuique qui orationis structuram intelligit, ex § 73. palam fit, verum invenisse Dobraeum, cum scriberet πόλιν. Πότε ἐγένετο μεγίστη; Verbum non est addendum.

In § 73. corrigas ὁμολογήσειαν et cum Bekkero οἱ πρεσβύτεροι. In § 74. ἀπώλετο καὶ συνδιεφθάρη corrupta sunt.

Semper coniunguntur ἀπολλύναι et διαφθείρειν, nusquam συνδιαφθείρειν, sed Maetznerus codices sequi mavult. Utinam iidem codices variantem lectionem praeberent in vicinia, ubi invenimus: Οὐ γὰρ ψεῦδός ἐστιν — — τὸ τοὺς ἡγεμόνας αἰτίους ἁπάντων γίγνεσθαι καὶ τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν ἐναντίων τοῖς πολίταις. Disserit orator de sua ipsius quaestione (§ 72.) παρὰ τί οἴεσθε τὰς πόλεις τοτὲ μὲν εὖ τοτὲ δὲ φαύλως πράττειν; Responderat sibi ipse οὐδὲν εὑρήσετε ἄλλ' ἢ παρὰ τοὺς συμβούλους καὶ τοὺς ἡγεμόνας. Argumentum primum sumpsit ex Thebanorum *civitate* et novum addit in § 75, dicens θεωρήσατε δὴ πάλιν ἐπὶ τῆς ὑμετέρας πόλεως. Ne credas igitur Dinarchum dedisse τοῖς πολίταις, sed ταῖς πόλεσιν.

In § 75. Κορκύρᾳ scribendum est; in § 76. μία γὰρ αὕτη σωτηρία καὶ πόλεως καὶ ἔθνους ἐστὶ τὸ προστατῶν ἀνδρῶν ἀγαθῶν καὶ συμβούλων σπουδαίων τυχεῖν, culpet qui velit, pro μία requiro μόνη. cf. Lysias Or. 34. § 2.

In § 84. probo Wolfianum illud, quod et Maetznerus recepit: sed eodem labore πείσεσθαι, a Baitero propositum, recipere potuisset. Fortasse et emendandum est τὴν περὶ τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν et in § 82. cum Maetznero ἀπέδειξε pro ἀπέδωκε, quemadmodum cum eodem in § 80. restituendum esse arbitror ἐπειδὴ δὲ et post τάλαντα intercidisse ν. ᾤχετο.

In § 85. αἰσχρὸν γὰρ — — τουτονὶ δὲ καταφρονοῦντα ὑμῶν καὶ τῶν νόμων ἀτιμώρητον περιιέναι ἐν τῇ πόλει. Quia praecedit ἀπολωλέναι, cui plerumque opponitur active aut σώζειν, ut § 93, aut περιποιεῖν, ut § 94, sed passive περιεῖναι, cf. Aesch. Tim. § 192, Lys. in Agorat. § 63. fortasse reponendum est περιεῖναι ἂν, ut idem dicit III. § 2. ἀτιμώρητον ἀφήσετε. Tum perplacent ταὐτὸ et ταὐτὰ τὰ δίκαια, ut voluit Cobetus Mnem. VII. p. 2. pag. 144,

In § 86. ἐπέτρεψεν ὁ αὐτὸς οὗτος. Significant *hic ipse* non ὁ αὐτὸς οὗτος, sed αὐτὸς οὗτος cf. Aesch. Tim. § 3, 48, 193; etiam suspicionem movet ἔθετο συνθήκας pro ἐποιήσατο. Tollet difficultatem συνέθετο, quod tritum est.

Locus est valde depravatus in § 87. Κρίσει Ποσειδῶν ἀποτυχὼν ἐνέμεινεν· αὐταὶ αἱ σεμναὶ θεαὶ τῇ πρὸς Ὀρέστην ἐν

τούτῳ τῷ συνεδρίῳ κρίσει γενομένῃ καὶ τῇ τούτου ἀληθείᾳ συνοίκους ἑαυτὰς — κατέστησαν. Omnes in secunda parte sententiae inserunt ἐνέμειναν.Mihi secus videtur et contendo ΓΕΝΟΜΕΝΗΙ natum esse ex vocc. TENEMEINAN i. e. τ' ἐνέμειναν. Omnia ita constituta melius cohaerere persuasum mihi est. Deinde sequuntur ὑμεῖς δὲ τί ποιήσετε οἱ πάντων εἶναι φάσκοντες εὐσεβέστεροι; collato Isocr. Pan. § 33. praeponam εὐσεβέστατοι.

§. 89. οὕτως οὖν — φυλάξομεν, ἐὰν σὺ μὲν εἴκοσι τάλαντα λαβὼν ἔχῃς ἴδια. Non me teneo, quin eximiam amplectar Cobeti emendationem πῶς οὖν (Mnem. VII. § 1. pag. 77), cf. et § 99. et Demosth. Phil. 1. § 47, quamquam vel sine ullo exemplo non difficile est ad videndum, hanc rationem esse simpliciorem et unice veram. Et in fine ὧν οἴεσθε τὴν αἰτίαν τουτοισὶ ἀναθεῖναι, quis est, quin arripiat οἷόν τ' ἔσται.

Feliciter Dobraeus restituit in § 91. πολλοὺς οὗτος ἐρεῖ καὶ παντοδαποὺς λόγους, ὦ ἄνδρες, καὶ οὐδέποτε (legebatur οὐδὲ πώποτε) τοὺς αὐτούς. Nunc omnes grati recipimus, quod dedit. Omnem haesitationem, si qua esse potuerit, removet Aesch. Tim. § 27, ubi *eadem* ferme recte leguntur. Quod si in omnibus emendationibus fieri posset, omnes, etiam lucifugi, proclives essent ad fidem habendam praestantibus emendationibus. Quam certo fundamento recte observata nitantur nonnunquam demonstrari potest et demonstratum est. Accidit ut in perlegendo Aeschine haererem in § 36. Or. Tim. ἔσονται ὑμῖν οἱ νόμοι καλοὶ καὶ κύριοι, ἐὰν δ' ἀφῆτε, καλοὶ μόνον, κύριοι δὲ οὐκέτι, utque in μόνον cernerem vestigia voc. μέν. In uno codice, qui distinguitur littera *b*, sic revera scriptum esse videbam. Obstabunt tamen qui semper *optimis* codicibus standum esse profitentur, sed remittent de pertinacia, certo scio, aliquid, si viderint *haec eadem* verba in *iisdem* codicibus *omnibus* sine *ulla* discrepantia exstare § 177, sed incorrupto μέν. Eadem medicina utaris in Dem. Timoc. § 176. et legas ἀλλὰ νὴ Δία, ταῦτα μὲν τοιοῦτοι γεγόνασιν, ἐν οἷς πεπολίτευνται, ἄλλα δ' ἔστιν ἃ καλῶς διῳκήκασιν. In iis, quae sequuntur, aliquid observandum superest: εἰ μὲν οὖν ἔτι δεῖ τὴν πόλιν — ἀπολαύειν — —, στερκτέον εἴη τοῖς συμβαίνουσι· εἰ δ' ὅτι κηδόμεθα τῆς πατρίδος — — οὐ προετέον ἐστίν. In eam suspicionem ad-

ducar, ut εἴη corruptelam esse censeam, et proponam ἐστὶ pro εἴη.

§ 93. Nisi ante ἄπειρος addideris οὕτως sententiae vis frangitur; etiam cum Wurmio correxeram ἐῶ γὰρ τοῦτό γε pro νῦν cf. v. c. Demosth. de Hal. § 6, Chers. § 38, Symm. § 24, pro Cor. § 16 et 21, Aesch. de f. l. § 115. et saepius.

Transeo ad §um difficillimam § 94: καὶ τότε μὲν γράφων καὶ ἀπαγορεύων μηδένα ἄλλον νομίζειν θεὸν ἢ τοὺς παραδεδομένους, τότε δὲ λέγων, ὡς οὐ δεῖ τὸν δῆμον ἀμφισβητεῖν τῶν ἐν οὐρανῷ τιμῶν Ἀλεξάνδρῳ. In frequenti et constanti oppositione verborum γράφειν et λέγειν (cf. e. g. § 100), absurdum est adiicere καὶ ἀπαγορεύειν, quae fortasse propter constructionem aliquanto rariorem adscripta sunt. Videas de constructione § 37, 70, 78, 89. Sed quid hoc est αἱ ἐν οὐρανῷ τιμαί? Potestne quisquam credere hoc Dinarchum dixisse, qui apud Athenienses olim eloquentiae laude inclaruit. Irrisissent cives oratorem ea audientes, quae nemini explicare in promptu fuisset. Omnes scimus Alexandrum se *Diis* maioribus voluisse adnumerari, ut narrat Aelianus Var. Hist. II. c. 19, et V. c. 12, et dubium nullum est, quin hoc in loco de hac re sermo sit. Hoc vero quomodo dixerit orator, nemini fuit in aprico. Bekkerus abesse malit τιμῶν; obtemperemus ei et consideremus an aptius quid possimus excogitare.

In § 96. lege εἰς τὴν ἀκρόπολιν cf. § 37, II. § 24. vit. X. oratt. pag. 852. B. (de eadem re), et Cobetus Mnem. VI. § 4. pag. 419; in § 97. rescribatur ἐν [τῷ] ἄστει cf. § 69, in § 99. πατρίων, et legatur cum Dobraeo κινδυνεύητε. Non poenitet etiam cum eodem correxisse in § 97. βουλήσεσθε et § 100. τί γάρ ἐστι πρὸς ῥήτορος, probante Cobeto Mnem. VI. p. 2. pag. 187.

In § 101. τῆς ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως reducas coll. Aesch. Ctes. § 196, de f. l. § 80. Demosth. de f. leg. § 330. Phot. Bibl. c. 265, et τὰ τοῦ δήμου ψηφίσματα καὶ νόμους cum Reiskio cf. e. g. § 84. In § 102. ἔπειτα ποῦ τῆς εὐνοίας τῆς σῆς ὁ δῆμος ἔλαβε πεῖραν, ἢ ποῦ τὴν τοῦ ῥήτορος βοήθειαν καὶ δύναμιν ἐξεταζομένην εἴδομεν; ἢ ἐνταῦθα φήσετ' εἶναι δει-

νοί, εἰ παρακρούετε (sic cum Dobraeo) τούτους ἀεὶ λέγοντες ὡς »οὐκ ἔστιν ἔξω τῆς πατρίδος ὑμῖν ἐξελθεῖν, οὐκ ἔστιν ἄλλη καταφυγὴ χωρὶς τὴς ἡμετέρας εὐνοίας." Parum recte Dobraei sententia voc. δεινοί se habet, et certe rationi non consentaneum est. Non opus est, ut pluribus moneam cur hoc vituperandum sit, quum omnes teneamus, ad *duplicem* quaestionem etiam *commune* responsum referri debere. Hac in re igitur non minus laborat Dobraei emendatio εὖνοι reponentis. Saepius quidem recurrit ἡ τῆς εὐνοίας ἔνδειξις, et legimus apud Lys. in Eratost. § 49. ὁπόσοι δ' εὖνοί φασιν εἶναι, πῶς οὐκ ἐνταῦθα ἔδειξαν κτἑ., sed hic non minus mentio fit de utilitate facultatis dicendi quam de populari animo erga civitatem.

Fuit quum in mentem veniret φήσετ' εἶναι ἰδεῖν, nunc tamen, si ita esset, requirerem et obiectum ad ἰδεῖν et ἐντεῦθεν; fuit etiam quum cogitarem de φήσετ' εἶναι εὖνοι καὶ δεινοί. Sed his omnibus repudiatis arridet δημοτικοί, coll. Dem. de Cor. § 122, quod quam facile corrumpi possit et mutari in δεινοὶ, omnibus notum est. Deinde pro ἡμετέρας non sine causa in codicibus est ὑμετέρας, quasi essent ipsius Demosthenis verba; hoc ita esse credo et hinc restituendum est οὐκ ἔστιν — ἡμῖν ἐξελθεῖν.

In § 103. plura vitia insunt. Cum Cobeto restituenda ἐλεινὸν et ἐπιλησομένους (Mnem. VI. p. 1. pag. 1). Neque satis recte Bekkerus neque Maetznerus sequentia edunt καὶ σὺ πάντων (Bekkerus συμπάντων) τῶν Ἑλλήνων ἐναντίον διειλεγμένος Νικάνορι καὶ κεχρηματικὼς ἐν Ὀλυμπίᾳ. Melius haud dubie Maetznerus ex codice N, sed si recordatus fueris Graecum esse ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων, origo vitii magis patefiet; et numquam ita scripsisse poenitebit cf. Aesch. Ctes. § 43, f. l. § 33. Tum ἐν Ὀλυμπίᾳ duas ob causas tribuo interpolatori. Quis enim non sentit ἐν Ὀλυμπίᾳ addenda fuisse verbo διειλεγμένος? Mirum quoque ni scripsisset orator Ὀλυμπίασι, de quibus formis cf. Cobet. Mnem. IV. p. 4. pag. 279 et VI. p. 1. pag. 44. et Dem. Mid. § 145. Qui haec verba addidit, sibi in mentem revocavit § 82.

Neque magis adsentior iis qui arbitrati sunt, in § 105. pro ἤδη legendum esse ὄνειδος. Describamus primum locum Παρει-

λήφατε παρὰ τοῦ δήμου τὸ πρᾶγμα τὸ γεγενημένον ἤδη, τιμωρίας δ' ἕνεκα — — Δ. εἰσάγεται πρῶτος. Offensioni est ἤδη, nam dicendum erat τὸ ἤδη γεγενημένον cf. Aesch. f. l. § 89. Demosth. Aristocrat. § 58, § 79, § 85; ὄνειδος, ut dixi, verum non est, nam non potest omitti, cui aliqua res dedecori est, v. c. τῇ πόλει vel τῇ πατρίδι cf. Aesch. Tim. § 118, Dem. Mid. § 132. Deinde τὸ πρᾶγμα τὸ γεγενημένον hic minus recte coniunguntur, quoniam τὸ πρᾶγμα per se *factum* significat et *nude* opponitur τῇ τιμωρίᾳ cf. Dem. Aristocrat. § 30 et § 63; quod optime elucet ex loco corrupto Demosth. Mid. § 46. οὐ γὰρ ὅστις ὁ πάσχων ᾤετο δεῖν σκοπεῖν, ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα [ὁποῖόν τι τὸ γιγνόμενον]. Vides, quae sint spuria; exemplis omnes orationes *scatent*.

In *omnibus* codicibus exstat εἶδος pro ἤδη, sed qualis debet esse sententia, qua hic nobis opus est? Ni fallor, haec propemodum dicit: Rem a populo suscepistis, non ut denuo *de facto* investigaretis, nam hac in re populo iam satis constat, Areopago iudicante, sed vobis tantum facinus commissum tradidit puniendum, aut, ut ipsius Dinarchi verbis utar or. II. § 20, (τούτου καταχειροτονήσας) ὁ δῆμος παρέδωκεν ὑμῖν τιμωρήσασθαι. Praeter τιμωρίαν, quae pro rei magnitudine aestimanda erat, nihil iudicibus commissum fuit. Aliquando putabam pro εἶδος legendum esse εἰδότος, quia semper urgent oratores, iudices ipsos scire reum esse noxium cf. v. c. § 47, 48, II. 7, 19, III. § 3. Nunc tamen vere mihi eruere videor Παρειλήφατε τὸ πρᾶγμα παρὰ τοῦ δήμου τὸ γεγενημένον εἰδότος.

In § 106. ἢ πᾶσιν ἀνθρώποις παράδειγμα ἐξοίσετε. Graecum non est παράδειγμα ἐκφέρειν. Notissima sunt δεῖγμα ἐκφέρειν (cf. Dem. Mid. § 185, 227, Isocr. Demon. § 11), παράδειγμα φέρειν (nonnumquam, ut e. g. Isocr. Areop. § 6), sed plerumque παράδειγμα ποιεῖν, ut § 15, Dem. Mid. § 98, et passive παράδειγμα γίγνεσθαι, ut §. 60. Restituendum igitur est ποιήσετε. In fine cum Dobraeo in ποιήσετε tollenda est ἡ ἀνωμαλία et legendum ποιήσει (ἡ ψῆφος). In § 107. Οὐ καταπληκτέον ἐστίν — οὐδὲ προετέον. Nemo fuit, qui καταπληκτέον explicaret, neque hoc ego tentabo. Feliciter tamen importunum illud καταπληκτέον in codicibus est *e correctione*, et ostendit

νοί, εἰ παρακρούετε (sic cum Dobraeo) *τούτους ἀεὶ λέγοντες ὡς »οὐκ ἔστιν ἔξω τῆς πατρίδος ὑμῖν ἐξελθεῖν, οὐκ ἔστιν ἄλλη καταφυγὴ χωρὶς τὴς ἡμετέρας εὐνοίας.*" Parum recte Dobraei sententia voc. *δεινοί* se habet, et certe rationi non consentaneum est. Non opus est, ut pluribus moneam cur hoc vituperandum sit, quum omnes teneamus, ad *duplicem* quaestionem etiam *commune* responsum referri debere. Hac in re igitur non minus laborat Dobraei emendatio *εὖνοι* reponentis. Saepius quidem recurrit *ἡ τῆς εὐνοίας ἔνδειξις*, et legimus apud Lys. in Eratost. § 49. *ὁπόσοι δ' εὖνοί φασιν εἶναι, πῶς οὐκ ἐνταῦθα ἔδειξαν κτέ.*, sed hic non minus mentio fit de utilitate facultatis dicendi quam de populari animo erga civitatem.

Fuit quum in mentem veniret *φήσετ' εἶναι ἰδεῖν*, nunc tamen, si ita esset, requirerem et obiectum ad *ἰδεῖν* et *ἐντεῦθεν*; fuit etiam quum cogitarem de *φήσετ' εἶναι εὖνοι καὶ δεινοί*. Sed his omnibus repudiatis arridet *δημοτικοί*, coll. Dem. de Cor. § 122, quod quam facile corrumpi possit et mutari in *δεινοὶ*, omnibus notum est. Deinde pro *ἡμετέρας* non sine causa in codicibus est *ὑμετέρας*, quasi essent ipsius Demosthenis verba; hoc ita esse credo et hinc restituendum est *οὐκ ἔστιν — ἡμῖν ἐξελθεῖν*.

In § 103. plura vitia insunt. Cum Cobeto restituenda *ἐλεινὸν* et *ἐπιλησομένους* (Mnem. VI. p. 1. pag. 1). Neque satis recte Bekkerus neque Maetznerus sequentia edunt *καὶ σὺ πάντων* (Bekkerus *συμπάντων*) *τῶν Ἑλλήνων ἐναντίον διειλεγμένος Νικάνορι καὶ κεχρηματικὼς ἐν Ὀλυμπίᾳ*. Melius haud dubie Maetznerus ex codice N, sed si recordatus fueris Graecum esse *ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων*, origo vitii magis patefiet; et numquam ita scripsisse poenitebit cf. Aesch. [illegible] § 43, f. l. § 33. Tum *ἐν Ολυμπίᾳ* duas ob causas [illegible] interpolatori. Quis enim non sentit *ἐν Ὀλυμπίᾳ* add[illegible] verbo *διειλεγμένος*? Mirum quoque ni scripsis[illegible] *Ὀ[illegible]πίασι*, de quibus formis cf. Cobet. Mnem. IV [illegible] VI. p. 1. pag. 44. et Dem. Mid. § 145. [illegible] dit, sibi in mentem revocavit § 82.

Neque magis adsentior iis qui ar[illegible] pro *ἤδη* legendum esse *ὄνειδος*. Descri[illegible] *ἀρει-*

λήφατε παρὰ τοῦ δήμου τὸ πρᾶγμα τὸ γεγενημένον ἤδη, τιμωρίας δ' ἕνεκα — — Δ. εἰσάγεται πρῶτος. Offensioni est ἤδη, nam dicendum erat τὸ ἤδη γεγενημένον cf. Aesch. f. l. § 89. Demosth. Aristocrat. § 58, § 79, § 85; ὄνειδος, ut dixi, verum non est, nam non potest omitti, cui aliqua res dedecori est, v. c. τῇ πόλει vel τῇ πατρίδι cf. Aesch. Tim. § 118, Dem. Mid. § 132. Deinde τὸ πρᾶγμα τὸ γεγενημένον hic minus recte coniunguntur, quoniam τὸ πρᾶγμα per se *factum* significat et *nude* opponitur τῇ τιμωρίᾳ cf. Dem. Aristocrat. § 30 et § 63; quod optime elucet ex loco corrupto Demosth. Mid. § 46. οὐ γὰρ ὅστις ὁ πάσχων ᾤετο δεῖν σκοπεῖν, ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα [ὁποῖόν τι τὸ γιγνόμενον]. Vides, quae sint spuria; exemplis omnes orationes *scatent*.

In *omnibus* codicibus exstat εἶδος pro ἤδη, sed qualis debet esse sententia, qua hic nobis opus est? Ni fallor, haec propemodum dicit: Rem a populo suscepistis, non ut denuo *de facto* investigaretis, nam hac in re populo iam satis constat, Areopago iudicante, sed vobis tantum facinus commissum tradidit puniendum, aut, ut ipsius Dinarchi verbis utar or. II. § 20, (τούτου καταχειροτονήσας) ὁ δῆμος παρέδωκεν ὑμῖν τιμωρήσασθαι. Praeter τιμωρίαν, quae pro rei magnitudine aestimanda erat, nihil iudicibus conmissum fuit. Aliquando putabam pro εἶδος legendum esse εἰδότος, quia semper urgent oratores, iudices ipsos scire reum esse noxium cf. v. c. § 47, 48, II. 7, 19, III. § 3. Nunc tamen vere mihi eruere videor Παρειλήφατε τὸ πρᾶγμα παρὰ τοῦ δήμου τὸ γεγενημένον εἰδότος.

In § 106. ἣ πᾶσιν ἀνθρώποις παράδειγμα ἐξοίσετε. Graecum non est παράδειγμα ἐκφέρειν. Notissima sunt δεῖγμα ἐκφέρειν (Mid. § 183, 227, Isocr. Demon. § 11), παράδειγμα nonnumquam, ut e. g. Isocr. Areop. § 6), sed δεῖγμα ποιεῖν, ut § 15, Dem. Mid. § 98, et ποιεῖσθαι, ut §. 60. Restituendum igitur cum Dobraeo in ποιήσετε tollenda est ἡ ἡσει (ἡ ψῆφος). In § 107. Οὐ καταον. Nemo fuit, qui καταπληκτέον extabo. Feliciter tamen importunum cibus est *e correctione*, et ostendit

νοι, εἰ παρακρούετε (sic cum Dobraeo) τούτους ἀεὶ λέγοντες ὡς »οὐκ ἔστιν ἔξω τῆς πατρίδος ὑμῖν ἐξελθεῖν, οὐκ ἔστιν ἄλλη καταφυγὴ χωρὶς τὴς ἡμετέρας εὐνοίας." Parum recte Dobraei sententia voc. δεινοί se habet, et certe rationi non consentaneum est. Non opus est, ut pluribus moneam cur hoc vituperandum sit, quum omnes teneamus, ad *duplicem* quaestionem etiam *commune* responsum referri debere. Hac in re igitur non minus laborat Dobraei emendatio εὔνοι reponentis. Saepius quidem recurrit ἡ τῆς εὐνοίας ἔνδειξις, et legimus apud Lys. in Eratost. § 49. ὁπόσοι δ' εὔνοί φασιν εἶναι, πῶς οὐκ ἐνταῦθα ἔδειξαν κτέ., sed hic non minus mentio fit de utilitate facultatis dicendi quam de populari animo erga civitatem.

Fuit quum in mentem veniret φήσετ' εἶναι ἰδεῖν, nunc tamen, si ita esset, requirerem et obiectum ad ἰδεῖν et ἐντεῦθεν; fuit etiam quum cogitarem de φήσετ' εἶναι εὔνοι καὶ δεινοί. Sed his omnibus repudiatis arridet δημοτικοί, coll. Dem. de Cor. § 122, quod quam facile corrumpi possit et mutari in δεινοὶ, omnibus notum est. Deinde pro ἡμετέρας non sine causa in codicibus est ὑμετέρας, quasi essent ipsius Demosthenis verba; hoc ita esse credo et hinc restituendum est οὐκ ἔστιν — ἡμῖν ἐξελθεῖν.

In § 103. plura vitia insunt. Cum Cobeto restituenda ἐλεινὸν et ἐπιλησομένους (Mnem. VI. p. 1. pag. 1). Neque satis recte Bekkerus neque Maetznerus sequentia edunt καὶ σὺ πάντων (Bekkerus συμπάντων) τῶν Ἑλλήνων ἐναντίον διειλεγμένος Νικάνορι καὶ κεχρηματικὼς ἐν Ὀλυμπίᾳ. Melius haud dubie Maetznerus ex codice N, sed si recordatus fueris Graecum esse ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων, origo vitii magis patefiet; et numquam ita scripsisse poenitebit cf. Aesch. Ctes. § 43, f. l. § 33. Tum ἐν Ὀλυμπίᾳ duas ob causas tribuo interpolatori. Quis enim non sentit ἐν Ὀλυμπίᾳ addenda fuisse verbo διειλεγμένος? Mirum quoque ni scripsisset orator Ὀλυμπίασι, de quibus formis cf. Cobet. Mnem. IV. p. 4. pag. 279 et VI. p. 1. pag. 44. et Dem. Mid. § 145. Qui haec verba addidit, sibi in mentem revocavit § 82.

Neque magis adsentior iis qui arbitrati sunt, in § 105. pro ἤδη legendum esse ὄνειδος. Describamus primum locum Παρει-

λήφατε παρὰ τοῦ δήμου τὸ πρᾶγμα τὸ γεγενημένον ἤδη, τιμωρίας δ' ἕνεκα — — Δ. εἰσάγεται πρῶτος. Offensioni est ἤδη, nam dicendum erat τὸ ἤδη γεγενημένον cf. Aesch. f. l. § 89. Demosth. Aristocrat. § 58, § 79, § 85; ὄνειδος, ut dixi, verum non est, nam non potest omitti, cui aliqua res dedecori est, v. c. τῇ πόλει vel τῇ πατρίδι cf. Aesch. Tim. § 118, Dem. Mid. § 132. Deinde τὸ πρᾶγμα τὸ γεγενημένον hic minus recte coniunguntur, quoniam τὸ πρᾶγμα per se *factum* significat et *nude* opponitur τῇ τιμωρίᾳ cf. Dem. Aristocrat. § 30 et § 63; quod optime elucet ex loco corrupto Demosth. Mid. § 46. οὐ γὰρ ὅστις ὁ πάσχων ᾤετο δεῖν σκοπεῖν, ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα [ὁποῖόν τι τὸ γιγνόμενον]. Vides, quae sint spuria; exemplis omnes orationes *scatent*.

In *omnibus* codicibus exstat εἶδος pro ἤδη, sed qualis debet esse sententia, qua hic nobis opus est? Ni fallor, haec propemodum dicit: Rem a populo suscepistis, non ut denuo *de facto* investigaretis, nam hac in re populo iam satis constat, Areopago iudicante, sed vobis tantum facinus commissum tradidit puniendum, aut, ut ipsius Dinarchi verbis utar or. II. § 20, (τούτου καταχειροτονήσας) ὁ δῆμος παρέδωκεν ὑμῖν τιμωρήσασθαι. Praeter τιμωρίαν, quae pro rei magnitudine aestimanda erat, nihil iudicibus commissum fuit. Aliquando putabam pro εἶδος legendum esse εἰδότος, quia semper urgent oratores, iudices ipsos scire reum esse noxium cf. v. c. § 47, 48, II. 7, 19, III. § 3. Nunc tamen vere mihi eruere videor Παρειλήφατε τὸ πρᾶγμα παρὰ τοῦ δήμου τὸ γεγενημένον εἰδότος.

In § 106. ἢ πᾶσιν ἀνθρώποις παράδειγμα ἐξοίσετε. Graecum non est παράδειγμα ἐκφέρειν. Notissima sunt δεῖγμα ἐκφέρειν (cf. Dem. Mid. § 185, 227, Isocr. Demon. § 11), παράδειγμα φέρειν (nonnumquam, ut e. g. Isocr. Areop. § 6), sed plerumque παράδειγμα ποιεῖν, ut § 15, Dem. Mid. § 98, et passive παράδειγμα γίγνεσθαι, ut §. 60. Restituendum igitur est ποιήσετε. In fine cum Dobraeo in ποιήσετε tollenda est ἡ ἀνωμαλία et legendum ποιήσει (ἡ ψῆφος). In § 107. Οὐ καταπληκτέον ἐστίν — οὐδὲ προετέον. Nemo fuit, qui καταπληκτέον explicaret, neque hoc ego tentabo. Feliciter tamen importunum illud καταπληκτέον in codicibus est *e correctione*, et ostendit

hic locus iterum, quam perversa sit librariorum emendandi lubido. Habemus igitur in eximendo vitio et corrigendo *male* correcta liberum arbitrium. Consentaneum est Dinarchum in fine orationis reverti ad initium, in quo propter criminis momentum studuerat iudices reddere attentos ad ea quae diceret, et adhortatus erat *μὴ προΐεσθαι τὰ κοινὰ τῆς πόλεως δίκαια, μηδὲ τὴν κοινὴν σωτηρίαν ἀντικαταλλάξασθαι τῶν τοῦ κρινομένου λόγων.* Hanc adhortationem ne minus curarent et quo magis exacerbarentur, tres potissimum causas affert, cur aequum sit Demosthenem condemnari, et pluribus enucleat quod summatim est in orat. Demosth. de fals. leg. § 343: *οὔτε γὰρ πρὸς δόξαν οὔτε πρὸς εὐσέβειαν οὔτε πρὸς ἀσφάλειαν οὔτε πρὸς ἄλλο οὐδὲν ὑμῖν συμφέρει τοῦτον ἀφεῖναι.* His causis demonstratis, antequam de suggestu descendit, incitat iterum iudices, ne reum elabi patiantur neve negligant salutem communem. Reponendum videtur *καταλλακτέον* aut *ἀνταλλακτέον*, aut si neutrum placet, *ἀντικαταλλακτέον* cf. et § 91, Dem. Phil. II. § 10. In eadem § in verbis *εἰς τὴν κεφαλὴν αὐτῷ τέτραφε*, restituas cum Cobeto Var. Lect. pag. 251. *τέτροφε*, tum *εἰς* [*τὴν*] *κεφαλὴν αὐτῷ* coll. Dem. de f. l. § 130, de Coron. § 290, Aristoph. Acharn. 833, Pax 1063, Nub. 40, et Platon. Euthyd. 283. C. et alibi, et legas *κλάοντος* pro *κλαίοντος*.

In § 109. *εἰς ταύτην ἀποβλέψαντας, ὦ Ἀ., φέρειν δεῖ τοὺς εὖ φρονοῦντας τὴν ψῆφον.* Quum adloquatur iudices et subaudiendum sit *ὑμᾶς* articulus ante *εὖ* abundat. Emendes deinceps *ἐλεινότερα* et *ἀξίωμα* pro *σῶμα*, ut voluit iam Marklandus.

Gravius peccatum est in § 112. *καὶ τοὺς ἐπὶ τῷ δήμῳ δῶρα λαμβάνοντας.* Semper Dinarchus dicit *δῶρα λαμβάνειν κατὰ τοῦ δήμου.* Quamobrem est cur cum Hirschigio suspectum habeas *ἐπὶ τῷ δήμῳ.* Equidem malim restituere *ἐπὶ τοῖς δημοσίοις* cf. Aesch. Ctes. § 58. Lysias or. 29. § 11, 25. § 19, 21, § 22, sed potest fortasse excusari Demosth. de f. l. §. 205.

Adnotandi finem faciam in § 112, quam Maetznerus sic edidit: *τιμωρήσασθε (τὸν Δημοσθένην) ὑμῶν αὐτῶν καὶ τῆς πόλεως ἀξίως, εἰ δὲ μή, μιᾷ ψήφῳ καὶ ἑνὶ ἀγῶνι — — εἰς ὑμᾶς*

αὐτοὺς καὶ τὸν δῆμον τὴν τούτων δωροδοκίαν τρέψετε, κἂν ὕστερον ἐγκαλῆτε τοῖς ἀφεῖσιν, ὅτε οὐδὲν ἔσται πλέον. Si haec *emendatio* dicenda est, nescio quid amplius haberi possit *corruptum*. Malesani aliquid his verbis contineri sentire mihi videor. Ut ostendam quam immerito Maetznerus καὶ in κἂν mutaverit, duos locos exscribam, ex quibus cognosci poterit, quo morbo locus, si sic scriptus esset, laboraret. Recte legitur apud Dem. de f. l. § 262. εἰ δὲ μὴ, σκοπεῖθ' ὅπως μὴ τηνικαῦτα — — δόξει τὰ νῦν εἰρημένα, ὅτε οὐδ' ὅ τι χρὴ ποιεῖν ἕξετε, et apud Caesarem B. G. V. c. 29. »Contra ea Titurius *sero facturos* clamitabat, *cum* maiores manus hostium convenissent." In oratione recta dixisset Titurius: *sero facietis*, *cum* maiores manus convenerint. Hoc ipsum est, quod voluit Dinarchus dicere; »*et sero* vosmet ipsos *accusabitis*, *cum* vobis nihil amplius supererit." Si Maetzneri ratio vera esset, necessario ὅτε esset delendum, et pro κἂν fortasse melius fuisset καὶ ὅτε. In aprico est, quid Maetznerum moverit; nempe putavit ὕστερον significare *postea* et sententiae absurditati auxilio venire decrevit.

Et sic (utinam cum bona alite) has animadversiones ultimis Dinarchi verbis concludo: ἐγὼ μὲν οὖν ὅσον εἰς τὸ μέρος τοὐμὸν ἥκει βεβοήθηκα. Tu quoque, Lector benevole, idem facias.

Lugduni Batavorum. H. A. Kleyn.

Livius IX. 16.

De Papirio Cursore scribit Livius IX. 16. »Victorem cursu omnium aetatis suae fuisse ferunt seu virium vi seu exercitatione multa, cibi vinique eundem *capacissimum* nec cum ullo asperiorem (quia ipse invicti ad laborem corporis esset) fuisse militiam pediti pariter equitique."

Pro *capacissimum* lege *parcissimum*.

Birmingham. C. Badham.

΄ΑΤΑΚΤΑ.

§ 1.

Hamakeri rectum iudicium nuper lubenter agnovi, quum pleraque egregie animadvertit corrigenda in Aeschinis Timarchea, et in Falsa Legatione. Quam nactus opportunitatem iterum legendarum illarum orationum unum alterumque deprehendere mihi videbar quod vel illius diligentiam effugisset, vel non satis operae pretium ei visum esset quod de industria persequeretur.

Statim in Timarch. § 19, ubi lex ἑταιρήσεως explicatur: ἄν τις Ἀθηναίων, φησὶν (ὁ νομοθέτης), ἑταιρήσῃ, μὴ ἐξέσω αὐτῷ τῶν ἐννέα ἀρχόντων γενέσθαι, ὅτι οἶμαι σεφαννηφόρος ἡ ἀρχή, μηδ' ἱερωσύνην ἱεράσασθαι, ὃς οὐδὲ καθαρῷ διαλέγεται τῷ σώματι —. In quibus quis est ὅς? Nam verbi διαλέγεται subiectum necessario est ὁ νομοθέτης. Recipiendum e var. lect. ὡς, ut tamquam in parenthesi hoc dicat Orator, »iam ipsam τοῦ παιδὸς personam alloquitur ut impuram."

Laudatur § 24. prudentia legislatoris, qui primum ἐπὶ τὸ βῆμα προτρέπει δημηγορεῖν maiores natu, quo ipso admonere censendus sit iuniores τιμᾶν τὸ γῆρας. Nisi fallor satis hoc erat: nec aegre carebimus iis quae his subnectuntur, εἰς ὃ (γῆρας) πάντες ἀφιξόμεθα ἐὰν ἄρα διαγιγνώμεθα. Tam insulsam et putidam observationem ab Oratore profectam esse, quis credat?

Pittalacus describitur § 54, ἄνθρωπος δημόσιος οἰκέτης τῆς πόλεως. Ne Harpocrationis quidem auctoritas, qui in v. δημόσιος, haec ipsa ex Aeschine excitat, mihi persuadet ut tria postrema verba Oratoris esse credam. Nihil primum indigebat δημόσιος ulla interpretatione: tum δοῦλος τῆς πόλεως, non οἰκέτης explicandus erat, et in errore versatur Grammaticus

Bekkeri I. p. 234, quum, post veram interpretationem, addit, ἐλλειπτικῶς δὲ λέγουσι τὸν δημόσιον, παρέντες τὸν οἰκέτην. Qui ab C. F. Hermanno commemorantur viri docti (ad Lehrb. Gr. Antiqu. I. § 114. 10.) non videntur reputasse οἰκέτου appellationem ab ea re alienissimam esse, quippe quae necessario includat ministerium in domo privata. Et Demosthenes ipse istiusmodi conditionis hominem per contemtum indicans, satis habuit dicere, Καλλίαν ἐκεῖνον τὸν δημόσιον καὶ τοιούτους ἀνθρώπους, Olynth. II. p. 23. 20. Ridicule etiam magis idem tribus versibus post in Aeschine iteratur.

Minutum sane est, nec tamen negligendum, § 93. scribendum esse περὶ Τιμάρχου τουτουΐ, pro τούτου, quam rationem et § 1. et alibi recte servarunt Editores. — Sed ipsum illud pronomen revocat mihi in memoriam Cobeti Praefationem Novarum Lectionum p. XIV, ubi demonstrat vitiose τοῦτον scriptum esse pro τοὔψον. Idem vitium habet unus de Codd. Regiis in Timarchea § 65. 2.

In Falsa Legatione § 5. ubi est, ὅτι τῷ βίῳ μᾶλλον τῷ τῶν κριναμένων πιστεύετε ἢ ταῖς περὶ τῶν ἐχθρῶν αἰτίαις, recte, nisi fallor, unus Cod. omisit τῷ ante τῶν. — Sed aliquanto confidentius contendo nullam excogitari posse causam, cur Orator Cersobleptis nomen, § 9, ornare voluerit, additis his ἄνδρα φίλον καὶ σύμμαχον τῆς πόλεως. Sicut infra § 44. et 81. tam nude ὁ Κερσοβλέπτης commemorandus erat, quam αἱ ἐν Φωκεῦσι πόλεις.

Quid in Senatu gestum esset, quum legati a Philippo reduces τὴν πρεσβείαν πρὸς τὴν βουλὴν renunciassent, exhibetur §. 45. sq. Sequitur § 47: ἐπειδὴ τοίνυν ἀπηγγέλλομεν τὴν πρεσβείαν ἐν τῷ δήμῳ, εἶπε παρελθὼν πρῶτος ἡμῶν — Κτησιφῶν κτέ. Res ipsa flagitat ut corrigatur ἐπεί.

Cleophon, notissimus demagogus, qui post Mindari cladem violenter pacis componendae consilia prohibuerat, perstringitur § 76: Κλεοφῶν — ὃν πολλοὶ δεδεμένον ἐν πέδαις ἐμνημόνευον, παρεγγραφεὶς αἰσχρῶς πολίτης καὶ διεφθαρκὼς νομῇ χρημάτων τὸν δῆμον —. Reliqua omnia recte de Cleophonte traduntur; sed quo modo viri docti (sicut Meier. Bon. Damn. p. 218. fin. et Boeckh. Oecon. Civ. I. p. 309. not. f.) probare potuerint illam νομὴν χρημάτων, quae h. l. Cleophonti tribui-

tur, non intelligo. Primum ea orationis forma est, ut necessario cogitandum sit istius *νομῆς* auctorem fuisse Cleophontem. Sed constat omnis largitionis, qua multitudo conciliaretur, Periclem exstitisse auctorem, ab eoque ortam esse et *μισθοφορίας*, et *θεωρικῶν* institutum; tum hoc uno verbo *διαφθείρειν τὸν δῆμον* dici, sicut apud Platonem Gorg. p. 515. E. Si Orator hoc voluisset, Cleophontem ista largitione abusum esse, et crebrius quam fieri solitum esset gratificatum esse populo, dixisset non *νομῇ*, sed *νομαῖς*. Quid praeterea est *νομὴ χρημάτων*? Cuius pecuniae? Si, quae in aerario esset intelligeretur, dicendum fuerat *δημοσίων χρημ.*, aut quocumque alio modo indicandum erat unde illa pecunia oriretur, quemadmodum apud Plutarchum Vit. X. Orat. p. 843. D. Lycurgus traditur *διανεῖμαι* eam pecuniam, quae e publicatis Diphili bonis redierat; si tamen ita res gesta est. Ceterum nusquam in eo largitionis instituto apud Atticos ipsos vel *νομαὶ* vel *διανομαί* appellantur. Frumenti distributiones exstitisse concedo (vid. Boeckh. Oecon. Civ. I. p. 125): sed nihil ista largitio ad aerarium pertinebat, et si ex aerarii copiis nonnumquam frumentum coemtum fuerit, (sicut nonnulli conficiunt e Demosth. Leptin. p. 467) ea ipsa res indicio foret pecuniam distribui non solitam fuisse. Recte igitur Theopompus tradidit (apud Athenaeum IV. p. 166. E) populum Atheniensem non *νομαῖς χρημάτων* pastum esse, sed *τὰς προσόδους καταμισθοφοροῦντα διατετελεκέναι*· et Demades (sicut traditur apud Plutarch. Quaest. Platon. X. 4) non *διανομὰς*, quo vocabulo ad interpretandum utitur Plutarchus (sicut in reip. ger. praecept. 25), sed *τὰ θεωρικὰ κόλλαν ὠνόμαζε τῆς δημοκρατίας*. Igitur quum in eo genere nihil fieret neque fieri necesse esset praeter *μισθοὺς* et *θεωρικά*, non attinebat vel diversum quid, vel eadem illa significare nova appellatione *νομῆς χρημάτων*.

De Cersoblepte narratur § 83, eum per legatum Athenas missum operam dedisse ut in pacis et societatis conventionem, quae tum cum Philippo fiebat, reciperetur, eique consilio tum Demosthenem in concione restitisse: quorum omnium testimoniis recitatis sic pergit Orator § 85: *ὁ μὲν τοίνυν ἐπιδακρύσας ἀρτίως ἐνταυθοῖ Δημοσθένης μνησθεὶς Κερσοβλέπτου φαίνεται τῆς συμμαχίας ἐκκλείων αὐτόν*. In quibus nec per se recte iun-

guntur *ἀρτίως ἐνταυθοῖ*, et *ἐνταυθοῖ* revocandum post *Κερσοβλέπτου*· dicitur enim hoc ab Aeschine, Demosthenem quum modo ante in ipsa actione (F. L. p. 398) ad lacrymas usque commoveretur ob Cersobleptem, istic, in illa concione, prodire ut qui excluderet eum e societate.

Remansit hoc quoque § 148. *ἐνεγράφης λειποταξίου*, quum necessario scribendum sit *ἐγράφης*· nihil istuc pertinet neque *ἐγγράφειν*, neque *ἐγγραφή*.

§ 2.

Dinarchus, ubi Aristogitonis intolerabiles mores describit (Contr. Aristogit. § 8. sq.) primum narrat quam scelerate patrem exsulem e iudicio publico filius neglexisset: tum addit § 9, sed hoc quoque audistis, *αὐτὸν τοῦτον, ὅτ' εἰς τὸ δεσμωτήριον τὸ πρῶτον ἀπήχθη (πολλάκις γὰρ ἴσε τοῦτο δήπου γεγενημένον) τοιαῦτα τολμήσαντα ποιεῖν αὐτοὺς, ὥς' ἐκείνους ἀποψηφίσασθαι μήτε πῦρ ἐναύειν τούτῳ μήτε συσσιτεῖν μηδένα μήτε θυσιῶν τῶν γιγνομένων κοινωνεῖν.* Nihil est cur *αὐτούς* retineamus, siquidem illi ipsi, qui intelliguntur, statim *ἐκεῖνοι* (ut in sequentibus quoque) appellantur: mutandum est, opinor, in *ἐνταῦθα*, quali adverbio sententia, ut videtur, indiget.

Quod § 10. dicitur, Aristogiton *ἀπεδοκιμάσθη — ἄρχειν τὴν αὐτὴν ἀρχήν*, necessario corrigendum *ταύτην τὴν ἀρχήν*, non, ut Bekkerus suspicabatur, *τοιαύτην*. — Tum § 16. *καθ' ἑκάστην δημοσίᾳ ἀρὰς ποιούμενοι*, aegre careo *ἐκκλησίαν* post *ἑκάστην*. Et § 17. *τίς ἔσαι τὸν ἴδιον τρόπον*, recipiendum erat Reiskii *ἐσι*.

In Oratione Contr. Demosth. § 10, ubi editur, oportere Areopagum *τὴν προτέραν ζήτησιν — ζητεῖν καθάπερ συνέταξεν ὁ δῆμος*, vitiosum est *συνέταξεν*, et sollemne est *προσέταξεν*, quo infra utitur, in eodem argumento, § 50.

Timothei laudes Demostheni opponens et alia de eo praedicat, et haec § 17: *ἐτελεύτησεν οὐ τηλικαύτας τὸν δῆμον αἰτήσας δωρεὰς ὥσε τῶν νόμων εἶναι κρείττων, οὐδ' οἰόμενος δεῖν τοὺς ὁμωμοκότας — ἄλλο τι προὐργιαίτερον ποιεῖσθαι τῆς εὐσεβείας, ἀλλ' ὑπομένων καὶ κρίνεσθαι, εἰ δόξειε τοῖς δικασταῖς.* In postremis non sine causa offendit Reiskius, quem puto sensisse non penes iudices fuisse utrum quis causam dicturus

esset (*κρίνεσθαι*), sed penes eum, qui causam deferret. Excidit praepositio, qua assumta, distinguendum est, *κρίνεσθαι, εἰ δόξειεν, ἐν τοῖς δικασταῖς*, i. e. *ἐν δικαστηρίῳ*. Dicitur enim *κρίσιν ὑπομένειν*, non *ζημίαν*.

In Oratione Contra Philoclem § 4, hoc dicitur, communem esse legem civitatis, *ἐάν τις ἐναντίον τῶν πολιτῶν ὁμολογήσας τι παραβῇ, τοῦτον ἔνοχον εἶναι τῷ ἀδικεῖν· ὁ δὲ* (nempe Philocles) *πάντας Ἀθηναίους ἐξηπατηκὼς* veniet ad se defendendum? Offendo in eo, quod inter *τοὺς πολίτας*, et *πάντας Ἀθηναίους* non satis magnum intervallum est. Itaque aliquid excidisse suspicor ut legendum sit *ἐναντίον ἑνὸς τῶν πολ.*

Aliquanto inferius, § 7, indignabundus quaerit Orator, non interficietis Philoclem, *ἀλλ' ὑπομενεῖτε ἀκούειν τοῦ τοσαῦτα διαπεπραγμένου καθ' ὑμῶν, ὡς ὅτι τὸ συνέδριον τὸ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ψευδεῖς πεποίηται τὰς ἀποφάσεις*? Nihili est h. l. *ὡς ὅτι*, et in ea turbata lectione sensus perit. Legendum est, *φάσκοντος ὅτι* —.

Non tales homines, inquit § 13, qualis est hic Philocles merito vestram misericordiam consequerentur, *ἀλλ' οἱ προδοθέντες ἂν ὑπὸ Φιλοκλέους, εἴ τιν' οὗτος παρέλαβε καιρὸν χρημάτων πολλῶν. ἐν οἷς καὶ ἡ ἀκτὴ καὶ οἱ λιμένες εἰσὶ καὶ τὰ νεώρια, ἃ οἱ πρόγονοι ὑμῖν κατασκευάσαντες κατέλιπον.* Non apparet quorsum relativum referendum sit, quum dicitur *ἐν οἷς*. Suspicor nonnulla excidisse, quoniam ne per se quidem *καιρὸς χρημάτων* recte dicitur, et hunc in modum, quae exciderunt, restituenda esse, *χρημάτων πολλῶν τὰ ὑμέτερα ἀποδόσθαι, ἐν οἷς*.

In his quoque imperfecta est syntaxis, quum dicitur § 15, *καὶ ὁ μὲν δῆμος ἅπας οὔτ' ἀσφαλὲς οὔτε δίκαιον νομίζων εἶναι παρακαταθέσθαι τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας ἀπεχειροτόνησεν αὐτὸν ἀπὸ τῆς τῶν ἐφήβων ἐπιμελείας, ὑμεῖς δὲ — φείσεσθε τοῦ τοιαῦτα διαπεπραγμένου* —. Scilicet perperam omittitur Dativus quem requirit verbum *παρακαταθέσθαι*. tum, quoniam quae praecedunt merito in interrogandi formam conversa sunt aptissima Cobeti correctione (ad Hyperid. Epitaph. p. 39.) ut pro *καὶ οὐκ*, legatur *ἆρ' οὐκ αὐτόπται ἐσέ*· quibus nunc subiiciatur, *καὶ ᾧ μὲν ὁ δῆμος ἅπας* —, *ὑμεῖς δὴ οἱ τῆς δημοκρατίας καὶ τῶν νόμων φύλακες, οἷς* (non *οὓς*) *ἡ τύχη καὶ ὁ κλῆρος ὑπὲρ τοῦ δήμου*

δικάσαι (non δικάσοντας) ἐπέτρεψε, φείσεσθε —;

Porro in Philocle hoc reprehenditur § 18, quod a quibus antea dissidere se professus esset, cum horum se partibus iungeret: οἷς πρότερον ἔφη διαφέρεσθαι, πρὸς τούτους ἔταξεν αὐτόν· in quibus constans ratio, ni fallor, requirit πρὸς τούτων.

Non difficile est aestimare quantum hic κρίθινος, aut secundum Dionysium ἄγροικος, inferior sit vero Demosthene, quum in aliis, tum in delectu verborum. Verbi causa in his § 20: μηδεμίαν οὖν δέησιν, ὦ Ἀθηναῖοι, μηδ' ἔλεον εἰς ὑμᾶς λαμβάνοντες αὐτοὺς, μηδὲ τὴν ἐξ αὐτῶν ἔργων καὶ τῆς ἀληθείας ἀποδεδειγμένην ὑμῖν κατὰ τῶν κρινομένων ἀδικίαν ἄκυρον ποιήσαντες, βοηθήσατε κοινῇ τῇ πατρίδι καὶ τοῖς νόμοις. Certe δέησιν λαμβάνειν εἰς αὐτὸν, novum est: et aliquanto melius est, quod Dinarchus posuit Contr. Demosth. § 3. τὰς τούτων δωροδοκίας ἀναδέχεσθαι εἰς ὑμᾶς αὐτούς. Concedamus tamen probari posse quodam modo illam loquendi formam, ut sit pro *preces audire*: minus tamen probabitur ἔλεον λαμβ. εἰς αὐτόν, quod hoc uno tantum modo et explicari et excusari poterit, si, quod in Rhetorum praeceptis valebat, non in sermone, ἔλεος erit oratio ad misericordiam excitandam composita. Sed ne reliqua quidem, quoniam hoc genus nunc attigimus, sine animadversione dimittamus. Ἡ κατὰ τῶν κρινομένων ἀδικία corrigi sane potest abiecta praepos. κατὰ, quoniam certe intelligitur delictum eorum qui causam dicunt. Ipsum tamen scelus ἀδικίαν appellari, insolitum est: utcumque sit, demonstratum scelus equidem malim ἐξελεγχθεῖσαν, quam ἀποδεδειγμένην ἀδικίαν appellare. Prorsus autem abutitur verbo ἄκυρος Orator, quum dicit, illam demonstratam ἀδικίαν ἄκυρον ποιεῖν, quoniam dici hoc non potest nisi in ea re quae per se vim et auctoritatem habeat, ut legem, aut rem iudicatam ἄκυρον ποιεῖν licet. Paulo melius ista locutione utitur Contr. Demosth. § 86. Postremo, quemadmodum recte supra § 16. iudices appellaverat τῆς δημοκρατίας καὶ τῶν νόμων φύλακας, sic praeter Demosthenis certe consuetudinem h. l. βοηθεῖν τῇ πατρίδι καὶ τοῖς νόμοις dicit, pro τῇ πολιτείᾳ. Omnino πατρίδος verbum raro usurpat Demosthenes, sed habet v. c. Lycurgus. Leocrat. § 2. et habent alii; sed in alio argumento quam quo apud Dinarchum ponitur. Sed quid non exspectandum

ab eo, qui ridiculam prorsus amplificationem sequitur. Subiicit enim Orator haec, § 21: *ὑπὲρ πάσης τῆς χώρας νῦν μέλλετε ψῆφον φέρειν, καὶ τῶν ἐν ταύτῃ κατεσκευασμένων ἱερῶν καὶ τῶν ἀρχαίων νομίμων καὶ τῆς παραδεδομένης ὑπὸ τῶν προγόνων ὑμῶν πολιτείας.* Aliquanto melius talia pronunciat vel Lycurgus l. c. *Κατασκευάσαι* in templis aedificandis ornandisque usurpavit Demosthenes quoque Olynth. III. pag. 35. 16, sed diligentius dixit *οἰκοδομήματα κατασκ. ἱερῶν.* Rursus *ἀρχαῖα νόμιμα* praeter consuetudinem appellat, quippe *vetusta* non appellari solent nisi quae *recentioribus* opponantur: ceterum *πάτρια νόμιμα* dicuntur, sicut, suo consilio convenienter, Plato utrumque coniungit, Legg. VII. p. 793. B. *πάτρια καὶ παντάπασιν ἀρχαῖα νόμιμα*, originis quasi sanctitatem spectans: Dinarchum contra nihil praeter *τοὺς κειμένους νόμους* curare oportebat.

Desinam in eo, quum dicitur *μὴ ἐγκαταλιπεῖν ὑπὲρ ὧν οἱ πρόγονοι πολλοὺς ὑπέμειναν κινδύνους.* Nam ut *ἐγκαταλιπεῖν* dicatur pro *deserere* non sane inauditum est, sed in ea re, quae in aliquo loco ita relinquitur. Igitur inproprie et contra naturam sermonis in Oratione ad Philippi Epistolam (quae non est Demosthenis) p. 58. 10. *ἐγκαταλιπεῖν τὰ τῶν προγόνων ἔργα·* iterumque labitur Dinarchus Contr. Demosth. § 97. ubi est *τὰς ὑπὲρ τοῦ δήμου πράξεις ἐγκαταλιπεῖν.*

Sed hoc disputandi genus, in quod casu incidi, aliis persequendum relinquo, qui facile confirmare poterunt Dionysii Halic. de Dinarcho iudicium. Is ubi aetatem describit Oratoris (V. p. 649. R.) in enumeratione Archontum ubi ad Pythodemum ventum est, quo Arch. Dinarchus vigesimum quintum annum agebat, haec addit: *ἐπὶ τούτου πρῶτον αὐτὸν εἰς δικαστήρια τοὺς συγγραφεῖς ὑπεθέμεθα·* quae necessario hoc modo corrigenda et supplenda sunt, *εἰς δικ. λόγους συγγράφειν ἄρξασθαι ὑπεθέμεθα.* Ita in Epist. ad Ammaeum (VI. p. 724.) de Demosthene, *δημοσίους τε λόγους ἤρξατο γράφειν ἐπὶ Καλλισράτου ἄρχοντος, εἰκοσὸν καὶ πέμπτον ἔχων ἔτος.* Quum ibi statim subiicitur Androtioneam primum fuisse *τῶν ἐν δικαστηρίῳ κατασκευασθέντων ἀγώνων*, corrigendum est *εἰς δικαστήριον.* Et sic loquitur Plato Euthyd. p. 272. A, de admirabili virtute duorum Sophistarum, Euthydemi et Dionysodori, *τὴν ἐν τοῖς*

δικαστηρίοις μάχην κρατίσω καὶ ἀγωνίσασθαι καὶ ἄλλον διδάξαι λέγειν τε καὶ συγγράφεσθαι λόγους οἵους εἰς δικαστήρια· sed corrigendum, συγγράφειν.

In pereleganti Isaei fragmento ὑπὲρ Εὐμάθους, quod Dionysius Halic. servavit, De Isaeo V. p. 593, narrat orator, se quum singularem fidem atque integritatem expertus esset Eumathis, apud quem pecuniam, in bellum profectus, deposuerat, reducem magis etiam eo usum esse, additque, καὶ κατασκευαζομένῳ τὴν τράπεζαν προσεισεμπόρησα ἀργυρίου. Monstri simile est illud verbum compositum, ipsumque nudum εἰσπορεῖν ridicule poneretur in eo, quod nunc exspectabatur, nempe quo modo istum adiuvisset in constituenda argentaria. Nihili est, quod ex Cod. Urb. commendatur, προεισευπ. Cognitum est προεισφέρειν, aliaque huius generis: sed εἰσπορεῖν respuit praepositionem εἰς. Necessario corrigendum est προὐπόρισα ἀργύριον· si quidem hoc voluisse eum satis perspicuum est, qui argentariam constitueret indiguisse pecunia quam petentibus posset δανεῖσαι· credibileque est, sicut hodie fit, istam tamquam ἐργασίας ἀφορμὴν per amicos conferri solitam fuisse.

§ 3.

Veniamus ad unum alterumque locum ex Orationibus Tullianis. Pro Sex. Rosc. Amer. in exordio explicat Cicero, quae res se impulerit, ut praeter ceteros, summos oratores, ipse causam reciperet: *quia*, (inquit § 2) *si quis istorum dixisset* —, *si verbum de re publica fecisset*, — *multo plura dixisse, quam dixisset, putaretur:* (3) *ego etiam si omnia* — *libere dixero, nequaquam tamen similiter oratio mea exire atque in vulgus emanare poterit: deinde, quod ceterorum neque dictum obscurum potest esse propter nobilitatem et amplitudinem, neque temere dicto concedi propter aetatem et prudentiam: ego si quid liberius dixero, vel occultum esse, propterea quod nondum ad rem publicam accessi, vel ignosci adolescentiae poterit.* Postremis his, ut necessario coniunctio *deinde* indicat, novam rationem contineri oportebat, diversam ab iis, quae statim praecedunt. Re tamen diligenter considerata, apparet his postremis non nisi explicationem afferri eorum quae modo non

satis aperte dicta erant, *suam orationem non similiter exire posse.* Quo animadverso, abiiciendum est istud *deinde*, quaeque sequuntur continuanda cum superioribus.

Quum astute proposuisset quid Chrysogonus ab iudicibus postularet, ita pergit: § 7. *Si vobis aequa et honesta postulatio videtur, — ego contra brevem postulationem affero.* —. Et perspicuitas, et Ciceronis consuetudo requirit in prioribus pronomen, *quae si vobis* —.

Melius complura ordinanda sunt quae eduntur § 28. *Nam postquam isti intellexerunt summa diligentia vitam Sex. Roscii custodiri neque sibi ullam caedis faciendae potestatem dari, consilium ceperunt plenum sceleris et audaciae, ut nomen huius de parricidio deferrent, ut ad eam rem aliquem accusatorem veterem compararent, qui de ea re posset dicere aliquid in qua re nulla subesset suspicio, denique ut, quoniam crimine non poterant, tempore ipso pugnarent. Ita loqui homines: quod iudicia tam diu facta non essent, condemnari eum oportere, qui primus in iudicium adductus esset* —. Recte in his dicitur *consilium ceperunt ut de parricidio deferrent*: sed quod subiicitur non amplius consilii est, sed id, quo consilium istud perficerent: idemque dicendum de proximis, *ut tempore pugnarent*, quae mera est consideratio. Corrigendum, *et ad eam rem aliqu. accus. vet. compararunt, denique, quoniam — tempore ipso pugnarunt.* Confirmatur hoc partim ex Cod. Ox.

Etiamsi concedatur *complexus* passive dici posse, tamen alia de causa hoc ferendum non est § 37. *Occidisse patrem Sex. Roscius arguitur. Scelestum, dii immortales! ac nefarium facinus, atque eiusmodi, quo uno maleficio scelera omnia complexa esse videantur.* In hac lectione hoc primum vitiosum est, quod, propter relativum *quo*, *maleficium* substitui videtur *facinori:* atqui *maleficium* generalis appellatio est cuiuscumque male facti; *facinus* continuo complectitur graviorem eius formam ac speciem: in omni facinore cogitari potest maleficium, non contra. Ideo legendum, — *quod uno maleficio scelera omnia complexum esse videatur.* Patris occidendi, inquit, una actio est, unum maleficium, sed eiusmodi hoc facinus est ut omnia scelera complectatur.

Ubi Roscius ab aeris alieni suspicione defenditur § 39, di-

citur, *nihil autem umquam debuit.* Quod aliis locis aliquoties, idem hic excidit: et tum demum sana erit sententia, si edetur *nihil autem umquam cuiquam debuit.*

Ut aliquando alio transeam, hoc tamen in hac Rosciana notandum est, § 136. mire servari, *quis enim erat qui non videret humilitatem cum dignitate de amplitudine contendere?* tamquam *amplitudo* praemium esset de quo certaretur! Lege *et amplitudine.* Video nunc hoc a Weiskio occupatum esse. Qui vulgatum defendunt, non sentiunt recte quidem dici *honoris contentionem* (ut Muren. § 8), quoniam honore consulatus indicatur: sed alio modo ibid. § 11 et 14. appellari *dignitatis contentionem.* Conf. Planc. § 6.

Orationem pro Fonteio strictim attingamus, tantum ut duobus locis inutile emblema tollendum esse indicemus. Itaque § 41: — *praesertim quum tot res sint, quae vestris animis pro huius innocentis salute supplicent, primum generis antiquitas, quam* [*Tusculo*] *ex clarissimo municipio profectam — videmus.* — Tum § 46: *quod si tantas auxiliorum nostrorum copias Induciomarus ipse despexerit,* [*dux Allobrogum ceterorumque Gallorum*]*; num etiam de matris hunc complexu — abstrahet?* Sed in his praeterea *ipse*, quod explicari nullo modo potest, ortum, ut puto ex vitioso initio sequentis vocab. scribendi, abiiciendum est.

In Cluentiana, quum explicuisset quod Cluentio cum matre initium fuisset simultatis, antequam reliqua persequatur sic loquitur Orator § 17: *facile intelligo, non modo reticere homines parentum iniurias, sed etiam animo aequo ferre oportere. Sed ego ea, quae ferri possunt, ferenda, quae taceri, tacenda esse arbitror.* Quum in iis quae statim subiiciuntur turpissima istius matris maleficia aperiantur, apparet, credo, ea quae postrema descripsimus vitiosam continere sententiam. Ipsa sane Coni. *sed*, quae adversativa est, admonet legendum esse, *quae ferri non possunt ferenda, — quae taceri, tacenda esse non arbitror.*

Videamus nonnulla in Oratione pro Caecina. Statim § 4. Videntur accusatores, inquit, astute et callide fecisse. *Nam, si negassent vim hominibus armatis esse factam, facile hones-*

tissimis testibus in re perspicua tenerentur: sin confessi essent, et id, quod nullo tempore iure fieri potest, tamen ab se iure factum esse defenderent. sperarunt, id quod assecuti sunt cet. — Quoniam bis iam in superioribus dixit Orator Aebutium non dubitasse confiteri de hominibus armatis, corrigendum erit *sin confessi sunt*, et *defendunt*, sicut ipsum illud *sperarunt* iam arguit.

Quoniam nemo dixerit *profiteor me defensorem hac in re*, sed potius *huius rei*, aut *causae*, necessario id, quod editur initio § 5. *qua in re* mutetur in *quare*.

In § 6. et syntaxi vis illata est, et prava distinctione argumentatio obscurata. Editur sic: *quamquam ego mihi sic persuadeo, recuperatores, non vos tam propter iuris obscuram dubiamque rationem bis iam de eadem causa dubitasse, quam quod videtur ad summam illius existimationem hoc iudicium pertinere, moram ad condemnandum anquisisse, simul et illi spatium ad sese colligendum dedisse.* In his iam istud *videtur* corrigendum, ut sit *videretur*, tum propter praecedens *dubitasse*, tum quod totum hoc in suspensa oratione dicitur. Sed ita continuatur: *quod quoniam iam in consuetudinem venit, et id viri boni — in iudicando faciunt, reprehendendum fortasse minus, querendum vero magis etiam videtur, ideo quod omnia iudicia, aut distrahendarum controversiarum aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt; quorum alterum levius est, propterea quod et minus laedit, et persaepe disceptatore domestico diiudicatur, alterum est vehementissimum, quod et ad graviores res pertinet, et non honorariam operam amici, sed severitatem iudicis ac vim requirit.* (7) *Quod est gravius, et cuius rei causa maxime iudicia constituta sunt, id iam mala consuetudine dissolutum est.* In hac sententiae compositione, *querendum* videtur *quod omnia iudicia reperta sunt.* Sed hoc *querendum* esse significare voluit, quod talia tardissime iudicantur. Itaque legamus sic: — *querendum vero magis videtur, ideo, quod quum omnia iudicia — reperta sint, quorum alterum — requirit; — quod est gravius* cet.

(*Continuabitur*). I. Bake.

ANNOTATIONES

AD

PHILOSTRATUM.

I.

Ad vitam Apollonii Tyanensis.

Scribit Philostratus in vita Apollon. p. 5. Olear. Iuliam reginam (Septimii Severi uxorem) Damidis de vita Apollonii commentarios nactam dedisse sibi ut expoliret ornaretque: τῷ γὰρ Νινίῳ σαφῶς μὲν, οὐ μὴν δεξιῶς γε ἀπηγγέλλετο. Miror homines doctos tamdiu imperfectum inepte positum aequo animo ferre potuisse. Perspicuum est requiri ἀπήγγελτο.

Necessaria praepositio intercidit p. 12. οἱ θεοὶ ὃν μὲν ἂν ὑγιᾶ — εὕρωσι πέμπουσι δήπου σεφανώσαντες οὐ χρυσοῖς σεφάνοις ἀλλ' ἀγαθοῖς πᾶσιν. Sententia pariter et loquendi usus requirunt ἀποπέμπουσιν. Num tu putas in Aristophanis Pluto vs. 10:

μελαγχολῶντ' ἀπέπεμψέ μου τὸν δεσπότην,

salva sententia ἔπεμψε dici potuisse? Quod licet Poëtae Epico dicere:

Χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν,

id nemini in soluta oratione ius est imitari, ut neque Latine *misi* pro *dimisi* ponere licet, neque Graece ἰέναι et ἀπιέναι ullo modo possunt inter se permutari. Recurrit idem vitium p. 255. καὶ ὑμῖν δ' ἂν ἐν κέρδει γενοίμην εἴ με καὶ τὴν ὑμετέραν σοφίαν εἰδότα πέμποιτε, imo vero ἀποπέμποιτε. Sine mendo legitur p. 124. ἐκάλει ἐς τὰ βασίλεια ζηλωτὸν ἀποπέμ-

ψειν φάσκων ἐς Ἕλληνας (quae adumbrata sunt e loco Xenophontis Anab. I. 7. 4. τοῖς οἴκοι ζηλωτὸν ποιήσω ἀπελθεῖν), sed apparet iterum p. 93: πέμπετε οὖν αὐτὸν εἰδότα ὁπόσα ἴσε, iterum repone ἀποπέμπετε. Sigla praepositionis fefellit librarios oscitantes.

Alia praepositio oscitanter omissa est p. 14: ὁ δὲ ταυρηδὸν ὑποβλέψας αὐτόν, Μαίνῃ, ἔφη, ὦ κάθαρμα. Supple ταυρηδὸν ὑποβλέψας (ἐς) αὐτόν. Flosculum hunc ex Platonis Phaedone p. 117. B. Sophista decerpsit, ubi est: ταυρηδὸν ὑποβλέψας πρὸς τὸν ἄνθρωπον, τί λέγεις, ἔφη, κτἑ.

Mendose scribitur p. 15. κύβων ἥττητο καὶ οἴνου καὶ ἐφ' ἑταίραις ἐκώμαζεν, repone ἐφ' ἑταίρας, nisi forte putas κωμάζειν ἐπὶ τῇ ἐρωμένῃ Graece dici posse. Veteres in tali re multo melius πρός τινα dicebant: κωμάσδω ποτὶ τὰν Ἀμαρυλλίδα, et in Theophrasti Charact. XII. ὁ ἄκαιρος dicitur πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ἐρωμένην κωμάζειν πυρέττουσαν, sed sequiores quid olim inter πρός τινα et ἐπί τινα interesset prorsus nesciebant. Emendatius legitur apud Philostratum pag. 335: τὰ ξανθὰ καὶ διεκτενισμένα μειράκια τοὺς ἐρασὰς ἐξαψάμενα καὶ τὰς ἑταίρας, ἐφ' ἃς κωμάζει.

Euphrates cum Apollonio inimicitias exercebat (pag. 16.) ἐπειδὴ πάνθ' ὑπὲρ χρημάτων αὐτὸν πράττοντα ἐπέσκωπτεν οὗτος καὶ ἀπῆγε τοῦ χρηματίζειν. Alienum hoc est ab Apollonii gravitate et severitate et fastu. Quicumque meminerit quam saepe in libris ἐπισκώπτειν et ἐπικόπτειν fuerint confusa non dubitabit quin ἐπέκοπτεν emendari oporteat, vel potius emendatum dudum sit ab ipso Kaysero ad *vit. Sophist.* p. 158, ubi multa huius confusionis exempla attulit, quibus multa alia aliunde adiici possent. Unum vide apud Ruhnken. in Praef. ad Rutilium Lupum p. XI. Ad hunc locum Kayserus nescio quomodo bonam correctionem silentio praeteriit. Addo insigne exemplum e *vit. Apollon.* p. 208. ubi quum philosophus singulari gravitate sapientem Aegyptium increpuisset et his verbis orationem conclusisset: εἰ δ' ἐμπύρου σοφίας ἤσθα εὐξύνετος, εἶδες ἂν καὶ ἐν τῷ τοῦ ἡλίου κύκλῳ πολλὰ δηλούμενα ὁπότε ἀνίσχει. continuo haec sequuntur: τούτοις ἐπέσκωπτε τὸν Αἰγύπτιον ὡς ἀμαθῆ τῶν θείων. Quis credat summum philosophum et ἐμπύρου σοφίας εὐξύνετον in tanta re ludere et

iocari potuisse? Sine mora rescribe ἐπέκοπτε τὸν Αἰγύπτιον.

Leve mendum exime p. 23. ἐξελαύνει τῆς Ἀντιοχείας μετὰ δυοῖν θεραπόντοιν, οἵπερ αὐτῷ πατρικὼ ἦσην, ὁ μὲν ἐς τάχος γράφων, ὁ δ' ἐς κάλλος. Repone dualem ὥπερ. Multum sibi placebant Sophistae in dualium usu, et puri puti Attici sibi videbantur si τὼ πόλεε, τὼ ἄνδρε, τὼ θεράποντε et sim. dixissent. Praeter Atticos nemo iis formis utebatur, nisi quod τὼ χεῖρε, τὼ πόδε, τὼφθαλμώ multorum usu terebantur. Eiusdem farinae est p. 369. ὑπὸ δυοῖν δμωαῖν, et alia passim.

Interpolatus locus est p. 28: σκύμνους γὰρ ἀνατμηθεῖσα ὀκτὼ εἶχεν. [ὁ δὲ τῆς λεαίνης τόκος] αἱ λέαιναι μηνῶν μὲν κυΐσκουσιν ἕξ κτἑ. recte Valckenaerius in Schedis resecta annotatiuncula, quae ex ora libri irrepserat, reposuit: αἱ δὲ λέαιναι κτἑ.

Post pauca p. 29. ἴωμεν εὐξόμενοι τοῖς θεοῖς οἳ ταῦτα φαίνουσιν emenda εὐξάμενοι. Apollonius enim parat iter et iamiam se daturus est in viam. Ἴωμεν προσευξόμενοι illi dicunt qui in aliquod templum conferunt sese. Vespasianus p. 210. ubi Apollonium in templo esse audivit: ἴωμεν, inquit, προσευξόμενοι μὲν τοῖς θεοῖς, ξυνεσόμενοι δὲ ἀνδρὶ γενναίῳ.

Apollonio (pag. 29.) in somnis dicuntur visi, ἰχθῦς ἐκπεπτωκότες τῆς θαλάττης ἐν τῇ γῇ ἀσπαίροντες — καὶ ὀλοφυρόμενοι τὸ ἐκβεβηκέναι τοῦ ἤθους, imo vero τῶν ἠθῶν. *Nota sedes* appellatur τὰ ἤθη et ab reliquis omnibus Graecis et passim a Philostrato, ut post pauca: μὴ καὶ ἡμεῖς ὥσπερ ἰχθύες ἐκπεσόντες τῶν ἠθῶν ἀπολώμεθα. Quis inducere in animum potest τὸ ἦθος eodem sensu poni posse?

Scioli emblema tenemus pag. 29. Ἐρετριεῖς — οἱ ἐξ Εὐβοίας ποτὲ Δαρείῳ ἀναχθέντες ἔτη ταῦτα πεντακόσια λέγονται ἰχθύων πάθει περὶ τὴν ἅλωσιν χρήσασθαι. σαγηνευθῆναι γὰρ δὴ [καὶ ἁλῶναι] πάντας, Interpolatum est καὶ ἁλῶναι. Hoc enim dicit Sophista: οἱ Ἐρετριεῖς ἁλῶναι λέγονται ὥσπερ ἰχθύες. ἐσαγηνεύθησαν γάρ. Quis ferat in tali re ἐσαγηνεύθησαν γὰρ καὶ ἑάλωσαν? Praeterea si utrumque verbum coniungere voluisset Sophista more Graeco sic scripsisset: σαγηνευθέντας γὰρ δὴ ἁλῶναι πάντας.

Ut saepe alibi TI in H depravatum est p. 31. ὡς ἕκαστος ἐν

Εὐβοίᾳ ἔζη πορθμεύων ἢ πορφυρεύων ἢ θαλάττιον ἢ καὶ ἁλουργον πράττων, corrige ἢ θαλάττιόν τι καὶ ἁλουργόν.

Pervulgato errore scribitur p. 36. I. 28: ἤρετο αὐτὸν ὁ πρεσβύτατος ὅ τι μαθὼν καταφρονήσειε τοῦ βασιλέως, ubi ὅ τι παθών reponendum est, quod passim Graeculi in μαθών refingere solent. In τί παθών et ὅ τι παθών, ut ad Photii Lexicon paucis annotavimus, inest exprobratio quaedam *stultitiae* aut *confidentiae* aut *temeritatis* et omnino perversitatis cuiusdam ingenii ac mentis, ut in τί πάσχεις; et τί πέπονθας; quae ad eum dici solent quem quis videt stulte stolideque aut temere et inconsulto aliquid agentem. Quoniam scribis solemne est μ et π et in aliis quibusdam et in τί παθών inter se permiscere, factum est ut in libris crebro τί μαθών legatur, sed ea locutio ubique cum vitio ambulat, ut multis olim observatum demonstratumque est. Collegit omnia quae huc faciunt Hermannus in Praef. ad Nubes p. XLVI. sqq., cui plane assentior statuenti »*recte iudicare eos qui ut Brunckius, Elmsleius, Dobraeus, unice* τί παθών *probant.*" Codices in ea re perpetuo variant: hoc ipso Philostrati loco in Parisino π est μαθὼν, et ubique illa scripturae discrepantia recurrit. In vita Apollonii hos locos corrige: p. 207. ἐρομένου δ' αὐτὸν τοῦ ἱερέως τί μαθὼν οὐχ οὕτω θύοι, et post pauca τί μαθὼν οὕτω θύεις; Domitianus ex Apollonio quaerit p. 324. τί γὰρ μαθὼν οὐ τὴν αὐτὴν ἔχεις ἅπασι σολήν; sed τί γὰρ παθών dixerat illis ipsis verbis ineptias philosophi notans, qui praeter caeteros omnes cultu Pythagoreo uteretur. Eximendum est vitium idem ex pag. 255: τί μαθόντες ἄτοπα καὶ γελοῖα θεῶν εἴδη παραδεδώκατε τοῖς ἀνθρώποις; Repone τί παθόντες, in quo urbanissima inest stoliditatis et insipientiae exprobratio. Eodem animo Timasion p. 232. quum ad sua verba Apollonii sodales in summam admirationem raperentur miratus quid rei esset: ὦ λῷστοι, inquit, τί πεπόνθατε; τοσοῦτον γὰρ ἀπέχει τὰ εἰρημένα θαύματος ὅσον, οἶμαι, γέλωτος. Nempe repente insanire homini videbantur.

Saepe τί μαθών ridiculum est, ut in *vitis Sophistarum* p. 581. ubi interrogatus Sophista morosus τί μαθὼν παιδοτροφίᾳ οὐ χαίροι; respondet: ὅτι οὐδ' ἐμαυτῷ χαίρω, nam si quid aliud, hoc certe est πάθημα, non μάθημα.

De Poro Indorum rege et alia narrantur non admodum commode ficta et hoc pag. 73: τὸν ἐλέφαντα, ἐφ' οὗ μάχεσθαι ἔμελλε, κοσμήσαντος τοῦ ὀρεωκόμου καὶ εἰπόντος· »οὗτός σε, ὦ βασιλεῦ, οἴσει." »Ἐγὼ μὲν οὖν" ἔφη »τοῦτον, ἤν γε ἀνὴρ ἐμαυτῷ ὅμοιος γένωμαι." Lepidum est videre quemadmodum Interpretes locum ridicule corruptum interpretentur. Olearius: »Responsio nititur aequivocatione verbi φέρειν, quod et *portare* et *ducere* notat, sicut ὁδὸς φέρειν i. e. *ducere* dicitur." Kayserus: »Ambiguitas est in verbo, quod et *portare* et *celebrem reddere* significat." Nolo haec refutare, sed veram lectionem indicare malo, quae haec est: οὗτός σε, ὦ βασιλεῦ, σώσει. Quemadmodum equiti in bello ἐν τῷ ἵππῳ ἐστὶν ἡ σωτηρία, sic Poro ἐν τῷ ἐλέφαντι. Sed res est perspicua nec verbis indiget. Hoc solum utiliter addi potest revera Regem in illo proelio salutem elephanti suo debuisse. Plutarchus *de sollertia Animalium* pag. 970. C. Πώρου δὲ τοῦ βασιλέως ὁ ἐλέφας ἐν τῇ πρὸς Ἀλέξανδρον μάχῃ κατατετρωμένου πολλὰ τῶν ἀκοντισμάτων ἀτρέμα καὶ φειδόμενος ἐξήρει τῇ προβοσκίδι καὶ κακῶς ἤδη διακείμενος αὐτὸς οὐ πρότερον ἐνέδωκεν ἢ τοῦ βασιλέως ἐξαίμου γενομένου καὶ περιρρέοντος αἰσθόμενος καὶ φοβηθεὶς μὴ πέσῃ πρᾴως ὑφῆκε παρέχων ἐκεῖνον τὴν ἀπόκλισιν ἄλυπον. Verissime igitur ille dixerat: οὗτός σε, ὦ βασιλεῦ, σώσει. Sic igitur luce clarius est cur Porus respondeat: ἐγὼ μὲν οὖν τοῦτον, ἐὰν ἀνὴρ ἀγαθὸς γένωμαι.

Barbarum est II. 36. p. 89. καταδαρθέντες δὲ καθαρᾷ τῇ ψυχῇ δέχονται τὸν ὕπνον. Graecum est καταδαρθάνω, κατέδαρθον, καταδαρθεῖν, καταδαρθόντες. Emendate legitur paulo ante p. 87. δοκοῦσί τοι πάντες οἱ ἐκ μέθης καταδαρθεῖν.

Verum vidit Valckenaerius p. 92. χαίρω τῷ ξενίῳ. καὶ γάρ μοι δοκεῖς καὶ σοφίζεσθαι τὸν νόμον δι' ἐμέ, emendans in Schedis δοκεῖς κατασοφίζεσθαι.

Mendum est p. 105. in verbis (ὁ Ἥλιος τὰς ὥρας) ἐπιτροπεύει αὐτὸς, ἵν' ἐς καιρὸν τῇ γῇ ὦσιν ubi emendandum est τῇ γῇ ἴωσιν. Dicitur enim ἐς καιρὸν ἐλθεῖν, ἐς καιρὸν ἥκειν et sim. (non εἶναι), idque ipsum sententia postulat. Peperit vitium scriptura vetus ΓΗΙΩΣΙΝ omisso in ΓΗ ut saepissime alias I. Eadem causa plures apud Philostratum errores excitavit. Non est Graecum γήδια (p. 84.) sed γῆδια. Contra alibi

Εὐβοίᾳ ἔζη πορθμεύων ἢ πορφυρεύων ἢ θαλάττιον ἢ καὶ ἀλουργον πράττων, corrige ἢ θαλάττιόν τι καὶ ἀλουργόν.

Pervulgato errore scribitur p. 36. I. 28: ἤρετο αὐτὸν ὁ πρεσβύτατος ὅ τι μαθὼν καταφρονήσειε τοῦ βασιλέως, ubi ὅ τι παθών reponendum est, quod passim Graeculi in μαθών refingere solent. In τί παθών et ὅ τι παθών, ut ad Photii Lexicon paucis annotavimus, inest exprobratio quaedam *stultitiae* aut *confidentiae* aut *temeritatis* et omnino perversitatis cuiusdam ingenii ac mentis, ut in τί πάσχεις; et τί πέπονθας; quae ad eum dici solent quem quis videt stulte stolideque aut temere et inconsulto aliquid agentem. Quoniam scribis solemne est μ et π et in aliis quibusdam et in τί παθών inter se permiscere, factum est ut in libris crebro τί μαθών legatur, sed ea locutio ubique cum vitio ambulat, ut multis olim observatum demonstratumque est. Collegit omnia quae huc faciunt Hermannus in Praef. ad Nubes p. XLVI. sqq., cui plane assentior statuenti »*recte iudicare eos qui ut Brunckius, Elmsleius, Dobraeus, unice* τί παθών *probant.*" Codices in ea re perpetuo variant: hoc ipso Philostrati loco in Parisino π est μαθὼν, et ubique illa scripturae discrepantia recurrit. In vita Apollonii hos locos corrige: p. 207. ἐρομένου δ' αὐτὸν τοῦ ἱερέως τί μαθὼν οὐχ οὕτω θύοι, et post pauca τί μαθὼν οὕτω θύεις; Domitianus ex Apollonio quaerit p. 324. τί γὰρ μαθὼν οὐ τὴν αὐτὴν ἔχεις ἅπασι φολήν; sed τί γὰρ παθών dixerat illis ipsis verbis ineptias philosophi notans, qui praeter caeteros omnes cultu Pythagoreo uteretur. Eximendum est vitium idem ex pag. 255: τί μαθόντες ἄτοπα καὶ γελοῖα θεῶν εἴδη παραδεδώκατε τοῖς ἀνθρώποις; Repone τί παθόντες, in quo urbanissima inest stoliditatis et insipientiae exprobratio. Eodem animo Timasion p. 232. quum ad sua verba Apollonii sodales in summam admirationem raperentur miratus quid rei esset: ὦ λῷστοι, inquit, τί πεπόνθατε; τοσοῦτον γὰρ ἀπέχει τὰ εἰρημένα θαύματος ὅσον, οἶμαι, γέλωτος. Nempe repente insanire homini videbantur.

Saepe τί μαθών ridiculum est, ut in *vitis Sophistarum* p. 581. ubi interrogatus Sophista morosus τί μαθὼν παιδοτροφίᾳ οὐ χαίροι; respondet: ὅτι οὐδ' ἐμαυτῷ χαίρω, nam si quid aliud, hoc certe est πάθημα, non μάθημα.

De Poro Indorum rege et alia narrantur non admodum commode ficta et hoc pag. 73: *τὸν ἐλέφαντα, ἐφ' οὗ μάχεσθαι ἔμελλε, κοσμήσαντος τοῦ ὀρεωκόμου καὶ εἰπόντος· »οὗτός σε, ὦ βασιλεῦ, σώσει.« »Ἐγὼ μὲν οὖν« ἔφη »τοῦτον, ἢν γε ἀνὴρ ἐμαυτῷ ὅμοιος γένωμαι.«* Lepidum est videre quemadmodum Interpretes locum ridicule corruptum interpretentur. Olearius: »Responsio nititur aequivocatione verbi *φέρειν*, quod et *portare* et *ducere* notat, sicut *ὁδὸς φέρειν* i. e. *ducere* dicitur.« Kayserus: »Ambiguitas est in verbo, quod et *portare* et *celebrem reddere* significat.« Nolo haec refutare, sed veram lectionem indicare malo, quae haec est: *οὗτός σε, ὦ βασιλεῦ, σώσει.* Quemadmodum equiti in bello *ἐν τῷ ἵππῳ ἐστὶν ἡ σωτηρία*, sic Poro *ἐν τῷ ἐλέφαντι.* Sed res est perspicua nec verbis indiget. Hoc solum utiliter addi potest revera Regem in illo proelio salutem elephanti suo debuisse. Plutarchus *de sollertia Animalium* pag. 970. C. *Πώρου δὲ τοῦ βασιλέως ὁ ἐλέφας ἐν τῇ πρὸς Ἀλέξανδρον μάχῃ κατατετρωμένου πολλὰ τῶν ἀκοντισμάτων ἀτρέμα καὶ φειδόμενος ἐξήρει τῇ προβοσκίδι καὶ κακῶς ἤδη διακείμενος αὐτὸς οὐ πρότερον ἐνέδωκεν ἢ τοῦ βασιλέως ἐξαίμου γενομένου καὶ περιρρέοντος αἰσθόμενος καὶ φοβηθεὶς μὴ πέσῃ πρᾴως ὑφῆκε παρέχων ἐκεῖνον τὴν ἀπόκλισιν ἄλυπον.* Verissime igitur ille dixerat: *οὗτός σε, ὦ βασιλεῦ, σώσει.* Sic igitur luce clarius est cur Porus respondeat: *ἐγὼ μὲν οὖν τοῦτον, ἐὰν ἀνὴρ ἀγαθὸς γένωμαι.*

Barbarum est II. 36. p. 89. *καταδαρθέντες δὲ καθαρᾷ τῇ ψυχῇ δέχονται τὸν ὕπνον.* Graecum est *καταδαρθάνω, κατέδαρθον, καταδαρθεῖν, καταδαρθόντες.* Emendate legitur paulo ante p. 87. *δοκοῦσί τοι πάντες οἱ ἐκ μέθης καταδαρθεῖν.*

Verum vidit Valckenaerius p. 92. *χαίρω τῷ ξενίῳ. καὶ γάρ μοι δοκεῖς καὶ σοφίζεσθαι τὸν νόμον δι' ἐμέ*, emendans in Schedis *δοκεῖς κατασοφίζεσθαι.*

Mendum est p. 105. in verbis (*ὁ Ἥλιος τὰς ὥρας*) *ἐπιτροπεύει αὐτὸς, ἵν' ἐς καιρὸν τῇ γῇ ὦσιν* ubi emendandum est *τῇ γῇ ἴωσιν.* Dicitur enim *ἐς καιρὸν ἐλθεῖν, ἐς καιρὸν ἥκειν* et sim. (non *εἶναι*), idque ipsum sententia postulat. Peperit vitium scriptura vetus ΓΗΙΩΣΙΝ omisso in ΓΗ ut saepissime alias I. Eadem causa plures apud Philostratum errores excitavit. Non est Graecum *γήδια* (p. 84.) sed *γήδια.* Contra alibi

male γραΐδια scribitur pro γρᾴδια et p. 100. ληΐζονται pro λᾐζονται. Passim legitur ἄττειν, veluti p. 100. πῦρ αὐτοῖς ἄττει, sed vetus ἀΐσσω, ἀΐξας cet. apud Atticos et Atticistas perpetuo in ᾄττω, ᾄξας cet. contrahuntur. Peccant in his scribae, qui ἀΐξαντες dare solent vel ἄξαντες, sed fallunt neminem. Vide mihi hos tres Hesychii locos κατὰ στοιχεῖον ordine dispositos: Διαιτεῖν: διατρέχειν p. 944, Διαπτεῖν: ὁρμᾶν p. 962, et p. 972. Διάττειν: ὁρμᾶν. Haec omnia ex ΔΙΑΙΤΤΕΙΝ, διᾴττειν, corrupta sunt. Nihil est hoc vitio crebrius, nam nullus exstat liber quamvis vetus in quo non I modo inepte additum, modo negligenter omissum sit, quod et in aliis notavimus et in libris papyraceis Hyperidis. Vitiose apud Hesychium scribitur Ἐπιπεῖραι p. 1375. pro ἐπὶ πείρᾳ, Ἴϊμεν p. 1614. pro Attico ᾖμεν, Ἰϑόμην p. 1616. pro ᾐσϑόμην, Ἰήϑεος II. p. 31. pro ᾔϑεος, et Λίξαντα II. p. 483. pro ἀΐξαντα. Omissum est I in Ἠγιᾶτο I. 1600. pro ᾐτιᾶτο, et in ει depravatum II. 1437. in Νειλώειος pro Νειλῷος. Similia his et apud Hesychium et alibi plurima occurrunt, quae in corruptela certissima undique aliquando sunt expellenda.

Manifestum vitium certa medicina tolli potest p. 108. e verbis: πατρόϑεν τε διήει τὸν Ἀπολλώνιον καὶ μητρόϑεν — πάντα ταῦτα — ὁ Ἰνδὸς ἀπνευσί τε καὶ σαφῶς εἴρηκεν. Quicumque hoc aget continuo perfectum εἴρηκεν mendosum esse intelliget. Substitue pro διήει perfectum διελήλυϑεν et locus absurdus erit. Requiritur imperfectum illius verbi, quod tu collige ex loco Demosthenis, qui Philostrato haec scribenti obversabatur ex orat. de Corona p. 328, 12, πεφωνασκηκὼς καὶ συνειλοχὼς ῥήματα καὶ λόγους συνείρει τούτους σαφῶς καὶ ἀπνευσί. Sophista autem non composito verbo usus est sed simplici, ut ex corrupta scriptura εἴρηκεν pellucet, nempe sic dixerat ἀπνευσί τε καὶ σαφῶς εἶρεν. Utroque enim modo εἴρειν λόγους et συνείρειν dicebatur. Pollux IV. 27. λόγον διαπεράνασθαι. εἶραι, συνεῖραι ἀπνευσὶ περιόδους, ἀντίϑετα κτἑ. Evellet scrupulum omnem alius in eodem libro locus, ubi simplex verbum recurrit pag. 254: τοιαῦτα εἴραντος τοῦ Νείλου καὶ οὕτω νεανικά κτἑ.

Perperam abundat syllaba p. 111. in verbis καὶ ταῦϑ' ὑπὲρ

γυναικὸς ἦν εἰκὸς μηδὲ ἄκουσαν ἁνηρπάσθαι. Requiritur verbum simplex. Paris Helenam ἥρπασεν praesertim volentem, non ἁνήρπασεν. Praeterea *aoristo* usum Sophistam opinor et sic dedisse μηδὲ ἄκουσαν ἁρπασθῆναι. Perfectum enim ita ponitur quasi nondum bellum Troianum esset confectum.

In libro III. 23. p. 113. περὶ δείλην πρωΐαν debuerat Kayserus dare pro πρώτην, et pag. 114. ὁπότε ἐκεῖθεν ἄραιμι pro ἄροιμι, quod barbarum est, et p. 116. ἀκηράτου πώματος pro πόματος, et p. 117. οὗτοι οἱ θεῖοί τε καὶ σοφοὶ ἄνδρες pro οἱ θεοί, et p. 124. ἐκάλει ἐπὶ ξένια pro ἐπὶ ξενίᾳ, et p. 126. κατὰ πρῷραν pro πρώραν. Male retinuit p. 146. Ποσειδῶν Ἀσφάλιος, nam Ἀσφάλειος Graecum est, ut in noto loco Aristophanis:

οἷς Ποσειδῶν Ἀσφάλειός ἐστιν ἡ βακτηρία.

Achillis umbra p. 153. cum Apollonio confabulans negat se passuram τὸ Ἰλιόν ποτε ἀναλαβεῖν τὸ ἀρχαῖον εἶδος. — ἀλλ' ᾠκήσουσιν αὐτὸ βελτίους οὐδὲν ἢ εἰ χθὲς ἥλωσαν. Emenda βέλτιον οὐδέν, quemadmodum κακῶς οἰκεῖν et κακῶς σκηνεῖν dicitur.

De Atheniensium ephebis legitur p. 160. οἱ πάλαι μὲν ὤμνυσαν ἐς Ἀγραύλου Φοιτῶντες ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀποθανεῖσθαι καὶ ὅπλα σήσεσθαι, sed non est Graecum ὑπὲρ τῆς πατρίδος ὅπλα ἵσασθαι. Perpetuo omnium usu tritum est ὅπλα τίθεσθαι. Aeschines in Timarch. § 29. τῇ πόλει, ὑπὲρ ἧς τὰ ὅπλα μὴ τίθεσαι —, μηδὲ συμβουλεύειν ἀξίου. Demosthenes in Midiana p. 561, 23. αὐτὸς ὑπὲρ τοῦ δήμου τὰ ὅπλα θέμενος, et sic alii passim. Ipse Philostratus p. 196. ὅπλα ὑπὲρ τῆς Ῥώμης τιθέμενος, et inepte in *vitis Sophistarum* p. 563. ὑπὲρ τοῦ βασιλέως τιθέμενος τὰ τῆς γνώμης ὅπλα. Non est igitur ulla dubitatio quin ὅπλα θήσεσθαι sit emendandum, atque sic olim emendasse video Hamakerum, cuius sententiam festinans, credo, improbavit Kayserus, apposito loco ex libro VII. 26. p. 306. οὔτε σὺ τὸν σεαυτοῦ πλοῦτον ἔφεδρόν ποτε τῇ βασιλείᾳ σήσασθαι ἐρεῖς, cuius plane diversam rationem esse vides, et scriptura depravata est, ut mox ostendam. Non possunt Graece componi ἵσασθαι et ὅπλα: dicuntur enim τὰ ὅπλα κεῖσθαι quemadmodum τὰ τρόπαια dicuntur ἑσάναι, utrumque ex ipsa rei natura, unde necessario sequitur τίθε-

σθαι τὰ ὅπλα esse dicendum et ἵς ασθαι τρόπαιον. Ne Graeculi quidem talia confuderunt umquam: sed scribae ς et θ confundere soliti Philostrato hoc mendum affricuerunt. Satis ipse commisit vitiorum: non est aequum alienam culpam eum sustinere.

In loco, quem Kayserus apposuit, vitiosa scriptura est in illo ipso verbo, cuius causa affertur. Peperit corruptelam tenuissima causa, nempe I adscriptum a scribis de more omissum. Latet vera lectio in hac scriptura THIBACIΛEIAICTHCACΘAI, in qua (ut saepissime alibi) omissum est I in BACIΛEIAI et K in IC dissectum est, unde emergit ipsa Sophistae manus haec: τὸν σεαυτοῦ πλοῦτον ἔφεδρόν ποτε τῇ βασιλείᾳ κτήσασθαι. Omnem dubitationem eximet locus vicinus de re eadem pag. 303: διαβάλλουσι δ' ἡμᾶς οἱ συκοφάνται μὴ ἐπ' ἀγαθῷ τῆς τυραννίδος ἐκτῆσθαι τὸν πλοῦτον.

Quam temere K et IC dormitantes librarii permiscuerint saepe demonstravimus. Etiam alibi eadem de causa KTACΘAI et ICTACΘAI locum inter se permutarunt, vide Porsonum in Dobraei Aristophanicis pag. 241.

Iterum scribae peccarunt p. 162. in verbis πρεσβειῶν δεόμενοι πρὸς τοὺς αὐτόθι ἥξοντας, nam Sophista dederat αὐτόθεν, id est αὐτομάτους.

Male spreta est Valckenaerii emendatio p. 166. Λακωνικὸν οὐδὲν περὶ αὐτοὺς ἐφαίνετο ἀλλ' ἀβρότερον αὐτῶν εἶχον καὶ συβάριδος μεσοὶ ἦσαν. Optime Graece dicitur ἀβρότατον αὐτῶν εἶχον, sed hic locus oppositionem quamdam et comparationem requirit. Rem acu tetigit me iudice Valckenaerius ex ATTΩN eruens ἀβρότερον Λυδῶν εἶχον, quorum mollities non minus quam Sybaritarum in proverbium abiit. Xenophanes Athenaei p. 526. A.

Ἀβροσύνας δὲ μαθόντες ἀνωφελέας παρὰ Λυδῶν
ἦϊσαν εἰς ἀγορὴν παναλουργέα φάρε' ἔχοντες.

nam sic rectissime emendatum est pro ἀφροσύνας.

Bis scribae de suo perperam consonantem inseruerunt II. 28. p. 168. ὁ Μίλων ἐσάναι ἐπὶ δίσκου δοκεῖ τὼ πόδε ἄμφω συμβεβληκώς, non ita, sed συμβεβηκώς, quod in quibusdam libris est et etiam sine libris erat revocandum. Opponuntur enim inter se διαβεβηκώς et συμβεβηκώς et saepius sic pecca-

tur veluti quum ἀντιβεβληκώς in libris est sententia et metro ἀντιβεβηκώς postulantibus. Eiusdemmodi mendum in vicinia conspicitur: τὸν ἀθλητὴν ἰσοροῦσι τοῦτον ἄτρεπτον γενέσθαι καὶ μὴ ἐκβιβασθῆναί ποτε τοῦ χώρου ἐν ᾧ ἔσῃ. Corrige ἐκβιασθῆναι.

Mendum est in libro IV. 31. p. 171: ἐρομένου δὲ Κορινθίου τινὸς κατ' ἀχθηδόνα, εἰ καὶ θεοφάνια αὐτῷ ἄξουσι· »Νὴ τὼ σιώ," ἔφη, »ἕτοιμά γε." Decerpsit flosculum e Thucydide IV. 40: καί τινος ἐρομένου ποτὲ ὕστερον τῶν Ἀθηναίων ξυμμάχων δι' ἀχθηδόνα κτέ. Scatet talibus Philostratus, qui et aliorum multos locos et praesertim Homeri, Aristophanis, Xenophontis, Demosthenis, Platonis et Thucydidis amat verbis suis intexere. Ab illo servatum κατ' ἀχθηδόνα Thucydidi pro δι' ἀχθηδόνα restituendum censeo. Contra Philostrato redde ναὶ τὼ σιώ, quod nemo nescit Spartanis fuisse in ore. Dores in talibus constanter ναί ponebant, ναὶ τὰν Κόραν, ναὶ τὸν Διοκλέα cet. Itaque qui τὼ σιώ servat pro τὼ θεώ, eidem ναί quoque servandum. Non minus ineptum est mulierculam Atticam ναὶ τὼ θεώ inducere dicentem quam Spartanum virum νὴ τὼ σιώ.

Semel notasse iuvabit mendum commissum IV. 32. p. 172: Καλλικρατίδα γὰρ τοῦ περὶ Ἀργινούσσας ναυαρχήσαντος ἦν ἔγγονος. Non est Graecum Ἀργινοῦσσαι sed Ἀργινοῦσαι. Quod analogia postulabat, in omnibus ad unum emollivit loquendi usus. Ex πιτυόεις, ut hoc utar, Lampsacus olim Πιτυόεσσα appellabatur et cives Πιτυοεσσηνοί, sed contracta forma alteram sibilantem abiecerunt et omnes Πιτυοῦσα dicebant. Πιτυόεσσα et Πιτυοεσσηνοί appellantur in iis, quae ex Charone Lampsaceno excerpta leguntur apud Pseudo Plutarchum *de Mulierum virtutibus* cap. XVIII. Herodoto redde I. 149 Αἰγειρόεσσα pro Αἰγιρόεσσα, non est enim ulla dubitatio quin αἴγειρος dicatur, non αἴγιρος. Ἀρκιρόεσσα est apud Stephanum Byzantinum. Reliqua fere contrahuntur in —οῦσα et —οῦσαι, sed duplex genus mendi in his librarii committere solent: aut enim sibilantem male duplicant Δρυμοῦσσα scribentes et Ἐλαιοῦσσα, Πιθηκοῦσσαι, Ῥοδοῦσσα cet., aut accentum vitiose retrahentes scribunt Αἰγείρουσα, Αἴγουσα, Δάφνουσα cet. Nonnumquam utrumque vitium committunt, ut in Ἀνήτουσσα. Apud Stephanum Byzantinum haec exempla suis locis prostant: Αἰγείρου-

σα, Αἰγουσα, Ἀνήτουσσα (ubi vide Meinekii annotationem), Ἀργέννουσα, Ἀρκιρόεσσα, Γηθοῦσσα, Δάφνουσαν (in v. Δαφνοῦς), Δρυμοῦσσα, Ἐλαιοῦσσα, Ἐρικοῦσσα, Κοχλίουσα, Κράμβουσα, Κρομύουσα, Λάγουσα, Μαράθουσα, Μελίτουσα, Μήλουσα, Μύρτουσα, Οἰνοῦσσαι, Ὀφιοῦσα, Πιθηκοῦσσαι, Πιτυοῦσσαι, Πολυπόδουσα, Ῥοδοῦσσα, Σειρήνουσαι, Σίδουσα, Σκότουσα, Συράκουσαι, Σχινοῦσσα, Ταφιοῦσσα, Τεύτλουσα, Φάκουσα, Φαρμακοῦσσαι, Φοινικοῦσσαι et Φυκοῦσσαι. Vides tantum non omnia haec vitiose scripta esse. Non Αἰγείρουσα sed Αἰγειροῦσα probum est, non Ἐλαιοῦσσα, Δρυμοῦσσα sed Ἐλαιοῦσα, Δρυμοῦσα, et similiter ab arborum et arbustorum et plantarum herbarumque nominibus formata esse Δαφνοῦσα, Ἀνητοῦσα, Γηθοῦσα, Ἐρικοῦσα, Κραμβοῦσα, Κρομυοῦσα, Μαραθοῦσα, cet. A bestiarum frequentia Αἰγοῦσα, Κοχλιοῦσα, Λαγοῦσα, Ὀφιοῦσα, Πιθηκοῦσαι, Πολυποδοῦσαι et sim. A mellis copia et vini Μελιτοῦσα et Οἰνοῦσα. Nonnullorum stirps incerta est ut Ταφιοῦσα, Τιλφοῦσα, sed nihil horum est, quod non habeat nomen sumtum a aliqua re quae in illo loco abundaret. Dicebant autem *-οῦσα* et *-οῦσαι* molliore forma quemadmodum et in nominibus in *-οῦς -οῦντος* Iones et Attici formas in *-ούσιος* (non *-ούντιος*) derivabant Dicebant Athenienses Ἐλαιοῦντι, Ἀγνοῦντι, Ῥαμνοῦντι, sed Ῥαμνούσιος, Ἀγνούσιος, Ἐλαιούσιος et sim. Notum est ex Φλιοῦς formari Φλιάσιος, quae res Ciceronem fugerat. »*Analogia me deceperat* (scribit ad Attic. VI. 2. § 5.) Φλιοῦς, Ὀποῦς, Σιποῦς, *quod* Ὀπούντιοι, Σιπούντιοι.“ Et Ὀπούντιοι quidem *Locroi* appellantur ab omnibus, Σελινοῦς autem in Sicilia Σελινούντιος format, sed Iones et Attici mollius Σελινουσίους appellant, similiterque in aliis. Mireris de genere nominum in *-οῦς* exeuntium dubitationem ullam nasci potuisse. Photius Φλιοῦντα, ἀρρενικῶς οἱ Ἀττικοί. Ξενοφῶν φησίν· αὖθις δὲ ἐστράτευσαν εἰς τὸν Φλιοῦντα. Similis annotatio est apud eundem Σικυών: ἀρρενικῶς ὁ Ξενοφῶν. Ex ipsa Graecitatis natura intelligitur ὁ Σικυών dici oportere, ut ὁ Κρομυών, ὁ Μαραθών, et sic ὁ Ἐλαιοῦς, ὁ Ὀποῦς, ὁ Σελινοῦς, ὁ Φλιοῦς, sed in urbium nominibus, ut in insularum, tam proclives sunt ad formarum muliebrium usum, ut ἡ Σικυών saepius occurrat et ἡ Σελινοῦς. Dixit aliquid de ea re Meinckius ad Scymni vers. 107:

Ἐξῆς Ἐλαιοῦς Ἀττικὴν ἀποικίαν
ἔχουσα, Φόρβας ἣν ἀποικίσαι δοκεῖ.

commode apponens Virgilianum Aen. III. 507. *palmosa Selinus.* Et sic κλεινᾶς ἐξ Ὀπόεντος Pindarus dixit. Hinc Bergkhius, quum vetus epigramma apud Strabonem IX. p. 425. corrigere vellet, sic dedit:

Τούσδε ποτὲ Φθιμένους ὑπὲρ Ἑλλάδος ἀντία Μήδων
μητρόπολις Λοκρῶν ἥδε κέκευθ' Ὀπόεις.

Quum sit in libris μητρόπολισ λοκρῶν εὐθυνόμων ὀπίοισ. Kramerus de coniectura sua reposuit:

μητρόπολις Λοκρῶν κεύθει ὁμῶς Ὀπόεις.

sed utraque coniectura pariter est infelix et inutilis. Neque κεύθει neque κέκευθεν in illo epigrammate ullo pacto ferri potest. Narrat Strabo esse hoc epigramma ἐπὶ τῇ πρώτῃ τῶν πέντε στηλῶν τῶν περὶ Θερμοπύλας ἐπιγεγραμμένον πρὸς τῷ πολυανδρίῳ. Locri Opuntii eos, qui olim in bello Persico pro Graecia cecidissent (τούς ποτε Φθιμένους ὑπὲρ Ἑλλάδος), aliquamdiu postquam Graecia liberata est στήλῃ καὶ ἐπιγράμματι ornaverunt et honoraverunt eo ipso loco ubi olim caesi sepultique essent, περὶ τὰς Θερμοπύλας πρὸς τῷ πολυανδρίῳ. Itaque plane absurdum erat scribere ἥδε κέκευθ' Ὀπόεις, vel κεύθει ὁμῶς Ὀπόεις (ubi ὁμῶς nihil significat sed interponitur πρὸς τὸ κεχηνὸς τοῦ ῥυθμοῦ, ut Lucianus in Timone iocatur), nam sic in ipsa Opuntiorum urbe illos sitos esse oportebat, ut manifestum est. Dicam quid mihi in εὐθυνόμων ὀπίοισ latere videatur: nempe

Τούσδε ποτὲ Φθιμένους ὑπὲρ Ἑλλάδος ἀντία Μήδων
μητρόπολις Λοκρῶν ἐσεφάνωσ' Ὀπόεις.

Hoc enim ipsum et sententia requirit et Graece loquentium usus commendat. Sic virorum fortium memoriam *honorabant.* Noli autem in talibus anxie singulos litterarum apices rimari. Poëtarum loci in antiquissimis libris rubro colore exarati facilius expallescebant, et scribae fugientes in talibus litterarum ductus audacius de suo explebant.

Pro Ἐλαιοῦς videbis nonnumquam pessime Ἐλεοῦς scribi, quem errorem librariis condonamus, Editoribus non item. Non est ferendum apud Demosthenem de Coron. p. 256. Χερρονησιτῶν οἱ κατοικοῦντες Σηστόν, Ἐλεοῦντα, Μάδυτον, sed invi-

tis libris omnibus Ἐλαιοῦντα reponendum. Non enim mutatum est nomen vetus, sed indoctorum hi sunt errores, qui *τὴν ὀρθογραφίαν* non satis tenebant. Audivi aliquando scribam veniam errorum, quos se plurimos commisisse fatebatur, sic petentem:

ἀλλ' ἔσε μοι μέτριοι, καὶ γὰρ οὐκ ἔχω
τὴν τεχνικὴν σύμμαχον ὀρθογραφίαν.

et istis quidem facilis est parata venia, nobis, qui *τὴν τεχνικὴν ὀρθογραφίαν* accuratissime tenemus, nulla venia danda est ubicumque propter istorum auctoritatem manifesto mendosas lectiones retinemus. Incredibile dictu est quam oscitanter antiquissimi librarii E et AI permisceant. In Codice Frederico-Augustano inest liber Estheris, in quo passim nomen ΕΣΘΗΡ recurrit praeterquam VI. 14. ubi oscitans scriba ΑΙΣΘΗΡ dedit. Passim contra in eodem libro E pro AI ineptissime scriptum est, ΕΡΕΤΑΙ pro *αἴρεται* IV. 1, et vs. 11. ΚΕΚΛΗΜΕ et vs. 16. ΕΙΣΕΛΕΤΣΟΜΕ et vs. 17. ΒΔΕΛΤΣΣΟΜΕ et V. 14. pro *εὐφραίνου* ΕΤΦΡΕΝΟΤ, et VII. 9. ΩΡΘΩΤΕ pro *ὤρθωται*, et VIII. 8. ΔΥΝΗΣΟΜΕΕΙΔΙΝ pro *δυνήσομαι ἰδεῖν*, et sic passim per totum librum, quo non esse alium in Europa antiquiorem profitetur Editor, emendatiorem nullum esse librarius in ipso Codice verbis Pamphili Martyris asseverat, ut ostendimus ad Hyperidis *λόγον ἐπιτάφιον*. Quum nullus sit liber Graecus Ms. in quo AI et E non confundantur, noli credere Ἐλαιοῦς umquam in Ἐλεοῦς abiisse praeterquam propter librarii aut marmorarii socordiam. Quod Dindorfius ex Quinto Smyrnaeo affert:

Φαίνετο δ' αὖτ' Ἐλεοῦντος ἔδος, οὗ Πρωτεσιλάου
σῆμα πέλει.

nulla est dubitatio, quin Ἐλαιοῦντος correpta de more diphthongo (ut in Πειραιῶς) poëtaster dederit. Eiusdem farinae sunt Ἐλεούσιος et Ἐλλεούσιος vitiose scripta pro Ἐλαιούσιος in Inscriptt. Atticis recentioribus, recte monente Dindorfio, qui ex Etymologo M. apponit: Ἔλεσεῖς δῆμος τῆς Ἀττικῆς. *ὠνόμασαι δὲ ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῇ ἕλους. ἑλώδης γὰρ ὁ τόπος.* ὁ hominem indoctum et impudentem! Ἐλαιοῦς dare debuerat, sed vitiosa lectione deceptus interpretationem corrupti nominis de suo comminiscitur et laetus *olivarum* proventus in *stagna* et *uligines* mutatur.

Istiusmodi igitur testium fide quum Ἀργινοῦσσαι et sim. nitantur, ubique Ἀργινοῦσαι cet. reponenda censeo. Itaque Thucydidi reddiderim VIII. 24. Οἰνουσῶν et Σιδούσης, et VIII. 26, 28. Τειχιοῦσαν, et VIII. 31. Μαραθοῦσαν et Δρυμοῦσαν, et VIII. 42. Τευτλοῦσαν, et similia aliis. Dixerant antiquitus Τειχιόεσσα, ut Πιτυόεσσα, Αἰγειρόεσσα; postquam lapsu temporis hae formae contractae sunt, in -οῦσα sunt emollitae et Οἰνοῦσαι, Σιδοῦσα, Δρυμοῦσα dici coepta sunt. Obiter addo unde *Maleventum* appellatum esse suspicer. Μαλόεις erat et ἐν Μαλόεντι, ut contracte Πυξοῦς, Ὑδροῦς aliaque in Italia Siciliaque. Romani, qui *Tarenti* dicebant pro ἐν Τάραντι, et *Agrigenti* pro ἐν Ἀκράγαντι, eodem modo *Buxentum* et *Hydruntum* formarunt et *Maleventum* ἐκ τοῦ Μαλόεντος, et dicebant *Maleventi* pro ἐν Μαλόεντι.

Narratur Apollonius p. 173. iuvenem Spartanum, qui a maiorum virtutibus et artibus degenerasset, gravi oratione castigasse, deinde ita legitur: τούτοις τὸν νεανίαν οὕτω διεχειρώσατο τοῖς λόγοις ὡς νεύσαντα αὐτὸν ἐς τὴν γῆν κλαίειν ἐπεὶ τοσοῦτον ἀπολελεῖφθαι τῶν πατέρων. Hanc librorum scripturam mendosam esse apparet. Itaque Graeculus nescio quis, cuius correctiunculis Codex Parisinus π interpolatus est, de suo ἤκουσεν addidit: ἐπεὶ τοσοῦτον ἤκουσεν ἀπολελεῖφθαι, infelicissime. Receptum tamen est ob libri *praestantiam* scilicet. Ex antiquis scripturae reliquiis sollerter Philostrati manum elicuit Valckenaerius, qui in Schedis emendavit: κλαίειν ἐπὶ τῷ τοσοῦτον ἀπολελεῖφθαι τῶν προγόνων.

In iis quibus Apollonius adolescentem increpat p. 172. non uno modo vitiosa sunt haec: ἐμπόρων τε καὶ ναυκλήρων κακοδαιμονέστερόν τι ἐρεῖς ἔθνος; πρῶτον μὲν περινοστοῦσι ζητοῦσιν ἀγορὰν κακῶς πράσσουσαν, εἶτα προξένοις καὶ καπήλοις ἀναμιχθέντες πωλοῦσί τε καὶ πωλοῦνται κτέ. quae sic emendaverim: — ἔθνος; (οἱ) πρῶτον μὲν περινοστοῦσι ζητοῦντες, et in fine πωλοῦσί τε καὶ ὠνοῦνται, nam non memini mercatores *vaenire* solere. Ut suppleatur οἵ vel οἵτινες postulat perpetuus dicendi usus, περινοστοῦσι ζητοῦντες habet etiam a libris aliquid praesidii. Hoc sententia requirit et Graece loquentium consuetudo. Aristophanes Av. vs. 44:

πλανώμεθα ζητοῦντε τόπον ἀπράγμονα.

tis libris omnibus Ἐλαιοῦντα reponendum. Non enim mutatum est nomen vetus, sed indoctorum hi sunt errores, qui *τὴν ὀρθογραφίαν* non satis tenebant. Audivi aliquando scribam veniam errorum, quos se plurimos commisisse fatebatur, sic petentem:

ἀλλ' ἔςε μοι μέτριοι, καὶ γὰρ οὐκ ἔχω
τὴν τεχνικὴν σύμμαχον ὀρθογραφίαν.

et istis quidem facilis est parata venia, nobis, qui *τὴν τεχνικὴν ὀρθογραφίαν* accuratissime tenemus, nulla venia danda est ubicumque propter istorum auctoritatem manifesto mendosas lectiones retinemus. Incredibile dictu est quam oscitanter antiquissimi librarii E et AI permisceant. In Codice Frederico-Augustano inest liber Estheris, in quo passim nomen ΕΣΘΗΡ recurrit praeterquam VI. 14. ubi oscitans scriba ΑΙΣΘΗΡ dedit. Passim contra in eodem libro E pro AI ineptissime scriptum est, ΕΡΕΤΑΙ pro *αἴρεται* IV. 1, et vs. 11. ΚΕΚΛΗΜΕ et vs. 16. ΕΙΣΕΛΕΤΣΟΜΕ et vs. 17. ΒΔΕΛΤΣΣΟΜΕ et V. 14. pro *εὐφραίνου* ΕΤΦΡΕΝΟΥ, et VII. 9. ΩΡΘΩΤΕ pro *ὤρθωται*, et VIII. 8. ΔΤΝΗΣΟΜΕΕΙΔΙΝ pro *δυνήσομαι ἰδεῖν*, et sic passim per totum librum, quo non esse alium in Europa antiquiorem profitetur Editor, emendatiorem nullum esse librarius in ipso Codice verbis Pamphili Martyris asseverat, ut ostendimus ad Hyperidis *λόγον ἐπιτάφιον*. Quum nullus sit liber Graecus Ms. in quo AI et E non confundantur, noli credere Ἐλαιοῦς umquam in Ἐλεοῦς abiisse praeterquam propter librarii aut marmorarii socordiam. Quod Dindorfius ex Quinto Smyrnaeo affert:

Φαίνετο δ' αὖτ' Ἐλεοῦντος ἔδος, οὗ Πρωτεσιλάου
σῆμα πέλει.

nulla est dubitatio, quin Ἐλαιοῦντος correpta de more diphthongo (ut in Πειραιῶς) poëtaster dederit. Eiusdem farinae sunt Ἐλεούσιος et Ἐλλεούσιος vitiose scripta pro Ἐλαιούσιος in Inscriptt. Atticis recentioribus, recte monente Dindorfio, qui ex Etymologo M. apponit: Ἐλεεῖς δῆμος τῆς Ἀττικῆς. *ὠνόμασαι δὲ ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῇ ἕλους. ἑλώδης γὰρ ὁ τόπος.* ὁ hominem indoctum et impudentem! Ἐλαιοῦς dare debuerat, sed vitiosa lectione deceptus interpretationem corrupti nominis de suo comminiscitur et laetus *olivarum* proventus in *stagna* et *uligines* mutatur.

Istiusmodi igitur testium fide quum Ἀργινοῦσσαι et sim. nitantur, ubique Ἀργινοῦσαι cet. reponenda censeo. Itaque Thucydidi reddiderim VIII. 24. Οἰνουσῶν et Σιδούσης, et VIII. 26, 28. Τειχιοῦσαν, et VIII. 31. Μαραθοῦσαν et Δρυμοῦσαν, et VIII. 42. Τευτλοῦσαν, et similia aliis. Dixerant antiquitus Τειχιόεσσα, ut Πιτυόεσσα, Αἰγειρόεσσα; postquam lapsu temporis hae formae contractae sunt, in -οῦσα sunt emollitae et Οἰνοῦσαι, Σιδοῦσα, Δρυμοῦσα dici coepta sunt. Obiter addo unde *Maleventum* appellatum esse suspicer. Μαλόεις erat et ἐν Μαλόεντι, ut contracte Πυξοῦς, Ὑδροῦς aliaque in Italia Siciliaque. Romani, qui *Tarenti* dicebant pro ἐν Τάραντι, et *Agrigenti* pro ἐν Ἀκράγαντι, eodem modo *Buxentum* et *Hydruntum* formarunt et *Maleventum* ἐκ τοῦ Μαλόεντος, et dicebant *Maleventi* pro ἐν Μαλόεντι.

Narratur Apollonius p. 173. iuvenem Spartanum, qui a maiorum virtutibus et artibus degenerasset, gravi oratione castigasse, deinde ita legitur: τούτοις τὸν νεανίαν οὕτω διεχειρώσατο τοῖς λόγοις ὡς νεύσαντα αὐτὸν ἐς τὴν γῆν κλαίειν ἐπεὶ τοσοῦτον ἀπολελεῖφθαι τῶν πατέρων. Hanc librorum scripturam mendosam esse apparet. Itaque Graeculus nescio quis, cuius correctiunculis Codex Parisinus π interpolatus est, de suo ἤκουσεν addidit: ἐπεὶ τοσοῦτον ἤκουσεν ἀπολελεῖφθαι, infelicissime. Receptum tamen est ob libri *praestantiam* scilicet. Ex antiquis scripturae reliquiis sollerter Philostrati manum elicuit Valckenaerius, qui in Schedis emendavit: κλαίειν ἐπὶ τῷ τοσοῦτον ἀπολελεῖφθαι τῶν προγόνων.

In iis quibus Apollonius adolescentem increpat p. 172. non uno modo vitiosa sunt haec: ἐμπόρων τε καὶ ναυκλήρων κακοδαιμονέστερόν τι ἐρεῖς ἔθνος; πρῶτον μὲν περινοστοῦσι ζητοῦσιν ἀγορὰν κακῶς πράσσουσαν, εἶτα προξένοις καὶ καπήλοις ἀναμιχθέντες πωλοῦσί τε καὶ πωλοῦνται κτέ. quae sic emendaverim: — ἔθνος; (οἳ) πρῶτον μὲν περινοστοῦσι ζητοῦντες, et in fine πωλοῦσί τε καὶ ὠνοῦνται, nam non memini mercatores *vaenire* solere. Ut suppleatur οἵ vel οἵτινες postulat perpetuus dicendi usus, περινοστοῦσι ζητοῦντες habet etiam a libris aliquid praesidii. Hoc se[illegible]ntia requirit et Graece loquentium consuetudo. Arist[illegible] Av. vs. 44 [illegible]

πλ[illegible] [illegible]γμονα.

tis libris omnibus Ἐλαιοῦντα reponendum. Non enim mutatum est nomen vetus, sed indoctorum hi sunt errores, qui *τὴν ὀρθογραφίαν* non satis tenebant. Audivi aliquando scribam veniam errorum, quos se plurimos commisisse fatebatur, sic petentem:

ἀλλ' ἔσε μοι μέτριοι, καὶ γὰρ οὐκ ἔχω
τὴν τεχνικὴν σύμμαχον ὀρθογραφίαν.

et istis quidem facilis est parata venia, nobis, qui *τὴν τεχνικὴν ὀρθογραφίαν* accuratissime tenemus, nulla venia danda est ubicumque propter istorum auctoritatem manifesto mendosas lectiones retinemus. Incredibile dictu est quam oscitanter antiquissimi librarii E et AI permisceant. In Codice Frederico-Augustano inest liber Estheris, in quo passim nomen ΕΣΘΗΡ recurrit praeterquam VI. 14. ubi oscitans scriba ΑΙΣΘΗΡ dedit. Passim contra in eodem libro E pro AI ineptissime scriptum est, ΕΡΕΤΑΙ pro *αἴρεται* IV. 1, et vs. 11. ΚΕΚΛΗΜΕ et vs. 16. ΕΙΣΕΛΕΤΣΟΜΕ et vs. 17. ΒΔΕΛΤΣΣΟΜΕ et V. 14. pro *εὐφραίνου* ΕΤΦΡΕΝΟΤ, et VII. 9. ΩΡΘΩΤΕ pro *ὤρθωται*, et VIII. 8. ΔΤΝΗΣΟΜΕΕΙΔΙΝ pro *δυνήσομαι ἰδεῖν*, et sic passim per totum librum, quo non esse alium in Europa antiquiorem profitetur Editor, emendatiorem nullum esse librarius in ipso Codice verbis Pamphili Martyris asseverat, ut ostendimus ad Hyperidis *λόγον ἐπιτάφιον*. Quum nullus sit liber Graecus Ms. in quo AI et E non confundantur, noli credere Ἐλαιοῦς umquam in Ἐλεοῦς abiisse praeterquam propter librarii aut marmorarii socordiam. Quod Dindorfius ex Quinto Smyrnaeo affert:

Φαίνετο δ' αὖτ' Ἐλεοῦντος ἔδος, οὔ Πρωτεσιλάου
σῆμα πέλει.

nulla est dubitatio, quin Ἐλαιοῦντος correpta de more diphthongo (ut in Πειραιῶς) poëtaster dederit. Eiusdem farinae sunt Ἐλεούσιος et Ἐλλεούσιος vitiose scripta pro Ἐλαιούσιος in Inscriptt. Atticis recentioribus, recte monente Dindorfio, qui ex Etymologo M. apponit: Ἐλεεῖς δῆμος τῆς Ἀττικῆς. ὠνόμασαι δὲ ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῇ ἕλους. ἑλώδης γὰρ ὁ τόπος. ὁ hominem indoctum et impudentem! Ἐλαιοῦς dare debuerat, sed vitiosa lectione deceptus interpretationem corrupti nominis de suo comminiscitur et laetus *olivarum* proventus in *stagna* et *uliginos* mutatur.

Istiusmodi igitur testium fide quum Ἀργινοῦσσαι et sim. nitantur, ubique Ἀργινοῦσαι cet. reponenda censeo. Itaque Thucydidi reddiderim VIII. 24. Οἰνουσῶν et Σιδούσης, et VIII. 26, 28. Τειχιοῦσαν, et VIII. 31. Μαραθοῦσαν et Δρυμοῦσαν, et VIII. 42. Τευτλοῦσαν, et similia aliis. Dixerant antiquitus Τειχιόεσσα, ut Πιτυόεσσα, Αἰγειρόεσσα; postquam lapsu temporis hae formae contractae sunt, in -οῦσα sunt emollitae et Οἰνοῦσαι, Σιδοῦσα, Δρυμοῦσα dici coepta sunt. Obiter addo unde *Maleventum* appellatum esse suspicer. Μαλόεις erat et ἐν Μαλόεντι, ut contracte Πυξοῦς, Ὑδροῦς aliaque in Italia Siciliaque. Romani, qui *Tarenti* dicebant pro ἐν Τάραντι, et *Agrigenti* pro ἐν Ἀκράγαντι, eodem modo *Buxentum* et *Hydruntum* formarunt et *Maleventum* ἐκ τοῦ Μαλόεντος, et dicebant *Maleventi* pro ἐν Μαλόεντι.

Narratur Apollonius p. 173. iuvenem Spartanum, qui a maiorum virtutibus et artibus degenerasset, gravi oratione castigasse, deinde ita legitur: τούτοις τὸν νεανίαν οὕτω διεχειρώσατο τοῖς λόγοις ὡς νεύσαντα αὐτὸν ἐς τὴν γῆν κλαίειν ἐπὶ τοσοῦτον ἀπολελεῖφθαι τῶν πατέρων. Hanc librorum scripturam mendosam esse apparet. Itaque Graeculus nescio quis, cuius correctiunculis Codex Parisinus π interpolatus est, de suo ἤκουσεν addidit: ἐπὶ τοσοῦτον ἤκουσεν ἀπολελεῖφθαι, infelicissime. Receptum tamen est ob libri *praestantiam* scilicet. Ex antiquis scripturae reliquiis sollerter Philostrati manum elicuit Valckenaerius, qui in Schedis emendavit: κλαίειν ἐπὶ τῷ τοσοῦτον ἀπολελεῖφθαι τῶν προγόνων.

In iis quibus Apollonius adolescentem increpat p. 172. non uno modo vitiosa sunt haec: ἐμπόρων τε καὶ ναυκλήρων κακοδαιμονέστερόν τι ἐρεῖς ἔθνος; πρῶτον μὲν περινοστοῦσι ζητοῦσιν ἀγορὰν κακῶς πράσσουσαν, εἶτα προξένοις καὶ καπήλοις ἀναμιχθέντες πωλοῦσί τε καὶ πωλοῦνται κτέ. quae sic emendaverim: — ἔθνος; (οἱ) πρῶτον μὲν περινοστοῦσι ζητοῦντες, et in fine πωλοῦσί τε καὶ ὠνοῦνται, nam non memini mercatores *vaenire* solere. Ut suppleatur οἵ vel οἵτινες postulat perpetuus dicendi usus, περινοστοῦσι ζητοῦντες habet etiam a libris aliquid praesidii. Hoc sententia requirit et Graece loquentium consuetudo. Aristophanes Av. vs. 44:

πλανώμεθα ζητοῦντε τόπον ἀπράγμονα.

et saepe alibi. Vulgatam nulla librorum auctoritas tueri potest.

Participium in nomen depravatum est p. 175: ἄδουσιν ὡς λέων εἷς οὗτος γένοιτο τῶν ὑποζυγίων ποτὲ τῇ Ῥέᾳ, corrige τῶν ὑποζυγέντων ποτέ.

Mendosum est ἀπαχθέντες p. 178. ὑπὸ γὰρ τῶν τοῦ Φιλολάου λόγων ἀπαχθέντες οἱ μὲν ἔφασαν νοσεῖν, οἱ δ' οὐκ εἶναι αὐτοῖς ἐφόδια. Lenissime corrige ταραχθέντες.

Nero, ut legitur p. 179. ἐσποιηθεὶς ὑπὸ τῆς μητρὸς γέροντι βασιλεῖ καὶ κληρονομήσας τὸ ἄρχειν ναυαγίῳ τὴν μητέρα ἀπέκτεινε, sed non ναυαγίῳ sceleratus filius matrem tollere conatus est, verum ναυαγίᾳ, quod repone.

Pag. 180. τὰ μὲν ἐξ Ὀρεσείας, τὰ δὲ ἐξ Ἀντιγόνης, τὰ δ' ὀπόθεν γοῦν τῶν τραγῳδουμένων αὐτοῦ, restitue ὁποθενοῦν, ut ratio et usus postulant.

Intelligi non possunt quae sequuntur ἐρομένου δὲ τοῦ Μενίππου τὸν Ἀπολλώνιον πῶς ἀκούοι λέγοντος ταῦτα, »πῶς" ἔφη »ἢ ὡς ὅτε ᾄδεν;" Intelliges sic scripta: »ὅπως;" ἔφη. »ὡς ὅτε ᾄδεν." id est οὔτε ᾄδοντι οὔτε λοιδοροῦντι προσεῖχον αὐτῷ τὸν νοῦν.

Tigellinus observabat Apollonium (pag. 185.) καὶ καθήμενον καὶ βαδίζοντα καὶ ὅ τι φάγοι καὶ παρ' ὅτου, imo vero παρ' ὅτῳ. Non enim curabat *unde* sibi Apollonius cibos *emeret*, sed *apud quem* coenaret.

Bis ineptissime librarii voculam *καί* inseruerunt de suo. Primum p. 190. in verbis: καὶ Θεμιστοκλέα δὲ — χαλκοῦν ἵδρυνται [καὶ] ἔννουν ὥσπερ χρησμῷ ἐφιστάντα, et post pauca iterum: ἀγάλματα δὲ αὐτοῖν οὐκ εἶναι, βωμοὺς δὲ τοῦ μὲν Αἰγυπτίου δύο χαλκοῦς [καὶ] ἀσήμους. Idem utrobique vitium commissum esse vides: inepte χαλκοῦς per voculam *καί* cum ἔννους et ἄσημος copulatur. Dici non potest κρατὴρ χαλκοῦς [καὶ] μέγας, ut opinor. Multo etiam minus ὁ Θεμιστοκλῆς χαλκοῦς ἔστηκεν [καὶ] ἔννους. Sed in re perspicua quid verbis opus est?

Apollonius Galbam, Othonem et Vitellium propter imperii brevitatem comparavit cum Thebanis (pag. 196.) Θηβαίοις εἴκασεν, οἳ χρόνον κομιδῇ βραχὺν ἤχθησαν ἐς τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα, sed in ἤχθησαν latere suspicor ἤνθησαν. Quid tri-

tius quam ὀλίγον χρόνον, μικρὸν χρόνον, βραχὺν χρόνον ἀνθεῖν de iis quae brevi dilabuntur et pereunt?

De iisdem post pauca haec dicit pag. 197. τρεῖς Ῥωμαίων αὐτοκράτορες — οἱ μὲν ἐπ' αὐτῆς Ῥώμης, οἱ δὲ περὶ τὰ ὅμορα τῇ Ῥώμῃ δυνηθέντες ἀπολοῦνται, sed vitium est in δυνηθέντες, quod non significat idem atque δυναστεύσαντες, neque satis bene cum περὶ τὰ ὅμορα τῇ Ῥώμῃ componitur. Scripsisse Sophistam arbitror δινηθέντες *circumvagati*. De Othone potissimum haec dici sequentia demonstrant, ubi Galba ἐπ' αὐτῆς Ῥώμης mortuus esse narratur, Ὄθων δὲ περὶ τοὺς ἑσπερίους Γαλάτας ἀποθανὼν οὐδὲ τάφου λαμπροῦ τυχεῖν.

Omissa necessaria negatione sententia ruit p. 215. ubi Euphrates Vespasiano dissuadens ne susciperet imperium τὸ τυραννεύειν, inquit, οὕτως ἔοικε νέοις ὡς τὸ μεθύειν καὶ (sic legerim pro ὡς) τὸ ἐρᾶν. καὶ νέος μὲν τυραννεύσας οὔπω κακός, ἦν μιαιφόνος παρὰ τὴν τυραννίδα καὶ ὠμὸς καὶ ἀσελγὴς δόξῃ. Condonari aliquid iuventuti potest et multum quidem: sed etiam in his sunt certi denique fines. Quid multa? plane contrarium dixerat: ἦν (μὴ) μιαιφόνος κτέ. Vides cur negandi particula interciderit. Abesse sensit Olearius quoque: sed surdo narravit fabulam quamquam nunc certe verissima monens. Pessime idem παρὰ τὴν τυραννίδα accepit quasi esset »*praeterquam quod in principatum involavit.*" Dicitur ut παρὰ τὸ δεῖπνον, παρὰ τὸν πόλεμον, παρὰ πάντα τὸν βίον, similiaque complura et significat παρὰ τὸν τῆς τυραννίδος χρόνον, ἐν τῷ τυραννεῖν, sed quis nunc est qui talia nesciat? Peridoneum exemplum est in Xenoph. Memorab. II. 1. 2. ὅπως μὴ τὰ τῆς πόλεως ἄπρακτα γίγνηται παρὰ τὴν ἐκείνου ἀρχήν.

Iterum excidit μή p. 288. in verbis: μὴ παίζων μηδὲ ἃ δέδιας φοβεῖσθαι λέγων. Sententia clamat ἃ μὴ δέδιας verum esse. Sensit iterum Olearius et addidit. Kayserus de novo abiecit sententiae securus.

Nihil est in libris frequentius quam ut βαλῶ in βάλλω corrumpatur, similiterque in compositis omnibus. Apollonius (p. 221.) ubi admonet Vespasianum ut filios potissimum in officio contineat, non potest dixisse id quod in libris est: ἄρχε τούτων μάλιστα, τὰ γὰρ ἐκείνοις ἁμαρτηθέντα σὲ δήπου διαβάλλει. Nihil dum commiserant Titus vel Domitianus quod pa-

tri invidiam conflare posset, neque iis exprobrat quidquam Apollonius, sed ne quid peccent providendum esse monet, namque *fore* ut ea invidia pater ipse arderet. Itaque emendandum σὲ δήπου διαβαλεῖ. Frequentissimi erroris alterum exemplum habes in *vitis Sophistarum* p. 573: τουτὶ πρὸς μηδένα εἴπῃς ἕτερον. σεαυτὸν γὰρ διαβάλλεις ὡς ἀμαθῶς κρίνοντα. Satin certum est διαβαλεῖς rescribi oportere? Ubi dicitur: *cave hoc feceris, nam si feceris . . . . .*, quid aliud quam *futurum* addi potest, ut apud Comicum:

Plorabo si non fecero, si faxo *vapulabo.*

Euphrates quum frustra Vespasiano suasisset ut deposito imperio redderet populo Romano libertatem (cuius rei solum Philostratum testem habemus, cui equidem nihil prorsus crediderim), acquiescit iis, quae mutare non potest, τοῖς μὲν δεδογμένοις ξυγχωρῶ, inquit (pag. 222.), τί γὰρ ἂν πλέον μεταδιδάσκων πράττοιμι; deinde ad Vespasianum se convertens ita dicit, φιλοσοφίαν δὲ, ὦ βασιλεῦ, τουτὶ γὰρ λοιπὸν προσειρήσεται, τὴν κατὰ φύσιν ἐπαίνει. In his intelligi non possunt verba τουτὶ γὰρ λοιπὸν προσειρήσεται, sed nullo negotio sensus erui et ex eo vera lectio restitui potest. Προσειρήσομαι et προσρηθήσομαι referenda sunt, ut alibi accurate demonstravimus, ad praesens προσαγορεύειν *appellare*, *salutare*, ut in προσειπὼν οὐκ ἀντιπροσερρήθη, et apud ipsum Philostratum p. 238. προσειπὼν οὖν καὶ προσρηθείς. Est autem τουτί σε προσαγορεύω *hoc nomine te appello.* Nempe philosophus Vespasianum, postquam imperium retinere decrevit, *Principem* (more Graeco *regem*, βασιλέα) appellat et hoc addit: *nam hoc nomine posthac appellaberis*, τουτὶ γὰρ λοιπὸν προσειρήσει, quod quum non satis intelligeret Graeculus corrector pro *secunda* persona *tertiam* substituit et dedit id, quod Oleario visum est significare: »*id enim reliquum est quod dictis addam.*" sed acutioribus, ut est, sic plane sensu vacuum esse videbitur. Scripsi autem προσειρήσει, non προσειρήσῃ, quoniam multis indiciis et argumentis apud me constat non tantum Atticos sed etiam τοὺς ἀττικίζοντας non alia forma usos esse umquam. In Philostrati Codd. χαριεῖ et similia quaedam servant veteris moris certa vestigia. Errorem ipsius Philostrati εἰρήσομαι pro ῥηθήσομαι usurpantis supra iam castigavimus.

Non esse Graecum existimo quod legitur p. 223. χλαμύδος ἠράσθη καὶ στρατιώτου βίου, sed στρατιωτικοῦ requiro. Dici potest ζῆν στρατιώτου βίον de eo qui quum non sit miles tamen militari more vitam degit, ut ζῆν λαγὼ βίον de timido ignavoque, ζῆν κεσρέως βίον de famelico, similiaque. Sic ipse Philostratus p. 282: ἐπιθέσθαι Νέρωνι ψαλτρίας τινὸς ἢ αὐλητρίδος βίον ζῶντι. Ipsi milites ζῶσι στρατιωτικὸν βίον, ut nautae dicuntur θαλάττιον βίον ζῆν. Facile duo vocabula στρατιώτου et στρατιωτικοῦ inter se confundi potuerunt.

Quum dicit Apollonius (p. 230.) ὁ δ' ὡς αἰσχύνοιτο χρηματιστὴς ἥττων τοῦ πατρὸς δόξαι, imitatur Platonis locum de Rep. I. p. 330. B. μέσος τις γέγονα χρηματιστὴς τοῦ τε πάππου καὶ τοῦ πατρός, et passim sic solet ex Veterum scriptis veluti flosculos decerpere quibus suam dictionem exornet. Permulta ex Platone sumsit, ex Euripide permulta et Aristophane et aliis, quos indicabo ubi quid faciet ad locum intelligendum aut emendandum. Quod legitur in vicinia p. 232. Ἀφροδίτῃ δὲ θύεις, ὦ μειράκιον; — νὴ Δί', ὀσημέραι γε, πολλὴν γὰρ ἡγοῦμαι τὴν θεὸν ἀνθρωπείοις τε καὶ θείοις πράγμασιν, ne intelligi quidem potest nisi memineris versiculi Euripidei in Hippolyti initio:

πολλὴ μὲν ἐν βροτοῖσι κοὐκ ἀνώνυμος
Κύπρις κέκλημαι κτἑ.

unde confirmatur Kayseri coniectura τὴν θεὸν (ἐν) ἀνθρωπείοις κτἑ. reponentis. Subridiculus est bonus Philostratus quum barbaros inducit in extrema India vel Aethiopia Litterarum Graecarum veterum peritiam sic ostendentes. Rex Indorum ubi ad Apollonium ita dicit p. 81: οἱ παλαιοὶ τὰς ἐρωτήσεις τῶν καταπλεόντων ἐποιοῦντο εἰ λῃσαί εἰσιν, ostendit se legisse Thucydidem I. 5. οἱ παλαιοὶ τῶν ποιητῶν τὰς πύσεις τῶν καταπλεόντων πανταχοῦ ὁμοίως ἐρωτῶντες εἰ λῃσαί εἰσιν, sed nihil horum mirabile est ubi hoc tenueris, Philostratum *fictis iocari fabulis*, in quibus non *arbores loquuntur* (quamquam hoc quoque semel mentitur pag. 239.) sed barbarorum ultimi percommode Graeco sermone utuntur.

De multis exemplis unum addo pag. 250, ubi adolescentulus Aegyptius nomine Nilus ad Apollonium ita dicit: καὶ ξυν-

εμβαίην ἄν σοι ἐς τὴν ναῦν περίνεως τε καὶ μνήμων τοῦ σοῦ Φόρτου, quod sumtum ex Homericis Odyss. Θ. 163:

Φόρτου τε μνήμων καὶ ἐπίσκοπος εἴσιν ὁδαίων,

quam bene cum *περίνεως* coniungatur et quam apte ab isto dicatur unusquisque videt.

Mendosum est *κατασείχειν* pag. 234. *ἐκέλευσε κατασείχειν ὡς καθαρὸν ἤδη τῆς αἰτίας*. Quod *σείχω* poëticum verbum est nihil est causae cur Philostrato eripiatur, qui saepiuscule talibus utitur, (veluti *αἱ δμωαί* p. 7. et 369, et *ἀθύρων* p. 74, et *λαφύσσων* p. 97, et *μελεδωνοί* p. 114, et *ἐπιθόρνυται* p. 212, et *ἀείσεται* p. 270, et alia multa) sed *κατασείχειν* prorsus est a loci sententia alienum. Confusas esse praepositionum siglas suspicor et *ἐκέλευσεν ἀποσείχειν* esse reponendum. Hesychius *Ἀπόσειχε*: *ἄπιθι*, *ἀναχώρει*, *ἄπελθε*. Magnificum vocabulum vetus Homericum bene refert philosophi in dicendo quoque gravitatem et fastum.

Non caret vitio quod legitur p. 243. *καί μοι ἔδοξεν ἀνδρῶν εἶναι περιττῶν τὰ θεῖα ψυχήν τε ἄριστα ἐσκεμμένων*, nam quid sibi vult *ἔσκεμμαι* in tali re, quod de oratore poni solet, qui *meditatus* ad dicendum prodit? Emenda *ἠσκημένων*.

Sensu vacuum est quod editur pag. 243. *ἔδει δὲ σκοπεῖν τίς μὲν εἴη πόλις, ποίων* (Leg. *ποῖον*) *δὲ ἀνδρῶν ἔθνος παρ' οἷς οὐχ ὁ μέν τις ὁ δὲ οὔ, πᾶσα δὲ ἡλικία ταὐτὸν ὑπὲρ ψυχῆς Φθέγγοιτο*. Sed certum loquendi usus ex ipso sententiae fundo nullo negotio eruit veram scripturam, quae haec est: *παρ' οἷς οὐχ ὁ μὲν τὸ ὁ δὲ τό, πᾶσα δὲ ἡλικία ταὐτόν κτέ*.

Emblema irrepsit sed haud difficulter deprehenditur p. 246: *τὰ Ἰνδῶν ἐπῃνεῖτε Ἰνδοὶ τὸ ἀρχαῖον* [*πάλαι*] *ὄντες*. Manifestum esse arbitror *πάλαι* spurium et additicium esse. Qui hoc interpretamentum de suo inseruit ne intellexit quidem id quod voluit explicare. Τὸ *ἀρχαῖον* enim non significat *πάλαι olim*, *iam dudum*, sed *ἐξ ἀρχῆς*. Sine mendo legitur p. 283: *καὶ τὰ Ῥωμαίων δὲ αὐτῶν διήει πάτρια, ὡς κἀκεῖνοι δῆμος τὸ ἀρχαῖον ὄντες τὰς τυραννίδας ἐώθουν ὅπλοις*.

Apollonius de templo Apollinis Delphico disserens pag. 247. *ὁ δ' οἶμαι μικρὰ ταῦτα ἡγούμενος*, inquit, *καὶ τῆς ἑαυτοῦ σοφίας ἧττω καὶ ἄλλου ἐδεήθη νεὼ καὶ ἄλλου καὶ μεγάλων ἤδη καὶ ἑκατομπέδων*, quae Valckenaerius in Schedis sic correxit: *καὶ*

ἄλλου ἐδεήθη νεὼ καὶ μεγάρων ἤδη ἑκατομπέδων, quae mihi quidem vehementer arridenl. Multum utitur vel potius abutitur Philostratus vocabulis poëticis, ut supra ostendimus.

Lenissima medicina gravi errore liberari possunt verba Nili p. 254: οὔτε γὰρ ἡ νεότης ἀπελατέα τουτὶ καὶ αὐτὴ βέλτιον ἐνθυμηθῆναι ἂν τοῦ γήρως. Quid dicat perspicuum est, nempe *fieri posse ut iuvenes aliquid rectius videant quam senes*, neque id *esse iuventuti eripiendum*. Ut ea sententia in Graecis insit et sana sit verborum compositio TOTTI melius erit nobis legendum quam sequiores librarii legerunt quum τουτί describerent. Requiritur articulus τοῦ namque ἀπελαύνειν τινός Graecum est et coniungenda sunt ἀπελατέα τοῦ ἐνθυμηθῆναι ἄν. Requiritur praeterea τι, nam Graece dicitur ἐνθυμεῖσθαι ἀγαθόν τι, καλόν τι, σοφόν τι, non ἐνθυμεῖσθαι εὖ, καλῶς, σοφῶς. Quin igitur emendamus: ἀπελατέα τοῦ τι καὶ αὐτὴ βέλτιον ἐνθυμηθῆναι ἄν.

Adiectivum in adverbium depravatum est pag. 257. ὑμεῖς δὲ ἀφῆρησθε τοὺς θεοὺς καὶ τὸ ὁρᾶσθαι καλῶς καὶ τὸ ὑπονοεῖσθαι, nam ὁρᾶσθαι καλούς genuinum est. Sequiores enim dicebant ὁρᾶται καλός et sim. pro καλός ἐστιν ἰδεῖν. Philostratus in hac ipsa vita p. 152. ὁ Ἀχιλλεὺς δεινὸς ὁρώμενος οὐκ ἐξηλλάττετο τοῦ Φαιδροῦ, et saepius alibi.

Apollonio, quum Nili fontes spectatum ivisset, et alii innotuerunt (pag. 265.) et νομάδες Αἰθίοπες ἐφ' ἁμαξῶν πεπολισμένοι καὶ πλησίον τούτων οἱ τοὺς ἐλέφαντας θηρῶντες· κατακόπτοντες δὲ αὐτοὺς ποιοῦνται ἀγοράν, ὅθεν ἐπώνυμοί εἰσι τῆς τῶν ἐλεφάντων βρώσεως. Si carnes elephantorum concisas *nundinarentur* (nam hoc est ποιοῦνται ἀγοράν), non video quomodo inde cognomen invenerint ἀπὸ τῆς τῶν ἐλεφάντων βρώσεως. Sed illi, credo, carnibus belluarum *vescebantur*, idque sic restituendum ut scribatur ποιοῦνται βοράν, non ἀγοράν. Nomine βορά usus est Philostratus iam ante p. 206: τί οὖν ἀπολέλαυκας τῆς βορᾶς ταύτης;

Paullo ante in verbis ἀφ' ὥνπερ τὴν ἐπωνυμίαν ἤρηκεν (pag. 265.) veram scripturam εὕρηκεν Editor abiecit ut sensu vacuam reciperet. Εἰληφέναι ὄνομα et ἐπωνυμίαν Graece dicitur, ἠρηκέναι non item.

Praepositio intercidit pag. 266. ἑαυτοῦ μὲν οὖν καί τινος τῶν

ἑταίρων οὕτω τι κτυπηθῆναι τὰ ὦτα ὁ Δάμις φησίν κτἑ. Scriptum erat κκτυπηθῆναι, id est κατακτυπηθῆναι, sed scriba oscitans κτ neglexit. Κατακτυπεῖσθαι in tali re usitatum esse multis exemplis constat. Κτυπεῖσθαι τὰ ὦτα dicitur is, cuius aures aliquo sonitu *feriuntur*, veluti p. 358: τοῦ Δημητρίου κτυπεῖσθαι δοκοῦντος τὰ ὦτα ὑπὸ ἐννοίας ἱππέων, quod dictum est similiter Homericis:

ἵππων μ' ὠκυπόδων ἀμφὶ κτύπος οὔατα βάλλει.

Contra κατακτυπεῖσθαι is dicitur cuius aures ingenti fragore ita obtunduntur ut nihil amplius audiat. Damis autem adeo perculsus est illo fragore ὡς αὐτός γε ἀναζεῦξαι τοῦ τε Ἀπολλωνίου δεῖσθαι μὴ χωρεῖν πρόσω, ubi αὐτός τε ἀναζεῦξαι necessario requiri vides.

Titus Iudaea domita Romam revertens quum vehementer cüperet Apollonium convenire (si Philostrato fides pag. 269.) ἐδεῖτο αὐτοῦ ἐπ' Ἄργους ἥκειν καὶ περιβαλὼν ἥκοντα κτἑ. quae vertit Olearius »*ut Argos veniret eum oravit.*" Mira locutio est ἥκειν ἐπ' Ἄργους pro *Argos venire*. Non minus est mirum quod Titus in ullo itinere non Athenas, sed Argos adierit. Sed expediet nos Olearius, qui Ἄργος oppidulum in Cilicia dici suspicatur, aut castellum in Cappadocia, ἔρυμα ὑψηλὸν πρὸς τῷ Ταύρῳ. Difficile est ad haec risum tenere. Apollonium ut Titus ad colloquium evocaverit in castellum in Tauri iugis positum! Sed quid cesso veram lectionem aperire? Nihil aliud latet in ΕΠΑΡΓΟΥϹ quam ΕϹΤΑΡϹΟΥϹ, ἐδεῖτο αὐτοῦ ἐς Ταρσοὺς ἥκειν. Titum in eo itinere Tarsos adiisse et in illa urbe cum Apollonio collocutum esse testem habemus unum tantum, sed ad Philostratum emendandum unum omnium certissimum, Philostratum ipsum pag. 272.

Apollonius Titum admonet p. 270. ut patri sit dicto audiens, deinde addit: ἐγὼ δέ σοι καὶ Δημήτριον ξυσήσω τὸν ἐμὸν ἑταῖρον —, ἔστι γὰρ τοῦ Κυνικοῦ κράτους. Titus primum δυσχερῶς τὸν Κύνα ἤκουσεν, sed admonitus ab Apollonio loci Homerici, ubi *duo canes* Telemachum dicuntur in concionem comitari, novo magistro acquiescit, cui scripta epistola commendatur, quae legitur pag. 271. Ostendit hic quoque locus quam nihil Philostrato credi possit. Demetrius iste a Vespa-

siano propter maledicentiam et contumaciam in insulam deportatus est. Nihil erat istis Cynicis illo tempore petulantius: *ἄν τις τὸν πώγωνα καθῇ καὶ τὰς ὀφρύας ἀνασπάσῃ τό τε τριβώνιον ἀναβάληται καὶ ἀνυπόδητος βαδίσῃ, σοφὸς εὐθὺς ἀνδρεῖος δίκαιός φησιν εἶναι καὶ πνεῖ ἐφ' ἑαυτοῦ* (L. *ἑαυτῷ*) *μέγα κἂν τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο μήτε γράμματα μήτε νεῖν ἐπίσηται.* Muciani haec verba sunt apud ipsum Vespasianum Cynicos criminantis in Excerptis Dionis Cassii 66, 13. Itaque omnes Urbe pulsi, Demetrius caeteris etiam nequior in insulam deportari iussus, teste Dione l. l. Audi nunc Suetonium in Vespasiano cap. 13, »*Demetrium Cynicum post damnationem neque assurgere neque salutare se dignantem oblatrantem etiam nescio quid satis habuit* Canem *appellare.*" Dione auctore h. l. *τῷ Δημητρίῳ ἐκέλευσε λεχθῆναι ὅτι· Σὺ μὲν πάντα ποιεῖς ἵνα σε ἀποκτείνω, ἐγὼ δὲ κύνα ὑλακτοῦντα οὐ φόνεύω.* Istumne tu hominem etiam alio nomine circa haec tempora pessime apud bonos audientem (vide Tacit. Histor. IV. 40.) Tito praeceptorem datum esse Philostrato credes? Non facies ubi in aliis multis levitatem hominis animadverteris. Unum ex his indicare satis habeo. Musonius Rufus »*Equestris ordinis, studium philosophiae et placita Stoicorum aemulatus*" (Tacit Histor. III. 81.) a Nerone Urbe submotus est. Nil deliquerat, sed Nero ei invidebat. »*Musonium Rufum claritudo nominis expulit*" teste Tacito Annal. XV. 71. Alia omnia narrat Philostratus p. 176. *Μουσώνιος ὁ Βαβυλώνιος ἀνὴρ Ἀπολλωνίου μόνου δεύτερος ἐδέθη ἐπὶ σοφίᾳ*, inquit. Corruptum est *ὁ βαβυλώνιος*. Musonium Rufum dicit, qui erat *Tusci generis* (Tacit. Ann. XIV. 59.) *Τυρρηνὸς πόλεως Βουλσινίου* (Suidas v. *Μουσώνιος*). Eundem in carcerem Romae coniectum memorat p. 187. Difficile est ad excogitandum quomodo Musonius simul Roma pulsus et Romae in custodia publica esse potuerit. Sed non est satis. Musonium vidit Demetrius Cynicus in Isthmo *δεδεμένον τε καὶ κεκελευσμένον ὀρύττειν* et nescio quid inter fodiendum philosophantem, teste Philostrato p. 202. Eandem fabulam recoquit in Nerone p. 337, ubi Musonii manu Isthmum perfodi coeptum mentitur. Quod si cui videtur credibile, equitem Romanum, nobilissimum

philosophum, ab exilio retractum esse ut catenatus Isthmum foderet, non equidem invideo, miror magis. Etiam aliud quid de Musonio memoriae prodidit Philostratus pag. 297. ex quo apparet quid eius testimonio sit tribuendum. Musonius in insulam deportatus est. » (Nero) Μουσώνιον τὸν Τυρρηνὸν πολλὰ τῇ ἀρχῇ ἐναντιωθέντα τῇ νήσῳ ξυνέσχεν, ᾗ ὄνομα Γύαρα. Haec Aelianus, praefectus praetorio, Domitiano narrans inducitur, additurque fabula de Graecis qui *omnes* olim ad Musonium visendum Gyara confluxerint, nunc ad spectandum fontem a Musonio repertum in insula asperrima et aquis destituta. De Musonio Rufo haec dici certum est quia eum *Tusci generis* (τὸν Τυρρηνόν) appellat. Sed Musonius nil nisi *Urbe motus* est, *relegatus* est, non *in insulam deportatus*, nedum in illam asperrimam, quo scelerati ac facinorosi homines deportabantur. Deinde falsissimum est Musonium πολλὰ τῇ Νέρωνος ἀρχῇ ἐναντιωθῆναι: *claritudo nominis* eum expulit et Principis livor. Statim post Neronis caedem rediit in Urbem et in tanto honore a Vespasiano habitus est ut quum philosophi omnes ab Urbe submoverentur Musonius solus exciperetur, Dione Cassio teste 66, 13: πάντας τοὺς φιλοσόφους ὁ Οὐεσπασιανὸς πλὴν τοῦ Μουσωνίου ἐκ τῆς Ῥώμης ἐξέβαλεν: quod qua virtute meruerit colliges ex Taciti Histor. IV. 40. Praeterea quam absurdum est credere Graecos omnes ad Musonium conveniendum navigasse Gyara, τοὺς Ἕλληνας κατὰ ξυνουσίαν αὐτοῦ ἐσπλεῖν πάντας. Nae ille parum illorum temporum Graecos novit aut Romanae custodiae rationem, qui inducere in animum possit Graecorum agmina ad Tuscum exsulem visendum Gyara adiisse iisque per custodes copiam factam esse ut cum illo arbitratu suo agerent. Veriora ex melioribus testibus cognoscere licet. Vespasianus philosophos omnes praeter Musonium ex Urbe relegavit, duos nequissimos in insulas deportavit, Demetrium Cynicum et Hostilium. Domitianus crudelissime in philosophos saeviit: multos *occidit*, caeteros *relegavit*. Dio Cassius 67, 13: ἄλλοι ἐκ τῆς αὐτῆς ταύτης τῆς κατὰ τὴν φιλοσοφίαν αἰτίας συχνοὶ διώλοντο, καὶ οἱ λοιποὶ πάντες ἐξηλάθησαν αὖθις ἐκ τῆς Ῥώμης. *Iterum* expulsos scribit quia Vespasianus expulerat prior. Audi de illis temporibus scribentem Plinium in Epist. III. 11. »*Septem ami-*

cis meis aut occisis *aut* relegatis *tot circa me iactis fulminibus quasi ambustus mihi quoque impendere idem exitium augurabar.*" Sed docebit idem Plinius relegatos philosophos Urbe tantum cedere coactos: et etiam in suburbano consistere potuisse. In eadem epistola de Artemidoro, Musonii Rufi genero scribens: »*Equidem*, inquit, »*cum essent philosophi* ab Urbe submoti, *fui apud illum* in suburbano, *et, quo notabilius hoc periculosiusque esset, fui Praetor.*" Ex eadem epistola constat Artemidorum maximis virtutibus meruisse »*ut a C. Musonio ex omnibus omnium ordinum assectatoribus gener assumeretur.*" Hunc virum, cuius affinitatem omnium ordinum assectatores expetivissent, quem insontem ab invido principe ex Urbe submotum constet, credesne in insulam Gyarum *immitem et sine cultu hominum* (Tacit. Annal. III. 69.) esse deportatum, et inde mox extractum vinctum Isthmum perfodere coactum esse, neque de ea re quemquam praeter Philostratum inaudivisse? Eadem opera credere poteris arborem esse locutam p. 239. προσεῖπε μὲν αὐτὸν τὸ δένδρον. ἡ φωνὴ δὲ ἦν ἔναρθρος καὶ θῆλυς, et quidquid Philostratus mendax audet in historia.

Caeterum ex ipso Philostrato apparet suo arbitratu per Italiam vagatos esse philosophos, quos Domitianus ex Urbe submovisset. Demetrius (p. 286), qui Roma Puteolos cesserat, ἔδόκει θαρσαλεώτατος τῶν φιλοσόφων ἐπεὶ μὴ πολὺ ἀπὸ τῆς Ῥώμης διητᾶτο. Quid dixisset de Artemidoro, qui *in suburbanum* habitatum concesserat? Sed Demetrius etiam proxime Urbem accedebat: nam cum Telesino *potasse* se nuperrime *Antii* Apollonio narrat p. 356. quod sine capitis periculo fecisse hominem crediderim.

Professus Philostratus (pag. 273.) se omissis levioribus ac minutioribus τὰ σπουδαιότερα καὶ ὁπόσα μνήμης ἀξιώτερα relaturum (sic enim, ἀξιώτερα, emendandum esse censeo pro vulgata lectione ἀξιώσεται) statim refert nonnulla quae sine exemplo futilia ac vana sunt, ex quibus unum γεύματος χάριν apponam iis qui Apollonii vitam nondum legerunt. Fuisse illis temporibus narrat Sardibus qui contenderent ὡς πρεσβύτερα τῆς γῆς εἴη τὰ δένδρα. Recte Tullius: *Nihil tam absurde dici potest quod non dicatur ab aliquo philosophorum*, de Divinat. II. 58. Aristophani haec erant relinquenda facetissime Αἰσώπου

τι γελοῖον enarranti in Avibus vs. 474. Refutavit illam opinionem Apollonius διδάσκων ὅτι μηδ' ἂν γένοιτό τι τοῦ ἐν ᾧ φύεται μὴ ὄντος. Erat hercle operae pretium haec in litteras mittere et memoriae prodere eum, qui praefatus sit se *graviora* tantum et *memoratu digniora* scripturum. Atque haec traduntur de illo viro qui quaesitam meritis superbiam sumens de se ipse confidenter praedicat p. 292: ἐγὼ δὲ γιγνώσκω πλεῖστα ἀνθρώπων ἅτε εἰδὼς πάντα, quod non est valde mirandum in illo, qui omnes omnium hominum linguas intelligebat quamquam nullam unquam didicisset. Hoc quoque diserto ipsius testimonio constat pag. 25. ἐγὼ δὲ τῶν φωνῶν τῶν Βαρβάρων πασῶν ξυνίημι μαθὼν μηδεμίαν. Vivunt etiamnunc viri admirabiles qui linguas quas numquam didicerunt tamen intelligere se profitentur, quales sunt qui Tabulas Eugubinas et Etruscas Inscriptiones interpretantur, sed facile omnibus palmam praeripit Apollonius ἅτε εἰδὼς πάντα.

Corrupit bonam lectionem Codex Parisinus, cui Editor nimium tribuit, p. 275. τοῦ δὲ πέρυσι μὲν ἐωνῆσθαι τὸν ἀγρὸν πεντακισχιλίων [δὲ] καὶ μυρίων φήσαντος, οὔπω δ' ἐκπεπονηκέναι τι, nam quod loci sententia et compositio respuit δέ ex solo Parisino receptum sine mora expungendum est.

Duplex vitium pag. 277. inquinat verba ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν (Ixion) τροχῷ εἱκασμένος δι' οὐρανοῦ κνάμπτεται, recepta enim Bentleii emendatione ᾐκισμένος revoca elapsam praepositionem ἐν τροχῷ et exime labialem, quam scribae de more in κνάμπτεται inseruerunt. Κνάπτω Graecum est, non κνάμπτω. Idem vitium recurrit in eadem re p. 289. εἴ τις, ὥσπερ φασὶ τὸν Ἰξίονα, μετέωρος ἐπὶ τροχῷ κνάμπτοιτο, imo vero κνάπτοιτο.

Importuna copula sententiam loci impedit p. 280. »*Phyton Rheginus patria pulsus*, inquit, *ad Dionysium confugit*, μειζόνων δὲ ἀξιωθεὶς ἢ τὸν φυγόντα εἰκὸς ξυνῆκε μὲν τοῦ τυράννου [καὶ] ὅτι τοῦ Ῥηγίου ἐρᾴη, Ῥηγίνοις δ' ἐπισέλλων ταῦτα ἥλω κτἑ. Poterat dicere ξυνῆκε μὲν ὅτι τοῦ Ῥηγίου ἐρᾴη ὁ τύραννος, sed maluit exquisitius et Veterum more haec formare et ita dixit: ξυνῆκε τοῦ τυράννου ὅτι ἐρᾴη. Perdidit omnia levis Graeculus qui καὶ stulte inseruit. Praeterea pro φυγόντα restitue φεύγοντα. Saepe scribae *exsules*, quos Graeci φεύγοντας appellant, φυγόντας solent dicere errore manifesto. Recte

habet perfectum *οἱ ἐκπεπτωκότες*, sed aoristo in ea re locus nullus est.

Apollonio narrat p. 289. Demetrius *ὁ κύων*, qui metu mortis urbe Roma cesserat, quod genus mortis philosophum deceat. Nempe illo auctore *φιλοσοφίᾳ προσήκει ἢ πόλιν ἐλευθεροῦντα ἀποθανεῖν ἢ γονεῦσι τοῖς ἑαυτοῦ καὶ παισὶ καὶ ἀδελφοῖς καὶ τῇ ἄλλῃ ξυγγενείᾳ ἀμύνοντα ἢ ὑπὲρ φίλων ἀγωνιζόμενον, οἷ ξυγγενείας αἱρετώτεροι σοφοῖς ἀνδράσιν ἢ οἱ ἠμπολημένοι ἐξ ἔρωτος*. Ultima verba sic interpretatur Kayserus, ut *τῶν* supplendum et *τὰ παιδικά* intelligenda esse dicat. Sic igitur *ὁ κύων* dixerit *sapienti viro amicos esse potiores quam cognatos* vel amasios *suos*. Haec vero praeclara sunt et summis philosophis digna *pro amicis* potius quam *pro amasiis* mortem oppetere oportere! Sed nihil horum ex Graecis verbis extundi potest. *Οἱ ἠμπολημένοι ἐξ ἔρωτος* fastu Stoico et Cynico contemtim appellantur *liberi* ex dilecta coniuge suscepti, quasi dicas *ex amore quaesiti*; ut loquuntur isti, qui aùt insanientis sapientiae placito aut absurdae superstitionis errore omnem humanitatis sensum exuerunt et neque ipsi uxorem ac liberos habere curant neque ab aliis illa carissima pignora eximie amari aut intelligunt aut probant. Quod in Italia hodie fanatici sacrificuli sentiunt ac palam profitentur, idem olim immundi Cynici sentiebant et proloquebantur. Itaque expuncto *ξυγγενείας* (quod in aliis libris *ξυγγενεία* scribitur) Demetrium ita dixisse arbitror: *ὑπὲρ φίλων ἀγωνιζόμενον, οἷ αἱρετώτεροι σοφοῖς ἀνδράσιν ἢ οἱ ἠμπολημένοι ἐξ ἔρωτος*. Hanc igitur sententiam coelibes et orbi admirentur. Caeteri omnes Euripidea probabimus quae leguntur p. 66:

πᾶσι δ' ἀνθρώποις ἄρ' ἦν | ψυχὴ τέκνα,

et Apollonio assentiemur *ὅτι πολλῷ ἂν σοφώτερον καὶ ἀληθέστερον εἶχεν εἰ περὶ πάντων ζῴων ὕμνητο·*

πᾶσι δὲ ζῴοις ἄρ' ἦν | ψυχὴ τέκνα.

Idem igitur iure statuit p. 291. *τὸ ὑπὲρ ξυγγενείας ἀποθνήσκειν ἢ φίλων ἢ παίδων Φύσις ὥρισεν*, non *παιδικῶν*, quae sententia ab Apollonii vita et ingenio et moribus prorsus abhorret.

Ἂν excidit p. 292. *ἐγὼ γὰρ — κινδυνεύω οὐδέν, οὐδ' ἀποθάνοιμι ὑπὸ τῆς τυραννίδος*, ubi Kayserus *ἀποθάνοιμ' ἄν* coniecit,

sed non is est particulae in oratione soluta locus. Repone οὐδ' ἂν ἀποθάνοιμι. Notum est, qui errores in hac vocula committi soleant. Frequentissimus error est ut plane omittatur ac sine vestigio pereat, ut p. 132: καὶ γὰρ κέρδος εἴη μήτε πιστεύειν μήτε ἀπιστεῖν πᾶσιν. Supple καὶ γὰρ ἂν κέρδος εἴη, solent enim γὰρ ἄν coniungi et saepe γάρ pro γὰρ ἄν in libris est, etiam apud poëtas iugulato metro. Alterum exemplum est p. 260. ubi satius fuisse Spartae disserit philosophus unum iuvenem immolari quam omnes flagris caedi: τουτὶ γὰρ, inquit, τὴν Σπάρτην εὐψυχοτέρους ἐδείκνυε, imo vero τουτὶ γὰρ ἄν: praeterea requiro εὐψυχοτέραν οὖσαν ἐδείκνυε. Bis syllabae αν compendiolum neglectum esse suspicor potius quam Philostratum quamquam mirificis ἀσυνταξίαις (ut appellant) uti solitum sic balbutire potuisse. Aliud mendi genus et ipsum tralaticium inquinat locum pag. 72: οὐ γὰρ ἂν πρὸς τὴν Ἰνδικὴν πᾶσαν παρατάξεσθαί ποτε αὐτόν, ubi παρατάξασθαι genuinum est. Ne Philostratus quidem ἄν cum *futuro* potuit coniungere.

Etiam in *vitis Sophistarum* locus est, ubi male γάρ pro γὰρ ἄν legitur p. 540: παραπλήσια δὲ τούτοις καὶ περὶ τῶν σοφιστῶν ᾤετο, παριππεῦσαι γὰρ (ἂν) καὶ τὰς ἐκείνων γλώττας ὁπότε μελετῴη. Vides ἄν salva loci sententia abesse non posse.

Diversi generis mendum latet in *vit. Apollon.* p. 91: ἄριστα δ' ἄν μοι δικάσαι δόξεις ὧδε ἐνθυμηθείς κτέ. ubi δοκεῖς emendandum est: *ego te sic optime* iudicaturum esse *arbitror*, inquit, non *arbitrabor*. Non intellexit nescio quis δικάσαι ἄν in talibus *futuri* notionem habere, ideoque δοκεῖς in futurum refinxit.

Ipsius Philostrati vitium esse arbitror quod legitur p. 294. ῥᾷον γὰρ ἐν οὐκ εἰδόσι λήσῃ, nam λήσεις dare debuerat, sed secutus vitiosam vulgi συνήθειαν erravit, ut in multis aliis, de quibus alio loco dicam. Ambiguum saepe est in talibus utrum scribae an scriptoris vitium teneas, ut in vicinia p. 295. ἦν δ' ἐς φαῦλα ὀλισθήσῃ ἡ τοῦ νοῦ ῥάσις. Veteres ὤλισθον dicebant, non ὠλίσθησα, quemadmodum ὠσφρόμην non ὠσφρησάμην, sed sequiores, qui pessime ὀλισθαίνω dicebant pro ὀλισθάνω, aoristi forma ὠλίσθησα saepissime utuntur. Fieri potest ut Sophista ipse erraverit cum popularibus et aequalibus omnibus, fortasse tamen sine culpa est, ut recte scri-

psit p. 142. παῖς ὤλισθεν ἀπάγων πυρους ἐν σκάφῃ, ubi ὠλίσθησεν ex uno Codice affertur, quod cui debeatur manifestum est. Credibile igitur est dedisse Sophistam ΟΛΙΣΘΗΙΗΤΟΤΝΟΤΣΤΑΣΙΣ ὀλίσθῃ ἡ τοῦ νοῦ ςάσις, sed scribam Graeculum, quem et alibi I adscriptum fefellit, ad vulgi consuetudem delapsum scripsisse ὀλισθήσῃ. Nusquam ineptius in I adscripto peccatum est quam in *vitis Sophistarum* pag. 591. ubi edebatur ex libris Ἀχύλας ὁ ἐκ τῆς ἑώλου Γαλατίας. Lepidus est Olearius serio scribens ἑώλου esse *Orientalis*, et ex Hesychio apponens Ἕωλον: ἀνατολικόν, ὀρθρινόν. Dudum emendatum est τῆς ἐῴου Γαλατίας. Philostratus nonnumquam τοὺς ἑσπερίους Γαλάτας commemorat et pag. 282. ἀποδρᾶναι εἰς τὴν Κελτῶν ἑσπέραν dixit pro εἰς τοὺς ἑσπερίους Γαλάτας, nam Κελτοί et Γαλάται promiscue appellabantur. Hesychius, qui ἕωλον et ἐῷον stulte confudit, nihilo est librariis et Olearius sollertior.

Codex, qui Kaysero visus est optimus, pessimam lectionem et alibi obtulit et pag. 300: γιγνώσκω γὰρ ὅτι μηδὲ τὸ τῶν ἱερῶν αἷμα ἀνέχῃ, nam sine controversia verum est τῶν ἱερείων *victimarum*, ut est in aliis et vel invitis libris omnibus erat restituendum. Quam saepe ἱερά et ἱερεῖα confusa sint ostendimus ad Xenophontem.

Petulanter illudit Apollonio (pag. 301.) tribunus militum, qui ei exprobrat quod se Ephesi ab hominibus *adorari* passus sit. Καὶ τίς, εἶπεν, ὁ προσκυνήσας με; Ἐγώ, ἔφη, ἐν Ἐφέσῳ παῖς ἔτι ὢν ὁπότε ἡμᾶς ἰάσω τοῦ λοιμοῦ. Cui Apollonius: καλῶς ποιῶν αὐτός γε σὺ καὶ ἡ σωθεῖσα Ἔφεσος πόλις. Recte ille quidem respondit, sed αὐτός τε σὺ καὶ ἡ σωθεῖσα πόλις dixit. Scriba TE in γε depravavit et magistellus de suo Ἔφεσος apposuit. Scire pervelim an sint qui in verbis ἡ σωθεῖσα Ἔφεσος πόλις interpolationem non sentiant. Multa vidi additamenta insulsa et puerilia, nullum ferme vidi insulsius quam hoc est. Post pauca ubi retulit quam petulanter miles philosopho illuserit ita pergit: ἔλεγε δὲ ταῦτα μασώμενός τε καὶ ξυγγελῶν, videtur μασᾶσθαι et διαμασᾶσθαι poni pro τωθάζειν, διατωθάζειν, quod quomodo fieri potuerit non assequor, sed fieri id apud Philostratum video, ut *in vitis Sophistarum* pag. 483. sed ξυγγελῶν sanum non est. Apollonius certe non

ridebat, sed *οὐκ ἀκηκοότι ὅμοιος διελέγετο πρὸς τὸν Δάμιν*, et nemo potest solus *συγγελᾶν*. Suspicor *ἐγγελῶν* genuinum esse quod quum proclivi errore in *συγγελῶν* abiisset a male sedulo correctore ad Philostrati consuetudinem accommodatum est.

Etiam alibi vidi *ἐν* eadem de causa in *ξύν* abiisse. Editur pag. 263: *οὐχ οὗτος Ἀριστείδης ἐκεῖνος, ὃν φατε ὑμεῖς — ξυμμέτρους τε τοὺς φόρους τάξαι καὶ ξὺν τῷ αὐτῷ ἐπανελθεῖν τρίβωνι*; Aristides rediit *ἐν τῷ αὐτῷ τρίβωνι*. Dicitur enim Graece *ἐν ἱματίῳ, ἐν χλανίδι, ἐν χλαμύδι, ἐν τρίβωνι* et sic de omnibus, quibus quis *indutus* est. Potest de his *ἔχων* quoque dici, sed *σύν* in talibus ridiculum est.

Apollonius ut in carcere otium falleret cum reliquis captivis coepit philosophari (pag. 301), *τί γὰρ ἂν ἄλλο πράττοι τις*, inquit, *τὸν χρόνον τοῦτον, ὃν διαλέξεταί μοι ὁ τύραννος*; Facile apparet eum non hoc dixisse, sed *usque ad* id tempus itaque *ἐς* intercidit, (*ἐς*) *τὸν χρόνον τοῦτον κτἑ.*

Imitatus erat Philostratus sedulo Platonis et Atticorum dicendi genus pag. 302. sed scribae id corruperunt. Editur: *ξυνίης οὖν, ὦ Δάμι, ὅτι τετύφωται*; [*ξυνίημι*] *τί δ' οὐ μέλλω*; *εἶπεν*. Expunge *ξυνίημι*. Venustius et *Ἀττικώτερον* assensio significatur verbis *τί δ' οὐ μέλλω*; quibuscum *ξυνίημι* nullo pacto coniungi potuit, sed sciolus aliquis vulgarem assentiendi modum adscripsit. Num tu putas apud Platonem Rep. VIII. p. 566. c. *ὁ δὲ δὴ προσάτης ἐκεῖνος — ἔσηκεν ἐν τῷ δίφρῳ τῆς πόλεως*; *τί δ' οὐ μέλλει*; iterari potuisse *ἔσηκεν. τί δ' οὐ μέλλει*; Praeterea scribe *ξυνιεῖς οὖν* pro *ξυνίης*. Usitata sunt *τιθεῖς, ἐτίθεις, ἐτίθει* et *ἰεῖς, ἴεις* (*ἀφίεις, ξυνίεις*), *ἴει* (*ἀφίει, ξυνίει*), non *τίθης, ἐτίθης* cet. cuius rei multa sunt indicia etiam in Philostrati Codicibus, veluti pag. 316. *ξυνίης τοῦ Πύθωνος τούτου*; ubi in aliis est *ξυνίεις*, quod non erat abiiciendum sed correcto accentu *ξυνιεῖς* recipiendum.

Constans dicendi usus praepositionem excidisse arguit pag. 303: *τίς οὕτω βαρὺς ὡς ἀφελέσθαι σε νόμου σχήματι τὰ κτηθέντα σοι κατὰ νόμους*; Fugitivas litteras sic retrahe: *ὡς ἀφελέσθαι σε (ἐν) νόμου σχήματι*. Graece enim dicitur *ἐν σχήματι, ἐν πατρὸς σχήματι* cet., ut in *ἐν μοίρᾳ, ἐν τάξει* et sim., in quibus omnibus praepositio omitti non potest.

Inepte abundat *καί* p. 305. in verbis: *δοκεῖτε γάρ μοι προα-*

κτοκτιννύντες αὐτοὺς τοῦ καταψηφισθέντος ἂν ὑμῶν, ὡς οἴεσθε, θανάτου [καὶ] θαρρεῖν μὲν ἃ δέδιτε δεδιέναι δ' ἃ θαρρεῖτε. Quicumque haec verba attente legerit importunum *καί* expungendum esse sentiet et sic demum orationem apte et commode decurrere.

Consolatur Apollonius (pag. 306.) reos in carcere et in ea re utitur argumentis tam subtilibus et mirificis, ut difficile sit ex illis non oblectamentum animo capere et suaviter ridere philosophum, qui (ut verbis Aristophaneis utar)

τὸν ἐγκέφαλον ὥσπερ σεσεῖσθαί μοι δοκεῖ.

Magno hiatu ita pollicetur: ἀλλ' ἔγωγε τὴν ἀνθρωπείαν εἰδὼς φύσιν ἀναδιδάξω λόγον ὑμᾶς οὐδὲν ἀπεοικότα τοῖς τῶν ἰατρῶν σιτίοις, καὶ γὰρ ἰσχὺν ἐντίθησι καὶ ἀποθανεῖν οὐκ ἐάσει. Ridiculo mendo haec laborant, sed certis indiciis tenemus fraudem manifestam. Nempe Demosthenis haec verba sunt, quae quamquam notissima sunt et olim decantata et multorum imitatione celebrata tamen nescio quomodo Interpretibus latuerunt. Leguntur in Olynthiaca III. pag. 37, 24: ἴσως ἂν — τῶν τοιούτων λημμάτων ἀπαλλαγείητε ἃ τοῖς [ἀσθενοῦσι] παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις διδομένοις ἔοικε. καὶ γὰρ ἐκεῖνα οὔτ' ἰσχὺν ἐντίθησιν οὔτ' ἀποθνήσκειν ἐᾷ. Diximus aliquid de illo loco in *Variis Lect.* p. 328. ubi ἀσθενοῦσιν a sciolo adiectum esse ostendimus. Tam nobilis locus non fugit auctorem brevium in Philostratum scholiorum, qui annotavit: Δημοσθένους ἐξ ἀντιθέσεως. Quae quid sibi vellent non intelligens Kayserus apposuit (?). Res est perspicua. Apud Demosthenem *contrarium* dici admonet. Ad hanc lucem facile est duplex vitium in Philostrateis deprehendere. Pro οὐδὲν ἀπεοικότα τοῖς τῶν ἰατρῶν σιτίοις requiritur plane contrarium οὐδὲν ἐοικότα, ut opinor. Et est illud ipsum ἐοικότα in libris optimis. Alterum mendum inest in ἰσχὺν ἐντίθησι, praesens enim ex Demosthenis loco invectum est. Sententia clamat *futurum* esse necessarium, ut statim sine mendo evasit ἐάσει. Corrige igitur: καὶ γὰρ ἰσχὺν ἐνθήσει καὶ ἀποθανεῖν οὐκ ἐάσει.

Elegans et Attica loquendi forma periit pag. 312. ubi Domitianus ad Apollonium ita dicit: μὴ ἄπαγε ἐς Ἰνδοὺς ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ φιλτάτου σοι Νερούα — λέγε. Cui ille: ἀπολογῶμαι ὑπὲρ αὐτοῦ τι ἤ .... Μὴ ἀπολογοῦ, εἶπεν. Nihil in his omis-

sum est nec plura dicturum interpellavit Princeps sed librarii turbarunt. Saepe ostendimus etiam in Philostrateis H et TI inter se a scribis confundi. Etiam hoc loco sedem inter se permutarunt. Sanabis locum transponendo: *ἀπολογῶμαι ὑπὲρ αὐτοῦ ἢ τί*; Ex multis Atticorum exemplis unum apponam ex Aristophanis Avibus vs. 464:

δειπνήσειν μέλλομεν ἢ τί;

Male transposita sunt (pag. 312.) verba Domitiani ad Apollonium »*Noli Nervam defendere*, inquit, *ἀδικῶν γὰρ εἴληπται, ἀλλ' οὐχ ὡς αὐτὸς ἀδικεῖς ξυνειδὼς ἐκείνῳ τοιαῦτα τοῦτό με ἀναδίδασκε*. Res ipsa clamat legendum esse: *ἀλλ' ὡς αὐτὸς οὐκ ἀδικεῖς*.

Quod continuo sequitur *ὁ μὲν δὴ βασιλεὺς ἀπορρήτων λαμπρῶν ἀκροάσασθαι ᾤετο*, significat »*audivisse* se putabat." Itaque *ἀκροάσεσθαι* emenda vel potius a libris offerentibus accipe. Nihil esse illo mendo frequentius saepius admonuimus. Saepe barbaras formas procudunt scribae, veluti *τεύξασθαι*: pertinaciter tamen multi Editores perpetuum errorem fovent ac retinent.

Python Byzantinus p. 316. dicitur *ἀγαθὸς ῥήτωρ τὸ κακὰ πείθειν*, sed tu emenda *τὰ κακὰ πείθειν*. *Δεινός* et *ἀγαθός* cum infinitivis coniunguntur sine articulo: *φαγεῖν δεινός, λαλεῖν ἄριστος, κρείττων βαδίζειν*. Contra *ἀγαθά* est *κακά* in talibus habent articulum *τὰ ἄριστα λέγειν* et sim.

Vetus Attica locutio, qua Philostratus orationem tamquam gemma distinguere voluerat, a scribis vitiata est pag. 323. Interrogatus Apollonius: *πόσῳ τὸν λόγον διαμετρήσεις ὕδατι*; respondet: *εἰ μὲν ὁπόσα ἀπαιτεῖ ἡ δίκη ξυγχωρεῖ μοι λέγειν, οὐκ ἂν φθάνοι διαμετρηθεὶς οὐδὲ ὁ Θύμβρις*. Haec ita dicuntur quasi *φθάνοι* significaret *ἀρκοίη, sufficeret*, aut aliquid huiusmodi, et sic accepit Graeculus, cuius in Codice Parisino *π* haec legitur annotatiuncula: *φθάνοι: ἐξαρκοῖ ἤγουν ἐξισωθείη*. Commentus est iste novam et inauditam verbi *φθάνειν* significationem, quod eo est impudentius quum *οὐκ ἂν φθάνοιμι, φθάνοις, φθάνοι* cet. cum participio coniunctum sexcenties legatur et apud Atticos et apud omnes Atticorum imitatores. Significat semper et ubique idem, sed eam significationem intelligere est facilius quam verbis Latinis aut alius cuiuslibet

linguae plane referre. Dicitur de ea re quae *sine ulla mora* agenda sit, sed non illepida ὑπερβολῇ Graeci dicunt te quantumvis magna celeritate utaris tamen id quod agendum sit non sat cito agere posse, ut non sero sit. Sic apud Platonem legitur οὐκ ἂν φθάνοις περαίνων, λέγων, ἀκούων et sim. id est *quantocyus conclude rationem, dic, audi.* Incerti Comici senarius est apud Phot. in v.

οὐκ ἂν φθάνοιμι τὴν μάχαιραν παρακονῶν,

quantocyus mihi est acuendus gladius, ad verbum: *non possum sat cito gladium acuere*, et sic passim Veteres loquuntur omnes. In Aristophanis Avibus vs. 1017. quum dixisset Meton: *itaque propripiam me hinc*, respondet Pisthetaerus: νὴ Δί', ὡς οὐκ οἶδ' ἂν εἰ φθαίης ἔτι, *haud scio an id iam sat cito facere possis.* Interpolatum esse suspicor locum Herodoti VII. 162. οὐκ ἂν φθάνοιτε [τὴν ταχίστην] ὀπίσω ἀπαλλασσόμενοι, nam non aliunde quam ex interpretatione τὴν ταχίστην nasci potuit. Hoc enim Gelo dicit τὴν ταχίστην ἀπαλλάσσεσθε ὀπίσω, ὡς τάχιστα ἄπιτε. Hinc factum est ut οὐκ ἂν φθάνοι dicatur de re quae *primo quoque tempore, iamiam*, futura sit aut peragenda, ut in Demosthenis Timocratea p. 745, 4. εἰ μὴ τιμωρήσεσθε τούτους οὐκ ἂν φθάνοι τὸ πλῆθος τούτοις τοῖς θηρίοις δουλεῦον, id est αὐτίκα μάλα, παραχρῆμα, τὸ πλῆθος δουλεύσει. Sic οὐκ ἂν φθάνοιμι λέγων significat εὐθέως ἐρῶ, et οὐκ ἂν φθάνοιτε θνήσκοντες est παραυτίκα ἀποθανεῖσθε, et sic in caeteris. Itaque οὐκ ἂν φθάνοι διαμετρηθεὶς ὁ Θύμβρις significat ὁ Θύμβρις ὡς τάχιστα διαμετρηθήτω, sed additum οὐδέ nullo modo intelligi potest aut reliquis aptari. In οὐδέ una litterula abundat. Dixerat philosophorum omnium arrogantissimus: οὐκ ἂν φθάνοι διαμετρηθεὶς ὅδε ὁ Θύμβρις, praeterfluentem Tiberim digito monstrans. Caeterum notabilis locus est ad cognoscendum morem Romanorum, quo ei, qui causam dicturus sit, conceditur aquae modum constituere et tantum aquae postulare quantum ipsi videretur esse satis. Plinius Epist. II. 2. 7: »*Equidem quoties iudico quantum quis plurimum postulat aquae do. Etenim temerarium existimo — tempus negotio finire cuius modum ignores.*" Hinc igitur ex Apollonio quaeritur: πόσῳ τὸν λόγον διαμετρήσεις ὕδατι; et respondit id quod emendavimus.

Duobus aliis locis in *vita Apollonii* Philostratus eodem genere loquendi usus est: pag. 201. *ὄρη πολλαχοῦ τῆς γῆς ἔμπυρα καὶ οὐκ ἂν φθάνοιμεν ἐπιφημίζοντες αὐτοῖς γίγαντας καὶ Ἡφαίστους*, et pag. 260: *εἰ γὰρ παλαιὰ νόμιμα — πικρῶς ἐξετάζοιμεν — οὐκ ἂν φθάνοιμεν συκοφαντοῦντες πάντα*, quae significant *αὐτίκα μάλα γίγαντας αὐτοῖς ἐπιφημιστέον* et *παραχρῆμα πάντα ἡμῖν συκοφαντητέον*.

Vidi nonnumquam futurum *ἐρῶ* apud Demosthenem et alios in praesens *λέγω* a scribis mutatum. Idem factum est p. 325. in verbis: *εἰ δὲ βούλει λέγω καὶ λοιμῶν αἰτίας*. Quod quisque in tali re dicit *si vis dicam*, non *dico*, Sophistae reddendum: *εἰ δὲ βούλει ἐρῶ κτέ*.

Vera est et recipienda Kayseri coniectura p. 327. in verbis *οὐκ ἀγνοῶ — ὅτι διαβάλλουσιν αὐτὸν οἱ τὰς βωμολόχους ἰδέας ἐπαινοῦντες*, corrigentis *ὅτι διαβαλοῦσιν*. Rem certam praestat quod post pauca sequitur: *τοιόσδε ὁ λόγος δόξει τοῖς γε μὴ μαλακῶς ἀκροασομένοις ἐμοῦ τε καὶ τοῦ ἀνδρός*, ubi mihi quidem *ἀκροασαμένοις* prorsus videtur necessarium. Philostratus Apollonii orationem nemini adhuc lectam e Damidis commentariis primus in lucem protulit et ita dicit: »non nescire se *fore* qui eam reprehendant." Quomodo, quaeso, dicere iam tum potuit: »*esse* quibus ea oratio minus placeat."

Mendose editur p. 335. *κατὰ χρόνους —, ἐς οὓς μαχιμώτατα αὐτῶν εἶχον*, emendandum est ex perpetua Philostrati consuetudine *κατὰ τοὺς χρόνους —, οὕς κτέ*. Exempla passim apud eum obvia. Paulo ante legitur p. 333: *ἐγένετο κατὰ τοὺς χρόνους, οὓς ὑπὲρ τῆς Ἑλένης ἡ Τροία ἐμάχετο*.

Reperta vera lectio est sed inconsulto abiecta p. 337. *Lycurgum Apollo Pythius deum appellavit*, inquit, *καὶ οὐδεὶς ἐπὶ τὸν Λυκοῦργον ἀγὼν ἢ κίνδυνος ἐκ τούτων ὡς ἀθανατίζοντα*. Verum est *ὡς ἀθανατιῶντα*, id est *γλιχόμενον τοῦ ἀθάνατον εἶναι*. Certa analogia verbum peperit omnibus Graece intelligentibus perspicuum. Praeterea excidit aliquid unde *ἐπὶ τὸν Λυκοῦργον* pendebat. Supple *ἀγὼν (ἦκεν) ἢ κίνδυνος*. Vicinae litterae HKIN praecedens HKEN absorbserunt. Adscribo, quia simillimus est, locum ex eadem oratione p. 327. *κινδύνου δὲ ἐφ' ἑκάτερον ἡμῶν οὕτω χαλεποῦ ἤκοντος*.

Iuvat eadem medicina sanare fragmentum Cratini *ἐν Θρᾴτ-*

ταις apud Scholiast. ad Eurip. Hecubam vs. 821. ubi in Veneto Codice sic scriptum esse vidi: παν' κακὸν δεῦρο μαστεύων τινα. Ex iis quae sequuntur apparet haec de aliquo simulacro dici quod nescio quis amissum quaerebat. Itaque emendaverim:

Πανίσκον (ἥκον) δεῦρο μαστεύων τινά.

Mendum est p. 340. in verbis: οὐδ' ἐν Θετταλίᾳ — οὗ τὰ γύναια κακῶς ἤκουσεν ἐπὶ τῇ τῆς Σελήνης ἕλξει, nam sententia imperfectum postulat κακῶς ἤκουεν. Male Philostratus in ea re nomine ἕλξις usus est. Veteres καθαιρεῖν et καθαίρεσις in ea re usurpare solent. Plato in Gorgia p. 513. A. τὰς τὴν σελήνην καθαιρούσας, τὰς Θετταλίδας. Aristophanes Nub. vs. 749.

γυναῖκα φαρμακὶδ' εἰ πριάμενος Θετταλήν
καθέλοιμι νύκτωρ τὴν σελήνην.

Unde olim *defectus* Solis et Lunae non ἐκλείψεις sed καθαιρέσεις appellabantur. Praeterea κατάγειν, κατασπᾶν, καθέλκειν τὴν σελήνην dicebant, ut Latine *coelo deducere lunam* et *deripere*, sed ἕλκειν et ἕλξις ab eius rei notione prorsus aliena sunt.

Acerbissime insectans Apollonius veterem amicum Euphratem p. 345. ἐντετύπωται δ' ἀεί, inquit, ταῖς τῶν δυνατῶν θύραις καὶ προσέσχηκεν αὐταῖς πλείω καιρὸν ἢ οἱ θυρωροί. ἀπελήφθη δὲ καὶ ὑπὸ θυρωρῶν πολλάκις ὥσπερ τῶν κυνῶν οἱ λίχνοι, in his manifesto mendosum est ἀπελήφθη. Requiritur verbum quod et in ea re proprium est et simul odiosissimum: ἀπηλάθη δὲ καὶ ὑπὸ θυρωρῶν πολλάκις.

Reperit veram lectionem Kayserus p. 348. in verbis ἀγῶνας ἡτοίμαζον καὶ κατηγορίας ἐπ' ἄνδρας χρησοὺς καὶ ἀπολεῖσθαι τοὺς οὐκ ἀδικοῦντας καὶ πεῖσαι τὸν βασιλέα, nihil enim aliud in ἀπολεῖσθαι latet quam ἀπολέσαι, quod Kayserus recipere debuerat. Ostendimus in Novis Lectt. ἀπολέσαι subinde in ἀπολέσθαι depravari. Scribae ἀπολέσθαι, ἀπολεῖσθαι et ἀπολογεῖσθαι iocularem in modum permiscere solent. In hoc ipso loco et alii libri et quem Editor nimis admiratur Parisinus exhibent ἀπολογεῖσθαι τοὺς οὐκ ἀδικοῦντας, stultissime, ut vides.

Admonet Domitianum Apollonius p. 352. illius temporis quum Capitolio a Vitellianis incenso ipse ad supplicium quae-

reretur (Tacit. Histor. III. 74.) καίτοι μειράκιον ἱκανῶς ἤσθα καὶ οὔπω οὗτος, inquit. In his οὗτος mihi suspectum est. Tres litterulas a vicinis absorbtas esse suspicor et emendandum καὶ οὔπω τοσοῦτος, quod cum admiratione dicitur. Domitianus interceptus in Urbe annos octodecim erat natus quum ex Capitolii incendio elapsus est. Callide admodum de ea re sic loquitur Apollonius quasi Vitellius summa ope Domitianum ad caedem quaesiverit et nihil habuerit antiquius quam ut illum in potestatem suam redigeret. Ἀπείληψο μέν, inquit, ὑπὸ Βιτελλίου ἐνταῦθα, κατεπίμπρατο δ' ὁ νεὼς ὁ Διός, ὁ δ' εὖ κείσεσθαι τὸ ἑαυτοῦ ἔφασκεν εἰ μὴ διαφύγοις αὐτόν. Non sunt haec satis vera et subest adulatio quaedam. Elapsus est quidem Domitianus adolescens ex praesentissimo vitae periculo (Tacit. Histor. III. 74.) sed Vitellius ipse de eo violando ne cogitavit quidem. Et antea teste Tacito Histor. III. 59. »*ipse Vitellius respectu suarum necessitudinum nihil in Domitianum atrox parabat*" et nunc quid adolescentulo capto oppressoque profecisset? Sed callide recoctus ille Pythagoras, ut salvus ex illo iudicio abiret et ex delatorum calumniis expediret sese, vana specie ferociae immani tyranno blanditur et suppalpatur. Quo diligentius illam Apollonii orationem considero eamque cum Philostrati nugacissimi hominis commentis compono, eo magis mihi confirmatur id quod dudum suspicabar, genuinam hanc Apollonii orationem esse et in ipso iudicio habitam, sed Philostrati narrationem aut ab ipso aut a Damide aut a nescio quo impudenti mendacio esse fictam. Frontibus adversis concurrunt inter sese oratio, quam Philostratus ab Apollonio scriptam quidem sed non habitam esse asseverat pag. 326, et ea quae nullius iudicii Sophista in ea causa accidisse affirmat. Si quid Sophistae credimus, Apollonius, quum pauca principi interroganti respondisset, statim absolutus est. Ἀφίημί σε τῶν ἐγκλημάτων, Domitianus inquit. Quid Apollonius? Ut primum est absolutus minaci oratione tyrannum lacessit eique occinit Homericum:

οὐ γάρ με κτενέεις, ἐπεὶ οὔ τοι μόρσιμός εἰμι,

deinde repente *tenues dilapsus in auras* ex omnium oculis sublatus est, eodemque die Puteolis cum amicis de iudicio suo confabulatur p. 355. sed nemo mirabitur eum fessum labore

et via mox dormitum ivisse p. 557. Est autem operae pretium videre quo potissimum argumento philosophus (teste Philostrato) fuerit absolutus. Arguebatur vetere calumnia immolasse rure puerum ex Arcadia, ut ex eius extis palpitantibus futuros rerum eventus colligeret, Domitiani exitium imperiumque Nervae. Nihil erat illis temporibus huiusmodi crimine exitiosius. De ea re insidiose a Domitiano interrogatus his verbis: *εἰπέ μοι, προελθὼν τῆς οἰκίας τῇ δεῖνι ἡμέρᾳ καὶ εἰς ἀγρὸν πορευθεὶς τίνι ἐθύσω τὸν παῖδα;* respondet: *εὐφήμει. εἰ μὲν γὰρ προῆλθον τῆς οἰκίας ἐγενόμην ἐν ἀγρῷ, εἰ δὲ τοῦτο καὶ ἔθυσα, εἰ δὲ ἔθυσα καὶ ἔφαγον. λεγόντων δὲ ταῦτα οἱ πίστεως ἄξιοι.* Ad haec ingens coronae plausus tollitur et maior (ut Philostrato videtur) quam pro maiestate loci. Princeps ubi verba rei auditorum veluti testimoniis probari videt et ipse *responsi prudentia commotus* sine mora hominem absolvit. Quid igitur dixerat quod omnes tanto opere commovit? An ea quae modo descripsimus? Sed tam ambigua sunt et obscura, ut intelligi non possint, et quis plaudit iis quae non intelligit? Suspicor partem sententiae propter *ὁμοιοτέλευτον* excidisse in hunc fere modum supplendam: *καὶ ἔφαγον. (ἐγὼ δὲ οὐ προῆλθον τῆς οἰκίας. οὐκοῦν οὔτε ἐν ἀγρῷ ἐγενόμην οὔτε ἔθυσα οὔτε ἔφαγον.) λεγόντων δὲ ταῦτα κτἑ.* Deinde testes produxit et sic omni crimine est absolutus. Tum vero liberatus omni periculo petulanter Domitianum insectatur, sed continuo dilapsus in auras iratum principem hiantem relinquit. Contemneremus et rideremus istiusmodi ineptias, quae puerulos fortasse ac vetulas delectare possunt, etiamsi nihil prorsus aliunde de eodem iudicio constaret. Nunc contra est: habemus ipsam orationem qua se reus apud Domitianum defendit. Cognoscimus ex illa oratione hominem vanum, ineptum, superstitiosum et arrogantem, Diodoro Aspendio similem (quem et ipsum stolidum Pythagorae imitatorem sero natum suavissime Veteres riserant), sed videmus eundem omni crimine vacuum et iniquissima calumnia circumventum omnem lapidem movere, ut sese expediat et saevo principi admodum callide blandiri et adulari, non aperte illud quidem sed tecte et per ambages. *Optimum principem* appellat, *βέλτιστε βασιλέων*, p. 548. cuius se iustitiae et aequitati non diffidere dicit p. 528. *οὔτε*

κατεψηφισάμην τῆς σῆς ἀκροάσεως ὡς μὴ τὸ εὐθὺ ἐχούσης; fortitudinem animi praedicat barbarorum minas cum risu contemnentis; Minervae praesidio tutum esse assentatur, idque astute admodum non tantum ad corporis valetudinem pertinere interpretatur, sed ad vitae salutem quoque et imperii diuturnitatem. Quanti se Vespasianus fecerit luculenter demonstrat, cui ipse suscipiendi imperii auctor fuerit. Laudat tecte et peringeniose ex Nervae persona Domitiani et robur corporis et mentis vigorem p. 342, eumque aliis *iniquam dominationem* exercere, sibi *iustum legitimumque imperium* videri acutissime significat p. 351. ὁ μέν σε ἡγεῖται δεσπότην, ἐγὼ δὲ ἄρχοντα. Praeterea omnia deinceps accusationis capita accurate et luculenter redarguit, etiam leviora de victu cultuque corporis, pleraque seria et gravi oratione, nonnumquam et facete et salse delatoris calumnias exagitans. Imprimis quod erat accusationis caput, *puerum Arcadem rure immolatum inspectaque exta adversus principem*, tam copiose et luculenter refutavit et argumentis probabilibus et certissimis testimoniis, ut eo quidem crimine non potuerit non absolvi. Senties ubi hanc partem accurate legeris p. 349. in iudicio haec agi, senties te in iudicio Romano versari. Tabulis ac testibus summa rei agitur. Res est manifesta: itaque non reus, sed *crimen* est tenues in auras dilapsum. Supererat Euphratae calumnia, quam et ipsam sic diluit ut ipsius Domitiani exemplo in rem suam percommode uteretur. Etiamnunc delinit et mulcet saevum iudicem, et in his illa verba posuit, quibus adversus rerum gestarum fidem confidenter affirmat a Vitellio olim Domitianum potissimum ad caedem suppliciumque quaesitum et fato servatum esse: ὁ μὲν ἀπώλετο αὐταῖς βουλαῖς, σὺ δὲ τἀκείνου νῦν ἔχεις. Quae quum princeps secundis auribus accepisset, paucis insectatus delatorum scelera orationem concludit.

Hunc igitur hac ipsa defensione usum equidem absolutum esse contendo. Philostratus credulae reginae absurdas fabellas narrare maluit et orationem cum commentis suis non convenientem habitam esse negare. Bonum factum quod eam non oppresserit, nam nihil est in *vita Apollonii* unde novus ille Pythagoras melius et certiore fide cognosci possit.

Compara nunc mihi illam orationem, in qua Apollonius submisse et ad persuadendum apte et admodum sollerter et callide blanditiis saevum tyrannum mitigans crimina omnia idoneis argumentis et certissimis testimoniis refutat cum illis ineptiis, quas impudenter commentus est aut Damis aut Philostratus. In plerisque fraus perpluit. Unum tantum attingam. Adductus philosophus in Domitiani conspectum *οὕτω τι ὑπερεώρα τοῦ βασιλέως ὡς μηδὲ ἐς αὐτὸν βλέπειν* p. 324. Indignatur accusator spretam ab eo principis maiestatem eumque iubet *ὁρᾶν ἐς τὸν ἁπάντων ἀνθρώπων θεόν*. Quid Apollonius, qui paulo ante orationem tam submissam scriptitaverat? *ἀνέσχεν ὁ Ἀπολλώνιος τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐς τὸν ὄροφον ἐνδεικνύμενος τὸ ἐς τὸν Δία ὁρᾶν*. Deinde Domitianus neque accusatorem iubet dicere neque reum, sed ipse paucissima quaedam sciscitatur veluti: *τί παθὼν οὐ τὴν αὐτὴν ἔχεις ἅπασι σολήν*; quibus quum pauca Apollonius respondisset non auditis testibus protinus reum sic absolvit: *Ἀφίημί σε τῶν ἐγκλημάτων*. Nunc demum philosophus has verborum faces Principi admovet: *πέμπε τὸν ληψόμενόν μου τὸ σῶμα, τὴν γὰρ ψυχὴν ἀδύνατον*. Quid autem attinebat reum *absolutum* prehendere? Sed magis magisque incalescit: *μᾶλλον δὲ οὐδ' ἂν τὸ σῶμα τοὐμὸν λάβοις*, magna voce exclamat,

οὐ γάρ με κτενέεις, ἐπεὶ οὔ τοι μόρσιμός εἰμι.

ô hominem audacem ac temerarium dices. Noli timere: *εἰπὼν ταῦτα ᾐφανίσθη τοῦ δικαστηρίου*: teste Philostrato p. 326. et iterum p. 354. *ἀπῆλθε τοῦ δικαστηρίου δαιμόνιόν τε καὶ οὐ ῥᾴδιον εἰπεῖν τρόπον*. Quid putes ad haec animi fuisse iis qui iudicio interessent? Philostratus locuples auctor docebit p. 354. *οἱ πολλοὶ ᾤοντο τὸν βασιλέα σχέτλια βοήσεσθαι καὶ δίωξιν ποιήσεσθαι τοῦ ἀνδρός, κηρύξειν τε ἐς τὴν αὐτοῦ πᾶσαν μηδαμοῦ παριτητέα εἶναί οἱ*. Domitianus ipse, opinor, acutior caeteris intellexit se vociferari quidem posse suo arbitratu, sed eum qui sic ex hominum oculis in auras dilaberetur persequi se nullo modo posse: itaque novam causam de nescio cuius testamento cognoscere coepit, in qua cognitione (si Philostrato fides) eum vehementer commotum perturbatumque esse satis apparebat, quod nemo mirabitur qui umquam simile prodigium aut ipse vidit aut alteri narranti credidit.

Magis miror quomodo Demetrius, flos et robur Cynicorum, tam fatuus esse potuerit, ut Philostratus memoriae prodidit p. 357. Illo ipso die circa Puteolos ab Apollonio audivit omnia, qui paulo ante Roma οὐ ῥᾴδιον εἰπεῖν τρόπον Puteolos pervenerat: διήει δὲ τοὺς ἑαυτοῦ λόγους καὶ ἐπὶ πᾶσι τό· »οὐ γάρ με κτενέεις" καὶ τὸ ἀπελθεῖν τῆς κρίσεως ὡς ἀπῆλθεν. Confirmatum his mirifice credideris Cynici animum vel sic satis fortem et invictum. Nihil minus. Trepidus exclamat: ἐγὼ μὲν ᾤμην σεσωσμένον ἀφῖχθαί σε, σοὶ δ' ἀρχὴ κινδύνων ταῦτα, ξυλλήψεται γάρ σε καταγγελλόμενον καὶ πάσης ἀποστροφῆς εἰργόμενον. Non memini me videre philosophum ineptiorem, qui ne sic quidem intellexerit Apollonium humano fastigio maiorem esse, et absurdum esse illi viro timere, qui ex tanto discrimine sic liberatus ad se venisset. Is ipse Demetrius, qui olim Neronem ipsum audacissime lacessiverat (p. 182 sq.) nunc trepidat ut puer, ut muliercula. Postero die mane examinatus metu audire sibi videtur equites, qui Apollonium quaerant: κτυπεῖσθαι ἐδόκει τὰ ὦτα ὑπὸ ἐννοίας ἱππέων οὓς ᾤετο ἐπικείσεσθαι ἤδη τῷ Ἀπολλωνίῳ διὰ τὴν ὀργὴν τοῦ τυράννου pag. 358. Dissuadet Apollonio ne in Graeciam abeat, τὸ γὰρ χωρίον φανερώτατον, inquit. Solatur Apollonius hominem discedens: προσειπόντες τὸν Δημήτριον ἀθύμως ἐπ' αὐτοῖς ἔχοντα θαρρεῖν τε πείσαντες (lege θαρρεῖν τε κελεύσαντες) ὡς ἄνδρα ὑπὲρ ἀνδρῶν, sed frustra. Atque hic est ille Demetrius ἀνὴρ ξυνειληφὼς ἅπαν τὸ ἐν Κυνικῇ κράτος, teste Philostrato pag. 163. Vides ne Cynicis quidem satis tuto confidi posse, et, si ipsum Philostratum exceperis, neminem esse Demetrio stultiorem.

Si quis in re tam perspicua nondum satis vera a fictis discernere potest, ei ego testem producam, quem in ea re minime exspectasset, nempe ipsum Apollonium. Postquam absolutus est in Peloponnesum ad ludos Olympicos se contulit. Philostrato credibile videtur Graecos undique περὶ μετοπώρου ἀρχάς (p. 358.) Apollonii visendi causa Olympiam confluxisse, quamquam nulli essent tunc ludi, et ut nihil mendaci sat amplum et magnificum videtur προσεπιμετρεῖ levis Sophista novum mendacium: οὐδ' ἐπ' Ὀλυμπιάδα οὐδεμίαν μετέωρος οὕτω ξυνήει ἡ Ἑλλὰς ὡς ἐπ' ἐκεῖνον τότε. Nobis non videtur id credibile, (nam quid, quaeso, quisquam in illa Olympiae soli-

tudine hyeme appetente habebat quod ageret?) sed ad ludos illam multitudinem confluxisse statuimus, praesertim quum ex Italia quoque multi advenisse dicantur, πολλῶν δ' ἐξ Ἰταλίας ἡκόντων, οἳ ἐκήρυττον τὰ ἐν τῷ δικαστηρίῳ (pag. 360). In illa igitur celebritate quum omnes ex eo quaererent quo pacto ex tanto periculo incolumis evasisset, audi quid responderit: πρὸς μὲν δὴ τοὺς ἐρωτῶντας ὅτῳ τρόπῳ διαφύγοι τὸν τύραννον οὐδὲν ὤετο δεῖν φορτικὸν φράζειν ἀλλ' ἀπολελογῆσθαί τε ἔφασκε καὶ σεσῶσθαι. Verissime ille quidem respondit, sed homuncionibus rerum mirabilium avidis illa simplicitas non satisfacit: nihil istis placet nisi quod absurdum sit: quod fieri omnino non possit id demum illis verum esse videtur. Ante Apollonii adventum *Graecia mendax* rumores sparserat οἱ μὲν ἀποθανεῖν αὐτὸν καταφλεχθέντα, οἱ δὲ ἑλχθῆναι ζῶντα καταπαγέντων ἐς τὰς κλεῖδας αὐτοῦ ἀγκίστρων, οἱ δὲ ἐῶσθαι ἐς βάραθρον, οἱ δ' ἐς βυθόν pag. 359. Brevi post excarnificatus ille et crudelissime necatus philosophus salvus et incolumis adest. Cupide rogantibus respondet id quod erat: ἀπολελόγημαι καὶ σέσωσμαι. Sed veniunt ex Italia multi qui novas fabulas comminiscuntur quas impudenter spargunt in vulgus. Stolidum vulgus istis cupide credit, Apollonio ipsi vera narranti non credit, eaque miracula prae modestia eum occulere putans διέκειτο μὲν ἡ Ἑλλὰς οὐ πόρρω τοῦ προσκυνεῖν αὐτὸν θεῖον ἡγούμενοι ἄνδρα δι' αὐτὸ μάλιστα τὸ μηδ' ἐς κόμπον μηδένα ὑπὲρ αὐτῶν καθίστασθαι. Vides quemadmodum ineptissimae fabulae apud superstitiosam multitudinem nascantur. Nos Apollonii ipsius testimonium accipimus, et quod ex ipsa re satis apparebat ὅτι ἀπελογήσατο καὶ ἀπέφυγεν id ipsi affirmanti facile credimus.

Philostratus ista superstitiosa turba nihilo est sanior: nihil est tam absurdum quod non concoquere possit. Quidquid incongruum est et sibi non constat, si qua inter se aperte repugnant non laborat, nil curat. Absolutum esse Apollonium et sic tuto in Graeciam rediisse ne suspicatur quidem. Cur non credidisset ἀφανισθῆναι τοῦ δικαστηρίου eum, de quo serio scripserat p. 147. »*quum esset Smyrnae* εἰπὼν »Ἴωμεν" ἦν ἐν Ἐφέσῳ, τοῦ Πυθαγόρου, οἶμαι, ἐκεῖνο πράττων τὸ ἐν Θουρίοις

ὁμοῦ καὶ Μεταποντίοις εἶναι. Qui hoc concoquere potuit eumne in caeteris acutius cernere quis credat?

Excidit vocula p. 355. οὐκέθ' οἷοι ἀπιϛεῖν ἦσαν. Corrige οἷοί τ' ἀπιϛεῖν. Notum est quid inter οἷός εἰμι et οἷός τ' εἰμί intersit. Saepe vidi τε perperam a scribis additum, cuius rei alias complura exempla expromam. Vides etiam ab iisdem τε necessarium omitti.

Vocabulum periit p. 356. in verbis: τοσήνδε ὁδὸν ἐν σμικρῷ τῆς ἡμέρας ἤνυσας. Nemo sic loquitur, sed nullo negotio ex loquendi usu μέρει e fuga retrahemus ἐν σμικρῷ τῆς ἡμέρας (μέρει). Vides cur interciderit. Menander Stob. Floril. 37, 18:

τούτῳ λαλήσας ἡμέρας σμικρὸν μέρος
εὔνους ἐγὼ νῦν εἰμι.

Plutarchus in vit. Demosth. cap. 20. ἐν μέρει μικρῷ μιᾶς ἡμέρας — ἀναρρῖψαι κίνδυνον ἀναγκασθείς, et sic et alii passim. Emendate legitur apud Philostratum pag. 207. ἀλλ' ὑμεῖς γε ὅσια πράττοιτε Φειδόμενοι τούτων βραχὺ μέρος ἡμέρας, ubi obiter emenda ὅσι' ἂν (ΟΣΙΑ) πράττοιτε: sed recurrit vitium idem pag. 245: εὐφραίνει γὰρ ἐν σμικρῷ τῆς ἡμέρας, ubi iterum supple ἐν σμικρῷ τῆς ἡμέρας (μέρει).

Subiungam his locos quosdam, quos supra praeterii. Pag. 245. narratur Apollonius venisse Athenas περὶ μυϛηρίων ὥραν, ὅτε Ἀθηναῖοι πολυανθρωπότατα Ἑλλήνων πράττουσιν. Duo in his vitia insunt, alterum scribae, Philostrati alterum. Abutitur Sophista verbo πράττειν, veluti p. 23. φωνὴ δὲ ἦν τῷ Ἀσσυρίῳ ξυμμέτρως πράττουσα. Perinde est Graece dicere ξύμμετρός ἐϛιν et ξυμμέτρως ἔχει, ἀναγκαῖόν ἐϛιν et ἀναγκαίως ἔχει similiterque in aliis sexcentis, sed ridiculum est verbum πράττειν in talibus ponere. Itaque recte dicitur πολυάνθρωπός ἐϛιν, sed πολυανθρώπως πράττειν ineptum est. Ex his scribae vitium deprehenditur, qui Ἀθῆναι, non Ἀθηναῖοι, dare debuerat: est enim ἡ πόλις, ut opinor, πολυάνθρωπος, non οἱ πολῖται. Frequens et nota haec confusio est. In vicinia aliud mendum conspicitur in verbis: τὰ δὲ Ἐπιδαύρια μετὰ πρόσρησίν τε καὶ ἱερεῖα — μυεῖν Ἀθηναίοις πάτριον: emenda μετὰ πρόρρησιν. Noto usu appellatur πρόρρησις, qua omnes quibus non sint purae manus quique Barbari sint a sacris arcentur. Livius 45, 5: *quum omnis* praefatio sa-

crorum *eos quibus non sint purae manus sacris arceat.* Cur ita dicatur optime docet Isocrates in Panegyr. § 157. Εὐμολπίδαι τε καὶ Κήρυκες ἐν τῇ τελετῇ τῶν Μυστηρίων τοῖς βαρβάροις εἴργεσθαι τῶν μυστηρίων ὥσπερ τοῖς ἀνδροφόνοις προαγορεύουσιν. Respondet enim verbo προαγορεύω, ut alibi accurate demonstravimus, nomen πρόρρησις, ut ἀπόρρησις et ἀνάρρησις verbis ἀπαγορεύω et ἀναγορεύω. Quid igitur *salutandi* verbum προσαγορεύω et nomen πρόσρησις commune habent cum sacris? Adscribam ex Livio 31, 14. quantam vim ea denuntiatio haberet. »*Acarnanes duo iuvenes per Initiorum dies non initiati templum Cereris imprudentes religionis cum caetera turba ingressi sunt. Facile eos sermo prodidit absurde quaedam percontantes: deductique ad antistites templi cum palam esset per errorem ingressos tamquam ob infandum scelus interfecti sunt*" ubi suppleverim: (*tamen*) *tamquam ob infandum scelus.* Indignabundus haec scribit Livius, et quis ea etiam nunc sine indignatione legere potest? Satis haec tuebuntur lectionem μετὰ πρόρρησιν, transeo ad alium locum.

Narratur Apollonius p. 157. sanasse adolescentulum Corcyraeum ex Alcinoi posteris, cuius hospitio apud Phaeaces Ulysses olim esset usus, nam habet hoc Apollonius ut passim reperiat aetatis heroicae aut principes aut posteros. Vidit Palamedem pag. 113. vidit Telephum p. 278, reperit in Troade unum ex Priami posteris p. 149. et sic quum Athenis dissereret παρέτυχε τῷ λόγῳ μειράκιον τῶν ἀβρῶν — πατρὶς δὲ αὐτῷ Κέρκυρα ἦν καὶ ἐς Ἀλκίνουν ἀνέφερε τὸν ξένον τοῦ Ὀδυσσέως τὸν Φαίακα. Et fuerunt qui his crederent et Philostratum, doctum virum, laudibus extollerent! Quae sequuntur sunt etiam absurdiora: ἐλελήθει δὲ ἄρα δαιμονῶν τὸ μειράκιον. ἐγέλα τε γὰρ ἐφ' ᾧ οὐδεὶς ἕτερος καὶ μετέβαλλεν ἐς τὸ κλάειν αἰτίαν οὐκ ἔχον. Credebant caeteri iuvenilem hanc esse lasciviam, perspicax Apollonius quid rei esset solus intellexit: ὁ δ' ὑπεκρίνετο ἄρα τῷ δαίμονι καὶ ἐδόκει παροινεῖν ἃ ἐπαρῴνει τότε. Ultima verba corrupta sunt sed nullo negotio in integrum restitui possunt. Emenda: καὶ ἐδόκει παροινεῖν ἃ ἐπαρωνεῖτο. *Videbatur*, inquit, παροινεῖν, sed erat ipse Daemonis ludibrium et quae *patiebatur* ea ipse *facere* videbatur, ὑποκρινόμενος ἄρα τῷ δαίμονι. Passivum παροινεῖσθαι apud Veteres et

sequiores satis tritum est. Poterat simpliciter dicere: *καὶ ἐδόκει ποιεῖν ἃ ἔπασχεν*, maluit dicere argutius: *καὶ ἐδόκει παροινεῖν ἃ ἐπαρῳνεῖτο.*

Contra Graecitatis usum scribitur pag. 82: *νόμοι ὑμῖν εἰσὶν, εἰ μὲν τὸ νόμισμα παραφθείροι τις ἀποθνήσκειν αὐτὸν καὶ παιδίον εἴ τις παρεγγράφοιτο*, ubi in libris est *παραγράψαιτο* vel *παρεγγράψοιτο*, sed emendandum est *παρεγγράψαι* et paulo ante *παραφθείραι*. Necessarius enim in talibus est *aoristus*: si quis nummos *adulteraverit*, non *adulteret*. Praeterea quis nescit in ea re *ἐγγράφειν* et *παρεγγράφειν* usitata esse, non *ἐγγράφεσθαι* et *παρεγγράφεσθαι*? Ne putes Philostratum a communi omnium usu descivisse inspice locum pag. 369: *γυναῖκά τε ἀνειπεῖν καὶ παῖδας ἐξ αὐτῆς ἐγγράψαι.*

Postquam Apollonius causam dicturus in Domitiani conspectum adductus est accusator clamasse narratur pag. 324: *ἤδη μέτρει, βασιλεῦ, ὕδωρ. εἰ γὰρ ξυγχωρήσεις αὐτῷ μῆκος λόγων ἀπάγξει ἡμᾶς.* Quid tandem sibi vult in ea re verbum *ἀπάγξει*? Dicuntur mali oratores, qui miseros auditores odio et fastidio *enecant*, *κόπτειν* et *κατακόπτειν* et *ἀποκναίειν τοὺς ἀκροωμένους*, sed quis credat oratorem dici posse eos qui se audiant *ad restim compulisse*? Satis est eos auditorum aures et animos *obtundere*, ut opinor: *gulam frangere* eos dicere absurdum est. In libris praesidii nihil est, nisi quod alii *ἀπάξει* exhibent. Videamus an ex istis veram scripturam eruere possimus. Accusator non hoc metuebat, ne Apollonius longa oratione Principem *enecaret*, sed simulabat se metuere ne homo magicis artibus imbutus et delinimentis et incantamentis potens artificiosa oratione omnes *deliniret*. Quid igitur rescribendum est? Nempe *θέλξει ἡμᾶς*. Quod est verbum in ea re tritus quam *θέλγειν*, *θέλξις*, *θελκτήριον*? Omnes inde ab Homero passim in illa re illo verbo utuntur, ut prope putidum sit exempla quaedam apponere. Defungar uno. In Philostrati Heroicis pag. 679. legitur: *ξυναλγεῖ γὰρ σφόδρα τοῖς τὰ ἐρωτικὰ ἀτυχοῦσι καὶ ὑποτίθεται αὐτοῖς ἐπῳδὰς καὶ τέχνας, αἷς τὰ παιδικὰ θέλξουσι*, ubi Codex Parisinus *ἕλξουσι* servat, quod nemo probabit. Quemadmodum, ut post pauca ostendemus, in Aeschinis Ctesiphontea *ἕλξειν* in *ἄξειν* depravatum

est, sic h. l. θέλξει in ἀπάξει abierat, unde nescio quis ἀπάγξει effinxit.

Denique obiter leve mendum exime ex p. 81, ubi Indorum dexteritatem enarrans refert nescio quem διὰ σφενδόνης τοξεῦσαι καὶ τὸν υἱὸν τὸν ἑαυτοῦ σκιαγραφῆσαι βέλεσιν ἀνεςῶτα πρὸς σανίδα, repone ἐςῶτα.

Indicaturus nunc Philostrati ipsius errores quosdam, quibus adversus sanioris Graecitatis usum peccavit, praemittam unam rem in qua eum compertum est culpa vacare, sed librarios veteres formas obscuravisse. Imperfectum dico verbi ἔρχομαι, namque etiamsi saepius ἦεσαν apud eum legitur, tamen certis quibusdam indiciis constat ἦσαν Atticorum more ab eo scriptum esse. Locus est pag. 179: προσῆσαν μὲν οὖν ταῖς πύλαις, ad quem adscripta est vetus annotatiuncula προσῆσαν: ἀντὶ τοῦ προσήεσαν. In alio libro προσῆκαν est, natum ex ΠΡΟCHICAN, in quo IC in K coaluerunt. Ut assolet, ΠΡΟCHICAN omisso I in προσῆσαν corruptum est. Occupavit haec indicare Dindorfius in praefat. ad Dionem Chrysost. pag. XI. Est in vita Apollonii alius quoque locus unde idem colligas pag. 231: ὡς δὲ ξυνῆσαν αἱ νῆες μεταβὰς ὁ Τιμασίων — προσεῖπε τοὺς ἄνδρας, non difficulter enim senties verbi ξυνιέναι imperfectum requiri et proinde ξυνῆσαν reponi oportere. Eodem modo et apud alios et apud Xenophontem vetusta menda probam scripturam intus servare vidimus. Mendose scribitur p. 10. ξυνήεσαν et p. 182, et προσήεσαν p. 86 et 549, et περιήεσαν p. 203. et similia alibi. Caeterum communem aequalium errorem sequitur Philostratus in formis verbi ἰέναι confundendis. Εἶμι et composita ab illo usurpantur pro praesenti ἔρχομαι, et ubi futuro opus est cum sequioribus omnibus recoquit Homericum ἐλεύσομαι. Περίειμι ponit pro περιέρχομαι p. 255: μέμνημαι τῶν ἐμαυτοῦ διδασκάλων καὶ περίειμι διδάσκων ἃ ἐκείνων ἤκουσα. et pag. 60: καταλιπὼν τῷμὰ περίειμι Φιλομαθῶν, et παρελεύσῃ p. 143. et πάλιν ξυνελευσόμεθα p. 222.

Nonnumquam δίειμι, ἄπειμι cet. more veterum *futuri* tem-

poris habent notionem, ut p. 277. σὺ δ' εἰ μὴ ἅπει τοῦ ἱεροῦ ἀπολῇ (lege ἀπολεῖ), nam in talibus εἰ coniungitur cum futuro apud eos utique qui non plane Graece balbutiunt. Quod eodem sensu legitur δίειμι p. 357. ex errore natum est. Editur: λέξω δὲ τὰ τήμερον — πραχθέντα. τὰ γὰρ πρὸ τῆς κρίσεως ἄμφω ἴσε. — ἃ δ' οὔπω ἴσε δίειμι διείρων ἀπὸ τῆς προρρήσεως καὶ τοῦ γυμνὸς ἐπελθεῖν. Διήει δὲ καὶ κτέ. In his δίειμι in optimis omissum est aut de coniectura suppletum in margine: λείπει τὸ δίειμι. In uno est διείρω pro διείρων. Emenda: ἃ δ' οὔπω ἴσε διερῶ ἀπὸ τῆς προρρήσεως κτέ. id est *ordine referam:* ubi διερῶ in διείρω et διείρων erat corruptum levis corrector de suo δίειμι inseruit. Praeterea expunge καί in verbis ἀπὸ τῆς προρρήσεως [καὶ] τοῦ γυμνὸς ἐπελθεῖν. Haec enim ipsa fuerat πρόρρησις. vid. p. 323: προσεσῶτι δ' αὐτῷ τοῦ δικασηρίου προσελθὼν γραμματεύς »ὦ Τυανεῦ," ἔφη, »γυμνὸς ἔσελθε." ex quibus novum vitium deprehenditur p. 357. ubi pro ἀπὸ τῆς προρρήσεως τοῦ γυμνὸς ἐπελθεῖν nullo negotio intelligitur ἐσελθεῖν esse reponendum. Vides ut omnia mendis erroribusque scateant.

Male reiecit Kayserus bonam Piersoni emendationem p. 85. in verbis: τὸν δὲ ἔσω κηφῆνα περὶ τὸ τεῖχος εἶρξαν. Rectissime enim Piersonus ad Moeridis locum p. 134. Ἕλξει Ἀττικῶς. Ἑλκύσει Ἑλληνικῶς, emendavit περὶ τὸ τεῖχος εἵλξαν *circa muros raptarunt.* Kayseri suspicio περὶ δὲ τὸν ἔσω κηφῆνα τὸ τεῖχος εἶρξαν aperte pugnat cum Graecitatis usu et verbi εἶρξαι natura. Εἴργειν τινά est *vinculis et carcere aliquem coercere* et simpliciter *aliquem in carcerem, in vincula coniicere.* Est autem operae pretium in his notare τὴν παρεφθορυῖαν λέξιν. Veteres verbi ἕλκω cum compositis omnibus ἐξέλκω, καθέλκω, ἀφέλκω cet. utebantur *imperfecto* tantum et *futuro*: εἷλκον dicebant, καθεῖλκον, ἀφεῖλκον et ἕλξω, ἐξέλξω, καθέλξω, ἀφέλξω cet. sed reliquas formas *omnes constanter* ab ἑλκύζω repetebant, quo ipso *numquam* utebantur. Itaque ἕλκω, εἷλκον et ἕλξω usitata sunt, sed εἵλκυσα, εἵλκυκα, εἵλκυσμαι, εἱλκύσθην et ἑλκυσθήσομαι, quae omnia et in verbo simplici et in compositis omnibus referenda sunt ad praesens ἕλκω. Itaque καθελκύσας et ἀνελκύσας ad καθέλκω et ἀνέλκω referenda sunt, non ad καθελκύω et ἀνελκύω, quas formas docti homi-

nes imperite ex illis finxerunt. Non minus barbara sunt apud Veteres ἑλκύω, εἵλκυον et ἑλκύσω, ac si quis ex μαθήσομαι (ut hoc utar) μαθέω et ἐμάθησα vellet exscalpere. Perinde barbara sunt apud eosdem εἵλξα et ἐλχθῆναι, ἀφελχθῆναι similiaque omnia: namque omnes constanter εἵλκυσα dicebant et ἑλκυσθῆναι, ἀφελκυσθῆναι. Quam sint haec vera et certa unusquisque inter legendum experimentum facere poterit. Ἕλκω et εἷλκον leguntur passim apud omnes. Ἕλξω sat saepe in Atticorum scriptis occurrit, veluti apud Aristophanem in Equitt. vs. 710:

ἕλξω σε πρὸς τὸν δῆμον, ἵνα δῷς μοι δίκην.

et in Pluto vs. 955:

ἀλλ' ὁ βαλανεὺς ἕλξει θύραζ' αὐτὸν λαβών
τῶν ὀρχιπέδων.

et apud Euripidem in Hecuba vs. 1282:

οὐχ ἕλξετ' αὐτὸν, δμῶες, ἐκποδὼν βίᾳ;

et in Hercule Furente vs. 602:

ἕλξων, φονεύσων, κἄμ' ἐπισφάξων, ἄναξ.

et in Supplicibus Aeschyli vs. 916.

ἕλξειν ἔοιχ' ὑμᾶς ἀποσπάσας κόμης.

et apud Alexidem Athen. p. 383. D.

διάπυρος γὰρ οὔσ' ἔτι | ἕλξει δι' αὐτῆς νοτίδα.

et multis aliis locis, etiam in compositis, ut apud Euripidem in Hecuba vs. 144:

πῶλον ἀφέλξων σῶν ἀπὸ μαζῶν.

Restituendum est futurum ἕλξειν Aeschini in Ctesiphontea § 55: κἂν μὴ θέλω ἀποκρίνασθαι ἀλλ' ἐγκαλύπτωμαι καὶ ἀποδιδράσκω ἐκκαλύψειν μέ φησι καὶ ἄξειν ἐπὶ τὸ βῆμα καὶ ἀναγκάσειν ἀποκρίνασθαι. Apparet quam languide et inepte dicatur ἄγειν pro *nolentem et renitentem rapere*: tu repone καὶ ἕλξειν ἐπὶ τὸ βῆμα, quemadmodum saepe viatores ἀφέλκειν τινὰ ἀπὸ τοῦ βήματος dicuntur. Facile ΕΛΞΕΙΝ neglecta prima literula potuit in ΑΞΕΙΝ abire. Reddenda est forma eadem Aristophani in Equitt. vs. 365:

ἐγὼ δέ γ' ἐξελῶ σε τῆς πυγῆς θύραζε κύβδα.
Β. νὴ τὸν Ποσειδῶ κἀμὲ ταῦρ', ἥνπερ γε τοῦτον ἕλκῃς.

ubi emendandum est ἐξέλξω σε τῆς πυγῆς, quod vel sequens ἕλκῃς satis confirmare possit: praeterea quid est ἐξε-

λαύνειν τινά vel ἐκβάλλειν τῆς χειρός vel τῆς πυγῆς? Contra rectissime dicitur ἐξέλκειν θύραζε τῆς πυγῆς, ut in Pluto ἕλκειν τῶν ὀρχιπέδων, et alibi εἰσέλκειν τῆς χειρός et ἕλκειν τῶν ποδῶν et iocosum ἕλκειν τῆς ῥινός. Ex huiusmodi locis, quales protulimus, nata est ea Atticistarum observatio, quae apud Moeridem legitur: Ἕλξει Ἀττικῶς. Ἑλκύσει ἑλληνικῶς, ad quem locum annotavit Sallier.: »*Moeris verbum* ἑλκύω *tamquam minus Atticum repudiare non debuit, cum illud usurpetur ab Euripide Androm.* vs. 108: τὸν περὶ τείχη Εἵλκυσε διφρεύων παῖς ἁλίας Θέτιδος." Viden quam sit hoc genus observationum anceps et quas habeat cautiones? Εἵλκυσα dicebant omnes: διελκύσαι, καθελκύσας, ἀνελκύσαι leguntur apud Aristophanem, neque est ulla alia forma Veteribus usitata. Dicitur ναῦς καθέλκειν sed καθειλκυσμέναι αἱ νῆες, ἀφέλκειν sed ἀφελκύσαι, ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος sed ἐφειλκύσατο, et eodem modo summa constantia in caeteris omnibus. Sed ἑλκύσω nemo Veterum usurpavit umquam: faex Graeculorum ita loqui coepit, qui fallacem analogiam secuti ex εἵλκυσα elicuerunt ἑλκύσω eodem errore quo ὀμόσω pro ὀμοῦμαι repetierunt ex ὤμοσα, similiaque haud pauca. Dindorfius ad Steph. Thesaurum ἑλκύσω e Flavio Iosepho perinepto scriptore attulit et Tzetze omnium pessimo, qui ἑλκύει quoque usurpavit. In senariis absurdissimis, qui Philemoni affinguntur a Graeculis semibarbaris conflati, ut alibi ostendimus, legitur in Meinekii Fragm. Com. IV. p. 58:

κἂν μέχρι νεφέων τὴν ὀφρὺν ἀναspάσῃς
ὁ θάνατος αὐτὴν πᾶσαν ἑλκύσει κάτω.

ubi sitne oratio an sententia absurdior dubites. Cumularunt haec novis erroribus Graeculi quum ex ἕλκω ἕλξω procuderent εἷλξα et ἑλχθῆναι pro εἵλκυσα et ἑλκυσθῆναι, ut passim in aoristis veterem dicendi usum παρέφθειραν ex futuris formantes ἔλσιψα, ἔφευξα, ἡμάρτησα, alia permulta. Sic igitur Philostratus in gravem errorem implicuit sese quum περὶ τὸ τεῖχος εἷλξαν scriberet, nam εἵλκυσαν dicere debuerat. Tam saepe autem in eodem verbo peccavit, ut de Piersoni emendatione nulla sit dubitatio. Indicabo pauca quaedam: p. 22. εἴ πῃ ἀφελχθείη τῆς ὁρμῆς ταύτης, pag. 51. ὑπὸ τοῦ ἀρώματος ἑλχθεῖσα, pag. 278. ἑλχθεὶς ὁ κύων ὑπὸ τοῦ Δάμιδος,

pag. 359, *οἱ δ' ἑλχθῆναι ζῶντα*, quibus similia in aliis Philostrati libris reperiuntur.

Iuvat his addere eiusdem plane generis observationem. Quae ratio in *ἕλκω*, *ἕλξω* et *εἵλκυσα* cernitur prorsus eadem apparet in *ἕρπω*, *ἕρψω* et *εἵρπυσα*. Veteres dicebant *ἕρπω*, *ἐξέρπω*, *προσέρπω*, *ἀνέρπω* cet. sed *ἑρπύσαι*, ut in Vespis vs. 300:

ἤν τί πως ἀκούσας
τοὐμοῦ μέλους ὑφ' ἡδονῆς ἑρπύσῃ θύραζε.

et sic *ἐξερπύσαι*, *προσερπύσαι*, *ἀνερπύσαι* cet. Ἕρπω et *εἷρπον* omnium usu teruntur: *ἕρψω* hic illic occurrit, *ἑρψῶ* et *ἑρψοῦμες* leguntur apud Theocritum et *ἀΦερψῶ* in Idyll. XXVII. 65.

παρθένος ἔνθα βέβακα, γυνὰ δ' ἐς οἶκον ἀΦερψῶ.

et apud Aeschylum in Eumenid. vs. 500:

μαινάδων τῶνδ' ἐΦέρψει κότος τις ἐργμάτων.

sed *ἑρπύζω*, *προσερπύζω*, *ἀνερπύζω* cet. non sunt in usu nisi quod apud Homerum exstat forma Epico more producta *ἑρπύζω*, ut in Odyss. A. 193. de Laërte sene:

εὖτ' ἄν μιν κάματος κάτα γυῖα λάβῃσιν
ἑρπύζοντ' ἀνὰ γουνὸν ἀλωῆς οἰνοπέδοιο.

Similiter Ὁμηρικῶς producitur *ἕλκων* in *ἑλκυσάζων*. Postea seri Graeculi, ut pueri imperiti, qui analogiam melius tenent quam usum loquendi *εἷρψα* et *ἐξεῖρψα* coeperunt dicere, quemadmodum Philostratus et alii *εἷλξα* dixerunt. Concludam hanc observationem emendatione loci Euripidei, qui legitur in Hercule Furiente vs. 567:

πρῶτον μὲν εἶμι καὶ κατασκάψω δόμους
καινῶν τυράννων, κρᾶτα δ' ἀνόσιον τεμὼν
ῥίψω κυνῶν ἕλκημα,

ubi *ἕλκυσμα* corrigendum esse censeo. Quis nescit canes si quid *vellicant* et *dilaniant* Graece dici *ἕλκειν καὶ σπαράττειν*, ut in venusto Platonis loco de Rep. VII. p. 539. B. *χαίροντες ὥσπερ σκυλάκια τῷ ἕλκειν τε καὶ σπαράττειν τῷ λόγῳ τοὺς πλησίον ἀεί.* Itaque ex Atticorum dicendi usu cadaver quod canibus dilacerandum obiicitur, *ὑπὸ τῶν κυνῶν ἑλκόμενον*, appellari debet *ἕλκυσμα κυσίν*, ut apud Homerum *μέλπηθρα κύνεσσι*, neque ex prisco Homerico vocabulo *ἑλκέω*, *εἵλκεον ἀμΦότεροι*, Λητὼ γὰρ ἥλκησεν (requiritur *εἵλκησεν* Odyss. Λ. 579), *ἑλκηθείσας τε θύγατρας* et sim., qua forma nemo

Tragicorum utitur, probabile est Euripidem ἔλκημα fingere maluisse.

Passim Philostratus a Veterum usu deflexit in perfectis διέφθορα et παρέφθορα. Διέφθορα apud Atticos significat διέφθαρκα, apud Philostratum et sequiores ponitur pro διέφθαρμαι. De eo vitio olim multi multa annotarunt, Phrynichus, Ammonius, Moeris, Eustathius, alii. Res ipsa simplex est et manifesta. Attici διέφθαρκα et διέφθορα promiscue dicebant: utrumque saepe legitur, sed saepius διέφθορα, semper *transitivo* sensu. Ammonius de D. V. p. 41. affert ex Aristophane

διέφθορας τὸν ὅρκον ἡμῶν.

et ex Menandri Ἀδελφοῖς:

εἰ δ' ἔστιν οὗτος τὴν κόρην διεφθορώς.

quae respondent Terentianis III. 1. 9. indicante Valckenaerio. Aristophanis verba nondum emendata sunt. Infeliciter enim Piersonus ad Moerid. p. 128. τὸν οἶκον ἡμῶν tentavit. Suspicor τὸν οἶνον ἡμῶν emendandum esse. Notum est Graecorum proverbium:

ἀπώλεσας τὸν οἶνον ἐπιχέας ὕδωρ.

Negligenter admodum Moeris p. 127.

Διέφθορεν Ἀττικῶς. Διέφθαρκεν Ἑλληνικῶς.

Debuerat hoc dicere, διέφθορεν Attice pro διέφθαρκεν dici, et utramque perfecti formam Atticis promiscue in usu esse, διέφθορεν autem apud sequiores, quemadmodum et παρέφθορεν, passive poni solere pro διέφθαρται et παρέφθαρται. Huius erroris plurima apud Philostratum exempla sunt, veluti p. 12. ὃν δ' ἂν ἴδωσι διεφθορότα, p. 32. τοὺς τάφους διεφθορότας ἀναλαβεῖν, p. 123. ἐγίγνωσκον ὅτι σοι τὰ ὦτα διέφθορεν ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων τούτων, p. 233. ἑρμῶν ἀγάλματα τὰ μὲν ὑπὸ χειρῶν διεφθορότα, τὰ δὲ ὑπὸ χρόνου. Eodem modo παρεφθορέναι pro παρεφθάρθαι occurrit et alibi et in *vitis Sophist.* p. 501. τοῖς φάσκουσιν ὑπὸ Θετταλίας — παρεφθορέναι αὐτόν, p. 537. διεφθορότων αὐτῷ ἤδη τῶν ἄρθρων, p. 540. διεφθορὸς δὲ ὑπὸ κολάκων ἐπεπείκει αὐτὸ ἑαυτὸ ὡς καλῶν εἴη ὁ κάλλιστος, et aliis locis. Itaque qui olim scripserunt περὶ διεφθορυίας λέξεως aut περὶ παρεφθορυίας λέξεως ne in titulo quidem operis ipsi veterem dicendi usum incorruptum servare potuerunt.

Piersoni notam ad Moeridis locum relegens video in vicinia locum ab acuto viro perperam tentatum, quem obiter corrigere iuvat. Affert Piersonus p. 126. locum Libanii (T. I. p. 639): τήν τε ἀκρασίαν πᾶσι ποιεῖσθαι καὶ τὴν διάγνωσιν. Pro ἀκρασίαν reponit διαδικασίαν. Noli credere, sed tu ἀκρόασιν repone.

Non Philostratus sed scribae subinde errarunt in formis verbi λοῦσθαι. Emendate legitur p. 21: ὑμεῖς μὲν τὸν ἄρχοντα αἰτιᾶσθε ἐπειδὴ πονηρῶς λοῦσθε, ἐγὼ δὲ ὑμᾶς ὅτι λοῦσθε, et p. 79: οὕπερ εἰώθει λοῦσθαι. Turbarunt Graeculi p. 212. Βιτέλλιος γὰρ μύρῳ λοῦται πλεῖον ἢ ἐγὼ ὕδατι, ubi in aliis λούεται et λύεται legitur. Nondum sublatum mendum est p. 108: τὸ ἀτιμίζειν τὸ σῶμα καὶ τὸν ἱδρῶτα χωρεῖν ἀσακτὶ καθάπερ τῶν πυρὶ λουομένων, et p. 183: διεξῆλθε λόγον κατὰ τῶν λουομένων. Certum est utrobique λουμένων rescribi oportere.

Diligenter exposuimus in Var. Lectt. p. 400 sqq. de formis verbi τύπτω apud Atticos usitatis. Quae apud illos certo usu stabilita sunt apud seros imitatores fluxa sunt omnia et inter se confunduntur, cuius rei pauca exempla ex Philostrateis expromam. Atheniensibus τυπτήσω in usu erat, sed aoristus et perfectum non erant in usu, pro quibus ἔδωκα πληγάς et πληγὰς δέδωκα dicebant. Philostratus ἐτύπτησα et τετύπτηκα non dubitavit ponere, veluti pag. 18: (ἐπὶ Τιβερίου) λέγεταί τις ἀσεβῆσαι δόξαι τυπτήσας τὸν ἑαυτοῦ δοῦλον Φέροντα ὀραχμὴν ἀργυρᾶν νενομισμένην ἐς Τιβέριον, et in vitis Sophist. p. 555: τὸν δὲ Ἡρώδην — προσάξαι τυπτῆσαι αὐτήν, πληγεῖσαν δ' εἰς τὴν γαστέρα ἀποθανεῖν. et p. 588: ὡς μήτε ταῖς ἑαυτοῦ χερσὶ μήτε ταῖς τῶν ἑαυτοῦ δούλων τετυπτηκότος τὸν τεθνάναι λεγόμενον. Perperam idem pro πατάξω et ἐπάταξα, quibus Attici utebantur, πλήξω et ἔπληξα uti solet, ratus πληγῆναι recte dici, itaque πλῆξαι quoque, in quo vehementer fallitur. Sic erravit p. 109. ubi scripsit: ταῖς ῥάβδοις τὴν γῆν ἔπληξαν, et p. 224: οἱ μὲν πολλοὶ δεινότητι τοῦ πεπληξομένου προσγράφουσιν, ἐγὼ δὲ λογισμῷ τοῦ πλήξοντος, et 578: λέγεται γὰρ δὴ νυκτάζοντά ποτε ἀκροατὴν ἐπὶ κόρρης πλῆξαι. Veteres enim constanter omnes in tali re ἐπάταξαν, πατάξοντος et πατάξαι scripsissent. Πλήξω et ἔπληξα Home-

rica sunt et Tragica. Qui ab Atticis ἐπὶ κόρρης sumserat, ab iisdem πατάξαι quoque debebat sumere.

Perinepto errore et Philostratus et multi alii ex Herodoti lectione, ut opinor, retinuerunt Ionicum usum, quo σφῶν, σφίσι, σφᾶς et saepe οἷ ponuntur pro αὐτῶν, αὐτοῖς, αὐτούς et αὐτῷ. Scatet Philostratus exemplis v. c. p. 29: ἐοίκασιν οὖν οἱ θεοὶ κελεύειν με ἐς αὐτοὺς παρελθόντα ἐπιμεληθῆναι σφῶν, et p. 221: ἔσω δέ σοι καὶ ἀπειλὴ πρὸς αὐτοὺς ὡς οὐ παραδώσεις τὴν ἀρχὴν σφίσιν, et sic passim. Posuit σφῶν et σφίσιν, ut vides, pro αὐτῶν et αὐτοῖς ne idem pronomen, quia αὐτούς praecesserat, ingratius accideret ad aures. Sed alii loci permulti sunt ubi citra ullam necessitatem Ionicam consuetudinem secutus est, quorum nonnullos adscribam: p. 23: ὃν ἔφην ξυναποδημῆσαί οἱ, p. 42: τὸ ἐπιθυμητικὸν οὐκ ἀπομαραίνεται σφῶν, p. 45: αἰτῶ οὖν — νέμεσθαι σφᾶς μέτρον τῆς γῆς, ὃ Δαρεῖος ἐνόμισεν, p. 84: ἠσπάσαντο προσδοῦναί οἱ τῆς αὐτῶν σοφίας, p. 86: σκηπτοῖς βάλλοντες ἀποκρούονται σφᾶς, p. 91: ὡς μὲν οὐ φιλοσόφω τὼ ἄνδρε δηλοῖ τὸ περὶ χρυσίου διαφέρεσθαι σφᾶς, p. 93: καταμείνασι δ' αὐτοῖς, οὐ γὰρ μεθίετο σφῶν ὁ Ἰνδός, δίδωσι τὴν ἐπιστολήν, et passim alibi idem error recurrit, nam error est et gravis et ridiculus. Peccant eodem modo et alii, praesertim Flavius Iosephus et Pausanias et Aelianus, de quibus alio tempore dicam.

Philostratus, qui multa habet singularia et mirifica, in nulla re est mirificentior quam in permiscendis adverbiis, quae (ut Grammatici loquuntur) *quietem* et *motum* significant. Pars culpae est in librarios conferenda, ut in reliquis scriptoribus omnibus. Graeculi ποῦ ἄπει et sim. dicentes antiquiorum scripta, ut saepe ostendimus, eadem labe inficiunt. Vacat Sophista culpa p. 54: ἠρώτα τὸν ἡγεμόνα οὗ στείχοιεν, et p. 101: τὸν δὲ Ἀπολλώνιον ξυνεῖναι μὲν οὗ ἤκοι, et sicubi alibi οἷ requiritur. Sed tenetur in manifesto crimine aliis locis, ubi in contrariam partem peccatum est. Non dubitabis enim quin ipse Philostratus erraverit p. 45: ὁρῶν οἷ τῆς γῆς εἶ quum locos consideraveris p. 88: ἄλλοσέ ποι μᾶλλόν εἰσιν ἢ οὗπερ εἶναι δοκοῦσιν, et p. 134: οὔτε ἄλλοσέ ποι βιοτεύειν τῆς γῆς οὔτε μὴν ἐν Ἰνδοῖς. Eodem modo dictum est p. 369: εἰκόνες τἀνδρὸς ἐν τῷ Τύανάδε ἱερῷ, et p. 372: ἱερὰ Τύανάδε βα-

σιλείοις ἐκπεποιημένα τέλεσιν. Eodem modo, id est perinepte, scripsit pag. 79: ἐπειδὰν ἐς τοῦ βασιλέως πίνωσιν. Fieri potest ut haec olim nonnullos delectaverint, quibus τὸ καινοπρεπές in omnibus praeplaceret. Dicitur autem Philostratus a Photio in Cod. 44: ταῖς καινοπρεπεσέραις τῶν συντάξεων ἐμφιλοτιμεῖσθαι, et ab eodem in Cod. 241. uti narratur συντάξεσι τοιαύταις οἵαις οὐκ ἄν τις ἄλλος —. δοκοῦσι γάρ πως ἀσυντάξιαις μᾶλλον ἐοικέναι ἢ συντάξεως ὁτιοῦν μετέχειν. Quae quum attulisset Kayserus in Praefat. p. VII. ita iudicat: »*Noli autem propterea contendere scriptorem* vitiosa usum esse oratione, *siquidem illa in tali auctore non* vitia *sunt, sed* anomaliae *de industria usurpatae.*" quae apponere est refutare. Quid, si nugacissimo mortalium libuerit certas loquendi leges *de industria* violare, proptereane nihil peccasse videbitur? Eodem iure eum qui non *imprudens*, sed *sciens*, deliquerit culpa vacare statueris. Graece scribentibus maxima semper fuit novandi facultas. Illud est ingenium linguae, illa copia, ut omnes multa lepide et venuste, multa ridicule et iocose, multa magnifice splendideque novare potuerint: sed sunt certae quaedam loquendi leges, quibus parendum est perinde omnibus. Ni id feceris iure insanire vel ineptire videberis. Οὐ γὰρ ἐφ' ἡμῖν ὁ νόμος τῶν λόγων ἀλλ' ἡμεῖς ἐπὶ τῷ νόμῳ, ut verissime iudicat Longinus in Arte Rhet. p. 138. Rakii. Quam ineptiat Philostratus in verborum compositione sic optime apparebit, si quem scriptorem Latinum eodem modo quo illum loquentem feceris. Livius II. 3. ita scribit: »*Regem hominem esse a quo impetres ubi ius, ubi iniuria opus sit: esse gratiae locum, esse beneficio.*" Quid diceres si pro accusativis nominativi substituerentur in hunc modum: »*Rex homo esse — : esse gratiae locus, esse beneficio.*" Philostratus tamen saepius ita loquitur veluti pag. 369: τεθνάναι γὰρ ἤδη οἱ ἀπελεύθεροι. et post pauca: τελευτήσαντος οὖν ἡ μὲν δουλεύειν ἐκείνῃ, ἡ δ' ἐκ μικρᾶς αἰτίας ἀποδόσθαι αὐτὴν καπήλῳ, παρ' οὗ πρίασθαί τις οὐδ' εὐπρεπῆ οὖσαν, ἀλλ' ἐρῶν οὗτος — γυναῖκά τε ἀνείπεῖν καὶ παῖδας ἐξ αὐτῆς ἐγγράψαι. Quid eo scriptore facias qui sic verba concipere possit ut fecit Philostratus p. 206: παραπεμπομένου δὲ αὐτοῦ μᾶλλον ἢ οἱ τῶν ἐθνῶν ἡγεμόνες ἄνδρες ἀπήγοντο τὴν ἐπὶ θανάτῳ δώδεκα λῃσαὶ τὴν αἰτίαν. Bellissima

haec est ἀσυνταξία, ut vides, αὐτοῦ μᾶλλον ἢ οἱ τῶν ἐθνῶν ἡγεμόνες, et quam festive novatum est λῃσαὶ τὴν αἰτίαν. Anomaliae hae sunt *de industria* usurpatae, sed eo magis ridiculae et ineptae, ut mihi quidem videtur. Idem genus ineptiarum conspicitur in confusione adverbiorum loci, de qua dicere institui. Philostrato placuit δεῦρο et ἐνταῦθα inter se permutare. Ubi Graecitatis ratio et usus ἐνταῦθα *hic* postulant, videbis eum *huc* δεῦρο substituere et contra, insulse et absurde ut nihil supra. Inspice mihi hos locos p. 96: τὸν βασιλέα τῶν δεῦρο Ἰνδῶν, p. 98: ὧν πολλὰ τοῖς ἱεροῖς ἀνάκειται τοῖς δεῦρο, p. 124: καὶ Δάμιν τῶν δεῦρο ἀπορρήτων ἀξιοῦμεν, p. 219: ἐν τοῖς δεῦρο ἱεροῖς, p. 255: γελοῖα θεῶν εἴδη παραδεδώκατε τοῖς δεῦρο ἀνθρώποις, p. 306: τὸ καθεῖρχθαι δεῦρο δεινὸν εἶναί φατε. Quid usitatius est quam ἡ δεῦρ' ὁδός, ut in fragmento incerti tragici apud Ciceronem ad Att. XV. 11:

ἡ δεῦρ' ὁδός σοι τί δύναται, θεοπρόπε;

et saepius alibi. Itaque Philostratus quoque semel recte dixit p. 264: ἐμοὶ ἡ δεῦρο ὁδὸς ὑμῶν ἕνεκα ἐγένετο, sed redit ad suas ineptias p. 290: τῆς οὖν ὁδοῦ τῆς ἐνταῦθα οὐδὲ τὸν νοῦν ἐγίγνωσκον. Quando *hic veni* pro *huc* Latine dicere licebit tum demum ἡ ὁδὸς ἡ ἐνταῦθα Graece non erit vitiose dictum. Eodem errore supra scripserat p. 128: διανοουμένης δέ μου τὴν ἐνταῦθα ὁδὸν ἐξηγόρευσεν ὁ δαίμων ἑαυτόν, pro quo Veteres dixissent: διανοουμένης δέ μοι δεῦρ' ἐλθεῖν.

Multa alia huiuscemodi ineptissime Philostratus contra linguae naturam et omnium Graece loquentium consuetudinem novare solet. Unum ex his Wesselingio fraudi fuit, indicante Kaysero. Legitur p. 368: συνιεὶς ἴσως ἑαυτοῦ ὡς μετ' οὐ πολὺ μεταστησομένου ἀνθρώπων. Wesselingius ad Diod. Sic. IV. 38: ὑπέλαβον τὸν Ἡρακλέα ἐξ ἀνθρώπων εἰς θεοὺς μεθεστάσθαι, ubi illa Philostrati verba apposuit arbitrari se dixit »*praepositionem deesse haud negligendam.*" Profecto hoc demum Graecum est ἐξ ἀνθρώπων μεθίστασθαι, sed non erat recens a Philostrati lectione Wesselingius, quum eum quoque sic scripsisse ut caeteros omnes suspicaretur. Sophista enim verbis omnibus *discedendi* genitivos addit personae vel rei omissa necessaria praepositione ἀπό, ἐκ vel παρά. Mira res

est et inaudita sed certissima. De permultis exemplis compluscula apponam. Saepe verbum ἀπιέναι coniungit cum genitivo *rei* v. c. p. 193: ἀπελθὼν τοῦ θεάτρου, p. 277: εἰ μὴ ἄπει τοῦ ἱεροῦ, p. 301: ἀπῆλθε τοῦ δικαστηρίου, p. 309: ἀπῆλθε τοῦ ἄντρου, p. 357: ἀπελθεῖν τῆς κρίσεως, et figurate ineptius etiam quam reliqua p. 307: ἀπελθεῖν τῶν δακρύων pro παύσασθαι κλάοντας. Nonnumquam *personae* genitivum verbo ἀπιέναι addidit veluti p. 213: ἀπῆλθε τοῦ βασιλέως, et p. 575: Διονυσίου ἀπῆλθεν. Eandem rationem sequitur in similibus omnibus p. 40: ἀνεχώρησε τῆς θυσίας, p. 165: διέπτη τῶν ὀφθαλμῶν, p. 294: ἐκέλευσε χωρεῖν τῆς νήσου, p. 326: ἠφανίσθη τοῦ δικαστηρίου, p. 535: πηνίκα εἴη ὅτε τῆς σκηνῆς ἠλάθη, et sic denique dixit: ὡς μετ' οὐ πολὺ μεταστησομένου ἀνθρώπων.

Sunt haec omnia vitiosa; quis negabit? sed vide quam immanem errorem Diodorus Siculus commiserit ipse in verbis: ὑπέλαβον ἐξ ἀνθρώπων μεθεστάσθαι, et peius etiam in libris et apud Wesselingium μεθεστᾶσθαι. Nesciebat scilicet cum plerisque μεθεστάναι illo sensu Graecos dixisse. Eodem errore καθέστημαι et alia a Graeculis imperite formata sunt.

Nonnumquam Philostratus ubi Atticos studet imitari in errores se implicat, cuiusmodi hic est. Sciebat Atticos αὐτοὶ γάρ ἐσμεν et sim. dicere, si *remotis arbitris* quae sentirent libere dici posse significarent, quae notissima res est. Itaque et ipse dixit pag. 271: μεταστησάμενος ὁ Τίτος τοὺς παρόντας »αὐτοί," εἶπεν, »ὦ Τυανεῦ, γεγόναμεν" κτέ. Sed quoniam non animadvertit a *praesentibus* tantum sic dici posse et in solam *primam* personam hoc cadere, subridicule scripsit p. 298: παρελθὼν οὖν ἐς τὸ ἀπόρρητον δικαστήριον — ὡς ἐγένοντο αὐτοί »ἐγώ, ἔφη, κτέ. Subridebis etiam p. 102. ubi nescio quis Apollonium ad sapientes Indicos iubet accedere et addit: κελεύουσι γὰρ αὐτοί. Τὸ μὲν δὴ αὐτοὶ Πυθαγόρειον ἤδη τῷ Ἀπολλωνίῳ ἐφάνη καὶ ἠκολούθει χαίρων. Sic enim omnia Pythagoreorum plena fuissent, nam omnes ita loquebantur, ut ianitor in Platonis Protagora p. 314. D. ἔα, σοφισταί τινες. οὐ σχολὴ αὐτῷ, et post pauca: ὦ ἄνθρωποι, οὐκ ἀκηκόατε ὅτι οὐ σχολῇ αὐτῷ.

Quae apud Platonem continuo sequuntur: καὶ ἅμα ἀμφοῖν

τοῖν χεροῖν τὴν θύραν — ἐπήραξε, in iis olim vitiose scribebatur ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν, quod non tantum »*minus Atticum*" est, sed ne Graecum quidem. Duo soli libri τοῖν servarunt. Philostratum in eadem re nil libri adiuverunt pag. 185. ubi editur εἶχεν ἐν ταῖν χεροῖν, similiterque, p. 275 et 363. sed etiam sine libris ἐν τοῖν χεροῖν tuto repones. Diu post Philostrati aetatem vitiosum ταῖν natum est, quod nunc impune vel Aristophanem commaculat.

Melius servatum est in Philostrati libris futurum ἀχθέσομαι, ἀχθέσει, ἀχθέσεται, quod in Platonicis etiam optimis nonnumquam in ἀχθεσθήσομαι est depravatum. Evasit et aliis locis et p. 208, ubi ἀχθέσῃ in melioribus exstat, ἀχθεσθήσῃ in caeteris, et p. 56. ubi pro ἀχθέσεται videbis in aliis libris ἀχθήσεται et ἀχθεσθήσεται circumferri.

In multis aliis peccat Philostratus ipse, veluti pag. 9: σὺ μὲν ζῆθι τὸν σεαυτοῦ τρόπον, pro ζῇ. Diligenter ostendimus alibi ἔζην, ζῆθι et ζῆναι formas esse τοῦ πονηροῦ κόμματος ex sequiorum errore natas.

Vitiosum est p. 11: ὑγιάνας παρὰ τοῦ θεοῦ pro ὑγιείας τυχών.

Solemni et perpetuo errore scribit p. 17: τοῦτον ἐπιπονώτατον αὐτῷ φησὶ γενέσθαι τὸν βίον ὅλων πέντε ἐτῶν ἀσκηθέντα, et p. 20: τοῖς ἐτῶν τεττάρων σιωπᾶν γεγυμνασμένοις, et p. 271: δυοῖν ἐτοῖν τὴν ἀρχὴν κατασχόντα, et p. 349: Φιλίσκος ὁ Μηλιεὺς ἐτῶν ξυμφιλοσοφήσας ἐμοὶ τεττάρων, et pag. 362: ἡμερῶν τετταράκοντα διαλεχθεὶς ἐν Ὀλυμπίᾳ, et p. 365: τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα ἱκανῶς εἶχε δυοῖν ἐνδιατρίψας ἐτοῖν, et alibi passim. Non est enim ulla dubitatio quin accusativos ponere debuerit, sed in his etiam τὸ καινοπρεπές sectatus linguae Graecae sinceritatem corrupit.

Quod p. 20. antiqua forma Attica conspicitur καὶ ᾤκει τῶν ἱερῶν τὰ μὴ κλησιά (ubi κλησιά rescribe) mirari noli. Imitatur enim locum Thucudidis II. 17: ᾤκησαν τὰ ἱερὰ — πλὴν τῆς ἀκροπόλεως καὶ τοῦ Ἐλευσινίου καὶ εἴ τι ἄλλο βεβαίως κλῃστὸν ἦν, ubi in aliis perpetuo errore κλειστόν scribitur. Eundem locum expressit iterum p. 181: ἐγὼ τῶν ἱερῶν τὰ μὴ βεβαίως κλειστὰ (scr. κλῃστὰ) χαίρω οἰκῶν. Admonet me huius rei mentio loci qui legitur p. 104, ubi ab-

surdo commento antiquissima Deorum Graecorum simulacra ab Apollonio in media India conspecta esse narrantur, *τό τε τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Πολιάδος καὶ τὸ τοῦ Διονύσου τοῦ Λιμναίου καὶ τὸ τοῦ Ἀμυκλαίου*, ubi duo vocabula intercidisse suspicor supplendumque *καὶ τὸ (τοῦ Ἀπόλλωνος) τοῦ Ἀμυκλαίου*. Quod autem *Λιμναῖον* appellat *τὸν Διόνυσον* ab Atticorum usu descivit, quibus *ὁ ἐν Λίμναις Διόνυσος* assuetum est dicere. Vide Aristophanem in Ranis v. 216. Thucydidem II. 15. et imprimis Demosthenem *κατὰ Νεαίρας* pag. 1370 sq. Si quis Thucydidis et Demosthenis locos inter se componere volet verba Thucydidis veteri mendo poterit liberare. Apud Demosthenem sic legitur p. 1371, 4: *καὶ διὰ ταῦτα ἐν τῷ ἀρχαιοτάτῳ ἱερῷ τοῦ Διονύσου καὶ ἁγιωτάτῳ* (*τῷ* addendum) *ἐν Λίμναις ἔσησαν, ἵνα μὴ πολλοὶ εἰδῶσι τὰ γεγραμμένα· ἅπαξ γὰρ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου ἀνοίγεται τῇ δωδεκάτῃ τοῦ Ἀνθεστηριῶνος μηνός*. Thucydidis l. l. haec verba sunt: *τὸ πρὸ τούτου ἡ ἀκρόπολις ἡ νῦν οὖσα πόλις ἦν. — τεκμήριον δέ· τὰ γὰρ ἱερὰ ἐν αὐτῇ* [*τῇ ἀκροπόλει*] *καὶ ἄλλων θεῶν ἔστι καὶ τὰ ἔξω πρὸς τοῦτο τὸ μέρος τῆς πόλεως μᾶλλον ἵδρυται, τό τε τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου καὶ τὸ Πύθιον καὶ τὸ τῆς Γῆς καὶ τὸ τοῦ ἐν Λίμναις Διονύσου, ᾧ τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια* [*τῇ δωδεκάτῃ*] *ποιεῖται ἐν μηνὶ Ἀνθεστηριῶνι*. Duplex in his Graeculorum emblema orationem Thucydideam impedit et inquinat. Non *in* ipsa *arce*, sed *in ea* requirit sententia. Thucydides nihil aliud potuit dicere quam: »*ibi* enim vetustissima Deorum templa sunt" id est *ἐν τῇ ἀκροπόλει*, sive *ἐν αὐτῇ*. Adde *ipsa*, *in* ipsa *arce* (hoc enim denotat *ἐν αὐτῇ τῇ ἀκροπόλει*) et cur ita dicat obscurum erit et ambiguum. Eiusdem generis additamentum est *τῇ δωδεκάτῃ*. Si hoc Thucydides memoriae prodere voluisset, debuerat verba sic formare *τῇ δωδεκάτῃ τοῦ Ἀνθεστηριῶνος μηνός*. Nunc autem satis habuit commemorare *quo mense* illae feriae agerentur. Vides unde sumtum sit *τῇ δωδεκάτῃ*. Oratio *κατὰ Νεαίρας* erat in omnium manibus et passim ab eruditis laudatur. Adscriptum illinc in ora vetusti libri *τῇ δωδεκάτῃ* in alienam sedem irrepsit. Non potuit enim minus idoneo loco ea annotatio interponi, quam quo nunc ab ipso Thucydide collocata esse creditur. Paene invitus Demosthenem et Thucydidem de manibus depono ut ad Philostratum revertar.

Vitiosum est p. 37. ἀνηγγέλη in verbis ἐπεὶ δὲ τῷ βασιλεῖ ἀνηγγέλη ταῦτα, sed librariorum hic error est, non ipsius Philostrati. Barbarum est ἤγγελον, quod tam crebro in libris deterioribus legitur, sed si fieri potest etiam βαρβαρώτερον est passivum ἠγγέλην. Inserta litterula corrige ἀνηγγέλθη.

Mendosa forma est quae legitur p. 1 et 214. ἀναβιώῃ, et p. 42. δώῃτέ μοι, et sic alibi saepius. Scribarum hic error est crebro committi solitus in δοίην, βιοίην, γνοίην et ἁλοίην, quas formas Graeculi imperiti cum ζώην, ἐώην, ἐρώην et sim. confundentes sic depravare solent. Quemadmodum enim nemo dubitat quin μισθώην pro μισθοίην sit barbarum, sic βιοίην quoque et δοίην cet. sola Graeca sunt. Sine errore scriptum est p. 144: ὦ θεοί, δοίητε τῇ καλῇ ἀποικίᾳ ταύτῃ κτέ.

Contra usum veterem Philostratus adiectivo φανερός utitur pro λαμπρός vel ἔνδοξος, quemadmodum alii vitiose verbum φανεροῦν usurpant pro λαμπρὸν καὶ ἔνδοξον ποιεῖν, ut ad Photii Lexicon demonstravimus. Φανερός apud Veteres semper significat δῆλος *perspicuus*, *apertus*, *evidens*. *Quod vident omnes* φανερόν Graeci appellant, idque usurpant et proprie de iis rebus, quae *omnium oculis sunt expositae*, ut φανερὰ οὐσία, cui opponitur ἡ ἀφανής, et improprie de iis, quae *ab unoquoque intelliguntur*, deque iis quae *palam fiunt*, ut omnes sentiant, et sic opponuntur inter se φανερῶς et λάθρᾳ. Emenda obiter Aristophanis locum in Thesmophor. vs. 91. ubi editur:

πότερα Φανερὸν ἢ λάθρᾳ;

sed φανερῶς ex perpetuo Graecitatis usu necessario est reponendum. Apud Philostratum et sequiores φανερός est *clarus*, veluti p. 44: ἐπειδὴ Φανεροὶ οἱ ἀγῶνες καὶ τὰ ᾠδεῖα ἐν σπουδαίῳ τῆς Ἑλλάδος, et p. 71: καὶ βύσσῳ δὲ τοὺς Φανερωτέρους αὐτῶν φασὶν ἐσθῆσθαι, et p. 290: αἱ γὰρ τυραννίδες ἧττον χαλεπαὶ τοῖς Φανεροῖς τῶν ἀνδρῶν, ἢν ἐπαινοῦντας αἴσθωνται τὸ μὴ ἐν Φανερῷ ζῆν, ubi *clari* viri dicuntur οἱ Φανεροὶ τῶν ἀνδρῶν, et ζῆν ἐν Φανερῷ significat *in celebri et illustri loco vivere*. Eodem sensu accipiendum quod legitur p. 283: ὃς καίτοι νέος ὢν Φανερὸς ἐν ὑπάτοις ἀτολμότερον ὑπὲρ τούτων διενοεῖτο.

Nonnumquam verbo οἴομαι perperam Philostratus utitur, veluti p. 77. in verbis: ὑπερχαίρω ἐπειδὴ οὕτω περὶ ἐμοῦ οἴει.

Subrisissent ad haec Attici, qui τὴν οἴησιν iure contemnunt, sed τὴν ἑκάστου γνώμην in talibus spectare solent et ita dicere: ἐπειδὴ οὕτω περὶ ἐμοῦ γιγνώσκεις, id est τοιαύτην περὶ ἐμοῦ γνώμην ἔχεις.

Est in vicinia locus in quo emendando mihi ipse nondum satisfacere potui p. 78: μακάριε τοῦ θησαυροῦ, εἰ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου ἀντερύῃ τοὺς φίλους. Nihili est ἀντερύῃ, quod solum mendosum esse videtur. Sententia postulat *anteponis*, *praefers*: itaque suspicor ἀνθαιρεῖ rescribendum esse, quod apud Atticos eo sensu usurpari non solet (apud illos enim significat *in alius locum creare*, *sufficere*), sed apud sequiores solet, quorum συνήθειαν etiam in hoc verbo Philostratus videtur secutus.

Perperam finxit Philostratus compositum ὑπερδοκεῖν p. 48: in verbis: κἀμοὶ ὑπερδοκεῖ ταῦτα, nam verbum δοκεῖν hanc compositionem non admittit, ut ὑπεραρέσκειν et sim. Quomodo id ipsum Graece dicendum sit ostendunt et alii Attici et Xenophon in Symposio II. 24: ἀλλὰ πίνειν μὲν, ὦ ἄνδρες, κἀμοὶ πάνυ δοκεῖ.

Non ab antiquis scriptoribus sed ex aequalium sordibus arripuit Philostratus formam ἰζάνειν, et aoristum ἰζήσας, quo passim utitur, ut p. 59: ἰζήσαντα ἐπὶ τοῦ ἵππου, et p. 124: συνιζήσαντες, et p. 139: παριζήσας, et p. 231: ἰζῆσαι, et saepius alibi. Praesens ἰζάνειν occurrit p. 135. ubi narrat τὸν Φοίνικα ἐς καλιὰν ἰζάνειν, quod verbum vetus Homericum pro καθέζεσθαι sequiores recoxerunt.

Nesciebat Philostratus Atticos προσαγορεύω, καταγορεύω, ἀναγορεύω et sim. dixisse, quia ipsum λέγω illo sensu cum illis praepositionibus componi non posset, sed praeter *praesens* et *imperfectum* illas formas non esse in usu, quoniam ἐρῶ, εἶπον, εἴρηκα cet. illas compositiones omnes admittebant. Nesciebat igitur κατερῶ (ut hoc utar) verbi καταγορεύω futurum esse, ἀνεῖπον aoristum esse verbi ἀναγορεύω, verbum συναγορεύω habere perfectum συνείρηκα, similiterque in caeteris compositis. Itaque p. 128. ἐξηγόρευσεν ὁ δαίμων male scripsit pro ἐξεῖπεν et saepius alibi eodem modo impegit.

Peius etiam scripsit p. 186: οἱ μὲν δὴ πολλοὶ ᾠοντο λόγον ἀγορεύσειν αὐτόν, ubi λόγον ἐρεῖν debuerat dicere. Ἀγο-

ῥεύω praesens tantum habet et imperfectum : occurrit in praeconis formula τίς ἀγορεύειν βούλεται; et nonnumquam in Comoedia οὐκ ἠγόρευον; Nusquam apud Veteres ἀγορεύσω et ἠγόρευσα leguntur, sed ἐρῶ et εἶπον. Nemo Veterum dixit λόγον ἀγορεύειν, sed λόγον λέγειν. Philostratus autem caeterique sequiores passim sic loquuntur, apud quos et γνώμην ἀγορεύειν occurrit *sententiam dicere* pro γνώμην ἀποδείκνυσθαι vel ἀποφαίνεσθαι.

Quam inepte scripsit p. 143 : ἐπεὶ δὲ ἀνοήτως εἶχον τοῦ πάθους! Erant tum fortasse quibus talia placerent. Hi autem nobis nunc videntur ἀνοήτως ἔχειν.

Verbum φρονεῖν quoque longa die amisit veterem significandi potestatem τοῦ φρόνιμον εἶναι. Apud Philostratum et sequiores φρονεῖν significat *ferocire*, *magnos spiritus gerere*, quod Graeci veteres μέγα φρονεῖν dicebant. Itaque quod Graecis est μεῖζον φρονεῖν et φρονεῖν μέγιστον Graeculis μᾶλλον φρονεῖν et φρονεῖν μάλιστα dicitur. Sic igitur Philostratus scripsit p. 205 : νεανίαν ἰδὼν πίονα καὶ φρονοῦντα ἐπὶ τῷ πλεῖστα μὲν ἀνθρώπων ἐσθίειν, πλεῖστον δὲ οἶνον πίνειν. Quam risissent Athenienses si quem audivissent ita loquentem φρονεῖν ἐπὶ τῷ πλεῖστα ἐσθίειν. Nempe in talibus ne μέγα φρονεῖν quidem apte dicitur. Quae *praeclara* sunt et omnibus videntur ob ea tantum quis μέγα φρονεῖν potest. In caeteris omnibus quae aut tenuiora sunt aut etiam sordidiora μεγαλαυχεῖσθαι ponebatur. Acuti Attici μέγα φρονεῖν cum laude et admiratione usurpant, μέγα φυσᾶν cum contemtu risuque. Apud Philostratum, ut vides, confusa sunt omnia temereque permixta. Μᾶλλον φρονεῖν legitur p. 145 : τοὺς Σμυρναίους φρονεῖν ἐκέλευεν ἐφ' ἑαυτοῖς μᾶλλον ἢ τῷ τῆς πόλεως εἶδει, in qua re μέγα φρονεῖν et φρονεῖν μεῖζον Attici dixissent. Similiter p. 321. in descriptione Arcadici iuvenis et alia in eo laudantur et δέρη ἐλευθέρα τε καὶ φρονοῦσα, ad quem locum Kayserus docuit φρόνιμος quoque illo sensu poni in *vitis Sophistarum* p. 569 : διελέγετο μὲν οὖν οὐκ ἐπιτηδείως· φρονιμώτατος δ' ἀνθρώπων γενόμενος διέβαλλεν αὐτὸ ὡς μειρακιῶδες ἵνα ὑπερεωρακὼς αὐτοῦ μᾶλλον ἢ ἀπολειπόμενος φαίνοιτο. Fieri potest ut φρονιμώτατος illic denotet μέγιστον ἐφ' ἑαυτῷ φρονῶν, sed luculentius aliquod exemplum requiro. Quam multi et olim et nunc ea quae assequi nullo modo possunt malunt contemnere videri.

Non satis perspexit Philostratus quid inter διδάσκω et διδάσκομαι ex perpetuo Veterum usu interesset, nam saepe διδάσκομαι scribit ubi διδάσκω debuisset, veluti p. 108: διδάξῃ σὺν με τὴν σοφίαν πᾶσαν; et p. 178: καὶ διδάξομαι αὐτὸν ὁπόσα οἶδα, et p. 337, et aliis multis locis. Discrimen hoc tam perspicuum et ex ipso Graecitatis ingenio natum Graeculi neque sentiebant neque didicerant.

Pessime recepit Editor p. 126. τοῖς τικτομένοις τε καὶ κυομένοις πᾶσιν pro κυουμένοις. Vitiosa est et a Graeculis ficta forma κύω pro κυῶ, nata ex locis ubi solus accentus discrimen facit in κυεῖν, κυεῖ, κυοῦσα cet. Deinde ubi semel falsam opinionem imbiberunt utroque modo et κύω et κυῶ recte dici, utramque formam et ipsi usurparunt et in antiquiorum scripta invexerunt.

Suspecta admodum mihi est forma δίεις p. 151: οὐ δίεις ταῦτα pro δίει, et librariis imputandus error videtur. Legitur alibi ἄπει sine vitio, veluti pag. 277. εἰ μὴ ἄπει τοῦ ἱεροῦ, et passim proba forma apud Atticos occurrit, ἔξει, ἐπέξει, εἴσει, ἄπει, πρόσει, κάτει, μέτει cet. quibus nemo umquam σ addit. Ipsum δίει legitur apud Aristophanem in Acharn. vs. 845:

χλαῖναν δ' ἔχων Φανὴν δίει.

Auget suspicionem fraudis quod saepius illae formae labem et vitium conceperunt. Κάτει in Euripidis Medea vs. 1011. in κρατεῖς depravatum est, apud Isaeum οὐ μὴ εἴσει εἰς τὴν οἰκίαν abiit in οὐ μὴ εἰσίῃς τὴν οἰκίαν, ut in Nov. Lectt. ostendimus, similiterque ἐπέξει in Demosthenis Midiana non sine mendo elapsum est. Gravis eorum error est, quibus εἶ in compositis πρόσει, ἔξει videtur *imperativi* forma esse. Ipse Buttmannus, Grammaticorum princeps, in hunc errorem est implicitus. Miror quomodo haec opinio nasci potuerit in tanta frequentia locorum ubi probae formae occurrunt, quas et analogia monstrat et confirmat usus. Πρόσιθι est *accede*, non πρόσει, quod significat *accedes*. Nemo abutetur nunc quidem, sed fortasse olim aliquis abusus est locis, qualis est Aristophanis in Acharn. vs 165:

οὐ μὴ πρόσει τούτοισιν ἐσκοροδισμένοις,

nam satis est illi occinere Aristophaneum οὐ μὴ ληρήσεις ex

Nubibus vs. 367. Unicus est in scriptoribus Atticis locus, ubi ἔξει imperativi speciem mentiatur. Legitur in Nubibus vs. 633:

πού Στρεψιάδης; ἔξει τὸν ἀσκάντην λαβών.

sed quoniam *certum* est solum ἔξιθι in usu esse necesse est statuere aut alio quo mendo hunc versiculum laborare aut illud ipsum ἔξιθι pro ἔξει reponi oportere.

Recurrit vitium idem apud Philostratum p. 172: τί περφρονητικῶς περίεις καὶ μεσὸς ἐννοίας; ubi περίει restituendum est.

Cum aequalibus omnibus Philostratus pro antiqua forma ἀπέδυν usurpat noviciam ἀπεδυσάμην p. 158: ἐς τὰ τοῦ Ἀπολλωνίου ἤθη ἀπεδύσατο. Sic et in *vit. Sophist.* p. 601: ἀπεδύσατο πρὸς Ἡρακλείδην τὸν σοφιστήν, et aliis locis.

Ludimagistro lubens reddiderim τὸ ὄρος p. 161: παρεῖχε δὲ ἄρα τὸν λόγον ἡ Οἴτη [τὸ ὄρος] ἐν ὀφθαλμοῖς οὖσα. Eiusdemmodi emblema tolle p. 129: τὴν γλαῦκα [τὴν ὄρνιν] χρὴ ἐπιφυλάττειν οὗ νεοττεύει.

Gravi errore lapsus est Philostratus p. 186. quum ex analogia fingeret formam ἀναβιωθεῖσα in verbis: ὥσπερ ἡ Ἄλκηστις ὑπὸ τοῦ Ἡρακλέους ἀναβιωθεῖσα. Verbum ἀναβιώσκομαι habet ἀναβιώσομαι, ἀνεβίων et ἀναβεβίωκα, quemadmodum dicebant φύομαι, φύσομαι, ἔφυν, πέφυκα; ἁλίσκομαι, ἁλώσομαι, ἐάλων, ἐάλωκα, et alia quaedam. Dicitur autem Graece et ἀποθανεῖν ὑπό τινος et ὑπό τινος ἀναβιῶναι. Sed Philostratus huius rei aut ignarus aut immemor pro ἀναβιοῦσα formavit ἀναβιωθεῖσα. Similiter peccant qui κατέαγμαι dicunt pro κατέαγα et καθέσαμαι pro καθέσηκα et ἀπέσβεσμαι pro ἀπέσβηκα aliosque multos errores eiusdemmodi committunt.

Contra antiquorum usum Philostratus nonnumquam utitur nomine ἔλεγξις, veluti p. 74 et 236. Constantissime Veteres ἔλεγχος dixerunt. Multo etiam peius est quod ei excidit p. 246: παρέδωκε γὰρ καὶ τὸ αἰνίττειν pro αἰνίττεσθαι. Quis umquam vidit verbum αἰνίττω?

Platonem imitari voluit pag. 252. quum scriberet: ἦ δ' ὁ Ἀπολλώνιος, et p. 253. ἦ δ' ὁ Νεῖλος, et sic alibi saepius, sed male omisit vocabulum necessarium, quod Plato constanter addere solet: ἦ δ' (ὃς) ὁ Ἀπολλώνιος, ἦ δ' (ὃς) ὁ Νεῖλος cet.

Nilus iste, qui statim ita loquitur p. 253: *εἰ δ' αἰτία ἑλομένου, ἔσαι τις τάχα καὶ μὴ ἑλομένου αἰτία*, videtur Platonis Rempublicam legisse. Manifesto enim respicit locum in *Rep.* X. p. 617. E: *αἰτία ἑλομένου. θεὸς ἀναίτιος.* Apud Philostratum, ut etiam antea vidimus, barbarorum ultimi in scriptorum Graecorum libris diligenter versati sunt.

Quam inepte abutitur Philostratus veteri verbo Attico *ἐκκυκλεῖν* p. 329. in verbis *ἐπὶ ζευγῶν ἐς τὴν ἀγορὰν ἐκκυκλεῖσθαι λευκῶν*. Notissimum est quid sit in Graecorum fabulis *τὸ ἐκκύκλημα* et *ἐκκυκλεῖσθαι*. Non illepide igitur dicuntur *ἐκκυκλεῖν τι* qui absconditum quid et abditum proferunt in hominum notitiam iisque veluti spectatoribus in conspectu ponunt. Recte Philostratus ipse p. 245. quum multa de apparatu scenico disseruisset ita loquitur: *οὐ δὴ ἀπεικός τι παθεῖν μοι δοκῶ φιλοσοφίας ἡττηθεὶς εὖ κεκοσμημένης, ἣν Ἰνδοὶ ἐφ' ὑψηλῆς τε καὶ θείας μηχανῆς ἐκκυκλοῦσιν.* Sed quam apte et venuste hoc dictum est tam inepte et absurde dicuntur qui bigis *vehuntur* in forum *ἐπὶ ζευγῶν ἐκκυκλεῖσθαι ἐς τὴν ἀγοράν.*

Peccavit Philostratus p. 214. scribens: *Γάλβας ἐπ' ἀγορᾶς μέσης ἀπέθανεν ἡταιρημένους ἐσποιῶν ἑαυτῷ παῖδας τὸν Ὄθωνα καὶ τὸν Πείσωνα*, nam quid sibi vult *ἡταιρημένοι*? Quis umquam legit *ἑταιροῦμαι* et quid tandem ex analogia significare debebit? Utrum *παῖδες ἡταιρημένοι* sunt *ἐξ ἑταιρῶν γεγονότες* an aliud quid? Caeterum parum refert id scire nam tota res commenticia est et contra historiae fidem. Otho frustra spem adoptionis conceperat (Tacit. Histor. I. 13.) et propemodum ridiculum est narrare Galbam in medio foro *duos* sibi filios adoptasse et Othonem et Pisonem.

Mire abutitur Philostratus verbo *ἐρωτᾶν* in *ἐρωτᾶν λόγον* pro *λέγειν*. Philosophis solemne est *ἐρωτᾶν* ponere pro *συλλογίζεσθαι*, sed apud Philostratum idem quod *λέγειν* significat veluti p. 360. quum adolescentulus Atheniensis Olympiae dixisset *μάλα εὔνουν τὴν Ἀθηνᾶν εἶναι τῷ βασιλεῖ* (Domitiano), indignabundus Apollonius: *πέπαυσο*, inquit, *Ὀλυμπίασιν ὑπὲρ τούτων ἐρωτῶν καὶ διαβάλλων αὐτὴν τῷ πατρί. Desine Olympiae de his rebus* dicere.

Non intellexit Philostratus quam gravem errorem committe-

ret quum scriberet p. 42: *ἐφεσηκότα μέντοι ὁρῶν καὶ ἐνθυμουμένῳ ὅμοιον*: volebat dicere *quum* cogitabundum *et meditanti similem videret*, sed non est recordatus quae esset verbi *ἐφιςάναι* ratio ubi eo sensu ponitur. Notissima tamen res est. Dicebant olim *ἐφιςάναι τὸν νοῦν*, *τὴν γνώμην* et *τὴν διάνοιαν*. Saepe legitur *ἐπιςήσας τὴν διάνοιαν*, *τὴν γνώμην ἐπιςῆσαι* et similia, quae quum sexcenties apud philosophos potissimum recurrerent coeperunt sequiores *τὸν νοῦν* aut *τὴν διάνοιαν* aut *τὴν γνώμην* omittere et solum *ἐφιςάναι* et *ἐπιςῆσαι* dicere pro *hoc agere*, *animum attendere*, *diligenter apud animum suum cogitare et considerare*, *meditari*. Passim *ἐφιςάναι* inde ab Aristotele et Theophrasto illo sensu usurpari solet. Copiam exemplorum effuderunt Hemsterhusius, Wesselingius, Dorvillius locis indicatis a Wyttenbachio ad Plutarchi Moral. p. 32. B. Philostratus ipse sine vitio scripsit pag. 190: *Θεμιςοκλέα ἵδρυνται ἔννουν καὶ ὥσπερ χρησμῷ ἐφιςάντα*. Apparet ex his Philostrati error, qui putaverit *ἐφέςηκα* quoque dici posse, quoniam *ἐφίςημι* et *ἐπέςησα* recte diceretur. Non cogitavit *τὴν διάνοιαν* in illa locutione omissum esse, itaque *transitivis* tantum formis esse utendum. *Ἐπιςῆσαι* recte dicitur, *ἐπιςῆναι* non item, neque *ἐφίςασθαι* neque *ἐφεςάναι*. Sed in re perspicua quid opus est verbis? Post pauca peccavit iterum scribens: *θεωρῶ πρὸς ἐμαυτὸν ἐξότου ποτὲ οἱ βάρβαροι τοὺς εὐνούχους σώφρονας ἡγοῦνται*, namque *ἐξ οὗ*, *ἐξ ὅτου* et *ἐξ ὅτου περ*, ut Latinorum *ex quo*, de *tempore* dicitur, non de *causa*, ut in: *οὐκ ἐλούσατ' ἐξ ὅτου περ ἐγένετο*. Philostratus *ἐξ ὅτου* et *δι' ὅ τι*, ut alia multa, inter se confudit.

Antiqui et probi sermonis inscitia in Philostrato deprehenditur p. 44. in verbis: *ἀργίας μὲν ἡττηθεὶς ὁ σοφὸς ἢ χολῆς ἢ ἔρωτος ἢ φιλοποσίας — ἴσως ἂν καὶ ξυγγνώμην φέροιτο, χρήμασι δὲ ὑποθεὶς ἑαυτὸν οὔτ' ἂν ξυγγιγνώσκοιτο καὶ μισοῖτ' ἄν*. Nemo Veterum usus est umquam verbo passivo *συγγιγνώσκομαι* pro *ignoscitur mihi*, *datur mihi venia*, quia omnes constanter illo sensu dicebant *τυγχάνω συγγνώμης*. Sequiores huius rei ignari aut immemores *συγγιγνώσκεσθαι* usurpare coeperunt. Etiam *φέρεσθαι ξυγγνώμην* reprehensionem habet et minus eleganter novatum est, ut et *χολῆς ἡττηθῆναι* pro *ὀργῆς* et *χρήμασιν ὑποθεῖναι ἑαυτόν* pro *φιλάργυρον εἶναι* vel *χρημάτων ἥττω*.

Mirifice credidit se locutum esse Philostratus p. 118. quum dixisset: προπίνω σοι, ὦ βασιλεῦ, ἄνδρα Ἕλληνα, ad quae verba difficile est non subridere. Scilicet apud Xenophontem legerat in Anab. VII. 4. 26: προπίνω σοι, ὦ Σεύθη, τὸν ἵππον τουτονί, de quo loco olim interpolato diximus in Nov. Lectt. p. 396. Saepe προπίνω τί τινι apud Veteres legitur pro φιλοτησίαν τινὶ προπιὼν δωροῦμαι, ut ibidem multis exemplis ostendimus. Fugit Philostratum ratio quum credidit ipsum Apollonium Regi Indorum posse προπίνεσθαι.

Indorum rex homo minimi pretii et philosophiae osor ut puer petulans a sapientibus increpatur: σωφρονέστερον, ὦ βασιλεῦ, inquiunt, περὶ φιλοσοφίας γίγνωσκε. τὸν μὲν γὰρ χρόνον, ὃν μειράκιον ἦσθα, ξυνεχώρει σοι ἡ νεότης τὰ τοιαῦτα, ἐπεὶ δὲ ἐς ἄνδρας ἐξαλλάττεις ἤδη φειδώμεθα τῶν ἀνοήτων τε καὶ εὐκόλων. Vides reges in India etiam adultos a sapientibus παιδαγωγεῖσθαι. Sed quod eum iubent τῶν εὐκόλων φείδεσθαι de plebeio sermone sumtum est et plane abhorret ab antiquo Graecitatis usu. *Faciles*, *lenes*, *mites* appellantur εὔκολοι et opponuntur *morosis* τοῖς δυσκόλοις optimi pessimis. Incerti Comici verba apud Philostratum in Imagg. p. 134. Iac. Μουσῶν εὐκόλων ἀνθρήνιον mihi quoque de Sophocle accipienda esse videntur, de quo Bacchus in Ranis dixit:

ὁ δ' εὔκολος μὲν ἐνθάδ', εὔκολος δ' ἐκεῖ.

Suspicor enim nescio quem apud Veteris Comoediae poëtam mitem Sophoclem his verbis salutasse:

(ὦ χαῖρε) Μουσῶν εὐκόλων ἀνθρήνιον.

Philostrato qui τὰ εὔκολα *stulta*, *futilia*, *inepta* appellavit suus est error relinquendus.

Non suo sed librariorum vitio ineptire videtur Philostratus p. 122, ubi de Xerxe dicitur: εἰ γὰρ ἐν χερσὶ τῶν Ἑλλήνων ἀπέθανε, τίς μὲν ἂν λόγων λαμπροτέρων ἠξιώθη; τῷ δ' ἂν μείζω τάφον ἐπεσημήναντο Ἕλληνες; Philostrato digna sententia est, sed ne ille quidem potuit dicere τάφον ἐπισημαίνεσθαι pro *monumentum ponere*. Suspicor eum a Callimacho sumsisse vocabulum ex notissimo loco:

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται. — καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο
Κρῆτες ἐτεκτήναντο.

quamobrem emendandum censeo: τῷ δ' ἂν μείζω τάφον ἐτεκτήναντο Ἕλληνες;

Finem faciam in aperiendo usu quodam vocabuli δεῖνα, cuius et apud alios quaedam exempla sunt, sed apud Philostratum permulta. Inspice mihi hos locos: p. 11: ἀπίτω ὁ δεῖνα τὰ ἑαυτοῦ ἔχων, p. 18: ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα (πλείους εἰπών) τοῦ λιμοῦ τοῦ καθεσηκότος αἴτιοι, p. 85: βοῶν — ὡς ὁ τοῦ δεῖνος εἴην υἱὸς καὶ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἐμαυτοῦ ἴοιμι, p. 156: μυήσομαι αὖθις, μυήσει δέ με ὁ δεῖνα, p. 206: ὁ δεῖνα γὰρ καταψευσθεὶς ἄπεισιν, p. 324: προελθὼν τῆς οἰκίας τῇ δεῖνι ἡμέρᾳ — τίνι ἐθύσω τὸν παῖδα; p. 539, narratur Herodes Atticus, quum ex eo quaereretur quibus magistris usus esset, respondisse: τῷ δεῖνι μὲν καὶ τῷ δεῖνι παιδευόμενος, Πολέμωνι δὲ ἤδη παιδεύων. Haec omnia alio modo dicta sunt quam quo Veteres uti assolent, qui τὸν δεῖνα appellant eum, cuius nomen aut non succurrit aut non opus est edere aut non placet nominare aut in re ficta pro *quispiam* ponitur. Notus est locus Aristophanis in Thesmoph. vs. 620:

τὸν δεῖνα γιγνώσκεις, τὸν ἐκ Κοθωκιδῶν;
B. τὸν δεῖνα; ποῖον; A. ἔσθ' ὁ δεῖν' ὃς καί ποτε
τὸν δεῖνα τὸν τοῦ δεῖνα.

Sic Demosthenes p. 167, 24: ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος τὸν δεῖνα εἰσήγγειλεν, et sic alii passim. Apud Philostratum, ut vides, alia ratio est. Aesculapius p. 11. non dixerat ἀπίτω ὁ δεῖνα, neque Apollonius μυήσει δέ με ὁ δεῖνα, neque Herodes τῷ δεῖνι καὶ τῷ δεῖνι, sed diserta nomina ediderant eorum, quos quisque dixisset. Philostratus quamquam eorum ipsa verba refert, quamquam *eos ipsos inducit loquentes*, tamen singulis nominibus τὸ δεῖνα substituit, nihil ad rem facere ratus ipsa nomina apponere. Ex his igitur planissime confirmatur H. Stephani suspicio de loco, qui legitur in Matthaei Euangelio XXVI. 18: ὑπάγετε εἰς τὴν πόλιν πρὸς τὸν δεῖνα καὶ εἴπατε αὐτῷ κτέ. Rectissime ille: »*illud δεῖνα potius Euangelistae esse arbitror quam ipsius Christi: Euangelistae inquam ponentis δεῖνα loco nominis proprii, quo Christus usus sit: alioqui certe nullam huius generis loquendi rationem inire possum.*" Loci Philostratei prorsus similes omnem dubitationem mihi quidem eximere videntur. Veteres in tali re ita scribere so-

lent: ἐλθόντες εἰς τὴν πόλιν πρὸς τὸν δεῖνα (εἰπὼν τοὔνομα) κελεύετε αὐτόν κτἐ. Paene gemellus locus est Philostrati p. 285: βαδίσαι σε χρὴ ἐς τὴν Ῥώμην παρὰ τὸν δεῖνα καὶ διαλεχθῆναί οἱ.

Transeo nunc ad *vitas Sophistarum*.

C. G. COBET.

(*Continuabitur*).

SUPPLEMENTA ANNOTATIONIS

AD

XENOPHONTIS ANABASIN.

Clearchus ad Tissaphernem II. v. 11. ita dicit: σὲ δὲ νῦν ἐρῶ τήν τε Κύρου δύναμιν καὶ χώραν ἔχοντα καὶ τὴν σαυτοῦ ἀρχὴν σώζοντα. In tribus optimis libris A. B. C. apud Dindorfium scriptum est καὶ τὴν σαυτοῦ χώραν σώζοντα, quod iure repudiatum est. Sciolus de suo levi coniectura inseruit χώραν, quemadmodum in reliquis ἀρχήν nescio quis non multo felicius interposuit. Agnosces Xenophontem in his: τήν τε Κύρου δύναμιν καὶ χώραν ἔχοντα καὶ τὴν σαυτοῦ σώζοντα.

Xenophon ubi Menonis ingenium et mores describit II. VI. 25. ita scribit: παρ' οἷς μὲν ἐπεχείρει πρωτεύειν φιλίᾳ διαβάλλων τοὺς πρώτους τούτους ᾤετο δεῖν κτήσασθαι. Non est haec sana oratio. Vitii sedes est in τούτους, pro quo Suidas v. Μένων exhibet τούτῳ et Codex Parisinus omnium optimus C. apud Dindorfium a prima manu τοῦτο habet manu secunda vel tertia *correctum* in τούτους. Correctum autem? imo vero stulte corruptum. Emendandum est enim τοῦτ' ᾤετο δεῖν κτήσασθαι, nempe τὸ πρωτεύειν φιλίᾳ. Vides unde Suidae scriptura τούτῳ ᾤετο nata sit, oscitanter repetita sequenti vocali. Qui τοῦτο dedit librarius pervulgato more scribarum

omissam vocalem ineleganter revocavit. In alio libro elisionis nota confusa est cum alio compendiolo, quo — *ους* significari solet. Passim hoc factum esse videbis, ut in Erotiani praefatione p. 14. ubi editur: *ὧν ἀντικατηγόρησάν τινες ἐμφρόνως εἰδότες ἄνδρες ἐπαμύνασθαι ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ*, sed quis non meminit loci Homerici a plurimis decantati:

ἄνδρ' ἐπαμύνασθαι ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ.

Inconsulto igitur is qui Codicem Parisinum C ex alio libro, ut opinor, *corrigebat*, quum *τοῦτο* dedisset, *τούτους* substituit sententiae securus. Idem in eodem libro saepius factum esse animadverti ut corrector vera scriptura erasa vitiosam stulte induceret. Itaque utilissimum factu est ubique in Codice omnium optimo sedulo indagare quid lateat in locis, quorum scriptura a correctoribus reficta est. Quam vellem ipse librum intentissima cura excutere et omnia perscrutari! Laudanda tamen est insignis Dubneri diligentia qui omnia veteris lectionis vestigia sedulo rimatus est. Quantum autem ex ea re boni erui possit duobus exemplis ostendam. Editur III. I. 2: *ἐπεὶ δὲ οἵ τε στρατηγοὶ συνειλημμένοι ἦσαν καὶ τῶν λοχαγῶν καὶ τῶν στρατιωτῶν οἱ συνεπόμενοι ἀπωλώλεσαν ἐν πολλῇ δὴ ἀπορίᾳ ἦσαν οἱ Ἕλληνες*. Quicumque hoc aget statim intelliget *συνεπόμενοι* non esse sanum. Num tu putas in verbis, quae leguntur V. IV. 16. *ἀπέκτειναν συχνοὺς τῶν βαρβάρων καὶ τῶν συναναβάντων Ἑλλήνων τινάς* ferri posse *συναναβαινόντων*? Certum igitur et manifestum est *aoristum* requiri. Quid igitur reponendum est? *Συσπόμενοι* enim non est usitatum. Inspiciamus Codicem Parisinum. Dindorfius annotat: »*συνεπόμενοι*] *επό in rasura* 5. *litterarum* C." Scin quid erasum sit? Nempe *συνεπισπώμενοι*. Corrector delevit litteras *επισπώ* et substituit *επό* alios libros secutus. Reliqui ad unum omnes servant *συνεπόμενοι*. Quam facile erat ipsam Xenophontis manum ex leviter depravata vetere lectione elicere. Xenophon enim dederat *οἱ συνεπισπόμενοι*, quae forma ut plurimum in *συνεπισπώμενοι* a Graeculis depravari assolet. Quam tritum sit *συνεφέπομαι* et *συνεπισπέσθαι* norunt omnes. In Anabasi VII. IV. 6. ubi legitur: *ὁ Σεύθης ἐκέλευσε τὸν Ξενοφῶντα — συνεπισπέσθαι* praeter quatuor optimos libri omnes exhibent *συνέπεσθαι*. *Συνεπισπώμενος* et *συνεπισπόμενος* confusa et

alibi saepe videre est et in Cyropaed. VII. I. 32 et VIII. VI. 10. et in Platonis Timaeo p. 42. C, ubi in optimis libris est pessima lectio ξυνεπισπώμενος. Neglectum a Criticis haesit turpe vitium in venustissimo loco Platonis de Legg. IV. pag. 706. A: τοῦτον γὰρ δὴ τίθεσθαι τὸν νόμον ὀρθῶς ὑποτίθεμαι μόνον, ὃς ἂν δίκην τοξότου ἑκάστοτε στοχάζηται τούτου ὅτῳ ἂν συνεχῶς τούτων τῶν ἀεὶ καλῶν τι ξυνέσπηται, nam barbarum est, opinor, ξυνέσπηται: exemta litterula ξυνέπηται genuinum est. Aoristus ἔσπετο restitui debet Plutarcho in vita Solonis cap. 27. ubi Solon ad Croesum ita dicit: ᾧ δ' εἰς τέλος ὁ δαίμων ἔθετο τὴν εὐπραξίαν τοῦτον εὐδαίμονα νομίζομεν, quae nemo potest intelligere. Pro ἔθετο repone ἔσπετο et reseca scioli additamentum τὴν εὐπραξίαν, ut Solon dicat: ᾧ δ' εἰς τέλος ὁ δαίμων ἔσπετο τοῦτον εὐδαίμονα νομίζομεν. Corruptelam, ita uti fit, interpolatio secuta est. Itaque ubi vitii sedem deprehenderis mendumque sustuleris interpolatio fit manifesta. Sine sensu editur apud Ciceronem in oratione II. contra Rullum cap. 7. § 19: »Ille quod dari populo nullo modo poterat tamen quodammodo dedit: hic quod adimi nullo pacto poterat *potestate* quadam ratione eripere conatur." Vitii sedes est in POTESTATE, in quo latet POTESTARTE quod quum revocaveris duplex emblema *poterat* et *ratione* ultro excident et locus erit luce clarior: *quod adimi nullo pacto* potest arte *quadam eripere conatur.* Sed ad Xenophontem redeo cuius et alterum locum a correctore corruptum indicabo. Enumeratis opibus, quibus regnum Persarum pollebat, Xenophon ita pergit: III. I. 20. τὰ δ' αὖ τῶν στρατιωτῶν ὁπότε ἐνθυμοίμην ὅτι τῶν μὲν ἀγαθῶν πάντων οὐδενὸς ἡμῖν μετείη εἰ μὴ πριαίμεθα κτέ. in his πάντων vitiosum est. Ex C. notatur: »πάντων] *πάν in rasura.*" Male erasum esse suspicor τού, nam verum est ὅτι τῶν μὲν ἀγαθῶν τούτων οὐδενὸς ἡμῖν μετείη, ut statim post § 21: ἐν μέσῳ γὰρ ἤδη κεῖται ταῦτα τὰ ἀγαθὰ ἄθλα κτέ. et III. II. 26. πάντα ταῦτα τἀγαθὰ δῆλον ὅτι τῶν κρατούντων ἐστίν.

Plura alias.

C. G. COBET.

ATAKTA.

(*Continuantur ex* VIII. *pag.* 116).

§ 4.

Persequamur alia in eadem Oratione pro Caecina. Ubi Cesenniae testamentum describitur § 17, additur: *Aebutio sextulam adspergit. Hanc sextulam illa mercedem isti esse voluit assiduitatis et molestiae, si quam ceperat: iste autem hac sextula se ansam retinere omnium controversiarum putat.* Ridiculum est *ansam retinere aliqua re;* siquidem aliquid prehendere, tenere dicimur ansâ. Expuncto nomine quod putide iteratur, legendum, *hanc se ansam retinere* —.

Ut saepe alibi, ita § 27, quod attendenti perspicuum fore confido, in verbis *Terentianus est Phormio*, postremum nom. proprium interpolatum est.

Manifesto tenere mihi videor emblema § 35, ubi quum adversarius contendisset Caecinam interdicto uti non posse, sed agere iniuriarum, Orator ita pergit: *quid id ad causam possessionis? — Plus tibi ego largiar. Non solum egeris, verum etiam condemnaris licet: numquid magis possidebis? Actio enim iniuriarum non ius possessionis assequitur, sed dolorem imminutae libertatis iudicio poenaque mitigat.* Tota ista interpretatio (*actio — mitigat*) et per se intempestiva est, et abusu sermonis peccat. In bona latinitate *actioni* non hoc tribuitur, ut dicatur *ius assequi:* neque *actio mitigat dolorem:* neque *imminui libertatem* eius dicitur, qui introire aliquo prohibitus sit.

Minuta quaedam corrigenda sunt, verbi causa § 34. ut *praetermitterent* mutetur in *praeterniserunt:* § 41. *quum — loquamur*, imo *q. loquimur:* ut § 47. Et § 50, abiiciantur

quae putide ad explicandum inserta sunt, *deiectus esse quisquam*, quam adiectionem respuunt etiam quae praecedunt, *illud — potest.*

Bis corrigendum est in hoc uno loco § 51: *quae lex, quod senatus consultum, quod magistratus edictum, quod foedus aut pactio, quod — testamentum, quae iudicia aut stipulationes, aut pacti et conventi formula non infirmari ac convelli potest, si ad verba rem deflectere velimus —?* In rebus privatis *iudicia* appellari non poterant, quae ne omnino quidem huius erant loci: offendit praeterea plurale in hoc et in sequenti nomine. Legendum, *quae fiducia aut stipulatio aut pacti et conventi formula — si ad verba rem flectere velimus —?* Quo uno loco *deflectere* transitive poni videbatur, Orat. § 137, eum dudum correxi.

Mox, § 52. ubi nunc editur, *sermo hercule et familiaris et quotidianus —*, non tam vetusti Cod. auctoritate abiiciendum erat prius *et*, sed ipsa ratio admonere potuerat doctissimum Editorem, nullo modo ista sic distrahi posse, nec diversa inter se cogitari.

Credibile non est § 58. Ciceronem hoc scripsisse: *quare si ad eum restituendum, qui vi deiectus est, eandem vim habet aequitatis ratio, ea intellecta certe nihil ad rem pertinet, quae verborum vis sit ac nominum.* In omni hac disputatione solet *deiectum* appellare, non *vi deiectum:* et illud substantivum per errorem irrepsit huc ex sequentibus. Sed *eandem vim habet* probari non potest, quoniam nulla alia vis in antecedd. commemoratur, quacum haec conferatur. Legamus igitur *tantam vim habet —.*

Porro nullam interpretationem quis reperiet his, § 63: quum dixisset »in his causis non verba venire in iudicium, »sed eam rem, cuius causa verba haec in interdictum con»iecta sint;" ita pergit: *vim, quae ad caput ac vitam pertineret, restitui sine ulla exceptione voluerunt. Ea fit plerumque per homines coactos armatosque: si alio consilio, eodem periculo facta sit, eodem iure esse voluerunt.* Quaero, quo *alio consilio?* Si vis semper eodem consilio fit deiiciendi, eiiciendi, arcendi, deturbandi, apparet non ita scriptum esse potuisse a Cicerone, sed *si alio auxilio.*

In hac causa, quum defenderet Cicero mentem et voluntatem interdicti contra verborum sententiam, fieri non poterat quin exemplum excitaretur eius causae, quam Crassus contra Scaevolam in centumvirali iudicio defenderat; itaque eius causae mentio fit § 52. sq. Sed eodem reditur § 67. Quum enim Aebutius uno verbo se defenderet, contenderetque non *deietum* esse Caecinam, accusabat, ut ei Cicero obiicit, *eos qui consuluntur, quod aequitatis censeant rationem, non verbi, haberi oportere. Et hoc loco Scaevolam, dixisti, causam apud centumviros non tenuisse: quem ego antea commemoravi, quum idem faceret, quod tu nunc, (tametsi ille in aliqua causa faciebat, tu in nulla facis) tamen probasse nemini, quod defendebat, quia verbis oppugnare aequitatem videbatur. Quum id miror, te hoc in hac re, alieno tempore, et contra, quam ista causa postulasset, defendisse: tum illud vulgo in iudiciis, et nonnumquam ab ingeniosis hominibus defendi, mihi mirum videri solet, nec iurisconsultis concedi, nec ius civile in causis semper valere oportere.* In hac loci distinctione nulla sana sententia apparet. Statim occurrere debet hoc, in verbis *quum id miror* institui apodosin eorum, quae ante inchoabantur; quo uno modo istud *hoc in hac re* ad illam Scaevolae defensionem referre licebit. Ne multa, locus sic constituendus est: *Et hoc loco, quod Scaevolam dixisti causam apud centumviros non tenuisse — quem ego antea commemoravi, quod idem faceret quod tu nunc, (tametsi ille in aliqua causa faciebat, tu in nulla facis,) tamen probasse nemini quod defendebat, quia verbis oppugnare aequitatem videbatur, — quum id miror te hoc in hac re alieno tempore et contra quam ista causa postulasset defendisse, tum illud* cet. — Perspicuum est Ciceronem hoc obiicere adversario, quod is, quum omnino satis stulte contendisset iurisconsultorum auctoritati obtemperari non oportere, tamquam si ipse verbis et literis opponeret aequi et boni nomen, Scaevolae exemplum excitasset, qui iurisconsultus tamen causam non tenuisset; hoc igitur mirari se dicit Orator, quandoquidem ideo causam non tenuerat Scaevola, quod idem faceret »quod tu nunc," nempe ut se »verbo literaque defenderet."

Miror tamdiu Editores tulisse hoc, ut § 93. legeretur, *qui*

ab iure, officio, bonis moribus ad ferrum, ad arma, ad caedem confugerit —, nec sensisse ridiculum istud *bonis* abiiciendum esse, quum perpetuo dicatur *moribus deducere*, ut § 20. 27. cet.

§ 5.

Restant complura in Oratione pro Rabir. Perduell. corrigenda, quamquam multa senserunt iam viri docti, quorum acumen et elegantia iudicandi non erat relinquenda. Ernestus, verbi causa, rectissime viderat in § 2. verba *in his rebus evertendis* glossema esse. Quid hoc est, quod Orellius contendebat, verba illa »permultum ad invidiam accusatoris augendam conferre?" Nugari hoc est: potiusque animadvertendum, in consilio significando ne potuisse quidem praep. *in* usurpari; tum, nisi ratio ipsa hoc inculcaret, e constanti observatione tenendum erat hoc, nusquam apud Ciceronem post *idcirco* iterari illud ipsum quod eo pronomine indicetur: taedet eius normae exempla conquirere, sed nonnulla collegisse memini ad Legg. p. 367 et 478.

Explicandum erat Oratori quo modo consulare quoque officium Rabirium defendendum commendaret. *Non enim*, inquit § 2. *C. Rabirium culpa delicti, non invidia vitae, non denique veteres iustae gravesque inimicitiae civium in discrimen capitis vocaverunt.* —. Non indigebo, opinor, longa demonstratione *inimicitias civium* neque intelligi, neque ideo appellari posse. Fac ita significari *inimicitias civium inter se*, quid istud ad Rabirium pertineret? Sed non in multitudine cogitabantur inimicitiae, sed tantum inter privatos et paucos. Eademque de causa ne Rabirius quidem cum civibus inimicitias exercuisse cogitari potest. Scilicet, quae innumerabilibus locis, quamquam improbanda, tamen sine sententiae detrimento ferri potest nominis proprii interpolatio, hoc loco evertit plane sententiae consilium. Loquitur nunc in genere, ut defendat illud modo a se dictum de consulari officio; et tum per se nominis Rabirii repetitio, quem modo ante appellaverat, alienissima est, tum non hunc unum nunc cogitari vult, sed quemcumque. Ut verbo dicam, legendum est, *non enim culpa de-*

licti — non denique veteres iustae gravesque inimicitiae civem in discr. cap. voc. Modo dixerat, cum omnibus *civibus* in eorum periculis satis iustam sibi causam necessitudinis esse. Eodem iure in § 5. ante verba *hominis miserrimi* tollendum est interpolatum nomen proprium.

Ne hoc quidem negligi oportebat, nunc edi in § 3. *est boni consulis — ferre opem patriae, succurrere saluti fortunisque communibus, implorare civium fidem, suam salutem posteriorem salute communi ducere.* Nam, ut recte appellatur *salus communis* (ut § 30), ita nullo modo appellari possunt *fortunae communes*, quoniam *fortunae* semper singulorum sunt. Legatur *fortunisque omnium*, ut § 1 et 5. Quid intersit inter *fortunam* et *fortunas*, bene perspexit Madvig. Epist. Crit. p. 75. Plurale defendi posse videtur Tusc. I. § 99.

In eadem § 3, ubi, inde a verbis *est etiam bonorum et fortium civium*, exponit quid ab his postuletur, tum subiicitur, *ea qui secutus sit, laude potius et honore quam poena et supplicio dignum iudicare.* Quoniam haec postrema de industria ad iudices dicuntur, conveniens erit sic legere, *eaque qui* —: ut dicat, reliqua illa omnium bonorum civium sunt, tum a iudicibus hoc exspectandum.

Quum dixisset § 4, *labor in defendendo praecipue meus est*, adiicit, *studium vero conservandi hominis commune mihi vobiscum esse debebit:* sed futurum hoc otiosissimum est in hoc verbo, et leg. *debet*, quod in praecipiendo futuri quodammodo notionem continet.

Brevi post haec dicit: *agitur enim nihil aliud in hac causa, Quirites, nisi ut nullum sit posthac in re publica publicum consilium*, cet. In quibus *nisi* est e novissimi Editoris correctione, quum alii Codd. omitterent, alii *quam* haberent. Et de *quam* saepe per errorem a librariis omisso, monuit Madvig. ad Fin. V. § 31. Hoc tamen praefero, prae *nisi*, ratione habita eorum quae Zumptius recte disputavit Gramm. Lat. § 735, quandoquidem hoc significare vult Orator, cum unius Rabirii causa illa quoque gravissima, quae enumerat, coniuncta esse, non item quasi nihil aliud praeter ista ageretur. Quo modo *nisi* dicatur, commemoravi Bibl. Crit. N. III. p. 78. A Madvigio

memini discrimen inter utrumque vindicari, sed non recte ubi hoc disputaverit.

In § 5. primum precatur a diis, *ut hodiernum diem et ad huius salutem conservandam et ad rem publicam constituendam illuxisse patiantur. Deinde vos, Quirites, — oro atque obsecro, quoniam uno tempore vita hominis miserrimi —, salus rei publicae vestris manibus suffragiisque permittitur*, cet. Sed abesse non possunt copulae; et requiritur *et vita — et salus.*

Ipsam defensionem aggressurus sic accusatorem alloquitur Cicero § 6. *Nunc quoniam, T. Labiene, diligentiae meae temporis angustiis obstitisti meque ex comparato et constituto spatio defensionis in semihorae circulum coëgisti, parebitur* cet. Cuius generis fuerit illa Labieni potestas, ut semihorae spatium praescriberet defensioni, explicare nequeo: sed, quamquam nullam varietatem libri Mss. afferunt, vitiosum quid remansisse in illis verbis persuasum habeo. Potuit fortasse Ciceronis diligentiae obsistere Labienus tempore defensionis circumscribendo, coarctando, angustando; nullo modo dici potest hoc fecisse *temporis angustiis*, quae sane aliquem *cogere* possunt (sicut dicitur Orat. III. § 228,) sed quod alicui instrumentum esse non potest quo utatur ad cogendum. Igitur neque hoc probandum est, neque si quis dicatur *hostes vicisse angustiis locorum.* Aliquanto rationi magis consentaneum erit, si legetur, *diligentiae meae temporis angustiae obsistunt.* — Brevi post, in verbis *satis erit hoc mihi temporis*, de recto Ernestii iudicio tollendum erat *hoc.*

Spreta est Latinitatis ratio in his § 7: *quo in crimine* (n. locos religiosos a Rabirio violatos esse) *nihil est umquam a te dictum, nisi a C. Macro obiectum esse crimen id C. Rabirio.* Etenim non *obiicimus crimen* alicui, sed aut factum, aut vitium: idque quum facimus, sic oritur crimen, i. e. accusatio. Itaque statim post, *quid obiecerit Rabirio Macer*, non *quod crimen.* Ipse Cluent. § 62, *doce — quid praeter hoc venenum Oppianici non modo in criminis, sed in maledicti loco sit obiectum.* Igitur delendum *crimen.*

Lambini suspicio, quippe unius de sagacissimis existimatoribus Latinitatis Tullianae, commemoranda est; qui in his verbis § 7, *quo in crimine propinquus C. Rabirii iudicio claris-*

simo, C. Curius, pro virtute sua est honestissime liberatus, malebat hunc ordinem, *C. Curius iudicio clarissimo pro virtute sua* —. Deserendam hanc esse suspicionem censeo propterea, quod pron. *suus* ita demum recte ponitur, si ad proxime antecedens nomen referatur: de quo genere nonnihil disputavi Bibl. Crit. N. V. p. 19.

Sororis filium a Rabirio necatum esse dixerat Labienus, *quum ad iudicii moram familiaris funeris excusatio quaereretur*, § 8. Cui crimini sic respondetur: *quid enim est tam verisimile, quam cariorem huic sororis maritum quam sororis filium fuisse? atque ita cariorem, ut alter vita crudelissime privaretur, (cum) alteri ad prolationem iudicii biduum quaereretur.* De sororis filio, sed alio, cum hisce conferri potest Rabir. Post. § 45. Sed non temere pronunciabat Ernestus, ironiam huic formae (disputandi) non satis aptam esse, sine qua tamen illa, *quid tam verisimile*, explicari nullo modo possint. Ipse malebat *quid tam parum verisimile.* Corrigitur sane ita sententia. Nihilominus istud *enim* minime convenit huic responso, quo crimen istud refutatur; quod per errorem susceptum necessario peperit sequens *tam.* Legam: *quid minus est verisimile.* Tum illud *cum* non delendum ex sententia Lambini, sed mutandum in *dum.*

De loco qui est § 10, *quod utinam, Quirites* —, nondum dimitto ea quae disputavi ad Leges p. 586. Pro *utinam hoc quod ille crimen* —, novissimus Editor exhibet *ut hoc* —, ex libro Torrentii. Non probo, in hac sententiae forma, *ut* finale.

In § 13. ubi Labieni crudelitatem exagitat, sic edi video: *namque haec tua, quae te hominem clementem popularemque delectant,* I LICTOR, COLLIGA MANUS, *non modo huius libertatis mansuetudinisque non sunt, sed ne Romuli quidem aut Numae Pompilii: Tarquinii, superbissimi atque crudelissimi regis, ista sunt cruciatus carmina* —. Quam corrigendi viam iniit Ravius meus, V. L. I. p. 41, probare vix possum. Non negligendum hoc est, *namque* non in eiusmodi occupatione dici, sed *nam:* id quod non fugit Madvigium in Epist. Crit. p. 70: conf. V. V. D. D. ad Orat. I. § 71. Quod quum ita corruptum esset, ortum est pronomen *haec.* Ne *tua* quidem recte ista appellantur, quum essent Tarquinii, quae Labienus *lubentissime*

commemorabat tantum. Simpliciter legendum censeo: *nam quae te hominem* —. Aliquanto post, *quae verba*, ante *Quirites*, recte in uno Cod. Ox. omittuntur.

Non sine causa Ernestus, quo erat acumine, haesit in his § 13. init., ubi postquam C. Gracchum Labieno opposuisset Orator, ita pergit: *tu mihi etiam legis Porciae, tu C. Gracchi, tu horum libertatis, tu cuiusquam denique hominis popularis mentionem facis, qui — violare libertatem huius populi — conatus es?* Perpetuo eos, qui aderant, *hos* appellare solet; ut *horum* necessario eodem modo interpretandum sit. Sed apparet hoc Labieno obiicere voluisse Ciceronem, quod veteres auctores tuendae civium libertatis commemorasset, ipse eam libertatem violasset in *hoc populo*, quae oppositio excludit istud *horum*. Meliori ordine ista sic legentur: *tu mihi etiam legis Porciae, tu libertatis, tu C. Gracchi, tu cuiusquam* —. Modo ante cum lege Porcia *libertatis* mentionem coniunxerat.

In § 14. complura merito offenderunt Ernestum, cuius rationem habere minus videntur recentiores Editores. Confertur Labienus cum C. Graccho. Primum in his, *Scilicet tibi graviorem dolorem patrui tui mors attulit quam C. Graccho fratris:* recte vidit *tui* eiiciendum esse, itemque paulo post *patruus vester:* suo loco et hoc, et pronomen usurpatur § 22. — Molestis additamentis haec quoque laborant: *et similis viri tu ulciscere patrui mortem, atque ille persequeretur fratris:* in quibus tam *patrui*, quam *fratris* delendum esse apparet.

Auspiciorum publica iura, quod in § 17. editur, nusquam appellantur, quum ipsa auspicia non alia, in huiusmodi argumento, nisi publica intelligantur. Delendum *publica*, omissum in compluribus Codd.

Quam vetus sit illa intemperantia Tullianae castissimae orationis pronominibus onerandae, apparet e Quinctiliano, et Rufiniano, qui locum in fine § 18. ita excitarunt, ut alter *vocem istam*, alter *vocem vestram* describeret: neque his utemur, et post *stultitiae* abiiciemus quoque *vestrae.*

Quomodo, quaeso, haec quis probare potest, quae eduntur eadem § init.: *nunc de Saturnini crimine ac de clarissimi patrui tui morte dicemus.* Nempe *Saturnini crimen* est illud ipsum quod statim subiicit, *arguis occisum esse a Rabirio Saturninum:* hoc

igitur falsum esse antea Rabirius docuerat, idem nunc Cicero susciperet, agnosceret, confiteretur si sibi esset integrum, deque eo sequens est disputatio, non de Labieni *morte*, quamquam *patrui mors* bis appellatur § 14, et *mors Saturnini* § 24. Duo continuo defendit orator; primum si Rabirius cum iis fuit qui Saturninum et reliquos in Capitolio oppugnarent, non hoc in crimen vocandum esse; tum a re publica desciscere non oportuisse Rabirium ideo, quod cum Saturnino esset patruus accusatoris, in cuius rei mentione castigat quodammodo huius impudentiam, § 22. sq. Nunc igitur non *de patrui morte*, sed *de patruo* dicturus erat: quo enim uno modo verba *de patrui morte* explicari poterant, ut esset de caede patrui, i. e. ut diceretur patruum a Rabirio occisum esse, h. l. probari ideo non potest, quod partic. *ac* iungere solet ea quae diversi generis sunt: istud si voluisset, dixisset *de Saturnini et patrui tui crimine*. In uno vocabulo, quod dolendum est, Halmius sprevit duorum praestantissimorum criticorum suspiciones. Nam Manutius non *clarissimi*, sed *carissimi* maluerat, Lambinus *clarissimi viri*, quum neutri sine idonea causa vulgatum displiceret. Primum *clarissimus* certum quoddam genus habet nominum quibuscum iungatur, non tantum ut *clarissimus vir* dicatur, sed *civis* quoque, et *philosophus*: minus apte cum iis nominibus, quibus per se nulla laus, nullus honor continetur, quapropter et in I[a]. Catilinaria damnandum *clarissimus pater*, et h. l. *clarissimus patruus*. Hinc Lambinianum *clarissimi viri*: sic enim solet, ut ad Div. XIII. 68. fin. *tuebor clarissimum virum patrem tuum*. Non contemnenda correctio, nisi quod dubitare licet an patruus iste vere vir clarissimus appellari potuerit; nusquam certe eum in magistratibus reperies; contra hominem fere ignotum fuisse conficias ex his verbis § 14. *patruus vester, quisquis fuit*. At ironiam in hoc agnoscendam esse vult et Ernestus et Halmius. Ego suum cuique sensum concedo, sed meo sensu et ab hoc loco, et a tota hac gravissima oratione alienissima est omnis ironia; ne dicam certum genus esse verborum in quibus Cicero eidem numquam ludat. Probarem Manutianum *carissimi*, si ulla significatio istius caritatis hunc locum deceret. Nihil, opinor, superest nisi ut suspicemur in illo verbo aliud latere adiecti-

vum cum subst. *morte* iungendum: quamquam multo melius est, utroque suppresso, legere *ac de patruo tuo dicemus.*

Merito in his § 20, *ex aedificiis armamentariisque publicis arma populo — dantur*, displicuit *aedificiorum* mentio. Quid intelligat Mommsenius, qui corrigit *ex aede Sancus*, quo ducere videtur nonnullorum librorum depravata lectio, prorsus non intelligo. Credas *aedem Castoris* appellatam esse, propter ea quae narrantur in Pison. § 23. Sed aliis hoc considerandum relinquo.

Non sine offensione, ut suspicor, leguntur haec ibid., ubi enumerat eos qui arma sumpserant contra Saturninum: quum *in foro (esset) C. Marius et L. Valerius Flaccus consules, post cunctus senatus, atque ille senatus, quem etiam vos ipsi, qui hos patres conscriptos, qui nunc sunt, in invidiam vocatis, quo facilius de hoc senatu detrahere possitis, (laudare consuevistis.)* Postrema duo verba de coniectura in Editis addita sunt, quoniam videbantur postulari ad sententiae absolutionem. Apparebit fortasse non opus esse illo additamento. Statim, in verbis *quem etiam vos ipsi*, minus diligenter *etiam* interponitur, tamquam si hoc significare voluisset, senatum illum ab aliis laudari solitum esse; et emphasis satis plane intelligitur in pron. *ipsi* inesse. Mox, *hos patres conscriptos* nemo probabit, nisi qui ostendere possit, praeter alloquendi formam in sententia dicenda, hoc modo Senatum designari solitum fuisse aut potuisse appellari; quum praesertim statim post recte *hic senatus* dicatur, ita ut, satis absurde, tam brevi intervallo eandem rem duplici modo designet. Expunctis quae stulte interpolata sunt, legendum censeo, *quem ne vos ipsi quidem in invidiam vocatis, quo facilius de hoc s. d. possitis.* Nihil attinebat *hunc senatum*, qui nunc erat, in invidiam vocare, sed illum qui tum Consules secutus erat.

Tum mirifica subiiciuntur haec: *cum equester ordo — at quorum equitum [Romanorum], di immortales! patrum nostrorum atque eius aetatis, quae tum magnam partem rei publicae atque omnem dignitatem iudiciorum tenebat —.* Offendebatur his merito Lambinus: sed non tantum propter inconcinnitatem improbanda sunt. Vitiosum hoc quoque aliis visum est, ut *aetas* diceretur *tenere dignitatem iudiciorum.* Sed quid quaeso

patrum nostrorum est? unde suspensus ille Genitivus? Nemo tamen concedet dici posse *equites patrum nostrorum:* ne hoc quidem, si iungatur *equites aetatis patrum nostrorum*, cuius etiam *aetatis* perquam otiosa indicatio esset, ne scilicet confunderentur cum his equitibus, i. e. qui nunc sunt. Ipsum, quod statim sequitur, adverb. *tum* excludit mentionem *eius aetatis.* Post eiusmodi admirationis formam, *quorum equitum, di immortales!* ex Ciceronis consuetudine vel statim subiici solet illud ipsum cuius causa tam eximie praedicandi esent, sicut pro Sull. § 42. init., vel ea ipsa forma *παρενθετικῶς* usurpata continuantur ea quae praecedebant, id quod h. l. necessario postulatur. Non *equites*, sed *equester ordo tum magnam partem — tenebat.* Haec omnia me quidem adducunt ut credam ista, *patrum nostrorum atque eius aetatis* ridicule interpolata esse, et *quae* mutari oportere in *qui.* Iudicia tum erant secundum legem Semproniam.

Quod § 21. de Scaevola dicitur, *perditus morbo*, merito displicet viris doctis, qui ne *praepeditus* quidem probabant. Quidni dicatur *praeditus morbo?*

Qui assuetas aures habent elegantiae quam in omni oratione sectatur Cicero, vix probare poterunt, opinor, haec § 24: *at C. Decianus — condemnatus est: et Sex. Titius — condemnatus est. Statuerunt equites Romani* cet. In primis postrema haec, sic *ἀσυνδέτως* illata, admonere poterant de vitio compositionis. Legendum censeo, deleto altero illo, *condemnatus est*, hoc modo: *et Sex. Titium — domi suae, statuerunt equites Romani illo iudicio inprobum civem esse —.* Haud dissimili sensu motus Ravius V. L. II. p. 161. egregie correxit locum § 25, in verbis *qua in causa tute* cet.

Ubi enumerat clarissimos viros, qui auctore Mario consule arma sumserant Saturnini interficiendi causa, tandem pervenit, § 26, ad duos Mucios, L. Crassum, M. Antonium, *quorum in hac civitate longe maxima consilia atque ingenia fuerunt.* Vitiosum est *magna consilia*, quamquam *magna ingenia* non offendit. Sed corrigendum est *maximi.*

Quod centies usu venit, sententiae consilium formamque orationis persumdedit partic. *at*, per errorem a librariis descripta pro *et*, in his § 29: *itane vero? tantis in laboribus*

C. Marius — vixisset, si nihil longius, quam vitae termini postulabant, — de se — cogitasset? At, credo, cum — rem publicam liberasset, omnia sua secum una moritura arbitrabatur. Nulla obiectio in postremis his spectatur. Duo absurda proponit, prius per interrogandi formam, alterum adhibito ironiae indicio (*credo*), eaque nectenda erant copula *et*.

Ad haec, § 29: *Quid iam ista C. Mario, inquit, nocere possunt, quoniam sensu et vita caret?* annotaverat Ernestus, in hac forma interrogandi non solere *quoniam* addi, seque coniecisse *qui iam*, vel *quando iam*. Displicuit hoc Orellio, qui hoc subiicit: »fatigabat eum haec oratio a solito reliquarum more et modo in quibusdam sane recedens." Vellem hoc discrimen diligenter indicavisset vir doctissimus, nusquam a me animadversum. Mihi totum hoc (*quoniam — caret*) insititium videtur, non tam quod frigide ista explicatio adiicitur, sed quod et a Ciceronis consuetudine et a recta ratione alienum est *sensu et vita carere*. Unum hoc *sensu carere* recte dicitur, sicut innumerabilia exempla vel in uno Primo Tusculanarum probabunt, tum ad Div. V. 16. 4. VI. 3. 4: quis autem dixerit *mortuum vita carere?* Sed poterat, *hac luce carere*, ut Tusc. I. § 12.

Non immerito Ernestus haerebat in hoc, § 30, quum dicitur *pro patriis fanis atque delubris propugnandum*, malebatque *fanis* mutare in *sacris*. Et Verr. I. § 7. appellantur *religiones — sacrorum fanorumque*. Equidem leniori medicina usus, legam *patrum fanis* —: conf. Legg. II. 19 et 26.

In § 31, pro *omnes ii*, necessario corrigendum *omnes hi*, quoniam istud, sicut ex iis intelligitur quae subiiciuntur, *quorum tu ex aetate coniecturam facere potes*, δεικτικῶς de praesentibus et de iudicibus dicit orator, quos de more illo pronomine indicat.

§ 6.

Fore suspicor, quibus nisi contemnere, non tamen satis religiose colere videar librorum manuscriptorum auctoritatem, quod ea et rarissime utar ad iudicii commendationem, et eandem longe saepius prorsus deseram. Equidem et virorum do-

ctorum qui illis copiis abundant laudo diligentiam qua utuntur notanda infinita illa lectionis varietate, et gratus utor istius laboris vel fructu, vel certe eventu. Sed quoniam ex illius farraginis consideratione hoc certe didici, nullum hucusque veterem librum repertum esse qui in omnibus veram Ciceronis manum referre iudicaretur, nec umquam repertum iri credo, non tantum ubi e diversissimis optandum est unam rationem dominari oportere existimo, sed ne omnium quidem consensus fortunae potius quam veritati tribuendus cuiusquam rationem obmutescere coegit, aut a corrigendis iis quae manifesto vitiosa essent deterruit. Quapropter ignoscetur mihi, ut spero, si, quum aliorum industria expromtae sint et expositae omnes illae veterum membranarum copiae, in quibus perlustrandis saepe difficile est aut non ridere librariorum stuporem, aut eorum audaciae non subirasci, nihil istorum ipse repono, sed quid vitiosum hucusque alios latuerit demonstro, tum quid verum sit domestico sensu, non aliunde quaesita auctoritate anquiro. Nihil igitur mihi demonstrandum est in plerisque quae attingo, nisi primum absonum esse id quod in editis exemplis circumfertur, tum postulari id ipsum quod mihi videatur; quorum tamen utriusque iudicium omnium est eorum, qui Tulliani sermonis vim et ingenium assiduo usu rite perceperint.

In Oratione pro Rabirio Postumo complura poterant indicari, quae dudum a viris ingeniosissimis pulcre correcta tamen a recentissimis Editoribus neglecta sunt. Nunc defungar uno alteroque loco corrigendo, plura premens quae nondum licuit mihi expedire.

Et primum videamus de § 2. Assentior Ernesto verba, quae nunc sic eduntur, *quam sermo — celebret*, spuria esse. *Hoc*, inquit, *generi hominum prope natura datum, uti, qua in familia laus aliqua forte floruerit, hanc fere qui sunt eius stirpis quam sermo hominum ac memoria patrum virtutem celebret cupidissime persequantur.* Rectissime iudicavit de his Ernestus: me quid praeterea offendat, reticere nolo. Quae, quaeso, est ista constructio, *hanc (laudem) quam sermo hominum virtutem celebrat?* Neque concedi poterit, ut *quam* ad *stirpem* referatur. Tum *laus* eadem est quae *virtus*. Postremo

in illis, *laude florere*, iam inest illud, quod satis inscite ad interpretandum adiicitur, ut eam *sermo hominum* celebrare dicatur. Miror, quod in novissima editione video, viros doctissimos, quum haec servare vellent, frustra in corrigendis istis desudasse.

Editur § 11. hoc: *si enim quid liceat quaeritis, potestis tollere e civitate quem vultis. Tabella est, quae dat potestatem; occultat eadem libidinem: cuius conscientiam nihil est quod quisquam timeat, si non pertimescat suam.* Quo spectat ista interpunctio? qua divelluntur ea quae necessario coniungenda erant, quoniam explicant postrema id ipsum, quod initio dicitur, *quem vultis*. Igitur et post *vultis*, et post *libidinem*, tollatur maxima distinctio: *cuius* refertur ad *tabellam*.

In § 26. editur: — *quosdam etiam senatores — Neapoli in celeberrimo oppido, cum mitella saepe videmus, chlamydatum illum L. Sullam imperatorem* —. Utor ea observatione quam expromsi Scholic. Hypomn. IV. p. 195. sq., contendoque pron. *illum* prorsus alienum esse h. l. a Ciceronis consuetudine. Quidni corrigatur, *chlamydatum etiam L. Sullam*, ut oratio superioribus continuetur.

Non ferendum est, quod legitur in § 29: »*Moreretur*," *inquies: — nam id sequitur. Fecisset certe, si sine maximo dedecore, tam impeditis suis rebus, potuisset emori.* Orellius annotavit: »sic etiam pro Cluentio § 42. habes v. *emori* post »alterum *mori*." Sed ex eodem loco animadvertere eum oportuisset e Ciceronis consuetudine, quam recte eiusmodi sententia claudatur v. *potuisset: hanc numquam accusasset Avitus, si id praetermittere, salvo capite suo, potuisset.* Idem hoc loco obtinebo, si docuero quare istud *emori* abiiciendum sit. Non puto quemquam defensurum esse, nullum omnino esse discrimen inter simplex verbum et compositum, ita ut ista pro lubitu permutentur. *Emori* autem ita dici solet, vel si ipse quasi transitus significetur, ut in illo quod secundum Epicharmum Latine enunciat Cicero Tusc. I. § 15, *emori nolo: sed me esse mortuum nihil aestumo:* vel si magno animo mortem obiri significatur, sicut Philipp. IX. § 6, de Ser. Sulpicio, *maluit in maximo rei publicae discrimine emori, quam minus, quam potuisset, videri rei publicae profuisse.* Planc. § 90, *ego*

vero ne immortalitatem quidem contra rem publicam accipiendam putarem, nedum emori cum pernicie rei publicae vellem. Ita bis Cicero scripsit, *pro Pompeio emori possum*, ad Caelium II. 15. 2. et ad Att. VIII. 2. 4, quo idem dicitur quod Offic. I. § 57, *mortem oppetere.* Contra, ubi de morte quam natura afferat sermo est, *mori* ponitur; sicut Philipp. XIII. § 45, *aequiore animo et maiore consolatione moriere:* et Tusc. I. § 97, pro *emori*, ex aliis libris restituendum est, *quid lucri est mori?* eodemque modo corrigendum Pison. § 15, *ut mori potius quam servire praestaret*, ubi constanter vulgatur *emori.* Quid in Catilin. I. § 20. reprehendendum sit, alio loco ostendam: sed recte Laco ille ad Diagoram, Tusc. I. § 111. *morere*, (non *emorere*), id est, ante mortem nihil est quod fortunatius tibi contingere possit. Quod nunc Rabirii accusatori obiicit Orator, facit ridendo, quasi is dixisset, »oportuisset eum mori potius, quam apud Ptolemaeum dioecetae munus sustinere:" nullo modo cogitavisset ille de morte oppetenda: itaque ridicule quoque respondetur, *fecisset si potuisset.* Ne illo quidem Cluentianae loco defendi posse puto *emori.* Librorum nullam esse in talibus auctoritatem inconstantia lectionis et varietas arguit, qui etiam (ut alio compositi verbi exemplo utar) in ad Div. I. 7. 9. exhibent *emoneo*, cuius ratio nulla excogitari potest.

Ne in Vatiniana quidem pauca supersunt rectius constituenda. Veluti § 7, quod editur, *at enim dixisti non mea, sed rei publicae causa homines de meo reditu laborasse.* Qui proxime antecedd. inspiciat, fatebitur adversativum *at* ferri non posse. Scriptum fuerit oportet: *Ita enim dixisti, non mea —.*

Quod nondum animadversum videtur, hoc est, quod § 8. editur: *Scilicet aspera mea natura —: nemo humanitatem meam, nemo consuetudinem, nemo consilium, nemo auxilium requirebat: cuius desiderio — forum maestum, muta curia, omnia denique bonarum artium studia siluerunt.* Si qui putant in pron. *cuius*, ex anteced. *meam*, intelligendum esse ipsum Ciceronem, non attendunt nimium ista a se invicem remota esse. Excidit id, quod saepe cum *cuius* confunditur in Mss., legendumque est — *nemo auxilium requirit eius, cuius —.*

In § 11. proprie magis hoc dicetur: *habeat hoc praemium*

tua indignitas, ut adolescentiae turpitudo obscuritate et sordibus suis obtegatur, pro *sordibus tuis*. Ita Verr. Act. I. § 11. *adolescentiae maculae ignominiaeque* appellantur. Tum, in iis quae proxime antecedunt, *licet impune per me parietes in adolescentia perfoderis, vicinos compilaris, matrem verberaris*, me si audiunt viri docti delebunt verba *in adolescentia*, perquam ridicule per se interposita, et disrupto filo orationis.

Ubi de Vatinii tribunatu agit, § 16, haec dicuntur, in quibus constructio laborare mihi videtur: — *collegas habuisti viros fortes novem: ex his tres erant, quos tu quotidie sciebas servare de coelo, quos irridebas, quos privatos esse dicebas: de quibus duos praetextatos sedentes vides, te aediliciam praetextam togam, quam frustra confeceras, vendidisse, tertium scis ex illo obscuro — tribunatu consularem auctoritatem esse consecutum.* Distinxi aliquanto melius: nam, *de quibus* inchoat quasi apodosin, tamquam si diceretur, *de his igitur*. Sed in his ipsis postremis oratio sic distributa est, tamquam si tria dicerentur, primum de duobus illis, alterum de ipso Vatinio, postremum de tertio: et in ipso illo altero abest verbum finitum, quale modo est, *vides*, et mox, *scis*. Hoc postremum non latuit Lambinum, qui coniciebat, *tu — vendidisti*. Sed non tria, sed duo tantum dicenda erant, primum de duobus, tum de tertio: et manifestum est quamobrem Vatinii mentio cum illis duobus coniungi posset. Hoc obtinebimus quum legemus: *de quibus quum duos praetextatos sedentes vides, te — vendidisse meministi*, id est, hoc repulsam tuam in memoriam tibi vocat.

Unde mihi suspicio orta sit complura verba interposita esse, quae Ciceronis non sint, dicam si locum ipsum § 18. descripsero. *Simul etiam illud volo, uti respondeas, quum, te tribuno plebis, esset etiam tum in re publica lex Aelia et Fufia: quae leges saepenumero tribunicios furores debilitarunt et represerunt; quas contra, praeter te, nemo umquam est facere conatus; (quae quidem leges anno post, sedentibus in templo duobus non consulibus, sed proditoribus huius civitatis ac pestibus, una cum auspiciis, cum intercessionibus, cum omni iure publico conflagraverunt:) ecquando dubitaris contra eas leges cum plebe*

vero ne immortalitatem quidem contra rem publicam accipiendam putarem, nedum emori cum pernicie rei publicae vellem. Ita bis Cicero scripsit, *pro Pompeio emori possum*, ad Caelium II. 15. 2. et ad Att. VIII. 2. 4, quo idem dicitur quod Offic. I. § 57, *mortem oppetere.* Contra, ubi de morte quam natura afferat sermo est, *mori* ponitur; sicut Philipp. XIII. § 45, *aequiore animo et maiore consolatione moriere:* et Tusc. I. § 97, pro *emori*, ex aliis libris restituendum est, *quid lucri est mori?* eodemque modo corrigendum Pison. § 15, *ut mori potius quam servire praestaret*, ubi constanter vulgatur *emori.* Quid in Catilin. I. § 20. reprehendendum sit, alio loco ostendam: sed recte Laco ille ad Diagoram, Tusc. I. § 111. *morere*, (non *emorere*), id est, ante mortem nihil est quod fortunatius tibi contingere possit. Quod nunc Rabirii accusatori obiicit Orator, facit ridendo, quasi is dixisset, »oportuisset eum mori potius, quam apud Ptolemaeum dioecetae munus sustinere:" nullo modo cogitavisset ille de morte oppetenda: itaque ridicule quoque respondetur, *fecisset si potuisset.* Ne illo quidem Cluentianae loco defendi posse puto *emori.* Librorum nullam esse in talibus auctoritatem inconstantia lectionis et varietas arguit, qui etiam (ut alio compositi verbi exemplo utar) in ad Div. I. 7. 9. exhibent *emoneo*, cuius ratio nulla excogitari potest.

Ne in Vatiniana quidem pauca supersunt rectius constituenda. Veluti § 7, quod editur, *at enim dixisti non mea, sed rei publicae causa homines de meo reditu laborasse.* Qui proxime antecedd. inspiciat, fatebitur adversativum *at* ferri non posse. Scriptum fuerit oportet: *Ita enim dixisti, non mea —.*

Quod nondum animadversum videtur, hoc est, quod § 8. editur: *Scilicet aspera mea natura —: nemo humanitatem meam, nemo consuetudinem, nemo consilium, nemo auxilium requirebat: cuius desiderio — forum maestum, muta curia, omnia denique bonarum artium studia siluerunt.* Si qui putant in pron. *cuius*, ex anteced. *meam*, intelligendum esse ipsum Ciceronem, non attendunt nimium ista a se invicem remota esse. Excidit id, quod saepe cum *cuius* confunditur in Mss., legendumque est — *nemo auxilium requirit eius, cuius —.*

In § 11. propric magis hoc dicetur: *habeat hoc praemium*

tua indignitas, ut adolescentiae turpitudo obscuritate et sordibus suis obtegatur, pro *sordibus tuis*. Ita Verr. Act. I. § 11. *adolescentiae maculae ignominiaeque* appellantur. Tum, in iis quae proxime antecedunt, *licet impune per me parietes in adolescentia perfoderis, vicinos compilaris, matrem verberaris*, me si audiunt viri docti delebunt verba *in adolescentia*, perquam ridicule per se interposita, et disrupto filo orationis.

Ubi de Vatinii tribunatu agit, § 16, haec dicuntur, in quibus constructio laborare mihi videtur: — *collegas habuisti viros fortes novem: ex his tres erant, quos tu quotidie sciebas servare de coelo, quos irridebas, quos privatos esse dicebas: de quibus duos praetextatos sedentes vides, te aediliciam praetextam togam, quam frustra confeceras, vendidisse, tertium scis ex illo obscuro — tribunatu consularem auctoritatem esse consecutum.* Distinxi aliquanto melius: nam, *de quibus* inchoat quasi apodosin, tamquam si diceretur, *de his igitur*. Sed in his ipsis postremis oratio sic distributa est, tamquam si tria dicerentur, primum de duobus illis, alterum de ipso Vatinio, postremum de tertio: et in ipso illo altero abest verbum finitum, quale modo est, *vides*, et mox, *scis*. Hoc postremum non latuit Lambinum, qui coniciebat, *tu — vendidisti*. Sed non tria, sed duo tantum dicenda erant, primum de duobus, tum de tertio: et manifestum est quamobrem Vatinii mentio cum illis duobus coniungi posset. Hoc obtinebimus quum legemus: *de quibus quum duos praetextatos sedentes vides, te — vendidisse meministi*, id est, hoc repulsam tuam in memoriam tibi vocat.

Unde mihi suspicio orta sit complura verba interposita esse, quae Ciceronis non sint, dicam si locum ipsum § 18. descripsero. *Simul etiam illud volo, uti respondeas, quum, te tribuno plebis, esset etiam tum in re publica lex Aelia et Fufia: quae leges saepenumero tribunicios furores debilitarunt et represserunt; quas contra, praeter te, nemo umquam est facere conatus; (quae quidem leges anno post, sedentibus in templo duobus non consulibus, sed proditoribus huius civitatis ac pestibus, una cum auspiciis, cum intercessionibus, cum omni iure publico conflagraverunt:) ecquando dubitaris contra eas leges cum plebe*

agere et concilium convocare? num quem ex omnibus tribunis plebis, quicumque seditiosi fuerint, tam audacem audieris fuisse, ut umquam contra legem Aeliam aut Fufiam concilium advocaret? In his si ea, quae parenthesi inclusa eduntur, propterea mihi insititia videri dicam, quod tota forma huius orationis, (quam Cicero ipse ad Div. I. 9. 7. *interrogationem* appellat, quamque nihil habere dicit, *nisi reprehensionem illius tribunatus*,) respuat mentionem eorum quae anno post exstitissent, quum praesertim nihil ista ad Vatinii culpam pertinerent, non prorsus satisfaciam. Sed alia sunt, quae fortasse sint graviora. *Leges* dici *conflagravisse*, ut esset pro *sublatas esse*, audacius est pro Ciceronis modestia utendae translationis: siquidem ipse *conflagrandi* verbo numquam translate uti solet, nisi eo addito, in quo *ardor* quidam insit, sicuti aliquoties *incendium* usurpat figurate. *Sedere* de consulibus, de iisdem etiam illis Pisone et Gabinio, aliquoties dicitur, non tamen addito *in templo:* utrumque per se sine controversia rectum est, non item, ut h. l., coniuncta: conf. verbi causa Sest. § 33. Quod autem dicitur, leges illas conflagravisse *una cum auspiciis*, vix ferendum est, quoniam haec ipsa erant, quae sublatis illis legibus tollere isti vellent. Tum vehementer dubito an *intercessiones* plurali numero in hac sententia recte dicantur, (multum diversum est in Philipp. I. § 25.) quum oportuisset *cum intercessione*, i. e. cum iure intercedendi, dici, quemadmodum Legg. III. § 24. dicitur *restincta seditio est*, non *seditiones*. In hoc quoque haereo, quod leges istae sublatae esse dicuntur *cum omni iure publico:* quod si quis ex amplificatione interpretari malit, tamen negligendum non est *ius publicum* in longe diversa re dici ad Div. IV. 4. 3. et VI. 1. 5: simili tamen amplificatione consulibus istis tribuitur *universam rem publicam esse deletam*, Sest. l. c, conf. § 53. Donec mihi demonstratum erit omnia ista recte dicta esse, tuebor meam interpolationis suspicionem.

Sine dubitatione haec verba, § 20, interpolatione liberanda sunt: *si id quod concupieras augur factus esses.* Abiiciendum esse *augur*, et antecedentia evincunt, et notissima forma dicendi. Aliquoties pronominis interpretatio per errorem in tex-

tum invasit: ut Offic. II. § 84. fin.: *tanta in eo peccandi libido fuit, ut hoc ipsum eum delectaret, peccare:* quod postremum verbum expungatur. — Tum hoc monendum, in § 36. *Clodium* interpolatum esse, sicut ipsa istius nominis collocatio arguit: rectius appellatur § 36. Supra quoque, § 18, non appellavit, sed designavit Pisonem et Gabinium.

Fieri non potest ut haec probentur, quae legimus in § 36: *eripueras senatui provinciae decernendae potestatem, imperatoris deligendi iudicium, aerarii dispensationem, quae numquam sibi populus Romanus appetivit, qui numquam a re publica summi consilii gubernationem auferre conatus est.* Orellius ita reddiderat Garatonii coniecturam, quum libri haberent *qui numquam aut summi c. g. auf. c. e.* Equidem non multum curo virorum doctorum conatus sanae cuiusdam sententiae restituendae, quoniam pannus hic mihi assutus esse videtur, quantocyus dissuendus. Fac ipsa verba sine reprehensione esse; tamen, quum *ἀσυνδέτως* antecedentibus subiiciantur, exspectandum erat ut amplius et maius quiddam diceretur, non ut paraphrasin tantum continerent priorum. Sed in verbis hoc primum vitiosum est, quod *auferre* ponitur non adiecto Dativo eius, cui auferatur: nam quod olim corrigebatur *a summi consilii gubernatione auferre*, aut *numquam antea summo consilio gubernationem auf.* (in quo istud *antea* prorsus ineptum est, quasi nunc conaretur populus:) manent sic omnia vitiosissima. Creditum videtur, *summum consilium* esse Senatum: neque tamen hoc conficiendum ex Orat. pro Domo § 73, ubi ista appellatio in interpretatione ponitur, et in ea oratione, quae falso Ciceronis nomen inscriptum habet: multoque minus ex Divin. I. § 4 (*nec vero somnia graviora — a summo consilio neglecta sunt*), quoniam istic non nisi universe ea potestas in re publica intelligenda est, penes quam somniorum esset iudicium, nec senatus mentio praecedit. De hoc quidcumque statuatur, ubicumque senatus vel summum, vel publicum consilium appellatur, manebit vera vis *consilii*, quae et deliberandi et decernendi potestatem continet: itaque Legg. II. § 30. dicitur, *continet rem publicam, consilio et auctoritate optimatium semper populum indigere.* Sed huius *consilii* quae cogitari potest

gubernatio, ita ut *consilium* dicatur *gubernari?* Imo ipsum *consilium gubernat;* ideoque recte dicitur Invent. II. § 164. per continentiam *cupiditas consilii gubernatione regitur.* Sunt haec omnino inscite et negligentissime composita: itaque sententia finiatur his verbis: — *populus Ro. appetivit.*

§ 7.

Non invitus redeo iterum ad Verrinas, praeclara illa delectatus varietate orationis et ingenii maturitate, quibus virtutibus ipse Cicero adductus est ut earum semel iterumque studiose mentionem faceret, Brut. § 318. sq. Orat. § 103. Sed initium faciam a Divinatione in Caecilium, in cuius ipso ingressu, § 2, offendo haec: *quum quaestor in Sicilia fuissem, iudices, itaque ex ea provincia decessissem, ut Siculis omnibus iucundam diuturnamque memoriam quaesturae nominisque mei relinquerem; factum est, uti quum summum in veteribus patronis, tum nonnullum etiam in me praesidium suis fortunis constitutum esse arbitrarentur.* In his, *uti*, contra perpetuam consuetudinem in hoc narrandi genere ponitur pro *factum est ut.* Sed quoniam verbi *arbitrarentur* diversum esse subiectum intelligitur ab eo, quod in protasi ponebatur, necesse erat hoc enunciari; quod obtinebimus mutando *uti* in *ut hi.* Recte Goerenzius, ad Fin. IV. § 28, *uti* pro *ut*, multis locis deberi librariis: prudentius etiam Madvigius iudicat, Epist. Crit. p. 139. Itaque infra quoque, § 68, *uti* mutandum in *ut.* — Pro *nonnullum etiam in me*, aptius erit *n. iam in me.*

Pergit hoc modo: *qui nunc populati atque vexati cuncti ad me publice saepe venerunt, ut suarum fortunarum omnium causam defensionemque susciperem: me saepe esse pollicitum, saepe ostendisse dicebant, si quod tempus accidisset —, commodis eorum me non defuturum.* Admonitus unusquisque mecum prius illud *saepe*, utpote ineptum, expunget; infra recte et suo loco dicitur, multumque diversum est, quum § 14. dicitur *saepe esse petitum.* Sed praeterea ne *dicebant* quidem servandum, quoniam eo interposito frangitur elegans compositio, quae Si-

culorum optata et querelas tamquam sine interspiratione pronunciaret. Quod ad syntaxin attinet, apparet, nisi fallor, in praeced., *ad me venerunt*, latere *orantes*, ex quo ipso *dicebant* non addendum, sed intelligendum erat. Haud dissimile est id, quod invenitur Fin. I. § 69, quodque non oportebat durius videri Madvigio. Vix opus est monere, statim post § 3. *aiebant* eadem de causa esse omittendum, per se quoque incommodum.

Contra supplendum est id quod excidit § 4: *dicebam, habere eos actorem Q. Caecilium, qui praesertim quaestor in eadem provincia post me quaestorem fuisset. Quo ego adiumento sperabam hanc a me molestiam posse demoveri, id mihi erat adversarium maxime.* Una syllaba iteranda erat, *sed quo ego* —. Tum omisso *posse*, auctoritate Leid., *amovere* legendum.

In § 13, quum appellavisset, qui aderant, C. Marcellum, et Cn. Lentulum Marcellinum, subiicit, *quorum fide atque praesidio Siculi maxime nituntur, quod omnino Marcellorum nomini tota illa provincia adiuncta est.* Novimus sane *omnino nomen*, in Brut. § 244, sed id diversissime ponitur. Hoc loco postulatur *omni Marcellorum nomini:* quo modo Siculi dicuntur festum diem Marcelleorum *generi, nomini, familiae Marcellorum tribuere*, Verr. II. § 51. et *omnes Marcelli* appellantur ibid. § 122.

Initio § 14. interpolatum est *hi sciunt*, tamquam si nova sententia inchoanda esset. Imo absolvendum erat id, quod inchoatum erat inde a verbis *scitis:* itaque sequentia prioribus sunt continuanda.

Iterum inscita interpretatio in textum recepta corrupit et orationem, et sententiam, § 23. Quum enim dixisset Hortensium contendere ut Ciceroni anteponeretur Caecilius, fingit illum sic loqui ad iudicem: *da mihi hoc: concede quod facile est, quod honestum, quod non invidiosum; quod quum dederis, sine ullo tuo periculo, sine infamia illud dederis, ut is absolvatur, cuius ego causa laboro.* Interpolata mihi videntur verba *ut is absolvatur.* Etenim sequ. *cuius* nunc necessario ad Verrem ipsum refertur: sed non *Verris causa* laborabat Hortensius, sed ut, quemcumque defenderet, causam obtineret; et

hoc indicatur pron. *illud*, quo refertur *cuius*. Impudentissime dixisset, *absolveris Verrem*.

In § 48. ter legimus *in dicendo*: primo loco recte: sed duobus reliquis vitiose.

Utrum tandem censes hos iudices gravius ferre oportere, in § 54, dudum a me correctum est, quod fugit Madvigium Append. Ascon. p. 37, quum antea *hoc* legeretur, Leid. *nos* haberet, ut demonstrarem *iudices* esse interpolatum; ad Sluiteri Disput. de Divinatione in Caecil. p. 109: eodemque modo corrigendum Verr. IV. § 36. Mox § 60. bis ad *hi* non additur *iudices*. Non tamen hoc perpetuo valet, et Lib. V. § 153. abstinendum video ab ea correctione quam proposui Scholic. Hypomn. IV. p. 241: Conf. I. § 30.

Difficile est in § 55. probare nude dictum hoc, *cognoscite ex me*: et suspicor ante haec excidisse *quam*.

Quum explicuisset quae causa inimicitiarum esset, quas praetenderet Caecilius, sic concludit § 58: *hic tu, si laesum te a Verre esse dicis, patiar et concedam: si iniuriam tibi factam quereris, defendam et negabo. Denique de iniuria quae tibi facta sit, neminem nostrum graviorem iudicem esse oportet quam te ipsum, cui facta dicitur.* In harum sententiarum consecutione et *denique* vitiosum est, et *deinde*, quod alii libri afferunt. Nihil addit ad ea quae modo dixerat; sed statim instituit *defendere* et *negare* id quod ultimo loco dixerat. Tum, Zumptium non oportebat dubitare quin *de iniuria* esset pro *quod attinet ad iniuriam*. Corrigendum existimo, *Etenim de iniuria* —, sicut *etenim* ponitur § 62. Et ante ea quae statim subiiciuntur, coniunctio amissa est, restituendumque, *sed si tu cum illo* —, flagitante ipsa argumentatione.

Quum § 66. dicitur *M. Catonem illum sapientem*, agnoscetur, spero, quam hoc diversum sit ab eo, quod corrigendum demonstravi Scholic. Hypomn. IV. p. 195 sq.

Pergamus ad Actionem Primam. Quod editur § 11. *quid aliud habet in se*, emendavi Bibl. Crit. Nov. V. p. 29.

Levi mutatione sanam sententiam restituere licebit in his, § 13: *tantum quisque habet in Sicilia, quantum hominis avarissimi et libidinosissimi aut imprudentiam subterfugit, aut satietati superfuit.* Sed *imprudentia* non invadit in aliena, neque

quemquam spoliat. Corrigo, *impudentiam*, secundum Osannum. — Tum, quo iure ibid. *classes* dicantur *opportunissimae*, prorsus non intelligo. Melius *ornatissimae*. conf. Leg. Manil. § 9. et 21.

De conventu divisorum, quos Verres sollicitabat ut vellent Ciceronem de aedilitate deiicere, hoc narratur, § 23, *alios negasse audere, alios respondisse, non putare id perfici posse: inventum tamen esse fortem amicum — qui — id se perfecturum polliceretur, et fuisse tamen nonnullos qui se una facturos esse dicerent.* Quoniam isti *nonnulli* hoc dixisse videntur moti exemplo istius fortis amici, legendum est, ut coniecit Beneckius, *fuisse tum*, quum per se etiam *tamen* absonum sit.

In § 33. delendum esse *malitiose*, alios iam vidisse suspicor. — Tum § 35. *etiam in istius*, corrigendum *iam in istius.*

Inscite distracta sunt in editionibus, e quorum demum continuatione vera et digna oratore sententia prodire potest, § 40, in his verbis: *Haec omnia me diligenter severeque acturum esse polliceor. Quo me tandem animo fore putatis, si quid in hoc ipso iudicio intellexero — esse commissum?* Scilicet, *haec omnia* pertinet ad ea, quae iam per aliquot annos fuissent commissa, de quibus § 36 sqq.: quibus opponit *hoc ipsum iudicium.* Igitur necesse est, ut conclusionis speciem servet oratio, ita legere: *haec omnia si me dil. — profiteor, quo me tandem* — cet.

M'. Glabrionem quum alloquebatur, non profecto dixit Cicero § 51, *fac tibi paternae legis Aciliae veniat in mentem.* Abiiciatur illud *Aciliae.* — Tum, paulo infra, § 52, haec tria delenda esse nomina, *Glabrionis, Scaevolae*, et *Scauri*, nisi res ipsa clamaret, satis arguit Pseudo-Asconii ad h. l. annotatio. Nec dissimili argumento docemur, in § 53. abiiciendum esse *Siculi*, ut recte vidit Madvigius.

Nescio quo casu proxima quoque plena sint interpolationum. Verbi causa § 54: *non sinam profecto, causa a me perorata, quadraginta diebus interpositis, tum nobis denique responderi, quum accusatio nostra in oblivionem diuturnitatis adducta sit.* In his isti *quadraginta dies* sic *interponuntur*, ut quum per se h. l. inutilia sint, tum discindant orationis constructionem et sententiam languidam reddant. Sunt ista interpolata ex

§ 31, ubi ista computatio suo loco erat, non hic.

Statim subiicitur hoc: *non committam, ut tum haec res iudicetur, quum haec frequentia totius Italiae Roma discesserit, quae convenit uno tempore undique, comitiorum, ludorum, censendique causa.* Si quis adeo plumbeus sit, ut admonitus non agnoscat haec postrema (*quae — causa*) non esse Oratoris, sed putidi interpretis, inspiciat Pseudo-Asconium. Peccatur praeterea Latinitate: nam nec *convenire* dici potest, nisi communis propositi causa, (nunc autem alii alia de causa Romam venerant:) nec *uno tempore* fieri dicuntur, nisi ubi hoc casu fiat in rebus diversissimis, vel ita ut plures simul una eademque causa moverit; sicuti in Pison. § 34, *mei capitis servandi causa Romam, uno tempore, quasi signo dato, Italia tota convenit.* Ex eadem ratione, supra § 15, verba *quae ad audiendum convenit*, putide adiecta ad *haec multitudo*, expungenda sunt: eandem multitudinem infra § 122. uno pronomine (*hos*) indicat. Hinc facile est glossema agnoscere in Lib. I. § 103, ubi post *his omnibus* abiicienda sunt haec, *hoc est populo Romano universo.*

Attendamus postremo haec, in § 55: *illud a me novum, iudices, cognoscetis, quod ita testes constituam, ut crimen totum explicem; ubi id interrogando, argumentis atque oratione firmavero, tum testes ad crimen accommodem; ut nihil inter illam usitatam accusationem atque hanc novam intersit, nisi quod in illa tunc, quum omnia dicta sunt, testes dantur, hic in singulas res dabuntur, ut illis quoque eadem interrogandi facultas, argumentandi dicendique sit.* Tractavit hunc locum Madvigius bis, primum in Append. Disp. de Asconio p. 35, tum in Opusc. Acad. I. p. 335, sed ad eum tantum finem, ut liquide sibi demonstrare videretur prius gerundium, *interrogando*, tollendum esse, quippe quo servato ridiculum hoc exsistat, »ut Cicero in media criminum singulorum explicatione, quae argumentis orationeque *perpetua* fieret, interrogasse »testes putaretur, et id fecisse, *antequam testes ad crimen accommodaret.*" Non persuadet mihi Madvigius; neque hoc probandum, quod orationem illam *perpetuam* appellat, quum Cicero ipse *argumentis atque oratione* tantum dixisset, et paulo post, *perpetuam orationem* in altera actione exspectandam esse.

Omnino quid necesse sit Oratorem hoc loco dixisse, intelligetur collato loco in Lib. I. § 29: *sic a me sunt acta omnia priore actione, ut in criminibus omnibus nullum esset, in quo quisquam vestrum perpetuam accusationem requireret. — Etenim sic me ipsum egisse memoria tenetis, ut in testibus interrogandis omnia crimina proponerem et explicarem, ut, quum rem totam in medio posuissem, tum denique testem interrogarem.* Hinc, nisi fallor, apparet errare Madvigium quum dicat, »aperte Ciceronem in duas partes actionem distribuere, alteram argumentis et oratione comprehensam, priorem, alteram subsequentem, tertium interrogationem." Quo modo *argumentis et oratione firmare* poterat, nisi praecessisset quod firmaret? Imo primum testibus constituendis criminis cuiusque ipsa explicatio ponitur, tum confirmatio, quam interrogando testes suisque argumentis et oratione perfecturus erat. Et servandum esse illud *interrogando*, arguitur eo, quod in sequentibus *eadem interrogandi facultas* adversario conceditur. Abuti praeterea contendo Mavigium utili ceteroquin observatione, de tribus non ita iungendis, ut postremo copula praeponatur. Valere hoc concedo in iis, quae inter se diversa sunt: h. l. autem *argumentis atque oratione* unum genus indicatur, quod *interrogando* opponitur. Sed in errorem inductus esse videtur vir praestantissimus postremis verbis, *tum testes ad crimen accommodem*, quae vehementer miror a Madvigio sic explicari, tamquam si esset »testes producere et interrogare," quod nunc diceretur *testes ad crimen accommodare.* Neque hoc patitur rerum ordo, quem Cicero describit, neque ipsa Latinitas. Fieri enim non potest quin ea ipsa verba mendum contraxerint. Quid est enim *ad crimen accommodare testes?* Siquidem accommodamus quid, quod in nostra potestate sit, alterius commodo, ut Offic. III. § 43. fin. de iudice, qui amico *orandae litis tempus accommodat:* aut nos ipsos accommodamus ad id, quod non sit in nostra potestate: testes autem neque sibi quis, neque aliis accommodare potest. Hoc significare voluerit Orator necesse est: quum ipse ista agendi ratione in accusando defunctus esset, tum se adversario testes accommodare, quos is rursus interroget: nullo modo tamen hoc dici poterat *ad crimen accommodare*, id quod

fortasse in defensore cogitare licet, ut is suam defensionem ad crimen, ab actore productum, accommodet. Firmatur quodammodo mea suspicio, quod, ubi statim post illam a se propositam agendi rationem recognoscit, haec ad postremum addit, *ut illis quoque eadem interrogandi facultas, argumentandi dicendique* sit. Sed *illi* qui sint, ex antecedd. intelligi non potest. Igitur non reticebo quid mihi videatur requiri ad illorum verborum eiusmodi supplementum, unde sana sententia prodeat.

Quandoquidem in hac ipsa oratione profitetur, § 33, rem omnem sibi cum Hortensio fore, his verbis usus mihi videtur, *tum testes istius amicis ad crimen defendendum accommodem:* sicut appellantur Lib. I. § 20: et recurrit pronomen in his, aliquanto post, *nunc id quod facimus, (ea ratione facimus, ut malitiae illorum consilio nostro occurramus) necessario fieri intelligat.* In his ipsis tamen corrigendum erit *et ratione facimus*, quoniam in tali confirmatione non potest copula omitti. Sunt innumerabilia eius formae exempla, quorum duo sufficiant, Lib. I. § 13, *de iure — suum putat esse iudicium, et recte putat.* Offic. II. § 69, *dictu quidem proclive (itaque vulgo loquuntur) se — mores hominum — sequi.* Eoque ipso praeciditur stupida doctrina Pseudo-Asconii, quem offendebat *facimus* bis poni.

§ 8.

Statim Lib. I. § 9, ubi de Verre dicitur, *quum cives Romanos morte, cruciatu, cruce affecerit*, tollendum est *cruce:* nec, spero, demonstratione indiget, absonum prorsus esse ut quis dicatur aliquem *cruce afficere:* ne si licuisset quidem Cicero duo ista nomina sic iunxisset.

In § 13. servandum esse *et recte putat*, quum Zumptius edidisset *et ratione putat*, dixi Scholic. Hypomn. IV. p. 187. In quo delectu nullam versari temeritatem, perspicuum erit ei, qui reputaverit, ut recte dicitur *ratione facere*, ita stolidum esse *ratione putare.*

Quod editur § 15. eiusmodi est, ut vix defendere liceat. *Quod meum factum — ita probaverunt, ut ei, qui istius quaestor*

fuisset, et ab isto laesus inimicitias iustas persequeretur, non modo deferendi nominis, sed ne subscribendi quidem, quum id postularet, facerent potestatem. Novi et *persequi iniurias* dici a Cicerone, Acad. IV. § 1, et *iustissimas* appellari *inimicitias*, Flacc. § 2. Sed in Lucullo dicitur hoc alio modo, et altero loco non sine causa depositae dicuntur *iustissimae inimicitiae.* Igitur bene Zumptius monet, in Divinatione negasse Ciceronem *iustas* esse illas inimicitias, credo propter § 53—55: nunc autem servire causae. Ne hoc quidem opus est: et requiri suspicor ut h. l. corrigetur *iniurias suas.* Significat enim hoc, eum, qui suas iniurias persequatur, minus severe Siculorum iniurias persecuturum esse.

Quum dixisset, speravisse se omnibus probatam suam fidem esse et diligentiam, idque se non fefellisse, hoc postremum demonstrat duorum eventuum commemoratione, § 19. *Nam comitiis meis* (quibus aedilis factus est Cicero), *quum iste infinita largitione contra me uteretur, populus Romanus iudicavit istius pecuniam, quae apud me contra fidem meam nihil potuisset, apud se contra honorem meum nihil posse debere. Quo quidem die primum, iudices, citati in hunc reum consedistis, quis tam inimicus huic ordini fuit —, qui non conspectu consessuque vestro commoveretur?* Sed ista, *quo quidem die*, nihil aliud continent, nisi iudices ipso illorum comitiorum die consedisse, id quod vix concedendum. Verum habebimus, si corrigetur *quoque die.*

Nisi fallor, *cognoscimus* quid ex aliquo, *recognoscimus* cum alio quae uterque scit. Sic Act. I. § 15. *neque enim mihi videtur haec multitudo cognoscere ex me causam voluisse. sed ea quae scit mecum recognoscere.* Itaque nunc § 32, corrigendum, *quae* (Verris adolescentia) *qualis fuerit, aut meministis, aut ex eo, quem sui similem produxit, cognoscere potestis*, non *recognoscere.*

Vix probandum est hoc, quod § 38. de necessitudine inter consulem et quaestorem, quam sors attulerit, dicitur, *coniunctio secundae dubiaeque fortunae.* Iam per se duo illa adiectiva mire coniunguntur. Sed melius erit *incertae dubiaeque fortunae.*

Raro deprehendimus interpolationes nominum propriorum

animadversas esse ab editoribus, eius generis, cuius exempla supra posui ad Act. I. § 51. Tamen in hac oratione § 41. ea res non fefellit novissimos editores. Sed operae pretium est locum ipsum describere. *Itaque idem iste — in Cn. Dolabellam, qui in Cn. Carbonem fuit. Nam quae in ipsum valebant crimina, contulit in illum, causamque illius omnem ad inimicos accusatoresque detulit: ipse in eum cui legatus, cui pro quaestore fuerat, inimicissimum atque improbissimum testimonium dixit. Ille, miser quum esset, tum proditione istius nefaria, tum improbo et falso eiusdem testimonio, tum multo etiam ex maxima parte istius furtorum ac flagitiorum invidia conflagravit.* (§ 42) *Quid hoc homine faciatis? aut ad quam spem tam perfidiosum, tam importunum animal reservetis? qui in Cn. Carbone sortem, in Cn. Dolabella voluntatem neglexerit ac violarit, eosque ambo non solum deseruerit, sed etiam prodiderit atque oppugnarit.* Mirabile est hic Zumptium, post verba *ille, miser quum esset*, retinuisse *Cn. Dolabella.* Igitur ne hoc quidem attenderat, in istiusmodi orationis forma, diversum esse oportere *Dolabellam*, ab eo qui pron. *ille* indicaretur, quo adscito necessario excluderetur nomen ipsum, sicut in proxime antecedentibus *iste* et *ille* inter se opponuntur, ita ut ne hoc quidem ferendum esset, si scriberetur *ille Cn. Dolabella.* Zumptio igitur primum grave videtur contra librorum consensum interpolationem agnoscere: tum, ut aliqua saltem ratione hanc religionem defendat, comminiscitur hoc, utile esse »interiectum nomen, ne concurrant ambo *cum* (edidit enim *cum proditione*, quod retinuit Iordanus in 2da Orelliana), et cur Dolabella *miser* appelletur." Non libet pronunciare qualis mihi illa scilicet ratio esse videatur. Sed in eadem annotatione ea quoque ratio improbanda est, qua obtinere sibi videbatur *cum proditione*, non *tum pr.* legendum esse; »quoniam, inquit, *tum*, praecedente *cum*, ter referre vix Latinum est." Tamen ipse recte viderat sententiae apodosin incipere in verbis *tum multo:* igitur agnoscendum erat, bis praemissum *tum* non dici in consecutione (*cum — tum*), sed partitive subiici protasi (*cum miser esset*): et in illis duobus *tum — tum* postulari, non *cum — tum*, propterea quod plane diversa significantur, *proditione*, id quod

modo dicebatur *causam ad inimicos accusatoresque detulit; improbo testimonio*, illud quod eodem nomine modo appellavisset. Hic quoque praestantissimi viri error notandus est, quod *in Cn. Carbonem* et *in Cn. Dolabellam* edidit, quod ita defendit, ut dicat »eam orationem densatam quodammodo esse, quum »in utrumque inimicus consurgeret, in altero sortis religi»onem, in altero suam ipse voluntatis fidem neglexit:" et dicit *voluntatem* haud dubio esse Verris. Hoccine est diligenter interpretari? Cui non apertum est *voluntatem*, i. e. benevolentiam, ipsius Dolabellae intelligi? Sint haec minuta, sed fortasse utilia tironibus: nec lubenti animo feci, ut eius viri, quem quum viveret carum habui, doctrinam refutarem.

In § 46. narratur, Verrem Deli ex Apollinis fano pulcherrima signa sustulisse, eaque in onerariam navem suam coniicienda curavisse. *Tum subito tempestates coortae sunt maximae — ut non modo proficisci, quum cuperet, Dolabella non posset, sed vix in oppido consisteret: ita magni fluctus eiiciebantur.* Hoc postremum verbum corruptum est. *Eiicitur* quid, quod ita excluditur, ne redeat: sicut statim post illa navis dicitur *eiecta fluctu:* ipsi *fluctus* non eiiciuntur, sed *exciuntur*, aut *excitantur*. Quare alterutrum verbum restituendum erit.

Prorsus disceditur a constanti consuetudine, quam servat Cicero in talibus enunciandis, quum dicitur § 48: *fuit ulla cupiditas tanta —?* Alii libri praebent *illa*. Sed requiritur, *quae fuit ista cupiditas tanta?* Conf. § 54. et passim.

Quod dudum in § 54. proprium nomen interpolatum sustuli, Scholic. Hypomn. IV. p. 189. fin., nunc me admonet, in § 49, idem remedium adhibendum esse, quum editur, *hunc ipsum, inquam, Tenem, pulcherrime factum:* abiiciatur *Tenem*.

Quae signa ante domi habuisset disposita Verres, eorum post accusationem nullum domi reliquerat. Igitur Cicero sic eum alloquitur § 51: *non putasti me tuis familiarissimis in hanc rem testimonia denunciaturum, qui tuae domi saepe fuissent, ex quibus quaererem, signa scirentne fuisse, quae non essent.* Qui libros manuscriptos tractare consueverunt, non indigebunt demonstratione facile excidere potuisse voculam,

quae necessario h. l. requiritur, ut legatur *quae nunc non essent.*

Commemoraverat § 57. P. Servilium, qui ex Olympo capta, quae ornamenta imperatorio iure sustulerat, ea Romam apportata per triumphum vexerat: tum subiicit haec. *Cognoscite ex literis publicis hominis amplissimi dignitatem.* RATIONES RELATAE P. SERVILII. *Non solum numerum signorum, sed etiam uniuscuiusque magnitudinem, figuram, statum, literis definiri vides. Certe maior est virtutis victoriaeque iucunditas, quam ista voluptas, quae percipitur ex libidine et cupiditate. Multo diligentius habere dico Servilium praedam populi Romani, quam te tua furta notata atque descripta.* Contendo fidenter, interpositam sententiam (*certe — et cupiditate*) alienissimam esse a praesenti demonstratione. Nec tamen ficta sunt illa verba, aut ab aliquo annotatore profecta: sed suum in locum retrahenda, ad § 54, post verba, *sed Romam in publicum deportasses.*

Quo iure in Act. I. § 53. *malitiose* tollebatur, eodem hic § 63, ubi legitur, *ut eum suae libidines flagitiose facere admonebant*, abiicies adv. *flagitiose.* — Tum mox, non tantum satis, sed melius est ut legatur *negotium dat illis*, neque retineatur *suis comitibus*, quod putide adiectum est. Et hoc interpolatum est, quum legitur, *erat comes eius Rubrius quidam*, unde praestabit verba *comes eius* expungere. Non puto talia demonstratione indigere. Igitur in § 64, quum e verbis, *is ad eum rem istam defert*, Schutzius censebat delenda esse *rem istam*, nulla videtur demonstratione usus esse, quoniam Orellius annotavit, hoc fieri »sine causa." Igitur Orellius non sensit, id, quod deferret Rubrius (*Philodamum esse quemdam* —), non appellari posse *rem*, quod quale sit suspicari potuisset ex Lib. II. § 95. et ex ad Att. II. 24. 3: multoque minus usurpari posse pron. *istam*, quum hoc plane novum, nec in antecedd. eius mentio facta esset. Non attendit ad discrimen Madvigius ad Fin. p. 237. — Ibid. aliquanto post, iterum praestabit *hospes*, non adiecto nomine *Ianitor.*

In primis improprie dictum est hoc, § 65, de Philodamo illo, *tametsi erat ignarus quantum sibi ac liberis suis iam tum mali constitueretur.* Quis umquam dixit *malum constituere?* Non Latini tantum, sed cuiusvis sermonis ingenium repugnat.

Contra recte infra § 76, *constituitur in foro spectaculum acerbum.* Corrigendum existimo *struereiur.* — Nec minus improprium est, quod § 67. de Lampsacenis dicitur, qui, *eodem animo*, (nempe ut Philodamo succurrerent) *simul ut hoc audiverunt, — ad aedes noctu convenerunt.* Ineptum est istud *convenire*, ubi caedes et tumultus sequitur: ne dicam, in hac narratione praesens verbi tempus requiri. Legendum censeo, *concurrunt*, quo ipso verbo utitur § 80. Variatum esse in illis verbis, videmus in § 148.

Quod centies factum deprehensum est in libris, ut tituba-rent librarii in extrema syllaba pron. *ipse*, animadverti iterum in § 71, ubi editur, *quum — C. Varro — haec eadem ipsa se ex Philodamo audisse dicat.* Imo, *ipso*, sicut Haasius conieceral.

Constanter, et sine ullius varietatis mentione, hoc servatum video in § 77: *Verresne tibi tanti fuit, ut eius libidinem hominum innocentium sanguine lui velles.* Quid hoc est, alicuius *libidinem sanguine alterius lui?* quoniam necessario hinc conficiendum est, ut cogitetur sanguis alicuius qui luat alterius libidinem. Sed neque usquam apud verum Ciceronem (non curo Epp. ad Brut.) eius verbi passivum reperitur, neque *luere* quodquam obiectum habere potest praeter *poenam.* Praesto est corrigere *elui.* Ecce Lib. V. § 121: *errabas, Verres, — quum te maculas furtorum et flagitiorum tuorum, sociorum innocentium sanguine eluere arbitrabare.* Legg. II. § 13: *animi labes nec diuturnitate evanescere, nec amnibus ullis elui potest.* Idem vitium, ortum eodem modo ex non iterata vocali in qua desinebat praecedens vocabulum, tollendum est ex aliis quoque locis. Miror, verbi causa, Madvigium reliquisse hoc in Fin. V. § 64, ubi dicitur de Lucretia, *quae per vim oblatum stuprum voluntaria morte lueret:* imo, *eluceret:* morte luisset is, scil. poenas, qui scelus commiserat. Tum, quod in Caton. Mai. § 75. editur, de Paulo, *qui morte luit collegae in Cannensi ignominia temeritatem*, eodem modo corrigendum.

Nemo, ut puto, aegre feret, si dicam § 85, ubi appellatur *Pericles Ephesius, homo nobilissimus*, putide adiectum esse

istud *Ephesius* ab eo, qui fortasse metueret ne quis hic Atheniensem Periclem intelligeret.

Sunt sane nonnumquam in Cicerone ea ferenda, in quibus orationis figurae serviens, perfringat eas leges, quas verborum proprietas praescribit. Tamen difficile est hoc probare et accipere, quod § 89. dicitur de myoparone illo, quem Verres Milesiis abstulerat et vendiderat: quam navem Milesii, *non praedonum repentino adventu, sed legati latrocinio, non vi tempestatis, sed hac horribili tempestate sociorum amissam, in literas publicas retulerunt.* Quae, quaeso, est ista frigida et inscita oppositio, in qua utrobique *tempestatis* vocabulum prostet? Fieri nullo modo potest, ut ita scripserit Cicero, quamquam nemo hucusque in eo haesisse videtur. Sed librariorum stupor verum vocabulum capite et cauda auxerunt; et ab ipso oratore nihil scribi potuit, nisi *hac horribili peste sociorum.* Utroque voc. utitur infra, § 96. fin., sed ita, ut *tempestatis* metaphoram molliat, praemissis *tamquam aliquam.* Rursus *tempestatis* metaphora recte utitur Lib. II. § 91. Similes confusiones tractavi ad Legg. p. 624.

Spreverunt Editores Ernestii suspicionem in his, § 91: *nam Malleolus in provinciam sic copiose profectus est, ut domi prorsus nihil relinqueret.* »*Copiose*, inquit ille, mihi de »glossa suspectum est: nam Cicero *sic*, *ita*, in tali re nude »ponit, in eoque est elegantia, vid. Clav." Frustra quaeres in Clavi istius doctrinae auctoritatem, quam tamen nemo ignorat qui haec Tullii volumina tractaverit. Hoc miror, non esse usum virum acutissimum hoc argumento, ut diceret, *copiosum* sane Malleolum *proficisci* potuisse, non *copiose*: et ne sic quidem id significatum fuisse quod vellet. Igitur et hanc ob causam, et ex illa verissima observatione abiiciendum censeo istud *copiose.* De istiusmodi adverbiorum interpolatione notavi supra ad § 63: et eadem mihi ratio valuit ut corrigerem Brutum § 56, in Mnemos. Vol. VI. Part. IV. p. 425. — Brevi intervallo iterum recte suspicabatur Ernestius, verba, *quae ille reliquerat*, esse a glossatore.

Vix credam Ciceronem § 95. scripsisse, *Malleolus a me productus est, et mater eius atque avia.* Puer non isto proprio nomine paterno appellandus erat. Melius foret, *pupillus.*

Atque ita, in alia causa, § 151, *pupillum Iunium venisse in vestrum conspectum*, et, *quod puerum producerem.* — (Tum, § 94, legendum, *Quid exspectas? an dum ab inferis ille exsistat — ?* expuncto *Malleolus*, quod explicando pronomini ab aliis additum est: intelligi poterat ex anteced. *patriis bonis*).

Aliis expediendum relinquo quod legitur § 98, *qui haec omnia fecerunt.* Tum, quod statim sequitur, *rationes ad aerarium — non audet referre*, caret ea coniunctione, quae mihi requiri videtur.

Offendo in his, § 103: *me vehementer excusatum volo, non negligentia mea fore ut multa praeteream, sed quod alia testibus integra reservari velim, multa autem propter rationem brevitatis ac temporis praetermittenda existimem.* Intelligo *rationem brevitatis:* mavult orator ipse brevitati consulere: sed *temporis rationem* is demum habere dicitur, cui circumscriptum ad dicendum tempus est, quod, nisi fallor, ab h. l. alienum est.

Vitio iteratam esse syllabam suspicor in his, § 111: *Iam hoc magnum iudicium hominum de istius singulari improbitate, quod Verres sua sponte instituisset, id neminem metuisse ne quis reperiretur, qui istius institutum sequi vellet.* Istud *iam* recte initio poneretur, si novum quid fuisset commemorandum: sed modo ante idem dixerat (*ne metuit quidem quisquam ne ediceret*). Ortum credo istud *iam* e postrema syllaba antecedentis *filiam.*

Haud dissimile quid innuitur § 117, de alia parte edicti: *quid nunc dicam neminem umquam postea alium edixisse? valde sit mirum, neminem fuisse, qui istius se similem dici vellet. Ipse in Siciliensi edicto hoc non habet.* In his, quid sibi volunt ista, *valde sit mirum?* sive ita legatur, sive, ut aliunde affertur, *valde hoc est mirum.* Serio hoc dicere non potuit Cicero, neque credo eum sic argumentari voluisse: si recte edixisset, alii profecto eum secuti essent; sed mirum accidit, ut nemo eum sequeretur; igitur inde conficiendum, eum non recte edixisse: — tale quid non patiuntur ea ipsa quae h. l. dicuntur. Corrigebam olim, *valde scilicet mirum*, ut per ironiam hoc diceretur, Schol. Hypomn. IV. p. 191 sq. Sed forma ipsa, sollemnis quodammodo in istiusmodi negatio-

ne, postulat ut in una verborum comprehensione per anaphoram iungatur duplex *neminem*, cui praesertim respondeat sequens *ipse*. Suspicor, verba illa continere stupidam admirationem cius, qui quaedam in margine annotaret: quibus resectis (nec me movet Priscani auctoritas, si quidem constat istos Grammaticos libris multifariam corruptis usos esse,) et restituto signo interrogandi, habebimus formam vere Ciceronianam: *quid nunc dicam neminem usquam postea alium id edixisse, neminem fuisse, qui istius se similem dici vellet? Ipse* —. Quoniam *umquam*, in tam brevi temporis intervallo ridiculum est, mutavi in *usquam*, siquidem de provincialibus quoque edictis est cogitandum; tum *id* (nisi malis *ita*, ut Lamb.) addidi ante *edidisse*.

Quoniam e multis locis constat *operas* dici pro operariis, § 147. e verbis, *quantum paucae operae fabrorum mercedis tulerunt*, tollendum est interpolatum *fabrorum*.

Per ironiam dicit, § 151, Iunii *produxeram filium, ut nomine ipso et memoria patris animos imperitae multitudinis concitarem*. Similia dixit postea, Rabir. Perd. § 24. fin., *aut desideria imperitorum misericordia commoveret*, in quibus, propter praeced. Ablativum *imagine*, unde suspensum est *commoverat*, corrigendum suspicor *ad misericordiam*.

Difficile est hoc probare, quod editur § 157: *non dicam id, quod probare difficile est: hoc dicam, quod ostendam, multos ex te viros primarios audisse*, cet. Corrigendum, *hoc dico:* sed abiiciendum *quod ostendam*. Etiamsi enim concedamus fieri posse ut multa ostenderit in postrema parte huius orationis, quae intercidit; quo modo, quaeso, *ostendere* poterat orator aliquem aliquid audivisse Verrem dicentem? Melius sane supra § 23: *verum vobis dicam id, quod intellexi:* et omnino Futurum tum ponitur, quum quod dicendum est, in nova sententiae constructione subiicitur, ut Act. I. § 33. et conf. ibid., § 18, ubi statim res ipsa plena narratione subiicitur.

Tacui de permultis aliis, in primis de iis, quorum, quum dudum acutissime perspecta essent ab aliis, nullam habitam esse rationem a novissimis editoribus dolebam. Reliquas Verrinas percurram iterum, ubi commodum erit.

§ 9.

Nondum satis explicita esse videntur quae a Lysia accepimus in Oratione Pro Mantitheo. Dicta est haec oratio in Senatu, ipsiusque Mantithei δοκιμαζομένου apologiam continet. Valebat autem hoc in omnibus qui quemcumque demum honorem in sequentem annum nacti essent, sive sortitione, sive suffragiis, ut eorum δοκιμασία in Senatu provocaretur, quod non attinet pluribus demonstrare post Meierum Lit. Att. p. 202. sqq.: qui quod suspicatur in verbis Lysiae Contr. Philon. § 2. (ubi e Senatorio iureiurando excitantur haec verba, εἴ τίς τινα οἶδε τῶν λαχόντων ἀνεπιτήδειον ὄντα βουλεύειν) praeter istud βουλεύειν intelligendum quoque esse ἄρχειν, quo tamen actor in ista actione non indigebat, confirmari credo iis, quae Mantitheus § 8. pronunciat: ὁρῶ δὲ καὶ ὑμᾶς (Senatum alloquitur) ταύτῃ τῇ γνώμῃ χρωμένους, καὶ πολλοὺς μὲν τῶν τότε ἱππευσάντων βουλεύοντας, πολλοὺς δὲ αὐτῶν στρατηγοὺς καὶ ἱππάρχους κεχειροτονημένους. Et consentaneum erat ut ista probatio, cuius causa vix quodquam certum delicti nomen postularet, quaeque maximam partem niteretur criminibus vel a moribus, vel ex animo in rem publicam τοῦ δοκιμαζομένου petitis, primum apud Senatum institueretur, non tamquam ἐν δικαστηρίῳ, sed eum ad finem ut istic vel tolleretur, vel probata reiiceretur ad Thesmothetas, qui eam publice ad tribunal deferrent, eodem instituto quo εἰσαγγελιῶν iudicium erat penes Senatum: neque fieri potest ut οἱ κεχειροτονημένοι non eidem periculo, cui οἱ λαχόντες, subiecti fuerint, siquidem in aliis multo etiam gravioribus negotiis comitiorum correctores esse poterant τὰ δικαστήρια.

Mantitheus igitur accusationi ita respondendum esse dicit, ut demonstret se εὔνουν εἶναι τοῖς καθεστηκόσι πράγμασι (nempe post anarchiam restitutis), tum περὶ τὰ ἄλλα μετρίως βεβιωκέναι. Sed animus eius in praesentem statum rei publicae ab inimicis hac αἰτίᾳ in suspicionem vocatus erat, ὡς ἵππευεν καὶ ἐπεδήμει ἐπὶ τῶν τριάκοντα καὶ μετέσχε τῆς τότε πολιτείας (§ 3.) Nulla sane hinc oriri poterat actio perduellionis, propterea quod μὴ μνησικακήσειν iuraverant Athe-

nienses tyrannide sublata, sed comparabatur istiusmodi criminatio ad alienandos civium animos. Respondet Mantitheus eo usus defendendi genere, quo apud Lysiam actor in Nicomachum § 7. sq., et abfuisse se in Ponto per illud temporis spatium, nec domum rediisse nisi quinque diebus antequam οἱ ἀπὸ Φυλῆς Piraeeum occupavissent, tum autem neque periculorum, neque rerum publicarum socium aut participem fuisse (§ 4 et 5.) Quod autem ei τὸ ἱππεῦσαι ἐπὶ τῶν τριάκοντα exprobrabatur, hoc ita refutat, ut dicat, stultum esse ἐκ τοῦ σανιδίου τοὺς ἱππεύσαντας σκοπεῖν, in quo tum multi eorum qui confiterentur ἱππεῦσαι (quomodo corrigendum puto id quod edi solet, ἱππεύειν) non commemorentur, tum inscripti sint nonnulli eorum qui absentes essent. Quo igitur argumento dirimetur hoc? Hoc, inquit: ἐπειδὴ γὰρ κατήλθετε, ἐψηφίσασθε τοὺς φυλάρχους ἀπενεγκεῖν τοὺς ἱππεύσαντας, ἵνα τὰς καταςάσεις ἀναπράττητε παρ' αὐτῶν. ἐμὲ τοίνυν οὐδεὶς ἂν ἀποδείξειεν οὔτ' ἀπενεχθέντα ὑπὸ τῶν φυλάρχων, οὔτε παραδοθέντα τοῖς συνδίκοις, οὔτε κατάςασιν παραλαβόντα, καίτοι πᾶσι ῥᾴδιον τοῦτο γνῶναι, διότι ἀναγκαῖον ἦν τοῖς φυλάρχοις, εἰ μὴ ἀποδείξαιεν τοὺς ἔχοντας τὰς καταςάσεις, αὐτοῖς (f. melius αὐτοὺς) ζημιοῦσθαι. ὥςε πολὺ ἂν δικαιότερον ἐκείνοις τοῖς γράμμασιν ἢ τούτοις πιςεύοιτε· ἐκ μὲν γὰρ τούτων ῥᾴδιον ἦν ἐξαλειφθῆναι τῷ βουλομένῳ, ἐν ἐκείνοις δὲ τοὺς ἱππεύσαντας ἀναγκαῖον ἦν ὑπὸ τῶν φυλάρχων ἀπενεχθῆναι. (§ 6 et 7.) Quorum, et cuius auctoritatis fuerit istud σανίδιον, tabella lignea, non est facile dictu: hoc novimus, in eiusmodi ἀναγραφαῖς nominum propriorum, crebro indicari et falsas inscriptiones et lituras (ψευδῶς ἐγγράφεσθαι et ἐξαλείφεσθαι): tum hoc apparet, si qua istius σανιδίου fuisset auctoritas, non publico decreto Athenienses imposituros fuisse τῶν ἱππευσάντων ἀπόδειξιν Phylarchis. Sed hi ipsi quaeri potest qui fuerint, οἱ ἐπὶ τῶν τριάκοντα, an quos civitas post constituisset? Quum, concordia restituta, credibile sit auctore Thrasybulo novos magistratus constitutos esse (καὶ τότε μὲν ἀρχὰς καταςησάμενοι ἐπολιτεύοντο, Xenophon Hellen. II. 4. 43.), necesse est ut sumamus negotium istud mandatum fuisse novis creatis Phylarchis, qui tamen suae quisque φυλῆς eos nosse possent, qui per anarchiam equo meruissent.

Ipsum decretum repetendae καταςάσεως ab illis equitibus,

dubitari fortasse poterit fueritne Senatus, an populi in concione. Quum nihil diserte traditum sit, sic dirimi posse opinor, si prius exploratum fuerit quae et qualis fuerit ipsa κατάσασις. Probabiliter explicuit hoc Boeckhius in altera edit. Oecon. Civ. Athen. I. p. 354. sq., priorem sententiam corrigens, quum existimavisset eandem eam esse cum μισθῷ, aut σίτῳ qui equitibus tribueretur. Recte quidem sumit κατάσασιν esse pecuniam, quam civitas tribueret equitibus (quid vitiosum sit in eo, quum dicit „den Reitern oder Rittern," post dicam) quum instituerentur: in quo prorsus sequitur Harpocrationem in v., qui ita sibi videri dicit; nullum enim alium locum nosse is videtur in quo rei fieret mentio, praeter hunc ipsum Lysiae: vocabulum ipsum ab Eupolide quoque et Platone Comicis usurpatum indicat. Constitisse autem κατάσασιν pecunia, aut certe pecunia aestimatam fuisse, confici poterat hinc quoque, quod in illo decreto sancitum erat Phylarchos oportere ἀποδεῖξαι, aut, ni facerent, αὐτοὺς ζημιοῦσθαι, i. e. eadem pecunia mulctari, qualis sanctio, ut cognitum est, in multis aliis legibus et psephismatis deprehenditur. Neque prorsus novum hoc est, quod per sermonis abusum istiusmodi vocabulum in definita pecuniae summa usurpatur, qualis abusus deprehenditur quoque in παράσασις, et in σύνταξις.

Postremum addit haec de suo Harpocration: ἀπεδίδοτο δὲ τὸ ἀργύριον ὑπὸ τῶν ἱππευσάντων, ὅτε ἀντὶ αὐτῶν ἕτεροι καθίσαντο· ἀπῄτουν δὲ αὐτὸ οἱ Φύλαρχοι. De utroque videamus. Prius illud reprehenditur a Boeckhio, qui docet, minus recte, tamquam si perpetui moris fuisset, intelligi id, quod non nisi semel post anarchiam factum esset. Equidem neque Harpocrationis doctrinam, neque Boeckhii correctionem probabilem esse puto. Si perpetui moris fuisset, primum quid opus erat peculiari psephismate quo κατάσασις repeti iuberetur? Rursus, si, quod perpetuo omitteretur, in his equitibus fieri decretum esset, tam odiosum hoc fuisset, ut restitutae concordiae vehementer adversaretur, quum praesertim illa oblivionis lege nemo praeter τοὺς τριάκοντα, et τοὺς ἕνδεκα, et τοὺς ἐν Πειραιεῖ ἄρξαντας δέκα, exclusus esset (Xenoph. Hellen. II. 4. 38.) Multo mihi verisimilius videtur in eo errare et Grammaticum et

Boeckhium, quod uterque sumsit hoc institutum, καταςάσεως de publico equitibus tribuendae, fuisse perpetuum; quod quare mihi videatur proprium fuisse imperii Trigintavirorum, paucis dicam.

Aerarium, eo tempore quo, post cladem apud Aegospotamos, pax facta cum Lysandro erat, fuisse exhaustum, non attinet, credo, multis demonstrare. Accedebat quod non tantum sociorum tributa, sed pleraque vectigalia extincta erant, tum magnus numerus eorum, quibus εἰσφοραὶ imponi possent, exsulabant. Per hanc inopiam, quamquam nullae classes erant ornandae neque exercitus foras mittendi, tuenda tamen erat διοίκησις, quae domesticis expensis constabat. Trigintaviri pro arbitrio et Senatum novum, et alios magistratus constituerant (Hellen. II. 3. 11), quorum ille certe mercedem accipiebat. Tum, quo melius suam dominationem tuerentur, a Lacedaemoniis impretaverant praesidiarias copias (φρουρούς), quod praesidium sine dubio ingenti quotidiana mercede constabat, singulorum certe non minus trium obolorum (conf. Xenoph. Hellen. V. 2. 21), ita ut per octo menses unum hoc negotium grandi pecunia indigeret. Tria millia civium, quos deligebant μεθέξοντας δὴ τῶν πραγμάτων (ibid. 3. 18.) vix fieri potest ut sine mercede habuerint, quum, reliquis per fraudem exutis, solis his arma concessissent (ibid. 20.) Sed servarant equitatum, firmissimum oligarchiae praesidium, ut vel Therameni videbatur (ibid. 48.): quae copiae quo numero fuerint, coniicere licet e temporibus δημοκρατουμένης τῆς πόλεως, quum verbi causa Pericles, initio belli Peloponnesiaci, profiteretur mille ducentos equites (Thucyd. II. 13), totumque hoc institutum referri soleret inter ea, quae magna cum expensa res publica suscepisset (conf. Andocides de Pace § 5. sqq. Aeschines Fals. Legat. §. 173 sqq.) Horum singulis non tantum drachmae merces minimum solvenda erat, sed praeterea σῖτος (conf. Boeckhius l. c. p. 352. sq.) Sed ne hoc quidem satis fuisse videtur. Etenim quum maior pars bonorum et locupletium vel indicta causa periissent, vel urbe cessissent (fere ad septem millia numerat Isocrates Areopagit. § 67.), e quorum numero antea equitum delectus per Hipparchum ita fieri sole-

bat, ut sibi quisque et equum et reliqua quibus opus esset compararet, Trigintaviros eo redactos fuisse suspicor ut magnum numerum tenuiorum in equitum catalogum referrent, quorum voluntatem fidemque ut sibi conciliarent, eam singulis ex aerario praestitisse pecuniam. qua indigerent ad eam militiam tuendam, eamque designatam esse nomine *καταςάσεως*.

Quo modo isti, in maximis aerarii angustiis, tantis sumtibus pares esse conati sint, satis docet miserrimi temporis historia. Ditissimi tum cives, tum inquilini, *χρημάτων ἕνεκα* mortis damnabantur (Xenoph. ibid. 3. 21), ut Trigintaviri et aliis necessitatibus prospicerent, et ut *τοῖς φρουροῖς χρήματα διδόναι* haberent: palamque profitebantur *τὴν πόλιν χρημάτων δεῖσθαι* (Lysias contr. Eratosth. § 6, loco corrupto.) Quumque ne haec quidem satisfacerent, tandem centum talenta a Lacedaemoniis mutuo sumserunt (Xenoph. ibid. 4. 28.) Postea, restituta re publica, insigne dederunt Athenienses documentum magni animi quo concordia servaretur, non sine causa celebratum et ab Isocrate (Areopagit. § 68. sq.) et a Demosthene (Leptin. p. 460. 12.) Quum enim aequum videretur ut, repetentibus debitum Lacedaemoniis adeoque flagitantibus (Lysias Nicomach. § 22.), ab iis solveretur qui *ἐδανείσαντο*, maluerunt *κοινῇ διαλῦσαι τὰ χρήματα*, et communem *εἰσφοράν* sustinere. Neque hoc unum exemplum est, in Graecarum civitatum historia, servatae aequitatis ad restituendam civium concordiam inter se. Nam, aliquot annis post, Phliasii, quum Spartanorum moti auctoritate exsules restituere decrevissent, simul placuit *ἐκείνοις μὲν ἀποδοῦναι τὰ ἐμφανῆ κτήματα* (quae sine dubio publicata fuerant), *τοὺς δὲ τὰ ἐκείνων πριαμένους ἐκ δημοσίου τὴν τιμὴν ἀπολαβεῖν*, ut narrat Xenophon. Hellen. V. 2. 10. Et alia eiusdem generis exempla poterant excitari: veluti Arati Sicyonii, de quo Cicero Offic. II. § 81. sq., et post eum Plutarchus et Pausanias.

Sed Athenienses hoc quum agebant, quaeque damna paucorum imperium attulisset omnium opibus reparari volebant, nihil mirum, in maximis aerarii angustiis, et quum *σπάνις* esset *ἀργυρίου ἐν τῇ πόλει*, ut loquitur Lysias Bon. Aristoph. § 11,

voluisse eos ea certe repetere, quae praeter morem et vetera instituta singulis fuissent tributa ac donata de publico: in quo genere fieri potest ut alia quoque habita fuerint, quorum tamen nusquam mentionem factam esse video, et summo iure numerari poterant illae καταςάσεις, tamquam δανείσματα, siquidem qui has acceperant argui poterant τὰ τῆς πόλεως ἔχειν. Etenim, in tam afflicta et prostrata conditione omnium fortunarum, nullo modo exspectandum erat ut tam grandis pecunia per εἰσφορὰς conferri potuisset, itaque centum talenta Spartanis solvi. Et quandoquidem sic novum quoddam controversiarum genus oriebatur, in quibus inquirendum esset an quis per illos octo menses anarchiae acceptum quid teneret quod aerario deberetur, earum cognitioni et explorationi novi tum destinati sunt Syndici, de quibus nondum me poenitet eorum quae breviter disputavi Scholic. Hypomn. III. p. 288. sq. Horum Syndicorum munus dicerem illustratum esse a Meiero Lit. Att. p. 111. sq., aut a Boeckhio l. c. p. 213, si quidquam isti attulissent praeter Harpocrationem in V., cuius divinatio potius quam diligens doctrina nobis relicta est. Igitur quum Archini lege (cuius mentio fit apud Isocratem adv. Callimachum init.) privatorum petitiones, in quibus valeret τὸ μνησικακεῖν, exclusae essent, (quam disciplinam egregie illustravit Grotius Histor. Graec. Vol. VIII. p. 299. sqq.), manebat tamen τὸ δημόσιον, cui quod deberi existimaretur a quoquam e Triginta virorum administratione, repetendum iusserunt Athenienses uno, ut suspicor, psephismate, quo et alia fortasse indicabantur, et illae καταςάσεις.

Necessario igitur populi, non Senatus, fuit illud psephisma, cuius descriptio, in primisque causa illarum καταςάσεων repetendarum, etiamsi nullo diserto testimonio a me proposita est, tamen eiusmodi mihi esse videtur, ut et rei naturae et temporum illorum ingenio reliquisque civitatis institutis consentanea sit. Hoc quoque addamus, minime nobis probari coniecturam Boeckhii, qui vetustae cuiusdam Inscriptionis reliquias (quas iterum edidit C. I. n°. 80.) cum illo psephismate coniungit, in Appendice Vol. II. Oecon. Civ. Athen. p. 207. sq. ed. 1ae. Nolo alia urgere quae in isto fragmento aliena sunt ab illo negotio:

sed si recte, ut mihi videtur, v. 9. supplevit ἡ βουλὴ] ἡ ἀεὶ βουλεύουσα, hoc ipsum monere poterat non esse istud psephisma, sed legem quam perpetuo valere oporteret.

Alterum quod docet Harpocration, ἀπῆτουν δὲ αὐτὸ οἱ φύλαρχοι, ingenti laborat soloecismo, quoniam totum hoc Senatui reservabatur.

Non discedam hinc sine diligentiore consideratione eius argumenti, quo Boeckhius (l. c. p. 355.) usus est, ut obtineret κατάςασιν non esse cum μισθῷ confundendam. Si μισθὸς esset de quo ageretur, inquit, Mantitheus neque παραλαβόντα, neque ἔχοντας dixisset, sed potius εἰληφέναι (voluit fortasse εἰληφότα.) Primum, non meminerat in ipso Eupolidis fragmento, quod servarat Harpocration, esse κατάςασιν λαβεῖν. Tum, in ipso illo παραλαβόντα virum doctissimum non offendisse miror. Constat enim παραλαμβάνειν, in quaestorum et curatorum redditis rationibus, de eo dici, qui succedens in magistratu ab eo, cui ipse succedat, recipit ea quae is παραδίδωσι, quale quid omnium minime convenit equitibus κατάςασιν accipientibus de publico. Restat praeterea aliud, quod non minus miror neglectum esse. Quum enim Mantitheus enumerat indicia e quibus conficiendum fuisset eum non ἱππεῦσαι per anarchiam, apparet iustum ordinem ab eo servari, ita ut primum dicat οὔτ' ἀπενεχθέντα ὑπὸ τῶν Φυλάρχων, quos secundum psephisma oportebat ἀπενεγκεῖν τοὺς ἱππεύσαντας· tum, οὔτε παραδοθέντα τοῖς συνδίκοις, qui causam scilicet explorarent, et, si opus esset, ad tribunal deducerent; tertium quod subiicit, οὔτε κατάςασιν παραλαβόντα, eiusmodi est ut rem ipsam contineat, non sit argumentum quo ea demonstretur. Postulari puto ut id tertio loco posuerit, quod sequi oportuisset Syndicorum cognitionem, si re vera fuisset unus τῶν ἱππευσάντων, nempe restitutio ipsius καταςάσεως in aerarium: et hoc habebimus, si corrigitur, οὔτε κατάςασιν καταβαλόντα. Quid sit καταβάλλειν, norunt ii qui rerum Atticarum gnari sunt; sicut est in lege apud Demosthenem Timocrat. p. 730. fin., quae iubet τοὺς ἔχοντας τά τε ἱερὰ καὶ τὰ ὅσια χρήματα καταβάλλειν εἰς τὸ βουλευτήριον, εἰ δὲ μή, τὴν βουλὴν αὐτοὺς εἰσπράττειν.

Venio nunc ad id, quod supra pag. 219. dixi me quaesitu-

voluisse eos ea certe repetere, quae praeter morem et vetera instituta singulis fuissent tributa ac donata de publico: in quo genere fieri potest ut alia quoque habita fuerint, quorum tamen nusquam mentionem factam esse video, et summo iure numerari poterant illae καταςάσεις, tamquam δανείσματα, siquidem qui has acceperant argui poterant τὰ τῆς πόλεως ἔχειν. Etenim, in tam afflicta et prostrata conditione omnium fortunarum, nullo modo exspectandum erat ut tam grandis pecunia per εἰσφορὰς conferri potuisset, itaque centum talenta Spartanis solvi. Et quandoquidem sic novum quoddam controversiarum genus oriebatur, in quibus inquirendum esset an quis per illos octo menses anarchiae acceptum quid teneret quod aerario deberetur, earum cognitioni et explorationi novi tum destinati sunt Syndici, de quibus nondum me poenitet eorum quae breviter disputavi Scholic. Hypomn. III. p. 288. sq. Horum Syndicorum munus dicerem illustratum esse a Meiero Lit. Att. p. 111. sq., aut a Boeckhio l. c. p. 213, si quidquam isti attulissent praeter Harpocrationem in V., cuius divinatio potius quam diligens doctrina nobis relicta est. Igitur quum Archini lege (cuius mentio fit apud Isocratem adv. Callimachum init.) privatorum petitiones, in quibus valeret τὸ μνησικακεῖν, exclusae essent, (quam disciplinam egregie illustravit Grotius Histor. Graec. Vol. VIII. p. 299. sqq.), manebat tamen τὸ δημόσιον, cui quod deberi existimaretur a quoquam e Triginlavirorum administratione, repetendum iusserunt Athenienses uno, ut suspicor, psephismate, quo et alia fortasse indicabantur, et illae καταςάσεις.

Necessario igitur populi, non Senatus, fuit illud psephisma, cuius descriptio, in primisque causa illarum καταςάσεων repetendarum, etiamsi nullo diserto testimonio a me proposita est, tamen eiusmodi mihi esse videtur, ut et rei naturae et temporum illorum ingenio reliquisque civitatis institutis consentanea sit. Hoc quoque addamus, minime nobis probari coniecturam Boeckhii, qui vetustae cuiusdam Inscriptionis reliquias (quas iterum edidit C. I. n°. 80.) cum illo psephismate coniungit, in Appendice Vol. II. Oecon. Civ. Athen. p. 207. sq. ed. 1ae. Nolo alia urgere quae in isto fragmento aliena sunt ab illo negotio;

sed si recte, ut mihi videtur, v. 9. supplevit ἡ βουλὴ] ἡ ἀεὶ βουλεύουσα, hoc ipsum monere poterat non esse istud psephisma, sed legem quam perpetuo valere oporteret.

Alterum quod docet Harpocration, ἀπῆτουν δὲ αὐτὸ οἱ φύλαρχοι, ingenti laborat soloecismo, quoniam totum hoc Senatui reservabatur.

Non discedam hinc sine diligentiore consideratione eius argumenti, quo Boeckhius (l. c. p. 355.) usus est, ut obtineret κατάϛασιν non esse cum μισθῷ confundendam. Si μισθὸς esset de quo ageretur, inquit, Mantitheus neque παραλαβόντα, neque ἔχοντας dixisset, sed potius εἰληφέναι (voluit fortasse εἰληφότα.) Primum, non meminerat in ipso Eupolidis fragmento, quod servarat Harpocration, esse κατάϛασιν λαβεῖν. Tum, in ipso illo παραλαβόντα virum doctissimum non offendisse miror. Constat enim παραλαμβάνειν, in quaestorum et curatorum reddítis rationibus, de eo dici, qui succedens in magistratu ab eo, cui ipse succedat, recipit ea quae is παραδίδωσι, quale quid omnium minime convenit equitibus κατάϛασιν accipientibus de publico. Restat praeterea aliud, quod non minus miror neglectum esse. Quum enim Mantitheus enumerat indicia e quibus conficiendum fuisset eum non ἱππεῦσαι per anarchiam, apparet iustum ordinem ab eo servari, ita ut primum dicat οὔτ' ἀπενεχθέντα ὑπὸ τῶν Φυλάρχων, quos secundum psephisma oportebat ἀπενεγκεῖν τοὺς ἱππεύσαντας· tum, οὔτε παραδοθέντα τοῖς συνδίκοις, qui causam scilicet explorarent, et, si opus esset, ad tribunal deducerent; tertium quod subiicit, οὔτε κατάϛασιν παραλαβόντα, eiusmodi est ut rem ipsam contineat, non sit argumentum quo ea demonstretur. Postulari puto ut id tertio loco posuerit, quod sequi oportuisset Syndicorum cognitionem, si re vera fuisset unus τῶν ἱππευσάντων, nempe restitutio ipsius κατασάσεως in aerarium: et hoc habebimus, si corrigitur, οὔτε κατάϛασιν καταβλόντα. Quid sit καταβάλλειν, norunt ii qui rerum Atticarum gnari sunt; sicut est in lege apud Demosthenem Timocrat. p. 730. fin., quae iubet τοὺς ἔχοντας τά τε ἱερὰ καὶ τὰ ὅσια χρήματα καταβάλλειν εἰς τὸ βουλευτήριον, εἰ δὲ μή, τὴν βουλὴν αὐτοὺς εἰσπράττειν.

Venio nunc ad id, quod supra pag. 219. dixi me quaesitu-

rum esse, quid vitiosum esset in Boeckhii verbis (»den Reitern oder Rittern.") Minime inter se permutari oportere duo illa genera equitum, satis videtur ipse Boeckhius significare l. c. p. 656—658, siquidem a classe equitum, cuius censum definiverat Solon, distinguendus est equitatus ille, quem diu post constituerunt (*κατεστήσαντο*) Athenienses. Si quaeritur a quo demum tempore classium illarum Solonearum usus et auctoritas evanuerint, quemcumque eventum habeat ista consideratio, hoc tamen ubique prodibit, segregari a veteri equitum censu et appellatione equitatum illum perpetuum quem res publica suo sumtu aleret. In Thucydide III. 16, ubi, classe centum navium instructa, dicuntur Athenienses *ἐσβάντες αὐτοί τε πλὴν ἱππέων καὶ πεντακοσιομεδίμνων, καὶ μέτοικοι*, non oportebat dubitari fieri nullo modo posse ut equitatus ille intelligeretur, quem Pericles II. 13. recensuerat: nihil dicitur aliud nisi *ἐπιβάτας* voluntarios exstitisse e civibus et inquilinis, (qui, sicuti conficere licet ex I. 143. init., opponuntur *τοῖς ξένοις ναύταις*· explicatius eiusmodi oppositionem exponit Boeckhius C. I. Vol. I. p. 305. sq.) locupletiores tantum abstinuisse. Equitatus ipse numquam illo ministerio fungebatur, sed si genus expeditionis postularet mittebatur et *ἐνεβιβάζετο*. tum non nisi peculiari psephismate eiusmodi quid definiebatur, sicuti apud Xenophontem Hellen. I. 1. 34, Thrasyllo *ἐψηφίσαντο ὁπλίτας τε αὐτὸν καταλέξασθαι χιλίους, ἱππέας δὲ ἑκατόν*. Sicut in Thucydide, ita de Xenophontis loco iudicandum est Hellen. I. 6. 24. Agitur de auxiliis quantocyus parandis quae Callicratidae opponerentur, quum Atheniensium classis Mytilenae obsideretur: *ἐψηφίσαντο*, inquit, *βοηθεῖν ναυσὶν ἑκατὸν καὶ δέκα, εἰσβιβάζοντες τοὺς ἐν ἡλικίᾳ ἅπαντας καὶ δούλους καὶ ἐλευθέρους· — εἰσέβησαν δὲ καὶ τῶν ἱππέων πολλοί*. Nihil istic de equitatu cogitandum, quo ne opus quidem erat. Sed prorsus dissentio a Boeckhio quum docet, e censu definitum fuisse aliquod ius militandi in equitatu (p. 658. init. »weil darnach »die Berechtigung zum Reiterdienst und einiges andere abgemessen wurde.") A quo tempore in copiis militaribus certus equitatus Athenis constitutus est (de cuius instituti initio et progressu Andocidis et Aeschinis locos supra indicavi p. 220),

nihil ea res commune habuit, nec habere potuit, cum censu eorum, qui dicebantur *ἱππάδα τελεῖν* (Boeckhii *ἱππικὸν τελεῖν*, p. 651, inauditum est in scriptoribus Atticis:) nec usquam demonstratur id, quod ab eodem docetur (p. 352. et 650), lege teneri ditiores in equitatu mereri. Tantum aberat ut *ὁ ἱππεύων* existimaretur *λειτουργεῖν*, ut apud Lysiam Alcib. I. § 7. sq., qui maluisset *ἀδοκίμαστος ἱππεύειν* quam *μετὰ τῶν ὁπλιτῶν κινδυνεύειν*, *ἀστρατείας* et *λιποταξίου* crimine conveniatur, quamquam dubitari non potest fuisse istum Alcibiadem *τῶν ἱππάδα τελούντων*. Praetorem aut Hipparchum, cuius esset *καταλέγειν ἱππέας*, hoc potissimum spectare oportebat, quis isti militiae idoneus esset, quoniam, ut constat, *δοκιμασία τῶν ἱππέων* erat penes Senatum: et sane laudari poterat qui pulcrum et bene instructum equum obtulisset, unde hoc quaerere poterat Demosthenes Fals. Legat. p. 432. init., *Ποῖος γὰρ ἵππος, ποία τριήρης — γέγονε παρὰ τούτων τῇ πόλει*; Ipsum autem *ἱππεύειν*, quo modo in liturgiis censeri poterat, cum censu coniunctum, quum equitibus *μισθὸς* praeberetur et *σῖτος*? Mantitheus ipse apud Lysiam (§ 13.) *κατειλεγμένος ἱππεύειν*, quum mallet maiori cum periculo in hoplitis militari, a praetore impretravit ut se e catalogo deleret.

Quae hucusque explicui confirmari puto Xenophontis auctoritate in Hipparchico. Agnoscitur ubique *δοκιμασία* illa quam Senatus haberet: tum apparet ex I. § 2. numerum quoque equitum lege definiri solitum fuisse. Sed considerandus est locus IX. 3, ubi dicit numerum *τῶν χιλίων ἱππέων* facilius plenum servari posse, si ducentos peregrinos constituerent equites: tum addit haec § 5: *εἰς δὲ τιμὴν τῶν ἵππων νομίζω ἂν αὐτοῖς χρήματα ὑπάρξαι καὶ παρὰ τῶν σφόδρα ἀπεχομένων μὴ ἱππεύειν, ὅτι καὶ οἷς καθίσῃσι τὸ ἱππικὸν ἐθέλουσι τελεῖν ἀργύριον ὡς μὴ ἱππεύειν, παρὰ πλουσίων μὲν, ἀδυνάτων δὲ τοῖς σώμασιν, οἶομαι δὲ καὶ παρ' ὀρφανῶν τῶν δυνατοὺς οἴκους ἐχόντων, νομίζω δὲ καὶ μετοίκων φιλοτιμεῖσθαι ἄν τινας εἰς ἱππικὴν καθισαμένους κ. τ. λ.*

Bis tantum, quantum memini, hunc locum usurpavit Boeckhius, sed ita ut incredibili modo a vera sententia explicanda aberret l. c. p. 658. inf. Apud Xenophontem, ait, *τὸ ἱππικὸν*

τελεῖν non significat equestrem censum solvere (igitur ἱππέδα τελεῖν), sed pecuniam solvere qua quis equo merendi necessitatem sibi impositam redimat, (»bedeutet τὸ ἱ. τ. nicht Rich-» »terschatzung zahlen," " sondern statt des Reiterdienstes, »wozu einer verpflichtet ist. Reitergeld bezahlen, sodass man »sich loskaufen konnte.") Quid mihi videatur de illa parte sententiae Xenophonteae, quae continetur verbis ὅτι καὶ οἷς usque ad ὡς μὴ ἱππεύειν, quibus suam Boeckhius contineri doctrinam putat, dicam tum si demonstravero illud ipsum, quod inde confecit, per se verum esse non posse. Redimendae militiae, aut cuiuscumque demum muneris aut oneris, exemplum et auctoritatem in tot veteris historiae Atheniensium monumentis neque ipse repperi, neque facile quemquam allaturum esse puto: multo etiam minus reperietur hoc, ut eiusmodi pecunia, quod tamen necesse esset propter verbum τελεῖν, in aerarium fuerit illata; quale quid hodie, ex nova lege, in Gallia usurpatur. Sed hoc quoque adversatur isti doctrinae, quod, ea probata, proditur ac deseritur Xenophontis consilium. Hic enim, quum suaderet peregrinos equitatui πολιτικῷ adsciscere, unum tantum, quod huic consilio obstare posse videretur, nempe istos peregrinos non domo allaturos esse κατάςασιν, ita solvit, ut dicat, eam pecuniam quae postularetur facile exstituram ab eorum liberalitate bonoque in rem publicam animo, qui ceteroquin alius alia de causa istius militiae onere excusati essent. Quid autem istuc pertinet facultas, si qua fuerit, oneris redimendi? Prorsus nihil. Et, ne quid omittamus, ne Graecum quidem est τὸ ἱππικὸν τελεῖν, si ἱππικὸν τέλος intelligendum est, ut modo supra significavi: nam τὸ ἱππικὸν substantive dictum nihil aliud nisi ipsum equitatum significat: ipsumque denique τέλος et τελεῖν alienissima sunt ab eiusmodi pecuniae solutione qualem Boeckhius fingit, quae ne eius quidem generis esset, cuius novimus fuisse πορνικὸν τέλος. Postremo, vix attinet monere totum istud Xenophontis consilium otiosum futurum fuisse, si perpetuo instituto, ut Boeckhius putat, καταςάσεις de publico praeberentur. Extrema autem istius loci ex Hipparchico verba correctione indigent. Conspirat consilium, quo

inquilini quoque adsciscendi in equitatum commendantur, cum iis quae explicantur in libello De Vectigalibus II. § 5, ubi commendatur τὸ μεταδιδόναι τοῖς μετοίκοις τοῦ ἱππικοῦ. Igitur in Hipparchico legatur, εἰς ἱππικὸν καθισαμένους· sensus est; inquilinorum quoque nonnulli lubenti animo in equitatus militiam deligerentur. Stolidum est, εἰς ἱππικήν. Utrumque locum noverat Boeckhius l. c. p. 364. c.

Nunc videamus de tota illa sententiae parte, quae reliquis interponitur, et unde praeclarum illud velut ἑρμαῖον quoddam Boeckhius expromsit. Ubi, quaeso, est subiectum verbi καθίσησι? Quid est καθισάναι τὸ ἱππικόν τινι, siquidem haec iungenda sunt οἷς καθίσησι τὸ ἱππικόν? Ubi est subiectum verbi θέλουσι? aut quid, si participium est? Quis umquam dixit ἀργύριον τελεῖν? Qua syntaxeos norma defendi poterit, ut iungantur τὸ ἱππικὸν τελεῖν, ita ut ἀργύριον tamen locum suum tueatur? Sunt istae merae tenebrae, quas ne coniectura quidem tentanda facile quisquam dispellere poterit, sed e quibus lucem exspecto a Boeckhii ingenio. Dicam quid mihi videatur. Statim illud ὅτι, a quo orditur haec verborum comprehensio, suspicionem mihi iniecit, totum hoc esse παρέμβλημα eius, qui de suo interpretari et amplificare vellet ea, quae Xenophon recte et suo proposito convenienter dixerat. Concedo exstitisse Athenis nonnullos, qui impositum militandi onus detrectare conarentur, omninoque subterfugerent ea officia, quibus qui fungeretur dicebatur τὸ προσταττόμενον ποιεῖν· sed istud fraude ac dolo consequebantur, pecunia autem redimendi oneris nusquam quodquam vestigium deprehendetur in ipsa civitate. Non inauditum hoc erat in iis rationibus, quae rei publicae cum sociis civitatibus intercedebant, neque alia origo fuerat τῶν φόρων, qui de communi consilio belli sustentandi causa sociis imponebantur: tum notabile exemplum redimendae militiae habemus in decretis eius conventus, qui Spartae habitus est Ol. 99. 2, quae diserte commemorat Xenophon Hellen. V. 2. 21. sqq. Sed totum hoc alienissimum est ab eo, quod nunc in Hipparchico commendatur, cuiusque unum fundamentum et spes erat in civium et inquilinorum φιλοτιμίᾳ.

Non involasse, ut spero, videbor in Boeckhii doctrinam, cuius viri eruditione et ingenio delectari soleo, sed quam potui diligentissime disceptavisse. Alia opportunitate retractaturus sum ea, quae explicui ad Apsinem p. 173. sq., in quibus festinationem et temeritatem mihi exprobrat Boeckhius l. c. p. 745. a.

§ 10.

Deceleam ab Agide occupatam (Ol. 91. 3.) tradit Thucydides VII. 19, cuius loci auctoritate recte utitur Leakius de Demis Atticae (p. 13. sq. interpret. Westermanni) ad definiendum istius pagi et munitionis situm, quem confirmari puto a Xenophonte Hellen. I. 1. 35: neque enim Agis ἐκ τῆς Δεκελείας cernere potuisset πλοῖα εἰς Πειραιᾶ καταθέοντα, nisi illud munimentum in excelso loco fuisset. Nihil addit Rossius in Demis Atticae p. 67. Ex eodem Xenophontis loco conficitur quantam auctoritatem istius belli administrandi habuerit Agis, quam describit quodammodo Thucydides VIII. 5, quum aliquot annis ante Lacedaemonii irati legem sanxissent, ex qua decem consiliarii, quorum consilio uteretur, ei adderentur: Thucyd. V. 63. fin.

Hinc intelligitur quare Lysander, extinctis apud Aegospotamos Atheniensium copiis, ἔπεμψε πρὸς Ἄγιν τε εἰς Δεκέλειαν καὶ εἰς Λακεδαίμονα ὅτι προσπλεῖ σὺν διακοσίαις ναυσί. Xenoph. Hellen. II. 2. 7. Hic nuncius quid Lacedaemone effecerit, statim subiicitur, nempe Lacedaemonios et reliquos Peloponnesios πανδημεὶ exiisse, παραγγείλαντος τοῦ ἑτέρου Λακεδαιμονίων βασιλέως Παυσανίου, quum scilicet agnoscerent hoc opportunum esse tempus Athenarum vi expugnandarum. Excipiunt ista statim haec verba: ἐπεὶ δ' ἅπαντες ἠθροίσθησαν, ἀναλαβὼν αὐτοὺς πρὸς τὴν πόλιν ἐστρατοπέδευσεν κ. τ. λ. In his omissum est subiecti indicium, quod necessario supplendum, legendumque ἀναλαβὼν αὐτοὺς Ἄγις πρὸς τ. π. ἐστρ. Conf. ibid. § 11.

(*Continuabitur*). I. Bake.

ANNOTATIONES CRITICAE

AD

CHARITONEM.

Lubens redeo in illius temporis memoriam quum et in aliis Italiae urbibus nobilissimis et Florentiae praestantissimum quemque Graecum Codicem avide excuterem et si quid bonae frugis quod adhuc caeteros fugerat reperissem diligenter colligerem.

Memoriam iucundissimi temporis, quum me oblectaret notus ille, ac nobilis Laurentianus liber, in quo Longi Pastoralia cum aliis quibusdam scriptoribus Eroticis continentur, renovavit mihi nuperrime dono peramanter ab Editore Rudolpho Herchero missum Volumen II. Eroticorum Scriptorum, quod cum nonnullis aliis complectitur Χαρίτωνος Ἀφροδισιέως τὰ περὶ Χαιρέαν καὶ Καλλιρρόην. Nactus aliquid otii per ferias et illa recordationis dulcedine allectus Charitonem tamquam veterem amicum relegere coepi. Vidi Editorem qua solet eruditione et acumine susceptam provinciam ornasse et non illepidum ut pro illis temporibus libellum passim feliciter supplendo emendandoque restituisse in integrum. Quantum mutatus ab illo Charitone est, qui prodiit ex apographo Antonii Cocchii et ex Dorvillii manibus! Satis demonstravi in Variis Lectionibus, quam negligenter Codex unicus fuerit olim descriptus. Nemo id mirabitur qui meminerit librum intricatiore ac minutissima scriptura exaratum obscuratis identidem ac prope deletis situ et madore litterarum vestigiis descriptum esse a medico, qui leviter et perfunctorie Graecas litte-

ras attigisset, ac deinde »*contextum iam typis descriptum*" iterum ad Codicem exactum esse »*a filio eius* tum undecim annos nato *sed* supra aetatem *cognitione utriusque sermonis imbuto.*" quod miror quomodo sine risu scribere potuerit Dorvillius in Praefat. p. XVI. Quam me saepe in conferendo libro Medicus et pusio *supra aetatem* Graece doctus delectarunt! Veras et genuinas unici Codicis scripturas plerasque et ipse olim et Hirschigius meus publici iuris fecimus: si quid superest cum pulvisculo nunc exhauriam. Sed non statim: primum enim iuvat Charitonis locos complusculos, quorum in ipso Codice vitiata scriptura est, si potero, melius constituere, et quid de Charitonis scribendi genere et oratione mihi statuendum esse videatur paucis exponere. Delibabo primum locos quosdam aut insigniores aut iucundiores meo arbitratu; deinde totum librum uno tenore percurram. Vixit Chariton et scripsit illis temporibus quum Graecia repuerascere coepisset et senio confecta παραληρεῖν. Etiam tum quidquid erat hominum elegantiorum antiqua Litterarum monumenta et legebat et admirabatur, sed ista studia non sanam aemulationem sed putidam et ineptam imitationem pariebant, quae intra verba et loquendi formulas subsistens modo risum tibi modo fastidium movebit. Non credo argumentum magis insulsum ac puerile reperiri posse ac magis a naturae veritate alienum sive res ipsas spectabis sive ingenium ac mores eorum, quos Chariton agentes et loquentes induxit, quam sunt τὰ περὶ Χαιρέαν καὶ Καλλιρρόην. Actum est de illa Antiquorum sanitate ac veritate, quae sic ipsam rerum naturam refert ut inter legendum rebus ipsis haud secus ac si gerantur, non narrentur, tibi interesse videaris, et audire eos ac videre quorum aut orationes aut res gestae litteris mandatae sunt. Vivunt omnia et spirant et quoniam humanum genus non mutavit naturam et quidquid naturam refert veluti in haec tempora scriptum est, perspicis ingenia omnium qui aut agentes inducuntur aut loquentes, quoniam eadem esse agnoscis, quae aut ipse sentias aut alios animadvertas sentientes. Extinctae sunt illae virtutes in sequioribus Graeculis. Exaruerat id quod recte scribendi est principium et fons. Tota Graecia desipiebat. Chaereas et Callirrhoë sunt veluti νευρό-

σπαρα, quibus Sophista rerum hominumque perinde ignarus puerilia multa ludit θαύματα μωροῖς. Atque haec vestiuntur, si Musis placet, oratione et verbis laboriose ex antiquis scriptoribus sublectis et contextis. Argumento inficeto et insulso intexuntur laciniae et panni ex Herodoto, Platone, Xenophonte, Demosthene, Aeschine, permulta ex Thucydide, ex Homero plurima. Quanto plures agnosceremus si Menander aetatem tulisset aut Philemon. Ludicra res est componere locos Veterum cum illis sero natis imitatoribus. Est aliquid inter Charitonem et Thucydidem, quamquam sedulo Sophista Historici verba et sententias in suos hortulos derivare solet. Dixerat Thucydides II. 8. erumpente bello: Ὀλίγον τ' ἐπενόουν οὐδὲν ἀμφότεροι ἀλλ' ἔρρωντο ἐς τὸν πόλεμον. Arripuit hoc Chariton p. 132, 16. Herch. Ὀλίγον τ' ἐπενόουν οὐδὲν ἀλλ' ὥρμηντο καὶ τριήραρχοι καὶ κυβερνῆται, nam sic emendandam esse absurdam Codicis lectionem: ὀλίγον τ' ἐπένθουν ἢ οὐδέν docuimus in Nov. Lectt. p. 372. Loci Thucydidei imitatio manifesta est. Dabo primum alia quaedam eiusdemmodi, sed indicabo illos tantum locos, qui ex comparatione emendari possunt. Legitur p. 82, 4. Hercheri, (cuius posthac semper editione utar): Ἀνωμάλων δὲ τῶν γνωμῶν γενομένων ἐκείνης μὲν τῆς ἡμέρας οὐδὲν ἐπεκύρωσε βασιλεὺς ἀλλ' ὑπερέθετο τὴν σκέψιν. Vitiosum esse ἀνωμάλων facile demonstrari potest, sed malo statim proferre locum Thucydidis unde vera lectio in suam sedem aliquando redibit. Thucydides III. 49. scribit: ἐγένοντο ἐν τῇ χειροτονίᾳ ἀγχώμαλοι (αἱ γνῶμαι), ἐκράτησε δὲ ἡ Διοδότου, quo referenda Hesychii glossa, qui plurimas λέξεις Thucydideas recepit: Ἀγχώμαλοι: πχρὰ μικρὸν ἴσαι. Hoc ipsum requirit loci sententia: differtur res in alium diem ἐπειδὴ αἱ γνῶμαι παρὰ μικρὸν ἴσαι ἐγένοντο. Itaque reponendum: Ἀγχωμάλων δὲ τῶν γνωμῶν γενομένων. Haec quoque est manifesta loci Thucydidei imitatio. Ἀγχώμαλος priscum et rarum vocabulum saepe ab indoctis Graeculis vitiatur et modo in ἀγχόμαλον abit, modo in αἰχμόμαλον. Apud Thucydidem VII. 71. ubi in libris est διὰ τὸ ἀνώμαλον verum vidit Goellerus διὰ τὸ ἀγχώμαλον restituens, sed reliqua pars loci nondum est persanata. Lucianus in Veris Histor. II. 37. non videtur scripsisse: ἀγχωμάλως δ' ἐπὶ πολὺ

ναυμαχοῦντες, sed ἀγχώμαλα, ut apud Thucydidem est VII. 71. ἕως ἀγχώμαλα ἐναυμάχουν, nam quis nescit quantum leporis ex imitatione Thucydidis Lucianus faceto argumento addiderit?

Transeo ad locum, quem e Xenophonte sumtum misere mulcarunt librarii. Legitur p. 71, 17: Τύχη βάσκανε, καὶ ἀποθανοῦσιν ἡμῖν ἐφθόνησας κοινὴν γῆν ἐπιθέσθαι. Nihil attinet multis ostendere ἐπιθέσθαι vitio natum esse et in eo verbo veram lectionem abscondi. Sed nullo negotio erui potest ex nobili loco Cyropaediae, quem Chariton in suam rem converterat. Verum quid ego erui *posse* illinc veram scripturam dico: olim a Dorvillio reperta est, sed nescio quomodo in illa indigesta annotationis farragine delituit. Protulit Dorvillius primus locum Xenophontis in Cyropaed. VI. iv. 6: ἐπομνύω σοι τὴν ἐμὴν καὶ σὴν φιλίαν ἣ μὴν ἐγὼ βούλεσθαι ἂν μετὰ σοῦ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ γενομένου κοινῇ γῆν ἐπιέσασθαι μᾶλλον ἢ ζῆν μετ' αἰσχυνομένου αἰσχυνομένη. Protulit idem Hesychii glossam hinc sumtam: Ἐπιέσασθαι γῆν: ταφῆναι, et eruditissimam Hemsterhusii ad h. l. animadversionem cumulo auxit. Primus igitur vidit Charitonem scripsisse: ἐφθόνησας κοινῇ γῆν ἐπιέσασθαι, quod primo quoque tempore erit recipiendum. Eundem Xenophontis locum expresserat Philostratus in Icon. II. 9. ubi novum scribarum facinus deprehenditur: καὶ Ἀβραδάτῃ ἐβούλετο κοινῆν γῆν σπάσασθαι, cui ἐπιέσασθαι reddidit l. l. Hemsterhusius.

Idem quod Editori mihi interdum accidit, ut Dorvillianae annotationis rationem non haberem etiam in iis ubi rectum vidisset. Scilicet (candide enim fatebor) ego, qui Reiskium diligo et admiror, Dorvillium, unum omnium hominum Reiskio dissimillimum, amare non possum, neque admodum lubenter illam indigestam Animadversionum farraginem lego qua Charitonem oneravit magis quam ornavit. Nuper tamen, ne essem in hominem iniquior, spissos illos commentarios non semper aequo animo perreptavi, cique reddam duas emendationes in quas incideram et ipse nescius ab illo dudum esse occupatas. Primus vidit p. 5, 8. pro τίς ἀνὴρ μηνύσειε τὴν ἐκκλησίαν ἐκείνην emendandum esse: τίς ἂν ἐρμηνεύσειε, vid. Animad. p. 24. sed ἀξίως addidit prorsus supervacaneum:

τίς ἂν ἑρμηνεύσειε dicitur, ut τίς ἂν φράσειε, quod saepius apud Charitonem recurrit. Primus supplevit p. 83, 3: μακρὰν γάρ ἐστι βασιλεὺς καὶ * * ἔχει στρατηγούς, ubi idem quod ego coniecerat: καὶ (φαύλους) ἔχει στρατηγούς, sed alteram addidit pessimam correctiunculam: καὶ σὺ ἔχεις στρατιώτας. Rectissime primus in nostro loco viderat restituendum esse e Xenophonte: καὶ ἀποθανοῦσιν ἡμῖν ἐφθόνησας κοινῇ γῆν ἐπισάσασθαι. In caeteris si quid habet boni proferam: quam sit infelix coniector et interpres (nisi ubi aliquem usum ea res habebit) non proferam. Quod verum non est plerumque satis se ipsum redarguit. Accedo ad emendandum locum in quo Herodoti imitatio patefacta dabit lucem. Editur p. 117, 31: Πάρεισιν οὖν σοι δύο ὁδοί. Ὁποτέραν βούλει τρέπεσθαι; μηνύσω δὲ ἀμφοτέρας. Manifestum in his vitium neminem qui hoc agat diu fugere potest. Quid? nihilne interest inter τίς, πῶς, ποῦ, πόθεν et ὅστις, ὅπως, ὅπου, ὁπόθεν et sim.? Interest, inquis, sed cur hoc quaeris? Quia idem interest inter πότερος et ὁπότερος, et non minus stultum est quaerere Ὁποτέραν βούλει τρέπεσθαι; quam ὅστις εἶ; ὅπου ἐστίν; ὅπως τοῦτ' οἶσθα; ὁπόθεν σοι ταῦτα; et sim. Chariton saepe negligenter et vitiose loquitur: sat scio et mox ipse demonstrabo, sed in his nihil peccat. vide p. 102, 16: πυθομένης δὲ τῆς βασιλίδος ὁπότερον ἄνδρα βούλοιτο μᾶλλον, ex quo loco correxerim p. 43, 6: ἑλοῦ δ' ὁπότερον θέλεις, ubi vulgatur δὲ πότερον. Erratum est simili ratione atque p. 31, 2. ubi vera lectio est ψόφου δ' ὄπισθεν αἰσθομένη, sed in Codice legitur ψόφου δέ ποθεν. Eodem modo etiam nunc scripserat, namque haec est eius manus: Πάρεσίν οὖν σοι δυοῖν ὁδοῖν ὁποτέραν βούλει τρέπεσθαι. μηνύσω δὲ ἀμφοτέρας. Visne scire unde haec sumserit? Nempe ex Herodoteis I. 11: νῦν τοι δυοῖν ὁδοῖν παρεουσέων δίδωμι αἵρεσιν ὁκοτέρην βούλεαι τραπέσθαι. Ut in re perspicua verbum non amplius addo.

Ridiculum mendum nimis diu latuit in iis quae continuo sequuntur: πεισθεῖσα μὲν βασιλεῖ δῶρα λήψῃ τὰ κάλλιστα καὶ ἄνδρα ὃν θέλεις· οὐ δήπου γάρ σε αὐτὸς μέλλει γαμεῖν ἀλλὰ πρὸς καιρὸν αὐτῷ χάριν δώσεις. Nimis lepidum est πρὸς καιρόν. Lenissima mutatione emenda πρόσκαιρον αὐτῷ χάριν δώσεις. Noto usu sequiores appellant πρόσκαιρα quae non perpetua

sunt sed *ad tempus* durant, ut ἡδονὴ πρόσκαιρος, multaque alia similia. Πρὸς καιρόν, id est *opportune*, quam sit hoc loco inopportunum subridens mecum animadvertes.

Continuo sequitur: ἢν δὲ μὴ πεισθῇς ἀκούεις ἃ πάσχουσιν οἱ βασιλέως ἐχθροί, μόνοις γὰρ τούτοις οὐδὲ ἀποθανεῖν θέλουσιν ἔξεσιν. In his Charitoni obversabatur Xenophontis locus nobilis ex Anabasi III. 1. 29: οὐ νῦν ἐκεῖνοι παιόμενοι, κεντούμενοι [ὑβριζόμενοι] οὐδὲ ἀποθανεῖν οἱ τλήμονες δύνανται καὶ μάλ' οἶμαι ἐρῶντες τούτου. quem iterum imitatur p. 129, 26: οἱ δὲ ἔξω παιόμενοι καὶ κεντούμενοι ξίφεσι καὶ λόγχαις εἴσω πάλιν ἔφευγον. Xenophon quoque omisso ὑβριζόμενοι sic scripserat: παιόμενοι καὶ κεντούμενοι οὐδὲ ἀποθανεῖν — δύνανται.

Neminem ex omnibus Chariton frequentius imitatur quam Xenophontem, praesertim Anabasin et Cyropaediam. Multas huiusmodi imitationes indicavit Dorvillius, quem vide in Animadv. p. 175, 365, 368, 449, 480, 486, 538, 633. Unam adscribam ut appareat quam serviliter eum imitetur etiam in tenuioribus et nil nisi eius verba describat. Dixerat Xenophon in Cyropaed. VII. 1. 32: ἐν δὲ τῷ ἀδιηγήτῳ τούτῳ ταράχῳ — ἐκπίπτει ὁ Ἀβραδάτας, arripuit hoc Chariton p. 121, 12: ἐν ἐκείνῳ τῷ ἀδιηγήτῳ ταράχῳ μνήμη τις αὐτὸν εἰσῆλθε τοῦ κάλλους, et iterum p. 129, 31: ἐν δὲ τῷ ἀδιηγήτῳ τούτῳ ταράχῳ μόνος ἐσωφρόνησε Χαιρέας. Hoc certe loco tanta verborum acrimonia non male usus est, illo non item, ubi rex Persarum ad iter se comparat: sed amat Chariton omnia oratione tumidiore inflare. Quidquid celeriter peragitur λόγου θᾶττον ab eo peragi narratur, quod hercle a Xenophonte et antiquis non sumsit. Inspice mihi huius κακοζηλίας pauca quaedam exempla: 49, 31: προθυμίᾳ δὲ τῶν ἐρεσσόντων λόγου θᾶττον ἡ ναῦς κατέπλευσεν εἰς τὸν λιμένα, et p. 130, 3. Chaereas ex Tyri moenibus vocat ad se Aegyptios in littore stantes, οἱ δὲ λόγου θᾶττον παρῆσαν, et p. 152, 16: ἀπίωμεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν. — λόγου δὲ θᾶττον ἐπληρώθη τὸ θέατρον ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, et p. 54, 30: ἀπίωμεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν. — Οὔπω πᾶν εἴρητο ἔπος καὶ ἤδη μεσὸν ἦν τὸ θέατρον. O admirabilem celeritatem! Quanto melius et sanius iisdem verbis Οὔπω πᾶν εἴρητο ἔπος utitur Homerus Iliad. K. 540. et Odyss. Π. 11, et in Iliad. T. 242. dixit:

Αὐτίκ' ἔπειθ' ἅμα μῦθος ἦν, τετέλεστο δὲ ἔργον.

quibus similia vide apud Valckenaerium ad Hippolyt. vs. 1186: sed Veteres verba ponderabant, sequiores non item.

Possem multo plures Xenophontis imitationes apud Charitonem indicare, sed satis habebo unum locum indicare cuius emendatio ab illa comparatione pendet. Haerebis, ut opinor, p. 86, 28. in verbis: *δεδοικὼς μὴ καὶ τοῦτο αἴτιον αὐτῷ γένηται πρὸς βασιλέως ὅτι κατ' ἴχνος ἐπηκολούθει τῇ γυναικί*, non enim expedies quomodo dicatur *αἴτιον αὐτῷ πρὸς βασιλέως*. Boni Codicis vicem supplebit locus Xenophontis quem imitatur. Legitur in Anabasi III. 1. 5: *ὁ Σωκράτης ὑποπτεύσας μή τι πρὸς τῆς πόλεως ἐπαίτιον εἴη Κύρῳ φίλον γενέσθαι κτἑ.* ubi scribae in multis libris melius sibi notum *ὐπαίτιον* substituerunt. Nesciebant enim *ἐπαίτιον* dici *τὸ αἰτίαν τινὶ φέρον*, sed *ὑπαίτιον* esse *τὸν αἰτίαν τινὸς ἔχοντα*. Metuebat satrapa ne id sibi apud Regem *criminosum* esset, quamobrem reponendum: *μὴ καὶ τοῦτο ἐπαίτιον αὐτῷ γένηται πρὸς βασιλέως*.

Qui diu ac multum Xenophontem triverunt facile deprehendent vitium p. 140, 30: *Σκεπτομένου δὲ αὐτοῦ περὶ τῶν ἐξῆς ἀπήγγειλαν οἱ ἱερεῖς ὅτι καλὰ γέγονε τὰ ἱερεῖα*. Miror quomodo Editor *τὰ ἱερεῖα* potuerit retinere, nam quid potest esse apertius quam *τὰ ἱερά* rescribi oportere? Quam saepe librarii *ἱερά* et *ἱερεῖα* confuderint ostendimus in Nov. Lectt. p. 477 et 756. Quoties recurrit *καλά ἐϛι τὰ ἱερά*! Hoc ipsum quod Charitoni reddimus legitur in Prooemiis Demosthenicis LIV, ubi quis *ἀπαγγέλλων τῷ δήμῳ τὰ ἱερά* (ut loquitur Theophrastus in Char. XXI.) ita dicit: *Ἐθύσαμεν τῷ Διὶ τῷ σωτῆρι καὶ τῇ Ἀθηνᾷ* [*καὶ* delendum] *τῇ Νίκῃ καὶ γέγονε καλὰ καὶ σωτήρια ταῦθ' ὑμῖν τὰ ἱερά*. Confidenter igitur et bonis avibus revocemus veterem et probam scripturam: *ὅτι καλὰ γέγονε τὰ ἱερά*.

Peccavit ipse Chariton in *σκεπτομένου*: sequiores ex antiquis formis *σκέψομαι*, *ἐσκεψάμην* et *ἔσκεμμαι* elicuisse *σκέπτομαι* et *ἐσκεπτόμην*, quum *σκοπῶ* s. *σκοποῦμαι* et *ἐσκόπουν* s. *ἐσκοπούμην* debuissent dicere, satis olim ad Lucianum demonstravimus.

Addam aliquid de imitatione locorum Herodoti. Ut sequiores omnes, sic Chariton ex Herodoti lectione traxit usum

quemdam verborum Ionicorum, quae orationem ἀττικίζουσαν vel certe ἀττικίζειν βουλομένην dedecent. Quis umquam Veterum praeter Iones dixisset umquam, οὐδεὶς ἂν ῥύσαιτο ἡμᾶς (p. 38, 15.) vel οὐδεὶς ἂν ἀνθρώπων ἐρρύσατο μὴ ἀπολέσθαι Φωκᾶν (p. 39, 6.)? Ionicum hoc est, quod in Graeculorum συνήθειαν est receptum. Indidem sumtum est p. 154, 1: τὰ συνενεχθέντα pro τὰ συμβάντα, et p. 137, 11: ὑπερβὰς τὸν οὐδόν, et p. 152, 32: λυπεῖν οὐ θέλων τὸν λαόν. Quod legitur p. 107, 11: ἐδονεῖτο πᾶσα Βαβυλών colorem duxit ex Herodoto VII. 1: ἡ Ἀσίη ἐδονέετο ἐπὶ τρία ἔτεα. Venio nunc ad locum obscurum, qui ex Herodoto lucem exspectat. Legitur p. 37, 8: οὐκ ἀκούεις Ἑρμοκράτην τὸν στρατηγὸν τῆς ὅλης Σικελίας ἐγκεχαραγμένον μεγάλως κτέ. Mirifice Dorvillius p. 193: »*scriptum cum magnifico Elogio in libro Regio* in quo Euergetae regni et regis Persarum consignabantur." Opinatus est ἐγχαράττειν esse ἀναγράφειν, quemadmodum apud Charitonem legitur p. 149, 4: δίδωμί σοι πάσης Ἰωνίας ἄρχειν καὶ πρῶτος εὐεργέτης εἰς οἶκον βασιλέως ἀναγραφήσῃ. Sublectum hoc est Thucydidi I. 129. ubi Xerxes ad Pausaniam ita scribit: τῶν ἀνδρῶν οὕς μοι πέραν θαλάσσης [ἐκ Βυζαντίου addidit Graeculus] ἔσωσας κεῖταί σοι εὐεργεσίαι ἐν τῷ ἡμετέρῳ οἴκῳ ἐσαεὶ ἀνάγραπτος. Deinde commentus est aliquid Dorvillius ut μεγάλως ἀναγράφειν utcumque interpretari videretur. Chariton hunc flosculum, si Musis placet, ex eodem horto decerpserat unde sumsit suum ἐδονεῖτο. Legitur apud Herod. VII. 1. ἐπεὶ ἡ ἀγγελίη — ἀπίκετο παρὰ βασιλέα Δαρεῖον καὶ πρὶν μεγάλως κεχαραγμένον τοῖσι Ἀθηναίοισι — καὶ δὴ καὶ τότε πολλῷ δεινότερα ἐποίεε, quo refertur Hesychii glossa Κεχαραγμένος: ὠργισμένος. Eodem sensu dixit Euripides in Medea vs. 157:

εἰ δὲ σὸς πόσις καινὰ λέχη σεβίζει
κείνῳ τόδε μὴ χαράσσου.

inepte Scholiasta: μὴ ἐπίγραφε: dicit enim poëta: μὴ ἐκείνῳ διὰ τόδε ὀργίζου. Chariton igitur quum vellet σφόδρα ὠργισμένον dicere et gemmula Herodotea orationem sic distinxisset: οὐκ ἀκούεις Ἑρμοκράτην — κεχαραγμένον (non ἐγκεχαραγμένον) μεγάλως mirifice sibi locutus esse videbatur.

Quamquam sic Hermocratis *magnificum Elogium ex libro*

Regio expunctum est, restant ei tamen illi honores ac munera, quibus eum Chariton beavit p. 37, 9: Ἑρμοκράτην βασιλεὺς ὁ Περσῶν θαυμάζει καὶ φιλεῖ, πέμπει δὲ αὐτῷ κατ' ἔτος δωρεάς, ὅτι Ἀθηναίους κατεναυμάχησεν. Incredibile dictu est quam sint illi Graeculi historiae et rerum omnium ignari aut incuriosi, idque sedulo antiquos etiam historicos lectitantes. Hermocrati quid acciderit haud ita multo post victoriam quamquam apud Thucydidem VIII. 85. saepe legerat, non credo Charitonem meminisse. Neque etiam ab Thucydide sumsit, quod eum στρατηγὸν τῆς ὅλης Σικελίας appellat. Sed dices eum fictis iocari fabulis. Esto, et quidlibet audendi potestatem habeto: potuerat tamen multa multo probabilius finxisse. Quod pirata Callirrhoën p. 28, 8. simulat esse Συβαρῖτιν ἐξ Ἰταλίας, et quod servo imperat herus Mileti: ζήτησον Συβαριτῶν εἴ τινες ἐπιδημοῦσιν, non meminit Sophista quae de Sybaritarum excidio apud Herodotum legerat. Sed redeo ad emendationem locorum, in quibus non Chariton sed scribae peccarunt.

Frustra olim tentavi locum p. 9, 4: μόλις οὖν ἔκειτο πλὴν ὑπηγάγετο τὴν μείρακα μεγάλαις δωρεαῖς, videbo nunc an mihi αἱ δεύτεραι φροντίδες sint σοφώτεραι. Vitii sedes est in ἔκειτο. Suspicor in antiquiore Codice scriptum fuisse ἐκεῖν, ac verum esse: μόλις οὖν ἐκεῖνος πλὴν ὑπηγάγετο. Compara mihi p. 28, 26: μόλις μὲν προήγαγε δ' ὅμως εἰς τὸ βαλανεῖον, et p. 146, 17: πολλὴ μὲν ἐν μέσῳ θάλασσα — πλὴν οὐ φοβοῦμαι σοῦ μοι συμπλεούσης. Fieri potest ut μέν quoque exciderit, ut multis aliis locis, de quibus mox dicam, et sic sit scribendum: μόλις μὲν οὖν ἐκεῖνος πλὴν ὑπηγάγετο.

Optima lectio in veteri corruptela tuto delitescit p. 14, 3: Οὗτος τῇ ἐκκομιδῇ παρατυχὼν ἐπωφθαλμίασε τῷ χρυσῷ καὶ νύκτωρ κατὰ κλίνης οὐκ ἐκοιμᾶτο λέγων πρὸς ἑαυτόν κτέ. In his duo vitia insunt: in Codice est ἐπωφθάλμισε, quod in ἐπωφθάλμησε refinxerim. Formatum est ἐποφθαλμεῖν, ut ἀντοφθαλμεῖν. Sed hoc leve est. Alterum mendum latet in κατὰ κλίνης. Ecquis legit umquam aut intelligit quid sit κατὰ κλίνης ἐκοιμᾶτο? Graecum est, credo, ἐπὶ κλίνης, quod et apud alios omnes saepe legitur et apud Charitonem p. 5, 20: ἔρριπτο ἐπὶ τῆς κοίτης ἐγκεκαλυμμένη, et p. 11, 3: καθῆσο ἐπὶ

τῆς κλίνης, et p. 41, 21: παρακαθίσασα ἐπὶ τῆς κλίνης, et p. 62, 8: κατάκειμαι δὲ ἐπὶ χρυσηλάτου κλίνης, et p. 151, 7: ἐπὶ χρυσηλάτου κλίνης ἀνακειμένη, et ipsa Graecitatis natura ἐπὶ κλίνης recte habere docet non κατὰ κλίνης. Levissime tantum vera scriptura depravata est tam frequenti ac tralaticio errore, veluti quum ε pro αι aut αι pro ε est oscitanter substitutum. Emendandum est enim: καὶ νύκτωρ κατακλινεὶς οὐκ ἐκοιμᾶτο. Tam saepe in omnibus libris ει et η inter se permutantur, ut exemplis nihil sit opus. Adscribo tamen unum perappositum ex Hesychio Ἐπικλινείς: ἐπιπίπτων, προσρέπων. Nemo non videt Ἐπικλινής verum esse. Hoc novo ac luculento exemplo confirmatur id quod saepe alias admonui (ad Hyperidis orationem ὑπὲρ Εὐξενίππου vs. 29. ubi vitiose ἐγκατακλιθῆναι legitur, et in Var. Lectt. p. 31, 74. et 180, et in Nov. Lectt. p. 340, 602. et 778.) veterem formam κατακλινῆναι, qua sola Attici et Atticistae uterentur, a Graeculis ad suam vitiosam συνήθειαν refingi solere. Ubicumque κατεκλίνην aut συγκατεκλίνην legebatur, invehunt suum κατεκλίθην. In ipso Charitone, qui dederat p. 101, 25: ὡς οὖν κατεκλίνη, legitur et in unico Codice et in omnibus Editionibus κατεκλίθη, ubi si dixissem κατεκλίνη reponendum esse quotus quisque mihi credidisset? Nunc in vetustissimo mendo manus Charitonis ab omni nova corruptela tuta latebat donec eam quis hoc agens eliceret. Saepe ostendimus quam praeclarum esset emendaturo praesidium in veterrimis illis scribarum erroribus in quibus antiqua scriptura leviter tantum affecta subest. Dabo eiusdem rei alterum ex Charitone exemplum. Legitur p. 72, 17: τινὲς τῶν δεδεμένων νύκτωρ διακόψαντες τὰ δεσμὰ τὸν ἐπιστάτην ἀπέσφαξαν εἶτα δρασμὸν ἐπεχείρουν. Ἀλλ' οὐ διέφυγον, οἱ γὰρ κύνες [οἱ] φυλάσσοντες ἐμήνυσαν αὐτούς. Quae sit in ultimis verbis difficultas etiam sic sentiri potest, sed optime apparebit ubi veram lectionem cognoveris. Editor de suo [οἱ] inseruit: melius non duas litterulas adiecisset sed exemisset unam: emendandum est enim οἱ γὰρ κύνες ὑλάσσοντες ἐμήνυσαν αὐτούς. Quid hoc verbi est, dixerit aliquis in sequioribus Graeculis minus versatus, ὑλάσσοντες pro ὑλακτοῦντες? Bonum factum quod idem verbum alio Charitonis loco illaesum ex librariorum manibus evaserit p. 111,

27 : ἐνεπλήσθη τὰ ὄρη κυνῶν ὑλασσόντων, ἵππων χρεμετιζόντων. Nunc quidem dabis mihi Charitonis hanc manum esse: ἀλλ' οἱ κύνες ὑλάσσοντες ἐμήνυσαν αὐτούς.

Facile est lacunam explere p. 22, 22: Λεωνᾶς δὲ ἐκέλευσε περιμένειν αὐτὸν περὶ τὴν θεραπείαν τοῦ δεσπότου πρῶτον * *. Quid exciderit hi loci monstrabunt: p. 24, 25: ἀνάσα, φησί, καὶ γενοῦ περὶ τὴν ὑποδοχὴν τῆς γυναικός, et p. 31, 31: ἐκείνη περὶ τὴν ὑποδοχὴν ἐγίνετο τοῦ δεσπότου. Frequentissime talia apud sequiores omnes leguntur γίνεσθαι περὶ τὴν κατασκευὴν τοῦ σόλου, τῶν τριήρων, τῶν τειχῶν, περὶ τὸν πλοῦν, περὶ τὰς ὁδοιπορίας, aliaque multa, vide Dorvill. p. 142. et quos ille laudat Stephanum et Wesselingium ad Diod. Sic. XI. 75, XIV. 26. ubi videbis περὶ nonnumquam in παρὰ et ἐπὶ esse depravatum. Supplebimus igitur: περὶ τὴν θεραπείαν τοῦ δεσπότου πρῶτον (γενόμενον), et eadem opera mendum ex alio loco eximemus qui legitur p. 59, 22: οἱ μὲν οὖν ἄλλοι κεκμηκότες ἐκβάντες εἰς τὴν γῆν περὶ τὴν ἀνάληψιν ἠπείγοντο τὴν ἑαυτῶν. Num tu exputas quid sit περί τι ἐπείγεσθαι? Non arbitror, sed praepositio περὶ manu ducit ad hanc correctionem: περὶ τὴν ἀνάληψιν ἐγίνοντο τὴν ἑαυτῶν. Antiqua scriptura ΕΓΕΙΝΟΝΤΟ in ἠπείγοντο abierat.

Iuvat et alias quasdam lacunas obiter explere. Legitur p. 8, 14: ἡ γυνὴ μηδὲν ὑπονοοῦσα τῶν γεγονότων ἱκέτευεν εἰπεῖν τὴν αἰτίαν τοῦ * *. Expiscaberis amissum vocabulum ex his locis: p. 11, 17: Χαιρέας δὲ ἔτι τῷ θυμῷ ζέων, et p. 74, 11: ὁ θυμὸς εἰς ἔλεον μετέπεσεν, p. 82, 29: δεδοικὼς τὰς διαβολὰς καὶ τὸν θυμὸν τὸν βασιλέως, et p. 97, 4: θυμωθεὶς δὲ βασιλεὺς εἰς Μιθριδάτην πικρὸν ἀπέβλεψεν. Iam tu vides excidisse: εἰπεῖν τὴν αἰτίαν τοῦ (θυμοῦ).

Pag. 8, 32: ὁ Ἀκραγαντῖνος — ἥπτετο λοιπὸν ἐνεργεσέρας κατασκευῆς * * τι τοιοῦτον, non magnopere dubitabis, quin legendum sit: [καὶ ἐπενόησέ] τι τοιοῦτον, ubi hos locos comparaveris p. 121, 19: πρὸς μὲν Στάτειραν οὐδὲν εἶπεν —, ἐπενόησε δέ τι τοιοῦτον, et p. 122, 19: ὁ Διονύσιος — ἐπενόησέ τι τοιοῦτον. Habet hoc Chariton ut de iisdem dicat eadem, et saepe eaedem locutiones apud eum repetuntur.

Compluscula verba scribae incuria exciderunt p. 27, 11: ἔργῳ μὲν τὴν πρᾶσιν ἀπηρτίκαμεν· ἐγὼ γὰρ ἐκείνῳ τάλαντον δέ-

δωκα· δεῖ δὲ ἐνταῦθα γενέσθαι νομίμως τὴν καταγραφήν. Manifestum est locum in hunc modum expleri oportere: ἐγὼ γὰρ ἐκείνῳ τάλαντον δέδωκα, [ἐκεῖνος δ' ἐμοὶ τὴν γυναῖκα]. Nam sic demum τὴν πρᾶσιν ἀπήρτισαν.

Receptum oportuit p. 30, 18: προεῖπε τὴν ἔξοδον εἰς * * ην ἡμέραν (Codex liquido εἰς ἣν ἡμέραν) quod Reiskius coniecit εἰς ῥητὴν ἡμέραν, namque et rei accommodatissimum hoc est et confirmatur alio Charitonis loco p. 70, 16: προηγγέλλετο μὲν γὰρ ἡμέρα ῥητή, συνῆλθε δὲ εἰς ἐκείνην τὸ Μιλησίων πλῆθος, ubi nemo admonitus dubitabit quin προήγγελτο sit emendandum, quas formas passim a scribis stulte misceri saepissime alias ostendimus.

Pag. 32, 32: τούτου γε * * ἦκες εἰς ἀγρὸν ἵνα μελανείμων γάμους θύσῃς, requirit sententia: *Ergo propterea rus abiisti* cet.: τούτου [οὖν ἕνεκα] ἦκες εἰς ἀγρόν.

Elapsum unum vocabulum et aliam corruptelam peperit et loci sensum prorsus pessumdedit p. 45, 10: ἐξορκιῶ δ' ὅμως αὐτόν, κἂν δεσπότης ᾖ· δεῖ πάντα ἡμᾶς ἀσφαλῶς πράττειν. Καὶ σύ, τέκνον, ὅπως [μ'] ἀντευποιήσεις. Sic scribitur de Editoris coniectura: in Codice est: καὶ σὺ τέκνον ὅμως ἀντιπίσευσον, in quo quid lateat καὶ σύ, *tu quoque*, demonstrat: nempe καὶ σύ, τέκνον, ὅμοσον ἵν' ἀντιπισεύσῃ. Non dicam quam sit hoc rei accommodatum: demonstrare possum revera ita factum esse. Audi modo Callirrhoën dicentem p. 49, 22: Δέσποιν' Ἀφροδίτη, — οὐκ ἂν ἐπείσθην σὲ ὀμόσαι καὶ τὸν σὸν υἱόν, εἰ μή με προὔδωκε τοῦτο τὸ βρέφος. Narraverat ipse Chariton ita eam iurasse p. 48, 6. sed magna lacuna multos versiculos absorpsit ubi nunc legitur: ἤρεσε ταῦτα καὶ ταχέως [ὤμοσεν]. Ἐγένετο μὲν οὖν ἐρωτικὸν πάθος. Codex sine lacunae indicio: ἤρεσε ταῦτα καὶ ταχέως ἐγένετο μὲν οὖν ἐρωτικὸν πάθος, quae sic constituenda sunt: ἤρεσε ταῦτα καὶ ταχέως ἐγένετο. Ὁ μὲν οὖν [Διονύσιος] * * * * * * [Τὸ μὲν οὖν] ἐρωτικὸν πάθος ἔσπευδε καὶ ἀναβολὴν οὐκ ἐπέτρεπε τοῖς γάμοις κτέ. In Codice male repetita syllaba legitur ἔσπευδε δὲ καί. Peperit lacunam, ut vides, μὲν οὖν in vicinia repetitum, quo describentis oculi, ita uti fit, aberrarunt. Lacunam explere simul facile est et difficile. Facile est enim sententiam elicere, verba ipsa praestare quis possit? Sententia huc redierat: Ὁ

μὲν οὖν Διονύσιος ὤμοσεν ἢ μὴν Καλλιρρόην κατὰ νόμους γυναῖκα γαμετὴν ἕξειν, ἡ δὲ Καλλιρρόη τὴν Ἀφροδίτην καὶ τὸν Ἔρωτα ἀντώμοσεν ἢ μὴν Διονυσίῳ γαμηθήσεσθαι. Facile ὄμοσον in ὤμωσ abire potuit, nam scribitur ὄμοσ cum gravi ον significante. Ubi semel legebatur: καὶ σὺ ὤμωσ ἵν' ἀντιπίσευσῃ Graeculus aliquis de illo praeclaro genere correctorum, quod probe nosti, correxit scilicet: ὄμωσ ἀντιπίσευσον.

Unum vocabulum amissum est p. 45, 14: Διονύσιος δὲ ἀποτυγχάνων τοῦ Καλλιρρόης ἔρωτος μηκέτι φέρων * * ἀποκαρτερεῖν ἐγνώκει. Supple: μηκέτι φέρων (ζῆν) ἀποκαρτερεῖν ἐγνώκει. Isti Graeculi *verbum* οὐ φέρειν cum infinitivo coniungunt, quod facit Chariton et p. 33, 6: μηκέτ' οὖν φέρων μόνος αὐτῷ διαλέγεσθαι Λεωνᾶν μετεπέμψατο.

Novae lacunae indicia non obscura investigabis p. 58, 21: ταῦτα λέγουσα περιέρρηξε τὸ σῆθος καὶ προτείνουσα τὰς θηλάς, τέκνον, φησί, τάδ' αἶδεο καί μ' ἐλέησον. Namque etiamsi nil est apud Charitonem usitatius quam ut quis sibi vestem discindat neminem tamen apud eum vidi qui sibi corpus dilaceraret. Expleverim igitur: περιερρήξατο καὶ γυμνώσασα τὸ σῆθος καὶ προτείνουσα τὰς θηλάς. Solemne est Charitoni et reliquis περιερρήξατο τὴν ἐσθῆτα, τὸν χιτῶνα, aut solum περιερρήξατο in tali re ponere, non περιέρρηξε. Praeterea quid est, quaeso, ἔρρηξε τὸ σῆθος? quid περιέρρηξε, quod dici non potest nisi ἐπὶ τῶν ὅσα τις περίκειται, quemadmodum et περιαιρεῖν. Vide eruditam Wesselingii annotationem ad Diod. Sicul. XVII. 35.

Palam est intercidisse aliquid p. 70, 27: ἁρπάσασα δὲ τῷ προσώπῳ καὶ παραγυμνοῦσα τοὺς βραχίονας * * ὑπὲρ τὴν Λευκάλενον καὶ Καλλίσφυρον ἐφαίνετο τὰς Ὁμήρου. Manifesto periit id, quo Καλλίσφυρος referebatur, ut Λευκώλενος refertur ad τοὺς βραχίονας παραγυμνοῦσα. Nonnihil iuvat locus p. 112, 11: οἷον ἦν ἐνθάδε Καλλιρρόην ἰδεῖν κνήμας ἀνεζωσμένην καὶ βραχίονας γεγυμνωμένην, unde colligas hiantem locum sic esse sarciendum παραγυμνοῦσα τοὺς βραχίονας (καὶ τὰς κνήμας). Fac memineris Callirrhoën lugentem describi et esse aliquid inter γυμνοῦν et παραγυμνοῦν.

Necessariam partem sententiae hausit lacuna p. 82, 21: Γράφει δὲ πρὸς Φαρνάκην·

Διονύσιον, ἐμὸν δοῦλον, Μιλήσιον πέμψον.

Epistolae Laconica brevioris potior pars et in qua erat summa totius rei propter *ὁμοιοτέλευτον* intercidit, quae res mirifica Dorvillii commenta peperit in Anim. p. 417. Aperte enim pugnat hoc epistolae argumentum cum iis quae de eadem leguntur p. 92, 24. ubi Mithridates ad Regem: *ποῦ τοίνυν*, inquit, *ἡ γυνή, περὶ ἧς ἡ κρίσις; ἔδοξας δ' αὐτὴν ἀναγκαίαν διὰ τῆς ἐπιστολῆς καὶ ἔγραψας παρεῖναι*, et p. 93, 6: *πρόφασιν ἔσχον οἱ φίλοι τὴν ἐπιστολήν· ἐκλήθη γὰρ ὡς ἀναγκαία*. Dorvillius igitur nescio quid somniavit »*de epistola alia, quae a Rege vel regiis ministris data fuerit ad ipsum Dionysium*" quasi nihil opus fuisset illam commemorare. Quid plura? Tu epistolam meliore parte mancam sic supple: *Διονύσιον, ἐμὸν δοῦλον, Μιλήσιον πέμψον, [καὶ τὴν γυναῖκα δὲ αὐτοῦ σύμπεμψον]*. Aberravit describentis acies, ut saepius alibi, et caput rei oscitanter praetermissum est. Saepe ostendimus quo modo ad *ὁμοιοτέλευτον* in vicinia positum scribae oculi aberrent, unde nascuntur lacunae saepe sanabiles, veluti apud Polybium I. 42: *τούτῳ δὲ διαφέρειν ἀλλήλων (τὴν Πελοπόννησον καὶ τὴν Σικελίαν) ἡ ἐκείνη μὲν χερσόνησος*. Dubitabisne supplere mecum: *ἡ ἐκείνη μὲν χερσόνησός (ἐστιν, αὕτη δὲ νῆσος.)*?

Una litterula elapsa grave damnum attulit p. 102, 5: *ἀφῶμεν αὐτήν· διάκειται γὰρ πονήρως. ἔχομεν δὲ ἡμέρας καὶ βλέπειν καὶ ἀκούειν καὶ λαλεῖν*. Sunt qui faciles credant *ἡμέρας* dici posse pro *aliquot dies*, aut numerale nomen recte posse omitti, sed aegrorum somnia haec sunt ex locis aegris ac depravatis nata. Scriptum erat in vetusto libro EXOMENΔEE̅ HMEPAΣ, id est *ἔχομεν δὲ ε̅ (πέντε) ἡμέρας*, ut recte legitur de eadem re p. 100, 30: *Δίδωμι δὲ πέντε ἡμερῶν διάστημα*. Vides quam facile alterum E elabi potuerit, sed quid in re manifesta pluribus verbis opus?

Et aliis mendis laborat et unius vocabuli omissione locus p. 102, 25: *τότε δὲ πολλὰ προσεξῆπτε τὸν ἔρωτα, συνήθεια καὶ τέκνων εὐεργεσία καὶ ἀχαριστία καὶ ζηλοτυπία καὶ μάλιστα τὸ ἀπροσδόκητον*. Supplendum est ex rei et sermonis natura: *συνήθεια καὶ τέκνων (κοινωνία)*, nam sic appellatur *communes habere liberos*. Praeterea *εὐχαριστία* videtur rescribendum.

Ἀχαριςία enim amoris flammam si non extinguit certe non auget.

Duae litterulae e fuga retrahendae sunt p. 109, 18: *ἰδὼν δὲ αὐτὸν — βουλόμενον εἰπεῖν »τί κρύπτεις, ἔφη, δέσποτα, δοῦλον σόν;"* Supple: *βουλόμενον εἰπεῖν (τι), τί κρύπτεις, ἔφη.* Simili modo Alcaeus Sappho alloquens apud Aristot. Rhetor. I. 9:

θέλω τι Fείπην ἀλλά με κωλύει | αἰδώς.

et sic saepe in re amatoria, ubi quis

incipit effari mediaque in voce resistit,

dicitur *βούλεσθαι εἰπεῖν τι.* Ad hanc lucem adspice mihi locum p. 121, 14: *ᾔδεῖτο δὲ εἰπεῖν τὸ περὶ αὐτῆς*, ac statim perspicies etiam illic *εἰπεῖν τι περὶ αὐτῆς* esse verum.

Complura verba elapsa sunt p. 109, 20: *τί τηλικοῦτον συμβέβηκε δεινόν; ὡς ἀγωνιῶ μή τινα ἐπιβουλὴν * * * * εἶπε βασιλεύς, καὶ μεγίςην ἀλλ' οὐχ ὑπ' ἀνθρώπων, ἀλλ' ὑπὸ θεοῦ.* Sententiae summa, quae periit, huc fere redibat: *μή τινα ἐπιβουλὴν [κατὰ σοῦ ᾖσθησαι. Ἐπιβουλεύομαι μὲν ἐπιβουλήν]*, *εἶπε βασιλεύς, καὶ μεγίςην κτέ.* Etiam nunc describentis oculi ad *ἐπιβουλήν* in vicinis repetitum aberraverunt.

Editur p. 109, 27: *ὁ θεὸς ἐνδεδήμηκεν εἰς τὴν ἐμὴν ψυχὴν πολὺς καὶ σφοδρός. ἐρῶ . . . . . [δει]νὸν μὲν ὁμολογεῖν, ἀληθῶς δὲ ἐάλωκα.* E Codice haec enotavi: *»καὶ σφοδρὸς . . δεινὸν μὲν ὁμολογεῖν: δει non prorsus certum est."* Nescio unde *ἐρῶ* invectum fuerit, quod sane friget. Nil aliud requiro quam: *πολὺς καὶ σφοδρός. καὶ δεινὸν μὲν ὁμολογεῖν κτέ.* Quod sequitur: *ταῦτα ἅμα λέγων ἐνεπλήσθη δακρύων ὥςε μηκέτι δύνασθαι προσθεῖναι τοῖς λόγοις* non est sanum. Itaque Editor substituit: *ὥςε μηκέτι [μηδὲν] δύνασθαι προσθεῖναι τοῖς λόγοις*, verum isti Graeculi non ita loquuntur. Chariton, si hoc voluisset, *προσθεῖναί τι* scripturus fuisset. Mihi *προσθεῖναι* mendosum esse videtur. Suspicor dedisse Sophistam: *ὥςε μηκέτι δύνασθαι πέρας ἐπιθεῖναι τοῖς λόγοις.* Prae lacrymis *absolvere* orationem non potuit.

Intelligi non potest id quod legitur p. 111, 10: *ἐν θήρᾳ δ' ἐνδιατρίβειν ἢ τοῖς βασιλείοις καὶ ἐγγὺς εἶναι τοῦ πυρός.* Emendaverim: *θήρᾳ δ' ἐνδιατρίβειν [βέλτιον] ἢ τοῖς βασιλείοις.* Βέλτιον pro *satius est* legitur p. 57, 6: *βέλτιον ποιήσασθαι τὴν*

ζήτησιν ἐπιπονωτέραν ἢ λυθῆναι τοὺς νόμους, ubi scriptor Atticus dedisset: ἢ καταλῦσαι τοὺς νόμους.

Simili vitio laborant ea quae praecedunt p. 111, 8: Ἄπαγε δὲ τὴν σεαυτοῦ ψυχὴν εἰς πάσας ἡδονάς. Μάλιστα δὲ κυνηγεσίοις ἐξαιρέτως χαίρεις, quae in hunc modum constitue: εἰς πάσας ἡδονάς, μάλιστα δ' εἰς κυνηγέσια, οἷς ἐξαιρέτως χαίρεις.

In vicinia dubito utrum Charitonis an scribarum foedum errorem teneamus in verbis: Οἶδα γάρ σε ὑφ' ἡδονῆς διημερεύοντα ἄβρωτον, ἄποτον. Quis non saepe legit apud Veteres ἄσιτον καὶ ἄποτον? Et quis umquam vidit ἄβρωτον alio sensu positum quam quo occurrit apud Theophrastum in Charact. XIV. 3. ubi narratur ὁ ἀναίσθητος ἐν ἀγρῷ αὐτὸς φακῆν ἕψων δὶς ἅλας εἰς τὴν χύτραν ἐμβαλὼν ἄβρωτον ποιῆσαι, et apud Menandrum Athen. p. 146. E.

οἱ δὲ τὴν ὀσφὺν ἄκραν
καὶ τὴν χολὴν ὀσᾶ τ' ἄβρωτα τοῖς θεοῖς
ἐπιθέντες αὐτοὶ τἄλλα καταπίνουσ' ἀεί.

vides igitur quam lepide rex Persarum ἄβρωτος esse dicatur. Sed apud Sophoclem, aiunt, dictus est ἄβρωτος ὁ νῆσις. Polluci denuntiatur testimonium VI. 39. qui scribit ἄβρωτος δὲ ὁ νῆσις παρὰ Σοφοκλεῖ, καὶ ἀβρωσία ἡ ἀσιτία. Sed corruptus, mihi crede, testis est. Satis peccavit Sophocles quum anchoram νηὸς ἰσχάδα dixisset. Quid igitur dixerat pro νῆσις? Nempe ἀβρώς splendide dixit pro νῆσις, quemadmodum ὠμοβρώς pro ὠμησής in noto fragmento:

ὠμοβρὼς ἐδαίσατο | τὸν Ἀσάκειον παῖδα.

Ἄβρωτος apud Pollucem eiusdem monetae est atque θριπηδέστατον, quod Bekkerus in § 38. retinuit pro θριπήδεσον. Omnibus diligenter expensis illuc inclino ut credam scribarum esse facinus, non Charitonis, qui quod apud Xenophontem legerat ἄσιτον καὶ ἄποτον ad suum regem Persarum transtulit. Compara mihi modo hos duos locos in Cyropaed. IV. II. 46: ἐν θήρᾳ πολλάκις ἄσιτοι (καὶ ἄποτοι forte addendum) καρτεροῦμεν, et VII. v. 53: μετὰ σοῦ ἄσιτος καὶ ἄποτος διημέρευον. Imprimis huc facit locus in Cyropaed. VIII. I. 43. sqq. ubi rex Persarum si quando venatum exiisset dicitur curare solitus ὅπως οἱ δοῦλοι μήτε ἄσιτοι μήτε ἄποτοί ποτε ἔσοιντο, sed ingenuis nihil horum secum ferre.

Non est difficile locum lacuna hiantem sanare p. 153, 12: *τὰ μὲν οὖν πρῶτα — ὁ δῆμος ἐπίσταται· καὶ γὰρ τὸν γάμον ὑμῶν αὐτὸς ἔζευξε * * τὴν τῶν ἀντιμνησευομένων ἐπιβουλὴν εἰς ψευδῆ ζηλοτυπίαν [καὶ ὡς] καιρίως ἔπληξας τὴν γυναῖκα πάντες ἔγνωμεν καὶ ὅτι δόξασα τεθνάναι πολυτελῶς ἐκηδεύθη.* Editor de suo *καὶ ὡς* interposuit: melius rescribes: *ἔζευξε· (καὶ ὅτι διὰ) τὴν — ζηλοτυπίαν καιρίως ἔπληξας τὴν γυναῖκα πάντες ἔγνωμεν καὶ ὅτι κτέ.* Praeterea vs. 18. requiritur *τά τε τούτων ἐφεξῆς — καὶ ταῦτα ἴσμεν* pro *τὰ δὲ τούτων ἐφεξῆς.* Continuatio enim in his inesse debet, non oppositio, quae instituitur demum p. 154, 1: *σὺ δὲ ἡμῖν διήγησαι κτέ.* Falsa illa oppositionis species peperit scioli interpolationem, quam optime Hirschigius expunxit. Est enim in Codice: *τὰ δὲ τούτων ἐφεξῆς [ἡμῖν ἀπάγγειλον] ὅτι Θήρων ὁ τυμβωρύχος κτέ.* prorsus contra loci sententiam, nam nota haec erant populo et sequitur mox *καὶ ταῦτ' ἴσμεν*, neque verbo *ἀπαγγέλλειν* in tali re locus. Est igitur apertum additamentum stulte a sciolo interpositum, cuiusmodi complura alia hunc libellum commaculant maximam partem nunc Criticorum *ὀβελοῖς* confixa. Multa dudum alii deprehenderunt, multa primus omnium Editor sagaciter detexit, supersunt etiam plura, quorum nonnulla nunc monstrare iuvat. Insigne et permolestum emblema onerat locum p. 88, 6, qui sic expediendus est ut retineantur haec: *ἡ Φήμη προκατελάμβανε τὴν πόλιν ἀπαγγέλλουσα πᾶσιν ὅτι παρεγίνεται γυνὴ ὁποίαν ἐπὶ γῆς ἄλλην ἥλιος οὐχ ὁρᾷ.* Interponuntur nunc inter *γυνή* et *ὁποίαν* verba *κάλλος οὐκ ἀνθρώπινον ἀλλά τι θεῖον*, quae sunt quidem Charitonis verum cum novo scripturae vitio huc migrarunt ex p. 5, 7. unde nescio quis in ora libri adscripsit *κάλλος οὐκ ἀνθρώπινον ἀλλὰ θεῖον.* Irrepserunt deinde, ita uti fit, in alienam sedem et nunc stolide ea divellunt quae arctissime coniungenda sunt et a Charitone coniuncta fuerunt. Similis fraus nos ludificatur p. 76, 31: *Μιθριδάτης δὲ ἔχαιρεν ἐλπίζων ὅτι καθάπερ ἐν τοῖς ἀγῶσι τοῖς γυμνικοῖς ἔφεδρος μὲν ὢν μεταξὺ Χαιρέου τε καὶ Διονυσίου αὐτὸς ἀκονιτὶ τὸ ἆθλον [Καλλιρρόην] ἀποίσεται.* Multa in his turbata sunt: primum omnium sciolo reddamus *Καλλιρρόην*, quod tam insulse additur quam eleganter omittitur. Ne potuit quidem addi nomen in illa comparatione. Deinde

quid sibi vult *μέν* in verbis *ἔΦεδρος μὲν ὤν*? Plane nihil. Itaque Editor expunxit. Melius *μένων* repones. Sed superest aliud etiam emblema. *Ἔφεδρος* quis dicatur pueri sciunt: sed quid est *ἔφεδρος μεταξὺ Χαιρέου τε καὶ Διονυσίου*? *Subsessor* non est *inter* depugnantes *medius* sed victori paratus adversarius integer. Haec sola genuina esse arbitror: *καθάπερ ἐν τοῖς ἀγῶσι τοῖς γυμνικοῖς ἔφεδρος μένων αὐτὸς ἀκονιτὶ τὸ ἄθλον ἀπολίσεται*. Simillimus locus est p. 6, 28: *ὁ δὲ πόρνος — βασιλέων ἀγωνισαμένων αὐτὸς ἀκονιτὶ τὸν στέφανον ἤρατο*, et p. 99, 23: *ἐκείνοις δὲ καὶ μᾶλλον* (*τὴν* insere) *πρὸς ἀλλήλους ἐξῆψε Φιλονικίαν τὸ ἄθλον βλεπόμενον*, id est *ἡ Καλλιρρόη βλεπομένη*, et p. 133, 15: *ἔχεις τὸ κάλλιστον ἄθλον τῆς ἀριστείας*, nempe *τὴν Καλλιρρόην*.

Absurdum emblema omnium adhuc oculos effugit p. 95, 26: *θαρρῶ δὲ, βασιλεῦ, τῇ σῇ δικαιοσύνῃ* [*καὶ τοῖς γάμοις*] *καὶ τοῖς νόμοις οὓς ὁμοίως σὺ πᾶσι τηρεῖς*. Iocularem in modum inter *iustitiam* ac *leges* *οἱ γάμοι* interpositi sunt. Sed mera est dittographia: *καὶ τοῖς γάμοις* describentis error est, cuius est emendatio adscriptum *καὶ τοῖς νόμοις*. Nunc utraque scriptura ineptissime coniungitur. Vidi et alibi *γάμον* et *νόμον* inter se locum mutare. Dabo luculentum ex Demosthene exemplum, apud quem editur p. 1002, 11: *εἰ γὰρ οὕτω δαπανηρὸς ἦν ὥστε γάμῳ γεγαμηκὼς τὴν ἐμὴν μητέρα ἑτέραν εἶχε γυναῖκα κτἑ.* sed quis non videt *νόμῳ γεγαμηκώς* ab Oratore esse scriptum?

Non est aliud genus additamenti insulsius quam illud cuius exemplum est p. 26, 13: *τοιαῦτα ὀδυρομένῃ μόλις ὕπνος ἐπῆλθεν* [*αὐτῇ*]. Nemo in talibus participio addit inficete pronomen praeter sciolos, qui passim *αὐτοῦ*, *αὐτῷ*, *αὐτόν* et sim. antiquis scriptoribus obtrudere solent. Saepissime videbis istiusmodi pronomina incerta sede in libris volitare, quod et ipsum est fraudis indicium. Non potuit *αὐτῇ* ineptiore loco poni quam ubi nunc adhaesit. Redeat igitur illuc unde venit. Chariton saepissime ita loquitur: pauca de multis vide p. 42, 2: *ταῦτα λογιζομένῃ δι' ὅλης τῆς νυκτὸς ὕπνος ἐπῆλθε πρὸς ὀλίγον*, p. 61, 4: *ταῦτα ὀδυρόμενον παρεμυθεῖτο Πολύχαρμος*, p. 64, 24: *ἔτι βουλομένην λέγειν ἐπέσχε τὰ δάκρυα*, et alibi passim.

Alio genere erroris praepositio male intulit pedem p. 80, 1: *αὐλὸς ἐφθέγγετο καὶ* [*δι'*] *ᾠδῆς ἠκούετο μέλος*. Minime huc facit *ἡ δι' αὐλοῦ μοῦσα*, quod comparavit Dorvillius. Praecedentis voculae KAI duae litterae male repetitae ineptum ΔΙ pepererunt. Simillimus Charitonis locus est p. 107, 28: *αὐλὸς ἦχει καὶ σύριγξ ἐκελάδει καὶ ᾄδοντος ἠκούετο μέλος*. Perinde esse vides *ᾄδοντος* et *ᾠδῆς μέλος ἀκούειν*.

Addam locum ubi Editorem fallax interpolationis species decepit. Edidit p. 81, 1: *ἐπὶ τοῦτον ἦλθεν ὁ Διονύσιος, ἦν γὰρ αὐτῷ φίλος, καὶ ἰδιολογίαν ᾐτήσατο. Ἱκετεύω σε, φησίν, ὦ δέσποτα κτέ.* In Codice est *ἰδιολογίαν ᾐτήσατο μόνος*. Non poterat hoc hercle *cum pluribus* facere, itaque Editor *μόνος* delevit. Sed nihil satis tuto deletur nisi quum intelligitur, quo tandem modo nasci potuerit. Fac Graeculos esse quamtumvis stultos et ineptos, ut revera sunt, nemo tamen ad *κοινολογίαν ᾐτήσατο* adscribere potuit *μόνος*. Latet alius error: emenda: *καὶ ἰδιολογίαν αἰτησάμενος· ἱκετεύω σε, φησίν, ὦ δέσποτα*. Sic simul apte composita oratio est et apparet unde *μόνος* sit natum.

Eodem modo Editor emblema esse suspicatus est in loco aliter vitiato p. 18, 30. In Codice est: *κατηγορείτω τῶν μὴ παρόντων. οὐδὲ γὰρ ἀκίνδυνον βίον ζῶμεν. ἀλλ' ἐμβαίνετε*. Verba *οὐδὲ — ζῶμεν* non sunt expungenda, ut fecit Editor, nam quis umquam ea illic interposuisset? sed inter *παρόντων* et *οὐδέ* lacuna erat indicanda.

Haec igitur sunt interpolationis exempla. Transeo ad alia mendorum genera. Insigni et manifesto errore infectus est locus p. 105, 13: *ἐξήγαγε πειρατῶν παρ' οὐδὲν μέλλουσαν φονεύεσθαι*. Non est haec Graeca oratio: *παρ' οὐδέν* nullo pacto cum *μέλλω φονεύεσθαι* componi potest. Parata est certa medicina: corrigendum est enim: *παρ' οὐδὲν ἐλθοῦσαν φονεύεσθαι*. Cuiuslibet aetatis scriptores Graeci cum infinitivis componunt *παρὰ μικρὸν ἦλθον, παρ' ὀλίγον ἦλθον, παρὰ τοσοῦτον ἦλθον, παρ' ἐλάχιστον ἦλθον* et *παρ' οὐδὲν ἦλθον*. Apponam exempla compluscula, ne ulla possit esse dubitatio. Euripides in Heraclidis vs. 295. quum vellet dicere *παρὰ μικρὸν ἦλθον ἀπολέσθαι* splendidius dixit:

ὡς παρὰ μικρὸν ψυχὴν ἦλθον διακναῖσαι.

Notus est locus Thucydidis VIII. 76: ἡ Σάμος παρ' ἐλάχιστον δὴ ἦλθε τὸ Ἀθηναίων κράτος τῆς θαλάσσης [ὅτε ἐπολέμησεν] ἀφελέσθαι, in quo loco simul cogita an insulsissimum emblema concoquere possis. Mirum ni Samii *in media pace* Atheniensibus maris imperium eripuerint. Duo sunt loci Isocratei: in Areopagit. § 6: παρὰ μικρὸν ἤλθομεν ἐξανδραποδισθῆναι, et in Trapezit. § 42: παρὰ μικρὸν ἦλθον ἀποθανεῖν ἄκριτος. Aeschines in Ctesiphontea sub finem § 258: παρ' οὐδὲν μὲν ἦλθον ἀποκτεῖναι, ἐξεκήρυξαν δ' ἐκ τῆς πόλεως. Eodem modo saepe loquuntur sequiores. Polybius I. 43: παρὰ μικρὸν ἦλθον ἀπολέσαι τὰ πράγματα. Plutarchus in Pyrrho cap. 14: (τὴν Καρχηδόνα) Ἀγαθοκλῆς — λαβεῖν παρ' οὐδὲν ἦλθεν. Idem in libro *de adulatore et amico* p. 56. F. τὰ Ῥωμαίων παρ' οὐδὲν ἦλθεν ἀνατρέψαι, ubi Wyttenbachius omnes Plutarchi locos indicavit, quibus idem loquendi genus recurrit. Horum ego quosdam apponam, quod cur faciam mox indicabo. Legitur in Camillo 8: παρ' οὐδὲν ἐλθόντας ἀπολέσθαι, in Aristide 20: παρ' οὐδὲν ἦλθεν ἀπολέσθαι, in Catone minore 11: τὴν παρ' οὐδὲν ἐλθοῦσαν ἀπολέσθαι πατρίδα, et in cap. 23: παρ' οὐδὲν ἐλθὼν καταποντωθῆναι, in Comparat. Agesilai et Pompeii 3: παρ' οὐδὲν ἦλθε τὴν Σπάρτην ἀποβαλεῖν, in Alexandro 62: παρ' οὐδὲν ἦλθε τὰ πράγματα λαβεῖν Ἀλέξανδρος, denique in Cicerone 39: ὁ Κικέρων παρ' οὐδὲν ἦλθεν ἀναιρεθῆναι. Eodem modo loquitur Lucianus in Pseudomant. 57: παρὰ τοσοῦτον ἐλθὼν ἀποθανεῖν, et in Var. Hist. II. 43: παρ' ὀλίγον ἐλθοῦσα κατενεχθῆναι, et in Cataplo 4: παρὰ τοσοῦτον ἦλθε διαφυγεῖν. Sed iam exemplorum satis superque est. Apparere ex his arbitror non nisi *aoristum* ἐλθεῖν in ea locutione usitatum esse: ipsa rei natura reliqua tempora verbi ἰέναι respuit. In praesenti dicitur ὀλίγου δέω, μικροῦ δέω, τοσούτου δέω, in aoristo παρ' ὀλίγον, παρὰ μικρόν, παρὰ τοσοῦτον ἦλθον. Vide nunc mihi quid designaverint futiles Graeculi in Isocratis Trapezitico l. l. Libri omnes ad unum exhibent παρὰ μικρὸν ἐδέησα ἄκριτος ἀποθανεῖν, solus Urbinas, ut solet, manum Oratoris servavit integram: παρὰ μικρὸν ἦλθον ἀποθανεῖν ἄκριτος. I nunc et crede libris. Bis in ea locutione vitiati sunt Polybii et Codices et Editiones: I. 45. Bekkerus edidit: παρ'

οὐδὲν ἐλθόντες τοῦ πάσας ἀποβαλεῖν τὰς παρασκευάς, et II, 55: παρ' ὀλίγον ἦλθε τοῦ μὴ μόνον ἐκπεσεῖν ἀλλὰ καὶ τοῖς ὅλοις κινδυνεῦσαι. Bis Graeculi τοῦ soloece inferserunt de suo. Dabis mihi Graecum esse παρ' οὐδὲν ἦλθεν ἐκπεσεῖν, non τοῦ ἐκπεσεῖν. Dabis nunc mihi hoc quoque Charitonem scripsisse; παρ' οὐδὲν ἐλθοῦσαν φονεῦεσθαι, non παρ' οὐδὲν μέλλουσαν φονεύεσθαι.

Iocularis admodum error commissus est p. 88, 22. Dionysius formosissimam uxorem Babylonem ducens et misere adulteros reformidans ita secum agit: πολλοὶ Πάριδες ἐν Πέρσαις. οὐχ ὁρᾷς τοὺς κινδύνους, οὐ τὰ προοίμια; πόλεις ἡμῖν ἀπαντῶσι καὶ θεραπεύουσι σατράπαι. Non credo duas res magis ridicule coniungi posse quam τοὺς κινδύνους et τὰ προοίμια. Quid cesso veram scripturam expromere, quae haec est: οὐχ ὁρᾷς τοῦ κινδύνου τὰ προοίμια; πόλεις (ὅλαι) ἀπαντῶσιν, quae tam simplex est, ut commendatione non indigeat. Scite poni solent tali sensu τὰ προοίμια. Charitou ipse p. 103, 13; δύσελπιν δέ με πεποίηκε τῆς δίκης τὸ προοίμιον. Similia apponit Dorvillius in Animadv. p. 443. et ab illo laudatus Wesseling. ad Diod. Sic. Tom. II. p. 531. Quae igitur erant periculi, quod anxie metuebat, τὰ προοίμια? Quod *effusa civium multitudo* advenienti veniebat obviam. Saepe praecedente πόλεις sequens ὅλαι vel ὅλας periisse animadverti. Ne ulla supersit dubitatio compara p. 83, 30: πόλεις ἀπήντων ὅλαι καὶ τὰς ὁδοὺς ἐξενοχώρουν οἱ συντρέχοντες ἐπὶ τὴν θέαν, quae sic suo more repetit: πόλεις ὅλαι ἡμῖν ἀπαντῶσιν.

Factum est id quod nusquam alibi p. 110, 14. nempe vitiosam lectionem Codex obtulit, veram Cocchius. Mira res est sed vera. Editor male Codicem nunc quidem secutus exhibuit: τοῦτ' ἴσως ἀληθές ἐστιν ὃ λέγεις ὅτι θεῶν τις ἐστὶν ἥδε ἡ γυνή· οὐδὲ γὰρ ἀνθρώπινον τὸ κάλλος· πλὴν οὐχ ὁμόλογα. Προσποιεῖται δὲ Ἑλληνὶς εἶναι Συρακουσία. Καὶ τοῦτο δὲ τῆς ἀπάτης ἐστὶ σημεῖον. Ἐλεγχθῆναι γὰρ οὐ βούλεται. Cocchius pro ὁμόλογα, quod diserte in Codice scriptum est, ὁμολογεῖ substituit. Interdum (ut Reiskius ad Dionem Chrys. alicubi iocatur) vel caeca gallina granum reperit. Nihil verius est quam ὁμολογεῖ. Dederat Chariton: ἴσως — θεῶν τις ἐστὶν ἥδε ἡ γυνή. — πλὴν οὐχ ὁμολογεῖ, προσποιεῖται δὲ Ἑλληνὶς εἶναι Συρακου-

σία. — ἐλεγχθῆναι γὰρ οὐ βούλεται. Sic demum omnia apte composita sunt et recte decurrunt.

Percurram nunc ordine totum librum et ut quodque incidet animadversione dignum breviter annotabo.

Offendo in limine p. 3, 22: ἐζήτητε δὲ τοιόνδε τὸν καιρόν. Ἀφροδίτης ἑορτὴ δημοτελὴς καὶ πᾶσαι σχεδὸν αἱ γυναῖκες ἐκπλῆθον εἰς τὸν νεών. Mendosum est ἐζήτησε: non *quaesivit* hanc occasionem, sed oblata usus est. Legerim: ἐτήρησε δέ. cf. p. 28, 14: ἐπετήρει δὲ καιρόν, et p. 113, 14: καιρὸν οὖν ἐπιτηρήσας ἦκε πρὸς αὐτήν. Promiscuo usu omnes τηρεῖν et ἐπιτηρεῖν in tali re usurpabant, ut Menander:

τηρῶ τὸν Δία | ὄντα πολλῷ.

Praeterea ἦν excidit sic retrahendum: Ἀφροδίτης ἑορτὴ (ἦν) δημοτελής. Similiter corrige p. 107, 26: πάντα δὲ (ἦν) εὐθὺς μεσὰ θυόντων. Recurrit idem vitium p. 29, 2: καλὴ μὲν ἡ δέσποινα ἡμῶν καὶ περιβόητος, ταύτης δ' ἂν θεραπαινὶς ἔδοξεν, imo vero: καλὴ μὲν (ἦν) ἡ δέσποινα ἡμῶν. Ecquis est qui serio credat ἦν quemadmodum ἐστίν omittere licere?

Infeliciter suppleverunt p. 4, 9: τοῦ θεοῦ πολιτευσαμένου τήνδε τὴν (συνοδίαν). Graeculorum verbum est συνοδεύω pro συμπορεύομαι, unde συνοδεία formatur *commune iter*. Diximus diligenter de hac sequiorum συνηθείᾳ in Nov. Lectt. p. 480. Verbum συνοδεύειν Veteribus inauditum apud Charitonem legitur p. 30, 21: φίλοι παρεκαλοῦντο συνοδεύειν, et sine praepositione p. 130, 16: μετὰ πάσης τῆς θεραπείας ὁδεύειν, et hinc formatum nomen p. 126, 24: ψάμμος ἀδιόδευτος. Reponendum est συνοδείας p. 109, 1: σύ με ἀφείλου καλῆς συνοδείας, ubi editur συνοδίας. Cupiebat miser una cum Callirrhoë ire per iter tenebricosum illuc unde negant redire quemquam. Hoc loco reposuerim: τήνδε τὴν (συντυχίαν).

Quod pater admonet filium p. 4, 28: οὐκοῦν οὐδὲ πειρᾶσαί σε δεῖ, nisi corriges accentum scurriliter dictum erit. Πειρᾶν est verbum amatorium, ut apud Lysiam I. 12: ἵνα σύγε πειρᾷς ἐνταῦθα τὴν παιδίσκην, et passim, ut Latinum *tentare*. Graeculi pro πειρᾶσθαι dicebant πειράζειν, ut in Anacreonteis:

Φέρε, φησὶ, πειράσωμεν | τόδε τόξον.

Breve α est, ut vides. Etiam hic rescribe πειράσαι, id est πειραθῆναι.

Pag. 5, 13: ἡδίονα ταύτην τὴν ἡμέραν ἤγαγον οἱ Συρακούσιοι τῆς τῶν ἐπινικίων. Corrigendum arbitror: ἥδιον τ. τὴν ἡμέραν διήγαγον, namque hoc Graecum est ἡδέως διάγειν τὴν ἡμέραν, non ἡδεῖαν ἄγειν, ut dicitur ἄγειν ἑορτήν. Nondum me poenitet in Nicomachi versiculo apud Athen. p. 291. A. correxisse:

ἀπραγμόνως δὲ δίαγε νῦν τὴν ἡμέραν,

pro διαγενοῦ. Saepissime vidi ΔΙ excidisse, ubi N praecedit. Etiam alibi διάγειν ea de causa in ἄγειν abiit, de qua re dicam ad Demosthenem. Quemadmodum ἡδέως et ἥδιον διάγειν τὴν ἡμέραν, sic p. 94, 6. dixit: τοιαῦτα ὀδυρομένη τὴν ἡμέραν ὅλην ἀθύμως διήγαγεν.

Periit necessaria vocula p. 6, 20: εἰ μέν τις ἐξ ἡμῶν ἔγημεν οὐκ ἂν ὠργίσθην, ὥσπερ (γὰρ) ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν ἕνα δεῖ νικῆσαι τῶν ἀγωνισαμένων. Vulgo γάρ abest cum magno sententiae detrimento.

Pag. 7, 7. scribe: χειροτονήσατ' ἐμέ pro χειροτονήσατέ με. »Me ducem constituite," concitate dixerat.

Dubia lectio est p. 7, 17: πάντες — αὐτοῦ τὴν γνώμην ἐπιψηφίσαντο, nam alibi dixit: οὐδετέρᾳ γνώμῃ Θήρων ἐπεψήφισε. Miseri Graeci in longa servitute obliti erant quid esset ψηφίζεσθαι, quid ἐπιψηφίζειν. Non satis diligenter Chariton Thucydidem et Xenophontem legerat, ut hoc didicisset. Credidit poni posse pro τῇ γνώμῃ προσθέσθαι. Accedat hoc reliquis eius erroribus. Nihilo meliora notavimus Lucianum et Plutarchum in huiusmodi rebus scribere.

Pag. 9, 27: ἀπῆγον εἴς τι χωρίον ἠρεμαῖον, imo vero ἔρημον. Passim, etiam in Charitonis libro, ἠρεμία et ἐρημία confunduntur. *Homo* ἠρεμαῖος (*tranquillus*) esse potest, *locus* non potest.

Lege p. 10, 3: ἵνα τοῦτο πιστεύσῃς et p. 18, 22: τίς — τοῦτο πιστεύσει; Utrobique male τούτῳ scribitur. Emendata lectio aetatem tulit p. 128, 24: ταῦτα μὲν πιστεύσομεν.

Non reperio veram lectionem p. 11, 5: πρώτη τοῦ ἀνδρὸς ἥσθετο τὴν ἀναπνοὴν καὶ χαίρουσα αὐτῷ προσέδραμεν. Adesse virum sensit, non *spirare*, ut opinor. Eadem mirifica scriptura comparet p. 137, 13: θεασάμενος — ἐγκεκαλυμμένην εὐθὺς ἐκ τῆς ἀναπνοῆς καὶ τοῦ σχήματος ἐταράχθη τὴν ψυ-

χήν, quod quid sit exspecto qui me doceat. Post paucos vs. recurrit ἀναπνοή p. 11, 10: ὁ ποῦς κατὰ τοῦ καταφράγματος ἐνεχθεὶς ἐπέσχε τῆς παιδὸς τὴν ἀναπνοήν, hoc demum quid sit intelligimus.

Pag. 11, 20: scribe ἐπεὶ δέ pro ἔτι δέ et locum ita constitue: ἐπεὶ δὲ καομένων καὶ τεμνομένων αὐτῶν ἔμαθε τὴν ἀλήθειαν, τότε ἔλεος αὐτὸν εἰσῆλθε κτἑ. Utiliter hos locos comparabis p. 70, 14: ἐπεὶ δὲ — τὸ ἔργον ἠνύσθη, τότε ἤδη καὶ τὴν ἐκκομιδὴν ἐμιμήσατο, p. 79, 7: ἐπειδὰν μάθῃ — τότε — ἀπαγαγεῖν, p. 88, 13: ἐπεὶ δὲ εἰς Βαβυλῶνα ἔμελλεν εἰσιέναι, τότε ἤδη καὶ μᾶλλον ἐνεπίμπρατο. Etiam voculae εἰ sic τότε respondet, ut p. 64, 9: τότε ἄν σοι ἠπιςάμην χάριν εἴ μοι Χαιρέαν ἐτήρησας.

Si apud scriptorem veterem legeretur id quod legitur p. 11, 25: οἱ ἄρχοντες ἐκλήρουν δικαςήριον certum mendum tenere-mus. Appellatur hoc apud Veteres certo usu πληροῦν δικαςήριον, non κληροῦν. Scribae in his titubant: credo, quia apud sequiores κληροῦν erat usitatum pro *iudices sortiri*, *sorte ducere*. Apud Veteres κληροῦν est *in sortem coniicere*, ἀποκληροῦν *sorte ducere*, *sortito constituere*, quamobrem δικαςήριον κληροῦν absurdum est: poterat quis τοὺς δικάζειν βουλομένους κληροῦν et sic τῶν λαχόντων πληροῦν τὸ δικαςήριον. Inclino in eam partem ut existimem Charitonem quoque emendate scripsisse ἐπλήρουν. Solet passim Oratores Atticos imitari, in quorum libris antiquioribus, ut opinor, nondum mendosa scriptura κληροῦν occurrebat.

Corrigenda est interpunctio p. 13, 30. sq. in hunc modum: Θήρων γάρ τις ἦν — λῃςὰς ἔχων ἐφορμοῦντας τοῖς λιμέσιν, ὀνόματι πορθμείου πειρατήριον συγκροτῶν. Οὗτος τῇ ἐκκομιδῇ παρατυχών κτἑ. Vulgo ὀνόματι — συγκροτῶν cum οὗτος coniunguntur, quod sibi primum locum postulat, ut 14, 31.

Vitiosa et inepta est verborum abundantia p. 15, 7: τὰ δὲ περὶ Καλλιρρόην δευτέραν ἄλλην ἐλάμβανε παλιγγενεσίαν, quasi vero iam semel *antea* revixisset et nunc revivisceret *iterum*. Satis erat τὰ περὶ Κ. ἐλάμβανε παλιγγενεσίαν, ut loquitur Philo apud Stephan. ἀμήχανον παλιγγενεσίαν τὸν κόσμον λαβεῖν. Unde autem molestum emblema nasci potuerit non perspicio.

Expunge accentum p. 15, 27: τίνα τίς ἄγγελον πέμψει; imo vero τίνα τις, ut in tali re usitatum est dicere, ut ποῖ τις οὖν φύγῃ; τί γὰρ ἂν πάθοι τις; pro ποῖ οὖν φύγω; τί γὰρ πάθω; Subridicule, ut vides, ea loquendi forma utitur foemina in sepulcro inclusa, sed hoc Graeculi non sentiunt.

In Codice legitur p. 16, 3: ἐμβαίνων δὲ πρῶτον ἐπέταξε τὴν ὑπεiρεσίαν (* lacuna 10. litterarum) τοῦτον. ἐκβαίνων Reiskius reponit. Editor dubitanter πρῶτος commendat. Non debebat dubitare: praesens ἐκβαίνων postulat πρῶτος. Si πρῶτον voluisset ἐκβάς scribere debuisset. Recte τὴν ὑπηρεσίαν τὸν τρόπον τοῦτον restitutum est, sed superest mendum in ἐπέταξε. Corrigendum est: ἐκβαίνων δὲ πρῶτος διέταξε τὴν ὑπηρεσίαν. Deinde τὴν διάταξιν enarrat, in qua πέμπτος δ' αὐτός ubi praecedit τέσσαρας μὲν ἀπέφειλεν habet vitiosam ambiguitatem, quam paulo melior scriptor sedulo evitasset. Scilicet ἀττικίζει Chariton, et ubi vult dicere *ipse cum quatuor aliis* lubenter ponit πέμπτος αὐτός, nam sic Thucydides et Attici loquebantur. Deinde suppleverim: τοὺς δὲ λοιποὺς ζ' (ἑπτά) [ἦσαν γὰρ σύμπαντες ἑκκαίδεκα], quod propter γάρ prorsus est necessarium.

Facile qui hoc aget odorabitur fraudem in his: τοὺς δὲ λοιποὺς μένειν ἐπὶ τοῦ κέλητος ἐκέλευσε καὶ τὰς κώπας ἔχειν ἐπτερωμένας, namque lembus ipse, ipsa navis recte dicitur ταῖς κώπαις ἐπτερωμένη quum est *erectis remis* veluti pennis ad provolandum *parata*. Ipsi remi quomodo ἐπτερωμένοι dici possint non assequor. Multa in hanc rem collegit Dorvillius p. 104, veluti πτερώσας τὴν ναῦν, κώπαις πτεροῦσι τὴν ναῦν, ἐνέθηκαν τῷ σκάφει καὶ πτερώσαντες αὐτὸ ταῖς κώπαις ἔφυγον. Itaque vehementer dubito an αὐταὶ αἱ κῶπαι dici possint ἐπτερῶσθαι. In epigrammate, quod Dorvillius p. 105. frustra tentavit, pro:

ἐξηρέτμοις πτέρυξιν ΗΓΑΙΜΕΝΟΣ

emendandum est ἠγλαϊσμένος.

Ut saepe alibi excidit μέν p. 19, 6: ἠσθάνετο (μὲν) τὰ καθ' ἑαυτὴν — προσεποιεῖτο δὲ μὴ νοεῖν. Compara simillimum locum p. 33, 8: συνῆκε μὲν τὴν αἰτίαν, προσεποιεῖτο δὲ ἀγνοεῖν. Iterum excidit μέν p. 63, 4. ubi legendum: εἰ τὴν (μὲν) θεραπαινίδα τετιμήκαμεν, οὐκ ἀποδώσομεν δὲ τὴν χάριν τῇ Ἀφροδίτῃ.

Eodem remedio utendum p. 132, 24: *σπουδὴ δ' ἦν τοῦ (μὲν) Αἰγυπτίου καταφυγεῖν εἰς Πηλούσιον, τοῦ δὲ Πέρσου θᾶττον καταλαβεῖν*, et p. 143, 31: *ἐβουλόμην (μὲν) μετ' ἐμαυτοῦ σε ἄγειν ἀλλὰ μεγάλης πράξεως ὑπηρέτην σε ποιοῦμαι.*

Paulo calidius Editor p. 19, 29. pro *ὅποι χρὴ τὸν σόλον ὁρμίσαι* substituit *τὸν σόλον ποιεῖσθαι.* Aliquanto lenius corrigas: *ὁρμῆσαι*, vid. Dindorf. ad Cyropaed. VIII. VI. 20.

Quod in Codice est p. 21, 12. *κεκλιμένας τὰς θύρας* non erat in *κεκλεισμένας* convertendum, sed lenissime in *κεκλιμένας*. Atticum *κέκλιμαι* cum compositis sedulo *οἱ ἀττικίζοντες* retinuerunt: scribae contra suum *κέκλεισμαι* et iis qui *ἀττικισί* et qui *ἀττικῶς* loquuntur pertinaciter obtruduut.

Corrige p. 21, 18. *περίεργον γὰρ ἄνθρωπος φύσει* pro *ἀνθρώπου φύσις*. Passim audies Charitonem illo modo loquentem. Apponam nonnulla, quae omnem scrupulum tibi evellant. Vide p. 37, 16: *φύσει γὰρ εὐελπίς ἐστιν ὁ ἔρως*, p. 53, 25: *φύσει δὲ φιλόζωόν ἐστιν ἄνθρωπος*, 65, 15: *φύσει περίεργόν ἐστιν ἔρως*, p. 88, 8: *φύσει δέ ἐστι τὸ βάρβαρον γυναιμανές.* conf. et p. 10, 1: 37, 26. et 38, 14. Recte dicitur *περίεργον χρῆμά ἐστιν ὁ ἄνθρωπος*, ut apud Theocritum XV. 83. *σοφόν τοι χρῆμ' ὥνθρωπος*, sed minus recte *ἀνθρώπου Φύσις* dicetur (*χρῆμα*) *περίεργον* esse, quum *περίεργος εἶναι* dicenda sit.

Dativum pro genitivo revoca p. 21, 24: *τέθνηκε γὰρ αὐτῷ ἡ γυνή, ἧς ἤρα.* Ipsa sedes vocabuli monstrat emendandi viam, ut statim post recte legitur: *τρέφω δ' αὐτῷ καὶ τὴν θυγατέρα.* Simillimus locus legitur p. 62, 15: *ὁ πρῶτος ἀνὴρ ἐδόκει τεθνηκέναι τῇ γυναικί*, et p. 38, 26: *ἐτετήκει δ' αὐτῷ καὶ τὸ σῶμα.* Recurrit idem mendum p. 64, 24: *σῶζέ μου τὸν ὀρφανόν*: requiritur enim *serva mihi σῶζέ μοι τὸν ὀρφανόν.*

Dubitabisne admonitus p. 21, 30: pro *τίς καλῇ; Λεωνᾶς.* rescribere: *τί καλῇ;* Numquam aliter quam sic in ea re Graecos loqui ecquis est qui nesciat?

Praecedentem syllabam sequens absorpsit p. 22, 1: *εὐκαίρως, φησίν, ὦ Λεωνᾶ, συνέβαλον*, imo vero (*σοι*) *συνέβαλον.* Solent *σύ* et *σοι* inter se confundi, ut passim *υ* et *οι*: hinc syllaba *fere eadem* bis repetenda semel intercidit. Vitium plane idem sublatum est p. 98, 11: *προκαλῇ με πρόκλησιν οὐ-*

δαμῶς συμφέρουσαν, recte nunc editur: οὐδαμῶς (σοι) συμφέρουσαν.

Retinenda erat scriptura Codicis p. 24, 5: ἡ δὲ πωλουμένη ἠπίσατο, ubi Editor ἤδη γὰρ πωλουμένη substituit, sed inserta vocula sic scribendum: ἡ δὲ πωλουμένη (μὲν) ἠπίσατο, τῆς δὲ (πάλαι εὐγενείας) τὴν πρᾶσιν εὐτυχεστέραν ὑπελάμβανεν. Diu et multum quaesivi quid lateat in πάλαι εὐγενείας, quae manifesto mendosa et absurda lectio est. Tandem elicui Charitonis manum ex loco, qui legitur p. 40, 15: διὰ τοὺς κινδύνους καὶ τὴν ταλαιπωρίαν οὐ ταχέως συνῆκεν ἐγκύμων γενομένη. Scriptum erat in vetusto libro: τῆς δὲ ΤΑΛΑΙΠΩΡΙΑΣ τὴν πρᾶσιν εὐτυχεστέραν ὑπελάμβανεν, sed situ et madore expalluerunt litterulae et detritae sunt. Stipes igitur πάλαι sibi videre visus apposuit vocabulum bene Graecum (εὐγενε)ίας. Emenda igitur: τῆς δὲ ταλαιπωρίας τὴν πρᾶσιν κτέ.

Evidens mendum inest p. 26, 2. in verbis: οὐδὲ εἰς πόλιν ἠνέχθην. Quantocyus reponamus ἤχθην. Satis certum est, ut opinor, discrimen inter ἄγομαι et Φέρομαι. Chariton eodem modo loquitur, quo caeteri omnes. Vid. p. 19, 14: ἐπὶ ξένην ἄγομαι γῆν, et p. 13, 12: ἐφέρετο δὲ καὶ Ἀρίσων ἔτι νοσῶν, et aliis locis. Paene gemellus locus est p. 115, 30: διὰ σὲ εἰς Βαβυλῶνα ἤχθην.

Quod emendandum esse conieceram p. 26, 8. in verbis τοσούτῳ διαζευχθεῖσα πάθει, ab Editore occupatum esse vidi, qui bonam ac plane necessariam correctionem nescio quomodo non recepit. Res enim ipsa clamat rescribendum esse τοσούτῳ διαζευχθεῖσα πελάγει. Vocabulum πέλαγος est in eorum numero quibus impense Chariton delectatur. Nonnullos locos apponere iuvat. p. 57, 30: ἕτοιμος ὢν — εἰς τὸ πέλαγος ἑαυτὸν ἀφεῖναι, p. 59, 11: ἀποβλέψας εἰς τὸ πέλαγος, p. 146, 18: ἐκδέχεταί με Φοβερὰ πελάγη. Quo sensu πέλαγος apud Atticos dicatur notum est, et quid sit πλεῖν ἐν τῷ πελάγει, et πελάγιοι ἔπλεον, cui oppositum est πλεῖν παρὰ τὴν γῆν. Appellatur idem πελαγίζειν, unde arguitur error scriptoris vel descriptoris apud Charitonem p. 150, 1: ναῦς ἔχων μεγάλας ἐπελαγίζετο, nam ἐπελάγιζε scriptum oportuit.

Misere mulcatus est locus p. 28, 21: ζητεῖς μέν, ὦ τέκνον, πάντως τοὺς σεαυτῆς· ἀλλὰ καλῶς καὶ ἐνθάδε νόμιζε σούς.

Ex ipsa loci sententia restituerim: *ἀλλὰ κἀμὲ καὶ πάντας τοὺς ἐνθάδε νόμιζε σούς.*

Ubi dicitur Callirrhoë p. 30, 4. suam formam *recuperasse*, scribendum est *τὸ ἴδιον κάλλος ἀπελάμβανε*, non *ἀνελάμβανε*.

Ex Charitonis consuetudine correxerim p. 30, 27: *ἵππου ἐπέβη πέμπτος (αὐτός), εἷς δ' ἦν ἐν αὐτοῖς καὶ ὁ Λεωνᾶς.* In Codice est *ἵππῳ ἐπέβη, πέμπτος δέ. εἷς ἦν κτὲ.*

Infelix Dorvillii coniectura incaute recepta est p. 31, 2. In Codice est: *ψόφου δέ ποθεν αἰσθομένη Καλλιρρόη πρὸς αὐτὸν ἐπεστράφη.* Corruptum est *ποθεν*. Itaque Dorvillius *ποδῶν* substituit. Frustra. Emenda: *ψόφου δ' ὄπισθεν αἰσθομένη — ἐπεστράφη.*

Periit iterum vocabulum sententiae plane necessarium p. 31, 26: *Ἔσπευδον οὖν πάντες τὴν γυναῖκα ἰδεῖν, προσεποιοῦντο δὲ πάντες τὴν Ἀφροδίτην προσκυνεῖν.* sed non *simulabant* hoc, nam revera faciebant. Supple: *προσκυνεῖν (ἐθέλειν)* ut p. 124, 17: *προσποιούμενοι ἐθέλειν ἐκείνῳ συστρατεύεσθαι. Velle* se adorare Venerem simulabant et sic spectaturi Callirrhoën templum ingrediebantur.

Contra Graecorum usum *ὅλος* ponitur p. 32, 20: *ὕπνου μὲν οὐκ ἐλάγχανεν, ὅλος δ' ἦν ἐν τῷ τῆς Ἀφροδίτης ἱερῷ καὶ πάντων ἀνεμιμνήσκετο.* Emendandum esse arbitror: *ὁ νοῦς δ' ἦν (αὐτῷ) ἐν τῷ τῆς Ἀφροδίτης ἱερῷ.* Perdite amantium solet *ὁ νοῦς παρὼν ἀποδημεῖν* et in illis locis versari ubi suos amores spectaverint. *Ὅλος εἶναι ἐπί τινι* et *ἔν τινι* noto usu is dicitur qui in alicuius rei contemplatione aut cogitatione totus defixus est, ut apud Charitonem p. 73, 6: *ὅλος δ' ὢν ἐπὶ τῇ ἐννοίᾳ ἐκείνῃ τὸν οἰκέτην ἀηδῶς ἐθεάσατο*, sed plane alienum id est ab huius loci sententia. Quod reposuimus passim apud Comicos occurrit. Aristophanes in Vesp. vs. 93:

ὁ νοῦς πέτεται τὴν νύκτα περὶ τὴν κλεψύδραν.

Anaxippus Athen. p. 404. E:

ὁ γὰρ τοιοῦτός ἐστιν οὐ δειπνητικός
πρὸς τῷ φιλεῖν δὲ τὴν διάνοιάν ἐς' ἔχων.

Menander in Stob. Flor. p. 10, 4:

πρὸς τῷ λαβεῖν γὰρ ὢν ὁ νοῦς τἄλλ' οὐχ ὁρᾷ.

Alexis Athen. p. 23. C:

ὁ νοῦς γάρ ἐστι τῆς τραπέζης πλησίον.

et aliis locis.

Post pauca p. 32, 22: πῶς ἐσράφη, lege πῶς ἐπεσράφη ex p. 51, 2.

Exciderunt nonnulla p. 32, 26: καίτοι γὰρ βαπτιζόμενος ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας γενναῖος ἀνὴρ ἐπειρᾶτο ἀντέχεσθαι, καθάπερ δὲ ἐκ κύματος ἀνέκυπτε. Desideratur aliquid post ἀντέχεσθαι, quod verbum nunc amisso obiecto videtur idem quod ἀντέχειν significare, quod barbarum est. Recte Chariton p. 56, 19: καόμενος καὶ τεμνόμενος ἀντεῖχεν ἐπὶ πλέον, et 119, 16: ὡς μηκέτι τὰς πόλεις ἀντέχειν. Praeterea desideratur id cui opponitur ἀνέκυπτε δέ. Qui fluctibus obruitur ἀντέχεσθαί τινος solet ne mergatur, ut in versiculo Menandri naufragium describentis: ἀντέχου τῶν σχοινίων. Dixerat igitur Dionysium quamquam arripuisset aliquid ut enataret tamen obrutum esse sed mox veluti ex undis emersisse.

Syllaba vitiose abundat in his pag. 32, 30: οὐκ αἰσχύνῃ — παιδαρίου πράγματα πάσχων. Genuinum est παιδαρίου πρᾶγμα πάσχων, non πράγματα. Lepidus est Dorvillius annotans: »πάσχων id est ποιῶν." Talia olim faciles concoquebant. Acuti Graeci sentiebant τὸ ἐρᾶν non esse πρᾶξιν, sed πάθος τῆς ψυχῆς. Scite nonnulli ψυχῆς ἀργούσης πάθος appellant amorem. Itaque Dionysius sic dixit: οὐκ αἰσχύνῃ παιδαρίου πρᾶγμα πάσχων; ἅπαξ ἰδὼν ἐρᾷς καὶ ταῦτα πενθῶν. Dicitur παιδαρίου πρᾶγμα ut apud Demosthenem *de Corona* p. 233, 9: Εὐρυβάτου πρᾶγμα, οὐ πόλεως ἔργον οὐδὲ χρησῶν ἀνθρώπων διεπράττεσθε, et saepe alibi. Num tu putas Εὐρυβάτου πράγματα ullo modo dici potuisse? Eodem igitur vitio παιδαρίου πράγματα laborat. Saepe scribae -μα et -ματα confuderunt: in hoc ipso Charitonis libello dederunt p. 18, 19: ἔξεσιν ἐπὶ τούτοις πλάσασθαι καὶ διηγήματα, recte nunc editur διήγημα.

Ubi reposueris παιδαρίου πρᾶγμα πάσχων tamen vitium in his verbis residet, sed ab ipso Charitone, non a scribis, commissum. Veteres dicebant παιδαριῶδές τι πάσχων, ut γελοῖόν τι, τερπνόν τι, et sim. Nemo umquam verbo πάσχειν *nomen* addit sed *adiectivum*. Ostendimus hoc diligenter ad

Xenophontis Anabasin, ubi *βίαια πάσχειν* in *βίαν πάσχειν* abierat, in Nov. Lectt. p. 526.

Rectissime dicitur *γελοῖον πρᾶγμα πάσχειν*, quia *γελοῖόν τι* et *γελοῖον πρᾶγμα* promiscue dicuntur, ut Latine *ridiculum* est, et *res* est *ridicula*. Sed *ἀνδρὸς πρᾶγμα πάσχειν* absurdum est: requiritur enim pro *πάσχειν agendi* verbum *ἐργάζεσθαι*, *διαπράττεσθαι*, *ἐπιδείκνυσθαι*. Optime dixit Demosthenes in Aristocratea p. 671, 10: *πρᾶγμ' ἔπαθε τοιοῦτον οἷον οὐχ ὅτι ϛρατηγὸς ἂν ἡγνόησέ τις εἶναι φάσκων ἀλλ' οὐδ' ὁ τυχὼν ἄνθρωπος*, sed vitiose Chariton *παιδαρίου πρᾶγμα πάσχων* dixit pro *πρᾶγμα παιδαριῶδες*.

Una litterula vitiose abundat p. 33, 10: *τί ἀγρυπνεῖς, ὦ δέσποτα; μή τις πάλιν σε λύπη κατείληφε τῆς τεθνηκυίας γυναικός*; Rescribe: *μή τι πάλιν κτέ.* ut p. 28, 4: *μή τι ἡ νεώνητος ἀποδέδρακεν*; et alibi. Si Chariton *τις* ponere voluisset alio loco id collocasset. Sententia loci *τις* prorsus non admittit.

Verba sunt loco suo mota p. 33, 15: *πῦρ ἐκόμισας εἰς τὴν οἰκίαν, μᾶλλον δὲ εἰς τὴν ἐμὴν ψυχήν*, imo vero *εἰς τὴν ψυχὴν τὴν ἐμήν*, nam *τὴν ἐμήν* ad *οἰκίαν* quoque referri oportere manifestum est.

Leve est, sed admonendum tamen scribi oportere p. 33, 23: *οὐκ εἶδον, ἀλλ' ἤκουσα.* et *τοῦτ' ἐκεῖνο*, non *ἀλλὰ ἤκουσα*, et *τοῦτο ἐκεῖνο*. Scribarum ista sunt flagitia, etiam in poëtis sexcenties commissa. In his metrum fraudem redarguit, in illis auris.

In terminatione participii peccatum est p. 33, 26: *καταλαμβάνουσι δὲ καὶ δαίμονας καιροί τινες εἱμαρμένης ἀνάγκην φέροντες ὁμιλίας μετ' ἀνθρώπων*. Et sententia et verba ex Platone ducta sunt. Compara locum ex Phaedone p. 113. A. *καί τινας εἱμαρμένους χρόνους μείνασαι πάλιν ἐκπέμπονται*, et in Protagora p. 320. D: *ἐπειδὴ δὲ καὶ τούτοις χρόνος ἦλθεν εἱμαρμένος γενέσεως*. Emenda igitur: *καιροί τινες εἱμαρμένοι ἀνάγκην φέροντες κτέ.*

Pessime habitus est locus p. 33, 28. ubi in Codice est: *ἡδέως δ' ἂν ἔπειθεν αὐτὸν ὁ Διονύσιος ἀποσεμνύνειν τὴν γυναῖκα καὶ σεβασμιωτέρας ἢ κατὰ ἄνθρωπον ὁμιλίας*, quibus Editor substituit: *ἡδέως ἀνέπειθεν αὐτόν* et *καὶ σεβασμιωτέραν* [*ἀποφαίνειν*]

ἢ κατ' ἀνθρώπων ὁμιλίαν. Non probo. Retineo ἔπειθεν αὐτόν noto sensu dictum, ut in ἐμαυτὸν πείθω, ὡς γ' ἐμαυτὸν πείθω, et sim. Hanc ipsam locutionem iterum usurpaverat Chariton, sed eam scribae obscurarunt, quem locum primum emendare iuvat. Legitur p. 114, 28: μὴ γὰρ οὕτω μαινοίμην ἵνα ἐμαυτὴν ἀξίαν εἶναι πεισθῶ τοῦ μεγάλου βασιλέως. Quamquam Charitonis dictio multis nominibus est vitiosior, ut hoc loco in ἵνα πεισθῶ pro ὥστε πεισθῆναι (et saepe sic particula ἵνα abutitur Latinam magis quam Graecam veterem loquendi consuetudinem secutus) tamen non tam misere balbutit ut scribere possit: οὐ πείθομαι ἐμαυτὴν εἶναι ἀξίαν τοῦ βασιλέως pro οὐ πείθομαι ἀξία εἶναι. Turpis error est dicere οὐ πείθομαι ἐμὲ εἶναι ἀξίαν, sed plane barbarum est pro ἐμέ ponere ἐμαυτήν. Exime unam litterulam et nihil mali supererit. Emenda: ἵνα ἐμαυτὴν ἀξίαν εἶναι πείσω τοῦ μεγάλου βασιλέως. Simillimus est locus Platonis in Gorgia p. 455. B. ὡς ἐμαυτὸν πείθω — καὶ ἐμὲ εἶναι τούτων ἕνα. Compara et locum in Phaedone p. 97. B. οὐδέ γε διότι ἓν γίγνεται ὡς ἐπίσαμαι ἔτι πείθω ἐμαυτόν. Si perspexeris genuinum esse in altero loco ἡδέως οὖν ἔπειθεν αὐτόν eodem sensu dictum aliqua lux affulgebit reliquis. Cogita modo quid intersit inter πείθειν ἑαυτόν et ἀναπείθειν. Πείθω σε est *induco te ut credas*, ἀναπείθω σε *impello*, *permoveo te* ad aliquid agendum. Itaque ἔπειθεν αὐτὸν ἀποσεμνύνειν τὴν γυναῖκα vitiose dictum est. Intelligi potest: ἔπειθεν αὐτὸν — τὴν γυναῖκα εἶναι σεβασμιωτέρας ἢ κατ' ἄνθρωπον ὁμιλίας, quod si verum est ἀποσεμνύνειν in participium ἀποσεμνύνων reflctum cum caeteris apte coalescet. In his satis certum est retinendum esse σεβασμιωτέρας ἢ κατ' ἄνθρωπον, quod tritissimum est loquendi genus. Passim legitur μείζων ἢ κατ' ἄνθρωπον, quod Herodoto restituerim VIII. 38: δύο ὁπλίτας μέζονας ἢ κατ' ἄνθρωπον ἔπεσθαί σφι. Simillimum est in Xenophontis Memorab. IV. 4. 24: βελτίονος ἢ κατ' ἄνθρωπον νομοθέτου, et passim similia leguntur. Caetera autem sunt huiusmodi ut nihil praestari possit.

Leve vitium sed manifestum obsidet verba p. 34, 28: οὔσης δὲ ἐπὶ τὸ πλεῖσον σιωπῆς. Expuncto articulo ἐπὶ πλεῖσον emendandum erit. Dicitur enim ἐπὶ πολύ, ἐπὶ πλέον et ἐπὶ

πλεῖσον, ut πρὸς ὀλίγον, πρὸς βραχύ, ἐπὶ πολὺν χρόνον et sim. ubi nullus omnino articulo locus est. Compara 10, 8: ἐπὶ πολὺ ἀχανὴς ἔκειτο, 31, 22: ἐπὶ πλέον ὁμιλεῖν καταιδεσθείς, 31, 24: μετ' οὐ πολὺ δὲ ἦκεν, 56, 19: ἀντεῖχεν ἐπὶ πλέον, 126, 14: ἐπὶ πολὺ εὐπλοήσασα, 139, 17: ἐπὶ πολὺ μὲν ἀνεβάλλετο, 42, 2: ὕπνος ἐπῆλθε πρὸς ὀλίγον. Quod in Codice est ἐπὶ τὸ πλεῖσον nihil significat, cum ὡς coniunctum significat *ut plurimum*, quod prorsus est aloci sententia alienum.

Scribendum est p. 36, 5: Λεωνᾷ με τουτῳὶ παρέδωκεν, et p. 38, 32: ἐγὼ Πλαγγόνι ταυτηὶ χάριν ἐπίσταμαι. Noto errore Codex τούτῳ et ταύτῃ exhibet. Quoties eundem errorem in Atticis scriptoribus notavimus! Tertium recurrit vitium idem p. 96, 1: ἀνήρ εἰμι Καλλιρρόης ταύτης, non aliter enim quam Καλλιρρόης ταυτησί dicere potuit.

Novum mendum deprehendes p. 36, 14: τὸν Ἀλκίνοον — φιλοῦμεν ὅτι εἰς τὴν πατρίδα ἀνέπεμψε τὸν ἱκέτην, non ita, sed ἀπέπεμψε constans omnium loquendi usus requirit. Eodem errore p. 22, 22. scriptum est: ἔπειτα ἐκεῖνον λαβὼν ἀνήγαγεν εἰς τὴν οἴκησιν τὴν ἑαυτοῦ, pro ἀπήγαγεν.

Frustra quaesivi emendatam scripturam p. 36, 22: πεπεισμένη μηδὲν ἄκουσα δύνασθαι παθεῖν. Οὐδὲν παθεῖν pro οὐδὲν κακὸν παθεῖν pervulgatum est, praesertim in futuro οὐδὲν πείσει, sed neque id cum δύνασθαι apte componitur neque cum ἄκουσα. Videant alii.

Manifestum mendum p. 37, 11. inest in his: ἐγὼ τυραννήσω σώματος ἐλευθέρου καὶ — ἄκουσαν ὑβριῶ ἣν οὐκ ἂν ὕβρισεν οὐδὲ Θήρων ὁ λῃστής; Quid sit legendum hi loci monstrabunt: p. 14, 8: τίνα δὲ ἐνταῦθα καλέσω; p. 41, 11: ἀλλ' ἐγὼ τέκω — καὶ προενέγκω παιδίον, οὗ οὐδεὶς οἶδε πατέρα; p. 41, 26: μήτηρ ἀποκτείνῃ τὸν ἐκ τάφου σωθέντα; p. 49, 19: μέμψωμαί σοι δικαίως ἢ χάριν γνῶ; p. 51, 26: ἐμαυτὸν ἀνέλω; καὶ μετὰ τίνος ταφῶ; p. 86, 6: ποίαν ἔτ' ἐλπίσω ναῦν ἐκ Σικελίας καταπλέουσαν; Satis perspicuum est ex his emendari oportere: ἄκουσαν ὑβρίσω ἣν οὐκ ἂν ὕβρισεν οὐδὲ Θήρων; Perspicuum est etiam τυραννήσω esse coniunctivum, ut στρατολογήσω p. 14, 8: τίνας οὖν ἐπὶ τὴν πρᾶξιν στρατολογήσω; Saepe videbis scribas -ίσω et -ίσομαι vitiose scriptitare pro -ιῶ et -ιοῦμαι: nonnumquam contrario errore peccant.

Duo errores irrepserunt in Codicis scripturam p. 37, 16: *οὐ μὴν οὐδ' ἀπεγίνωσκε πείσειν. Φύσει γὰρ εὔελπίς ἐστιν ὁ ἔρως, θαρρεῖ δὲ τῇ θεραπείᾳ κατεργάσασθαι τὴν ἐπιθυμίαν.* Ex his alter error a Reiskio deprensus est, alter adhuc latet. Recte Reiskius *ἐθάρρει δέ* dedit et *φύσει — ὁ ἔρως* monuit *διὰ μέσου* esse posita, sed eadem opera *κατεργάσεσθαι* emendare debuerat: quod necessarium esse et res ipsa docet et oppositum *πείσειν* planissime confirmat. Quoties demonstravimus *-εσθαι* et *-ασθαι* in omnibus libris stolide inter se permutari! Recte p. 47, 11. ubi in Codice est *οὐκ ἔμελλόν σε βιάσασθαι* docti homines *βιάσεσθαι* reposuerunt. Dorvillius concoquere potuit p. 7, 25: *ἔμελλεν ἀπελεύσασθαι μόνος.* Recte Editor p. 7, 8. correxit *ἐπαγγέλλομαι διαλύσειν* pro *διαλῦσαι*, summo iure in Charitone non ferens quae alii in Thucydide et Atticis »*ferri posse*" clamant magis quam demonstrant.

Mendosus locus est p. 37, 27, ubi Codex exhibet: *ἀφανὴς δὲ λαβοῦσα πρὸς τὸ πρᾶγμα τὴν διάνοιαν εἶχετο πρὸς τοῦτο.* Scatent haec vitiis. *αἶφνης δὲ λαβοῦσα* restituit Iacobsius: minus feliciter idem *εἶδε τὸ πρὸς τοῦτο* coniecit, infeliciter Reiske *ᾤχετο πρὸς τοῦτο.* Nemo umquam Graecorum ita locutus est. In loco tam vexato gravius ulcus subesse videtur. Legerim: *εἶχετο τοῦ ἔργου*, quod sequentia confirmant: *παραγενομένη τοίνυν πρὸς τὴν Καλλιρρόην κτἑ.* ubi emenda p. 37, 31: *τὸ ἀξιόπιστον ὡς σύμβουλος ἤθελεν ἔχειν*, pro *σύμβουλον.*

Tralaticium mendum exime p. 39, 17. ex verbis: *προσαγόμενος αὐτὴν κατεφίλησεν*, imo vero *προσαγαγόμενος.*

Excidit vocula p. 39, 28: *τὰ μὲν πρῶτά σοι ἐστρατήγηται*, supple *εὖ ἐστρατήγηται.* Apud sequiores satis inepte *στρατηγεῖν* ponitur pro *μηχανᾶσθαι, τέχνην τινὰ ἐξευρίσκειν*, ut *στρατήγημα* sit *ἐξεύρημα, μηχάνημα.* Huius usus et alia apud Charitonem exempla sunt et hoc imprimis idoneum p. 78, 33: *ὑπισχνούμενος αὐτὸς στρατηγήσειν ὅπως ἀλλήλους ἀπολάβωσιν.* Attici hoc scite et lepide *φιλοσοφεῖν* appellabant, ut apud Menandrum:

φιλοσοφεῖ δὲ τοῦθ' ὅπως | καταπράξεταί (σοι) τὸν γάμον.

nam sic legendum apud Harpocrationem v. *Φιλοσοφεῖν.*

Sequitur in Codice vs. 29: *σκόπει ἄν πως*, in quo latet

σκόπει δὴ πῶς. Ostendimus alibi quoties ΔΗ et ΑΝ in libris permisceantur.

Divulsa sunt quae olim coniuncta fuerunt p. 40, 8: ἄξιον δὲ ἀκοῦσαι τὸν τρόπον.

4. Ἐπεβούλευσεν ἡ τύχη τῇ σωφροσύνῃ τῆς γυναικός· ἐρωτικὴν γὰρ ποιησάμενοι κτἑ. Restitue: ἄξιον δὲ ἀκοῦσαι τὸν τρόπον, (ὃν) ἐπεβούλευσε κτἑ. deinde demum narrare incipit: ἐρωτικὴν γάρ κτἑ. Notissimus in ea re particulae γάρ usus omnem dubitationem eximit.

Si diligenter audies quid dicat Chariton p. 40, 10. deprehendes eum perridicule sibi ipsum contradicere. Ἐρωτικὴν γὰρ ποιησάμενοι τὴν πρώτην σύνοδον τοῦ γάμου Χαιρέας καὶ Καλλιρρόη παραπλήσιον ἔσχον ὁρμὴν πρὸς ἀπόλαυσιν ἀλλήλων. Admonitus statim senties ποιησάμενοι rei non convenire, et subridebis. Rescribe ποιησόμενοι ac novo exemplo confirmatam habe verissimam observationem hanc: non ex Codicum scriptura sed ex cuiusque loci sententia constituendum esse utrum -σοντες an -σαντες, -σόμενοι an -σάμενοι ubique scribendum sit. Non sunt ulli libri Mss. in quibus illa non temere permisceantur.

Confusa sunt iterum ΑΝ et ΔΗ et dittographiae novus error accedit p. 40, 18: συνῆκεν ἡ Πλαγγὼν ὡς ἂν ἤδη πεῖραν ἔχουσα τῶν γυναικείων. Ridiculum est ἤδη quasi *nova nupta* esset: repone: ὡς δὴ πεῖραν ἔχουσα.

Vitiose abundat praepositio p. 40, 27: ἐν τάφῳ καὶ χερσὶ λῃστῶν παρεδόθης, ubi importunum ἐν sine mora expunge. Fieri potest ut τέκνον exciderit et sic locus sit sarciendus: ἄθλιον πρὸ τοῦ γεννηθῆναι γέγονας, τέκνον. τάφῳ καὶ χερσὶ λῃστῶν παρεδόθης.

Pessime soloecissat oratio p. 41, 6: καιρὸς ἐπιτήδειος πέφηνε — συνήγορον ἔχουσα τὸ κατὰ γαστρός. Requiritur ἐχούσῃ, ut vides.

Terminatio vitiata est, ut sexcenties alibi, p. 41, 27: πόσων ἀκούομεν θεῶν παῖδας καὶ βασιλέων — ἀπολαβόντας τὸ τῶν πατέρων ἀξίωμα; An tu diu dubitabis rescribere: πόσους ἀκούομεν θεῶν παῖδας κτἑ.?

Verba Charitonis p. 42, 9: θρέψαι τὸ παιδίον ἔκρινεν admo-

nent me epigrammatis, quod Dorvillius attulit in Animadv. p. 208:

ἦν ἐν γαστρὶ λάβῃς λάβε καὶ τέκε. μὴ θορυβηθῇς.
εὑρήσει πόθεν ἐς' ἐλθὸν ἐς ἡλικίην.

bellissimum est: ἦν ἐν γαστρὶ λάβῃς λάβε. Vera lectio est: ἦν ἐν γαστρὶ λάβῃς τέκε καὶ τρέφε.

Sensu vacua verba sunt p. 42, 12: ἡ δὲ τὸ ἄκαιρον τῆς βουλῆς οὐ παρέλαβεν, nam quod Latine vertunt: »*intempestivum non admisit consilium*" neque in Graecis inest neque sententiae satisfacit, quae huiusmodi quid requirit »*Plango oblatam occasionem non omisit*" ἡ δὲ τὸν καιρὸν τῆς ἐπιβουλῆς οὐ παρῆκεν, aut aliud quid eiusdemmodi: sed nihil certi in tam mendosa lectione definiri potest. Post pauca bis Editor sine causa articulum de suo interposuit vs. 13 et 15. Recte scribitur: Callirrhoë θρέψαι τὸ παιδιον ἔκρινε, p. 42, 9. et ἱκέτευεν ὅπως συνεξεύρῃ τινὰ τέχνην, δι' ἧς τὸ παιδίον θρέψει p. 42, 22, nam definitum est: *id quod concepisset.* Plango indefinite loquitur: ἀδύνατόν σοι τέκνον θρέψαι παρ' ἡμῖν, et: ὁ δεσπότης θρέψαι παιδίον οὐκ ἐπιτρέψει.

Laborat oratio p. 42, 21: ἐγὼ δέ σε φιλοῦσα συμβουλεύω τἀληθῆ. Contra rei naturam est συμβουλεύω τἀληθῆ vel τὰ ψευδῆ. Consilium aut *bonum* aut *malum* est, non *verum* aut *falsum*. Correxerim: συμβουλεύω τὰ ἄριστα pervulgato omnium usu dictum.

Iterum in futuri locum aoristus subrepsit p. 42, 28: πρῶτον μὲν αὐτὴν ἐξώρκισε μηδενὶ κατειπεῖν τὴν τέχνην, ubi necessario requiritur μηδενὶ κατερεῖν. Verba ὄμνυμι et ὁρκίζω et ἐξορκίζω ubi quis aut ipse *se facturum* aliquid iurat aut alium iureiurando adigit non minus apud Graecos *futurum* postulant quam apud eos qui Latine loquuntur. Quid diceres si quis apud Livium XXIV. 16. »singulos iureiurando adigam non aliter quam stantes cibum potionemque quoad stipendia facient *capturos esse*" pro *capturos esse* vellet *cepisse* substituere? Nihilo minus stultum est ἐξώρκισε μηδενὶ κατειπεῖν, sed non sentiunt hoc pariter omnes.

Lenius emendare poterat Editor p. 45, 1. verba κλάουσα καὶ συνεχομένη, ubi συγκεχυμένη substituit, sed συγχεομένη

Charitonem scripsisse arbitror, quod verbum saepius cum *συνέχεσθαι* confunditur.

Idem post pauca p. 45, 13. in verbis: *ἄπειμι δὲ ἐγὼ τὴν πρεσβείαν κομίζουσα*, supposuit *κομιοῦσα*. Non probo factum, namque habet Chariton certos quosdam scribendi et componendi errores qui notari debent, corrigi non debent. Compara modo locum p. 50, 16: *ἦκεν ἐπὶ τὸν τάφον χοὰς ἐπιφέρων*, quod vitiosum est sed Charitoni suus error relinquendus. Quis Veterum tulisset *ἔπεμψέ με πρεσβεῦσαι* p. 46, 17? aut: *ἦλθόν σοι χάριν γνῶναι* p. 47, 10? Scatet talibus, de quibus alius erit dicendi locus.

Repone p. 45, 19: *ἐβούλετο μὲν εἰσελθεῖν — διεκώλυε δὲ αὐτὴν θεράπων* pro *διεκώλυσε*, namque *aliquamdiu* altercati sunt donec id herus sentiret: deinde haud scio an *αὐτῶν* a mala manu sit in sqq. *μαχομένων δὲ [αὐτῶν] πρὸς ταῖς θύραις ἀκούσας κτέ.* quoniam Chariton in talibus saepissime eleganter pronomen omittit.

Excidit aliquid p. 46, 9: *ὥστε κἀκείνη Διονύσιον ἔκλαε τὸν ἄνδρα*. Sensu vacuum hoc est: suspicor supplendum *τὸν (χρηστὸν καὶ φιλάνθρωπον) ἄνδρα*, aut aliud quid in eandem sententiam: conf. p. 47, 28.

Articulus elapsus est p. 46, 29. *μετὰ φίλων καὶ συγγενῶν*, nam *μετὰ (τῶν) φίλων* ratio et usus requirunt, ut p. 47, 29: *διὰ τοὺς πολίτας καὶ συγγενεῖς*.

Ibid vs. 30. in Codice est: *σὺ θρέψεις παιδία ἐκ τῆς ἀργυρωνήτου καὶ καταισχύναι σου τὸν οἶκον*; Repositum est *καὶ καταισχυνεῖς*. Mihi *καί* ante *καταισχ.* vitio natum videtur et corrigendum: *σὺ θρέψεις παιδία — καταισχύνων σου τὸν οἶκον*;

Quod exclamat Dionysius p. 47, 4: *τότε μακαριώτερος δόξω τοῦ μεγάλου βασιλέως* non est integrum. Quibus enim Persarum rege beatior videbitur? nempe *sibi*, non aliis. Ergo supple: *τότε (μοι) μακαριώτερος δόξω*.

Non est Graeca oratio p. 48, 26: *κἂν πιστευθῶ τὴν ἀλήθειαν*, namque *ἐπιστεύθην τι* significat *aliquid meae fidei commissum est*, et sententia requirit: *etiamsi vera dicere credar*. Legi potest aut *πιστευθῶ ἀληθεύειν* aut *λέγειν τὴν ἀλήθειαν*.

In praesentis locum insinuavit se aoristus p. 48, 30: *ἐγὼ γυναῖκα ἐλευθέραν — ἐκδομένην ἑαυτὴν — κατὰ νόμους ἔγημα.* Rei natura *ἐκδιδομένην* postulat. Frequens est confusio formarum *δίδοσθαι*, *δεδόσθαι* et *δόσθαι* praesertim in compositis.

Unum vocabulum lacuna hausit p. 51, 7: *τότ' οὖν ἠξίωσε Χαιρέας αὐτὸς * * ἐπιθυμίᾳ τοῦ πάλιν Καλλιρρόην ἰδεῖν.* Supple: *εἰσελθεῖν.* Continuo sequitur: *πολλοὶ μετ' αὐτὸν εἰσῆλθον.*

Ubi dicit Chaereas p. 51, 31: *κἂν εἰς αὐτὸν ἀναβῆναι τὸν ἀέρα δύνωμαι*, mendosum esse *ἀναβῆναι* suspicor. Recte dicitur *εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβῆναι*, quod multi dixerunt et ipse Chariton p. 48, 2: *εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβὰς καὶ ἁψάμενος αὐτοῦ τοῦ Διός.* Recte dicitur: »Morere nunc, Diagora, non enim *in coelum adscensurus* es," sed non dicitur *in aërem adscendere*, sed *evolare*. Eodem modo Graece dicitur: *οὐ γὰρ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβήσει*, sed *εἰς τὸν ἀέρα ἀναπέτεσθαι.* Chariton igitur quemadmodum p. 141, 20. dixerat: *οὐ γὰρ δήπου ἀναπτῆναι δυνάμεθα*, sic hoc loco dixit: *εἰς αὐτὸν ἀναπτῆναι τὸν ἀέρα.*

Inficetum scribarum genus scitum Charitonis locum maculavit p. 52, 11: *πωλήσαντες γὰρ οἱ τυμβωρύχοι τὸ δυσδιάθετον Φορτίον* [*τὴν γυναῖκα*] *Μίλητον μὲν ἀπέλιπον.* Leporem omnem et venustatem loci sustulit qui *τὴν γυναῖκα* infersit. Flosculum hunc e Menandro decerpsit, cuius versiculus exstat in Stob. Flor. 77, 6:

χαλεπόν γε θυγάτηρ κτῆμα καὶ δυσδιάθετον.

Similem facetiam servavit Hesychius v. *Οὐκ εὐδιάθετος: οὐ δυναμένη εὐχερῶς γήμασθαι*, quae verba sine ratione Meinekius Menandro obtrudebat. Multi saepe patres in Comoediis iocose sic conquesti sunt quam esset difficile filiae conditionem reperire. Placuit Charitoni iocus in *δυσδιάθετος*, vid. p. 20, 21: *δυσδιάθετον δ' ἀπέβαινεν· οὐ γὰρ ἦν τὸ πρᾶγμα πολλῶν*, et p. 21, 11. *μηκέτι Φορτίον ἐπάγου δυσδιάθετον*, ipsam Callirrhoën iterum sic appellans. Quam multos locos et iocos putemus Charitonem sumsisse ex novae Comoediae poëtis et ante omnes ex fabulis Menandreis. Satis id apparet vel ex miseris Menandri reliquiis quae ex naufragio fabularum omnium supernatant. Unde cum putas aliunde sumsisse id quod

legitur p. 14, 7: *ἀνερρίφθω κύβος, οὐκ ἀφήσω τὸ κέρδος*, quam ex Menandro Athen. p. 559. C:

δεδογμένον τὸ πρᾶγμ', ἀνερρίφθω κύβος.

Quod dixit Menander apud Clem. Alex. Strom. II. p. 502:

παίδων ἐπ' ἀρότῳ γνησίων
δίδωμί σοι 'γὼ τὴν ἐμαυτοῦ θυγατέρα.

in rem suam Charito convertit p. 47, 15: *ἕξω σε γαμετὴν παίδων ἐπ' ἀρότῳ κατὰ νόμους Ἑλληνικούς.* Casune senarius esse videtur:

παίδων ἐπ' ἀρότῳ κατὰ νόμους Ἑλληνικούς,

an totus e Comico petitus? Non est ulla dubitatio quin Menandri versiculum teneamus p. 84, 12: *μετενόει προπετέσερον Φαρνάκῃ ταῦτα μηνύσας*

ἐξὸν καθεύδειν τήν τ' ἐρωμένην ἔχειν,

de quo versu vide quae collegit Meinekius in Comic. Fragm. IV. p. 625. Stupidi Graeculi quorum agmen ducit Eustathius, nullius iudicii homo, vitiosam scripturam hanc nacti:

ἐξὸν καθεύδειν τὴν ἐρωμένην ἔχων,

excogitarunt commentum se et suis temporibus dignum *ἔχων* pro *ἔχοντα* positum esse *κατὰ τὸ ἀρχαῖον σύνηθες*, et illam bellissimam *ἀντίπτωσιν* exosculantur. Fruantur quod ament: nos veram lectionem grati a Charitone accipimus. Multi alii versiculi in Charitone latent. Scio quam sit hoc genus lubricum, sed pauca tamen proferam. Ubi dixerat Chariton pag. 47, 15:

παίδων ἐπ' ἀρότῳ κατὰ νόμους Ἑλληνικούς,

statim subiungit: *εἰ γὰρ μὴ ἦρων οὐκ ἂν εὐξάμην τοιούτου γάμου τυχεῖν*, quod vide quam facile in numeros cogatur:

εἰ μὴ γὰρ ἦρων οὐκ ἂν εὐξάμην γάμου
τυχεῖν τοιούτου.

Similia leguntur passim veluti p. 81, 6:

καὶ πέπομφε γράμματα
μετὰ χρυσίου πρὸς τὴν γυναῖκα τὴν ἐμήν.

et p. 125, 13:

εἰς καιρὸν ἥκεις, φησίν, ὦ νεανία,
σαυτῷ τε κἀμοί.

sed lubricus locus est et plura sciens praetereo.

Mirifice confusus locus est p. 54, 3: πλέω δὲ εἰς Ἰωνίαν· ἀδελφὸν ἐμαυτοῦ ζητῶ στρατευόμενον. Κατελείφθην ὑπὸ τῶν ἐπὶ τῆς νεὼς ἐν Κεφαλληνίᾳ. ταχείας δὲ τῆς ἀναγωγῆς γενομένης ἐκεῖθεν ἐπέβην τοῦδε τοῦ κέλητος παραπλέοντος εὐκαίρως. Arena sine calce haec est: sed exigui pulveris iactu quod turbidum est sedari et componi potest in hunc modum: πλέων δὲ εἰς Ἰωνίαν ἀδελφὸν ἐμαυτοῦ ζητῶν στρατευόμενον κατελείφθην ὑπὸ τῶν ἐπὶ τῆς νεὼς ἐν Κεφαλληνίᾳ ταχείας τῆς ἀναγωγῆς γενομένης· ἐκεῖ δὲ ἐπέβην τοῦδε τοῦ κέλητος κτἑ. Quis sine risu vulgatam relegere potest: πλέω εἰς Ἰωνίαν et ἀδελφὸν ζητῶ? Vetus scriptura ΠΛΕΩ̄ et ΖΗΤΩ̄ peperit errorem, quibus semel corruptis reliqua confusa sunt. Eadem sine vitio recurrunt p. 55, 25: πρὸς ἐμαυτοῦ ἀδελφὸν πλέων εἰς Ἰωνίαν ἀπελείφθην νεώς, εἶτα κέλητος ἐπέβην παραπλέοντος, ubi suppleverim: ἀπελείφθην (τῆς) νεώς.

Semel etiam notabo necessarias elisiones pessime a scribis expletas p. 56, 10: μόνος ἐσώθη διὰ εὐσέβειαν ὁ μόνος σωθεὶς δι' ἀσέβειαν ἵνα ἐπὶ πλέον κολασθῇ. Cuius aures ferre possunt διὰ εὐσέβειαν et ἵνα ἐπὶ πλέον? Si constat scribas talia dare de suo (quemadmodum liquido constat) cur tam ineptis scripturis parcimus?

Duplex in uno vocabulo vitium inest alterum a scribis alterum a Charitone commissum p. 56, 11: ἡσυχῇ πρὸς τοὺς καθεζομένους εἶπε, nam si cogitaveris ὅτι ἅπαντες καθέζοντο et perpenderis quod continuo sequitur: ταχέως ὁ λόγος εἰς πλείονας διεδόθη, dabis mihi necessariam praepositionem periisse et παρακαθεζομένους emendari oportere. Hoc igitur scribarum facinus est: Chariton ipse erravit quum scriberet p. 56, 9: καθεζόμενος ἐν τῷ πλήθει τις, et 56, 11: πρὸς τοὺς παρακαθεζομένους εἶπε. Senties vitium si comparaveris verba Hyperidis ὑπὲρ Εὐξενίππου in prooemio: ὅπερ καὶ πρὸς τοὺς παρακαθημένους ἀρτίως ἔλεγον, et in Theophr. Charactt. cap. 29. πρὸς τοὺς παρακαθημένους εἰπεῖν, et passim sic loquuntur Veteres. Chariton igitur καθήμενος et παρακαθημένους debuerat dicere, sed Graeculi quid inter καθέζομαι et κάθημαι interesset non amplius sentiebant.

Vitiosa est oratio p. 57, 2: ἱκέτευε μηδέπω θνήσκειν τὸν ἄνθρωπον, ἵνα μοι, φησίν, ἐλθὼν μηνύσῃ τοὺς ἀγοράσαντας.

Commode decurrent omnia ubi *κτείνειν* pro *θνήσκειν* substitueris.

Editur p. 57, 7: *δέομαι δ' ὑμῶν, ἄνδρες Συρακούσιοι, μνησθέντας στρατηγίας τῆς ἐμῆς καὶ τροπαίων ἀποδοῦναί μοι [ταύτην] τὴν χάριν εἰς τὴν θυγατέρα.* Male Editor *ταύτην* de suo inseruit, quod cum *ἀποδοῦναι* pugnat. *Ἀποδοῦναι τὴν χάριν* noto usu est *referre gratiam* quam cui debeas. Exemplum est p. 63, 5: *ἀποδώσομεν δὲ τὴν χάριν Ἀφροδίτῃ. Gratificari* dicitur *διδόναι χάριν*, ut p. 135, 4: *εἰ δὲ φιλάνθρωπός ἐστι ταύτην μοι δότω τὴν χάριν.* Melius in superioribus supplevisset (*τῆς*) *στρατηγίας τῆς ἐμῆς καὶ* (*τῶν*) *τροπαίων.* Praeterea scriptor Atticus *ἀναμνησθέντας* dixisset: *μνησθῆναι* est in oratione soluta *mentionem fecisse.*

In Codice est p. 58, 10: *Ἀρίστων δὲ ὁ Χαιρέου πατὴρ ἐσχάτῳ γήρᾳ καὶ νόσῳ φερόμενος περιέφυ τῷ τραχήλῳ τοῦ παιδὸς καὶ ἀνακρεμάμενος αὐτοῦ τοῦ τραχήλου κλαίων ἔλεγε· τίνι με καταλείπεις, ὦ τέκνον, ἡμιθνῆτα πρεσβύτην;* Substituit Editor *ἐσχατόγηρως καὶ νόσῳ παρειμένος*, quorum *ἐσχατόγηρως* a Dorvillio sumsit, *παρειμένος* ipse repperit. *Παρειμένος* mihi arridet, sed quamquam scio et demonstravi quam facile *ἐσχατόγηρως* concipiat labem, tamen retinuerim *ἐσχάτῳ γήρᾳ — παρειμένος.* Recte Editor expunxit inficete repetitum *τοῦ τραχήλου* in verbis *καὶ ἀνακρεμάμενος αὐτοῦ* [*τοῦ τραχήλου*] *κλαίων ἔλεγε*, sed non debebat sine animadversione corruptum *ἀνακρεμάμενος* praetermittere. Quod Chariton dicit a Graecis cuiuslibet aetatis appellatur *ἐκκρεμάννυσθαι, ἐκκρήμνασθαι* et *ἐκκρέμασθαι*, et difficile est ad *ἀνακρεμάμενος* non subridere, quod de eo ponitur qui ex alta arbore vel trabe pendet. Compara Thucydidem VII. 75: *τῶν ξυσκήνων ἤδη ἀπιόντων ἐκκρεμαννύμενοι*, et Euripidem in Hercule Fur. 520:

δεῦρ', ὦ τέκν', ἐκκρήμνασθε πατρῴων πέπλων.

Superest in eodem loco et aliud vitium in: *τίνι με καταλείπεις*; emenda sodes: *τί με καταλείπεις*;

Molesta litterula una expungenda est p. 60, 22: *ὦ θάλασσα, τί με διέσωσας; ἢ ἵνα εὐπλοήσας ἴδω Καλλιρρόην ἄλλου γυναῖκα*; corrige: *τί με διέσωσας ἵν' εὐπλοήσας ἴδω κτέ. ἤ* in talibus est *coniicientis*, quod a loci sententia abhorret. Simillimus locus sine mendo legitur p. 143, 5: *εἰς ταύτην με τὴν ἡμέραν, ὦ*

τύχη, τετήρηκας ἵν' ἡ βασιλὶς ἴδω κυρίαν. Post pauca requiro: τοῦτ' οὐκ ἤλπισα γενήσεσθαί ποτε pro γενέσθαι ποτέ, quemadmodum recte Editor p. 60, 26. restituit ἤλπιζόν σε κομιεῖσθαι pro κομίσασθαι.

Infeliciter cessit Editori emendatio loci p. 60, 29: ubi dedit: πόσῳ δ' ἂν εὐτυχέστερος ὑπῆρχον εἴ σε πτωχεύουσαν εὑρήκειν. Quod ferre non potuit Codicis lectionem εἴ σε μοιχεύουσαν εὑρήκειν non miror: hoc potius miror quomodo alii non uno nomine absurdam scripturam concoquere potuerint. Ne hoc quidem cogitarunt foeminas μοιχεύεσθαι posse, sed μοιχεύειν non posse, quemadmodum foemina γαμεῖται μέν, γαμεῖ δὲ οὔ. Diligenter discrimen hoc Chariton observat. Quid opus est dicere naturam ipsam et ius illud discrimen peperisse? Vir λαμβάνει γυναῖκα, sed foemina δίδοται ἀνδρί, in cuius manum convenit. Tritum est in connubii iure δοῦναι καὶ λαβεῖν, ut in versiculo antiqui poëtae apud Hesychium v. Ἐπακτρεῖς.

Δοῦναι μὲν εἰς ἐπακτρέων λαβεῖν δὲ μή.

quod apud Thucydidem VIII. 21. sic dicitur: οὔτε ἐκδίδοσθαι οὐδ' ἀγαγέσθαι παρ' ἐκείνων οὐδ' εἰς ἐκείνους οὐδενὶ ἔτι τοῦ δήμου ἐξῆν. Quorsum autem haec? Ut appareat quam recte Chariton scripserit p. 50, 15: πάντες οὖν ἀνεβόησαν· ἡ Ἀφροδίτη γαμεῖ: ridiculum enim et absurdum fuisset ἡ Ἀφροδίτη γαμεῖται, quoniam neque in manum illa convenit neque δίδοται ἀνδρί, sed αὐτὴ ἄνδρα λαμβάνει. Callirrhoë contra perpetuo γαμεῖσθαι dicitur, in quo verbo Chariton partim usum Veterum sequitur, partim ab eo desciscit. Non dicit ἐγάμησα, ut sequiores, sed ἔγημα, ut omnes Veteres, sed non cogitavit γαμεῖσθαι et γήμασθαι probum et antiquum esse pro γαμηθήσεσθαι et γαμηθῆναι. Μοιχεύεσθαι legitur p. 10, 2: γίνωσκε τοίνυν μοιχευομένην σου τὴν γυναῖκα: γαμεῖσθαι et γαμηθῆναι passim occurrunt. Semel Callirrhoë dixit p. 115, 30. διὰ σὲ ἔγημα μετὰ Χαιρέαν id est ἑκοῦσα ἔλαβον ἄνδρα, quemadmodum dicitur ἐκδίδοσθαι ἑαυτήν p. 48, 30. Itaque μοιχεύουσαν absurdum est et movet risum, sed infelix admodum coniectura est πτωχεύουσαν: et verbum et res plane a Charitonis sententia et usu abhorrent. Fieri posse ut Callirrhoë, οὐκ ἀνθρώπινον κάλλος ἀλλὰ θεῖον, *stipem emendicaret* neque Cha-

riton in animum inducere potuit, neque Chaereas dicere. Quid igitur dixit? Res est perspicua: nempe: *πόσῳ δ' ἂν εὐτυχέστερος ὑπῆρχον εἴ σε δουλεύουσαν εὑρήκειν.* Hoc ipsum exspectari poterat, et hoc ipsum Chaereas exspectabat, ut ipsa Callirrhoë p. 19, 14: *ἐπὶ ξένην ἄγομαι γῆν καὶ δουλεύειν με δεῖ τὴν εὐγενῆ.* Sciebat Chaereas uxorem vaeniisse, vid. p. 56, 32 et 57, 4. Itaque eo animo profectus est in Ioniam ut diceret p. 59, 15: *εἰ μὴ γὰρ δύναμαι τὴν γυναῖκα τὴν ἐμὴν ἀπολαβεῖν θέλω κἂν δουλεύειν μετ' αὐτῆς.* Eodem igitur animo dixit: *πόσῳ δ' ἂν εὐτυχέστερος ὑπῆρχον εἴ σε δουλεύουσαν εὑρήκειν.*

Frequens scribarum error peperit formam barbaram p. 61, 15: *ἀφιππευσάμενος εἴς τι Φρουρίον βαρβάρων.* Graeca sunt *ἱππεύω* et *ἱππάζομαι* cum multis compositis: barbara sunt *ἱππεύομαι* et *ἱππάζω* cum compositis omnibus. Itaque *ἀφιππασάμενος* est emendandum. Scribuntur in Codd. *α* et *ευ* tam simili figura ut distingui nequeant nisi ab eo qui Graece sciat et hoc agat. Scribae qui nec Graece satis sciebant et alias res agere solebant perpetuo *α* et *ευ* confundunt. Confusa sunt p. 73, 20. *ἀτυχῆ* et *εὐτυχῆ*, et similia alibi. Apud Iulianum p. 204. B. *ὑπὸ δεισιδαιμονίας μᾶλλον ἢ διανοίας ἀσεβοῦς* vidi in Codice Vossiano *εὐσεβοῦς* scribi, quod verum est. Saepe *ἐπίτευγμα* in *ἐπίταγμα* depravatur, de qua re cf. Wyttenb. in Bibl. Crit. X. p. 20.

Vitiosa est compositio loci p. 62, 17: *παρεμυθεῖτο τοίνυν ὡς δυνατὸν μάλιστα τὴν γυναῖκα*, namque *ὡς δυνατόν* cum imperfecto iungi non potest, quod *ὡς δυνατὸν ἦν* requirit. Leniore medicina locus sic sanandus est: *ὡς ἐδύνατο μάλιστα.*

Non tam negligenter scribit Chariton ut dare potuerit p. 62, 31: *ᾐξίωσεν ἐλευθερωθῆναι* Πλαγγόνα quum vellet dicere: *petiit ut manu mitteretur.* Appellatur hoc *ἐλεύθερον ἀφίημι* etiam apud sequiores, ut in Anacreonteis columba:

καί Φησιν εὐθέως με
ἐλευθέρην ἀΦήσειν.

itaque corrigendum esse censeo *ἐλευθέραν ἀφεθῆναι.* Etiam *ἀπελευθεροῦν* eo sensu sequioribus Graeculis usitatum est, ut *ἀπελεύθερος*, sed *ἐλευθεροῦν* in ea re dicebat nemo. *Ἀπελευθέρωσις* occurrit p. 97, 26: *ἀναγνώτω τὸ γραμματεῖον τῆς ἀπε-*

λευθερώσεως. Regis *liberti* appellantur p. 92, 4: οἱ βασιλέως ἐξελεύθεροι.

Excidit μὲν p. 63, 4: εἰ τὴν (μὲν) θεραπαινίδα τετιμήκαμεν, οὐκ ἀποδώσομεν δὲ τὴν χάριν τῇ Ἀφροδίτῃ.

Interpone articulum p. 63, 17: σύ μοι πάντων (τῶν) ἀγαθῶν αἰτία. **Emendate** legitur p. 72, 30: σὺ πάντων ἡμῖν τῶν κακῶν αἰτία.

Interpone pronomen p. 63: 20: ἐμοὶ μὲν ἤρκει Καλλιρρόη, (ἥ) καὶ πατρίδος μοι καὶ γονέων γλυκυτέρα, in quibus verbis, **ut passim** alibi, subest locus Homeri Odyss. I. 34:

ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος ἠδὲ τοκήων.

Non admodum scite sic facit loquentem Dionysium cuius parentes dudum mortui fuisse videntur, sed imitandi Homeri **locum** etiam minus opportunum noluit Sophista praetermittere. **Melius** eundem locum expressit p. 44, 9. ex Callirrhoës **persona**: τοῦτό μοι καὶ γονέων ἥδιον καὶ πατρίδος.

Transponenda vocula est p. 65, 19: ἔδεισε δὲ ἄρα μή τις λανθάνῃ, nam illic positum ἄρα ferri non potest. Redeat igitur **sic** in suam sedem: ἔδεισε δὲ μή τις ἄρα.

Non esse Graecum quod legitur p. 66, 30: κατ' ὀλίγον παλιν ἐν ἑαυτῷ γενόμενος, sed ἐν ἑαυτοῦ demonstrare studui in **Nov. Lectt.** p. 413.

Non satisfacio mihi in emendandis verbis manifesto mendosis p. 67, 4: νέφος ἢ σκότος ἀπεκάλυψε τῆς ψυχῆς Διονύσιον. **Requiritur** ἀπεσκέδασεν aut aliquid huiusmodi.

Non satis est p. 67, 12. ubi in Codice est καὶ δεῖ ζητῆσαι τὸν νεκρὸν, rescripsisse ἔδει, resecanda erat simul importuna **et molesta** copula καί, cui nullus locus est. Est voculae καὶ **compendiolum** quoddam, quod facile cum ε confundi potest. **Itaque** quum ἔδει esset scriptum dormitans scriba καὶ δεῖ **substituit.**

Nondum emendatus est locus p. 67, 21: εἶτα συγκαλέσας πεισθέντα τοὺς ἀγροίκους, nam quid prodest cum Reiskio πεισθέντας scribere? Utraque scriptura perinde sensu vacua **est.** Exciderunt nonnulla, in his verbum finitum, sed nihil **extundo.**

Elapsus iterum est articulus p. 67, 27: εἴδομεν αἵματι μεμιγμένον ὕδωρ, imo vero τὸ ὕδωρ, id est τὴν θάλασσαν.

Non plane assentior Editori ubi p. 68, 25: *τί δὲ καὶ ἡ τριήρης ἠδίκησε καὶ βάρβαροι κατέκαυσαν αὐτήν*; reponit *ὡς* pro *καί*. Restituit enim sententiam, sed non Charitonis manum. Chariton solet pro *ὥςε* ex vitiosa Graeculorum *συνηθείᾳ* substituere *ἵνα*, ita ut oratio Latinae quam Graecae fiat similior. Etiam hic ita fecerat scribens: *τί — ἠδίκησεν ἵνα βάρβαροι κατέκαυσαν αὐτήν*; *quid commisit ut eam barbari comburerent?* Compara locum p. 102, 29: *τίνα τῶν ὑποχθονίων θεῶν ἠσέβησα ἵν' εὕρω μοι νεκρὸν ἀντεραςήν*; Cur illo loco *ἵνα* cum indicativo coniungatur explicuimus in Var. Lectt. p. 102 et 359.

Pervulgato errore scribitur in Codice p. 69, 5: *μικρὸν δὲ καταδραθεῖσα*, et p. 117, 1: *τοσοῦτον καταδραθών*. Librarii solent sic deformare probam formam *καταδαρθών*, in quam inepte invehunt Homericam *μετάθεσιν* scribentes *καταδραθών*, deinde errorem errore cumulantes *καταδαρθέντος*, *καταδαρθέντα*, *καταδραθεῖσα* scriptitant manifesto et turpissimo mendo, quod tamen sunt qui foveant et tueantur. Bergkius in Aristophanis Pluto vs. 500. edidit:

εἰκῇ δὲ καταδαρθέντα που.

non cogitans *δαρθῆναι* ex *δέρειν* formatum esse. Plura dedit Dindorf. ad Steph. Thes., nonnulla ipse adscripsi ad Photii Lexicon. Repetiit errorem Bergkius in Thesmoph. vs. 795. ubi *κἂν καταδαρθῶμεν* scripsit. In Thucydide IV. 133, ubi legitur: *τῆς ἱερείας ἐπικαταδαρθούσης*, credo, editurus fuisset *ἐπικαταδαρθείσης*. Graeca sunt *καταδαρθάνω*, *κατέδαρθον*, *καταδεδάρθηκα*: futurum nusquam mihi lectum. Simplex *semel tantum* occurrit in Odyss. Τ. 143: *Ἔδραθ' ἐνὶ προδόμῳ*, quo referendae duae glossae Hesychianae foede corruptae: *Ἐδάρθη*: *ἐκοιμήθη* et *Ἐδράθη*: *κατεκοιμήθη*. Praeter hunc locum *unicum* non est verbi *Δαρθάνω* vola nec vestigium. Quemadmodum nemo Graecorum umquam verbo simplici *δι-δράσκω* usus est, sed compositis *δια* —, *ἐκ* —, *ἀποδιδράσκω*, sic constanter omnes utuntur composito *καταδαρθάνω* et decompositis *ἐπικαταδαρθάνω* et *συγκαταδαρθάνω*. Homerica sunt *κατέδραθον*, *καταδράθω* (Odyss. Ε. 471, ubi ante Bekkerum *καταδραθῶ* legebatur), *καδδραθέτην* (Odyss. Ο. 495.) et *παραδραθέειν* (Iliad. Ξ. 165.) Ex sequiorum inscitia nata sunt nova monstra, quale est *κατεδάρθην*, et *κατεδράθην* quae non minus

sunt barbara ac si quis ἐλάβην pro ἔλαβον vellet dicere vel ἐμάθην aut ἐλάχην pro ἔλαχον et ἔμαθον et pro ἥμαρτον ἡμάρτην. Foedissimae igitur sunt in Aristophane maculae καταδαρθέντα et καταδαρθῶμεν. Recte alibi in Comico legitur καταδαρθεῖν et ξυγκαταδαρθεῖν et ξυγκαταδαρθών in Ecclesiaz. vs. 613. »Sed exstant istae formae, quas tu damnas, in libris *optimis*," dixerit aliquis. Nihil est tam absurdum et vitiosum quin legatur in libris *optimis* et *vetustissimis*. Inscitia linguae veteris libris vetustissimis est multo vetustior. Ostendi quam nihil sciret Photius patriarcharum longe longeque eruditissimus. Inspice mihi λέξιν Hesychianam. Servavit formas probas et genuinas: Κατέδαρθεν: ὕπνωσεν, Καταδαρθάνοντα, κατακοιμώμενον, Καταδαρθεῖν: κοιμηθῆναι, Καταδράθοι: καθυπνώσαι, Ἐπικαταδαρθεῖν, ἐφυπνῶσαι (Thucyd. IV. 135.) Servavit glossas Homericas: Καδδραθέτην: ἐκοιμηθήτην, et Παραδραθέειν: παρακοιμηθῆναι et Κατέδραθον: κατεκοιμήθησαν, ubi scribae Κατέδραθεν substituerunt. Sed apud eundem haec monstra et portenta occurrunt: Κατεδάρθαι: κατακοιμᾶσθαι, et Κατεδάρθηκεν: καθύπνωκεν, et Καταδραθέντες: κατακοιμηθέντες: praeterea Ἐδάρθη et Ἐδράθη, ut modo vidimus. Ubi eruditi magistri sic peccant quid indoctos scribas non peccaturos putes? Sed deprensi errores, si sapimus, nil nocebunt. Hoc tantum addo Καταδράθοι apud Hesychium posse ex aliquo poëta olim deperdito sumtum esse, sed non est dissimile veri in tanta copia glossarum e Xenophonte sumtarum hoc quoque esse Xenophonteum ex Agesilao 9, 3: ὅπως γε μὴν καταδάρθοι (rex Persarum) οὐδ' ἂν εἴποι τις ὅσα πραγματεύονται, ut vera glossae forma sit: Καταδάρθοι: καθυπνώσαι. Omnino exquisitior et rarior est verbi καταδαρθεῖν unus: quum καθεύδειν legatur ubique locorum, semel et iterum tantum recurrit καταδαρθεῖν apud elegantissimum quemque antiquiorum. Legitur apud Aristophanem solum Comicorum. Oratorum nemo utitur verbo καταδαρθεῖν praeter Lysiam *unico* loco. Plato utitur, sed rarissime, utitur Xenophon sed duobus tantum locis. Apud Homerum saepiuscule occurrit, apud Herodotum nusquam, semel et iterum tantum apud Hippocratem. Arripiunt exquisitiora haec Sophistae ἀττικίζοντες, Dio Chrysostŏmus, Lucianus, Chariton et

scriptores eruditi, Plutarchus et Athenaeus. Sic minus mirabile est tricari Graeculos in formis olim usu exemtis, in quibus si semel perversam opinionem imbibissent, peccabant impune. Reddamus igitur censeo Charitoni suum καταδαρθοῦσα et καταδαρθών, et in similibus locis caveamus a librariis.

Saepissime mihi notatum vitium recurrit p. 70, 15: προηγγέλλετο μὲν γὰρ ἡμέρα ῥητή, συνῆλθε δὲ εἰς ἐκείνην τὸ πλῆθος, satis manifestum esse opinor προήγγελτο emendari oportere. Vide quae de illa confusione notavimus in Nov. Lectt. p. 422. et aliis locis.

Rescribe p. 70, 26: λελυμένη (μὲν) τὰς τρίχας, ἀσράπτουσα δὲ τῷ προσώπῳ.

Emenda p. 71, 1: Μιθριδάτης ὁ Καρίας ὕπαρχος pro ἔπαρχος, comparatis his locis: p. 79, 24. p. 80, 6. p. 80, 32 et p. 81, 23.

Repone p. 71, 10: οἱ μὲν κομίζοντες τὴν κλίνην κατέθηκαν pro ἔθηκαν.

Evidens vitium est p. 71, 19: πάντες οὐχ ὅτι τέθνηκε Χαιρέαν ἠλέουν ἀλλ' ὅτι τοιαύτης γυναικὸς ἀφῄρητο. An tu ferre posses ἀφῄρηται pro ἀφῄρητο? Non opinor. Ergo et ἐτεθνήκει restitue pro τέθνηκε.

Praepositionum siglae confusae sunt p. 71, 32: τὸ δὲ ἴδιον μέτρον αὐτοὶ ἀποδώσομεν πρὸς ἡμέραν. Animadvertant mihi iuniores quam certo usu distinguantur πρὸς ἡμέραν, μεθ' ἡμέραν, καθ' ἡμέραν, παρ' ἡμέραν, ἐφ' ἡμέραν et δι' ἡμέρας quae omnia certam habent significandi potestatem quam nullo modo mutare vel exuere possunt. Scin' quid sit πρὸς ἡμέραν? Lysias docebit in Orat. I. 14: ἐπεὶ δ' ἦν πρὸς ἡμέραν ἦκεν ἐκείνη καὶ τὴν θύραν ἀνέῳξεν. Ne putes lapsu temporis mutatam esse significandi potestatem compone locum Charitonis p. 18, 31: ἤδη γάρ ἐσι πρὸς ἡμέραν. Vides quam abhorreat a sententia illius loci et corrige: ἀποδώσομεν καθ' ἡμέραν, quotidie.

Non una labe inquinatus est locus p. 72, 3: τὰς δύο μοίρας αὐτὸς σχεδὸν εἰργάζετο μόνος, male σχεδόν divulsum est a verbis τὰς δύο μοίρας et αὐτός non fert incommode additum μόνος: quamobrem emendaverim: τὰς δύο μοίρας σχεδὸν αὐτὸς εἰργάζετο expuncto μόνος, quod ex interpretatione natum est, ut aliis locis.

Non est Graecum quod legitur p. 72, 16: δρασμὸν ἐπεχείρουν, nam ἐπιχειρεῖν cum dativo coniungitur et apud reliquos omnes et apud Charitonem, ut p. 10, 23: λαθραίοις ἔργοις ἐπιχειρεῖν. Subest locutio Herodotea, apud quem saepius legitur δρησμὸν βουλεύειν et δρησμῷ ἐπιχειρέειν. Sed δρασμὸν ἐβούλευον a loci sententia aberrat: occiso enim custode sine mora se dederant in pedes. Itaque δρασμῷ ἐπεχείρουν repone. Deinde emendandum, ut supra indicavimus: οἱ γὰρ κύνες ὑλάσσοντες (non φυλάσσοντες) ἐμήνυσαν αὐτούς. Post pauca vs. 21. corrige οὔτ' ἰδὼν αὐτοὺς οὔτ' ἀπολογουμένων ἀκούσας. Codex vitiose, ut aliis locis, bis οὐδέ exhibet.

Quod sequitur vs. 25. προήχθησαν οὖν πᾶσας τε καὶ τραχήλους συνδεδεμένοι καὶ ἕκαστος αὐτῶν τὸν σαυρὸν ἔφερεν et vs. 28: Πολύχαρμος δὲ τὸν σαυρὸν βασάζων, et p. 76, 11: ἐγὼ διὰ σὲ — καὶ σταυρὸν ἐβάσασα, cui non revocat in mentem locos in Sacra Scriptura, ubi de eadem re verba eadem leguntur? Recte Dorvillius admonuit non esse hinc argumentum ducendum, quo Charitonem Christianum fuisse aut Christianorum libros legisse colligas, namque ita moris fuisse. Recte apponit idem locum Artemidori II. 56. p. 257. Reiff. Βασάζειν τινὰ τῶν δαιμόνων — κακούργῳ μὲν ἰδόντι σαυρὸν βασάσαι σημαίνει· ἔοικε γὰρ ὁ σαυρὸς θανάτῳ καὶ ὁ μέλλων αὐτῷ προσηλοῦσθαι πρότερον αὐτὸν βασάζει. Simile Plutarchi testimonium attulit Lipsius *de Cruce* II. 5. ex libro *de Sera Numinis vindicta* p. 554. B. τῷ σώματι τῶν κολαζομένων κακούργων ἕκαστος ἐκφέρει τὸν ἑαυτοῦ σαυρόν. Eodem igitur modo loquitur Iohannes in Euang. XIX. 17. καὶ βασάζων τὸν σαυρὸν αὐτοῦ ἐξῆλθεν. Eodem sensu et ἆραι et φέρειν τὸν σαυρόν legitur. Matth. Euang. XVI. 24. ἀράτω τὸν σαυρὸν αὐτοῦ καὶ ἀκολουθείτω μοι, et XXVII. 32: τοῦτον ἠγγάρευσαν ἵνα ἄρῃ τὸν σαυρὸν αὐτοῦ: de eadem re Lucas XXIII. 26. ἐπέθηκαν αὐτῷ τὸν σαυρὸν φέρειν ὄπισθεν τοῦ Ἰησοῦ. Βασάζειν recurrit apud Lucam XIV. 27: ὅσις οὐ βασάζει τὸν σαυρὸν αὐτοῦ. Apud eosdem et καταβῆναι ἀπὸ τοῦ σαυροῦ legitur, Matth. XXVII. 40. κατάβηθι ἀπὸ τοῦ σαυροῦ et vs. 42: καταβήτω νῦν ἀπὸ τοῦ σαυροῦ. Similiter Chariton loquitur p. 75, 19. κατέβαινε τοῦ σαυροῦ, ubi κατέβαινεν (ἀπὸ) τοῦ σαυροῦ requiro, et contra p. 78, 24: ἐπὶ

ϛαυρὸν ἀνέβην, quod dicitur p. 75, 15. ἐπιβαίνειν τοῦ ϛαυροῦ. Haec et talia legenti mihi saepe cogitare et quaerere subiit quid tandem esset βαϛάζειν τὸν ϛαυρόν. Sexcenties omnes in tabula depictum vidimus Iesum ingentem trabem cum ligno transverso innixam humero post se trahentem et succumbentem oneri, quod ne robustior quidem aliquis paulo diutius sustineat. Crux enim est ingens ingentis ponderis, in quam quis ἀναβῆναι, de qua quis καταβῆναι recte dici possit. Sed non est hoc βαϛάζειν τὸν ϛαυρόν. Sic non φέρειν et ἐκφέρειν τὸν ϛαυρόν bene diceretur, neque ἀράτω τὸν ϛαυρόν, neque ἐπέθηκαν αὐτῷ τὸν ϛαυρὸν φέρειν. In tali re σύρειν vel ἐπισύρειν haberet locum, non φέρειν vel βαϛάζειν. Praeterea quomodo hoc facere potuissent damnati sedecim, quorum colla et pedes una praelonga catena colligati fuisse dicuntur: προήχθησαν πόδας τε καὶ τραχήλους συνδεδεμένοι καὶ ἕκαϛος αὐτῶν τὸν ϛαυρὸν ἔφερεν, et mox p. 73, 2: τὸν Πολύχαρμον ἀπορρήξας τῆς κοινῆς ἁλύσεως πρὸς Μιθριδάτην ἤγαγεν. Si quisque eorum longam trabem humero innixam traxisset, non poterant sic colligari. Quid sit βαϛάζειν vel φέρειν τὸν ϛαυρόν discendum est a Romanis. Romanum enim est hoc supplicii genus, Graecis perinde ac Iudaeis priusquam Romanis servirent inauditum. Quis autem Latine dixit umquam *ferre crucem?* Nemo hercle. Quid igitur dicebant? nam ex verbis recte intellectis ad rei quam quaerimus intelligentiam perveniemus. *Crux* dicitur *poni*, *statui*, *figi*, *erigi*, damnati *in crucem aguntur*, *tolluntur*, *cruci affiguntur*, *defiguntur*, *suffiguntur*. Quid autem *ferebant* quum traherentur ad supplicium? Respondeto Plautus apud Nonium Marcellum p. 220:

Patibulum ferat per urbem, deinde *affigatur cruci* [1]),

---

1) Sic restituo sententiam et numeros: editur enim: *deinde* affigat *cruci*. In loco Licinii haec est vulgata scriptura: *deligat ad patibulos; deligantur et circumferuntur, cruci defiguntur.* Eiusdem monetae ea scriptura est atque illa quam supra vidimus: ἦν ἐν γαστρὶ λάβῃς λαβὲ καὶ τέκε. Nemo tam perdite amare potest pleonasmos et *lacteam ubertatem*, ut ista ei non aliquam certe moveant fraudis suspicionem. Nonii editione utor quam Gerlach et Roth ita curarunt ut omnia librorum Mss. monstra et portenta exhibeant palmariis et manifestis Criticorum emendationibus in imam paginam ablegatis. Aequissimo animo eos ferre soleo qui Criticam artem non amant et » *vetus*

et Licinius Macer ibidem: »*Deligati ad patibulos* circumferuntur et *cruci defiguntur.*" Audi et haec testimonia, quae conquisivit Lipsius *de Cruce* III. 3. Macrobius *Saturn.* I. 10. »servum suum verberatum *patibuloque constrictum* per Circum agit." deinde in crucem actus est, ut aliunde constat. Firmicus Lib. VI. Mathes. cap. 31: »severa animadvertentis sententia *patibulo suffixus in crucem* crudeliter *erigitur.*" emenda: *crudeliter agitur*, ER male repetitum errorem peperit. Qui *patibulum fert* aut *deligatus est ad patibulum* aut *patibulo constrictus* aut *patibulo suffixus* dicitur uno verbo *patibulatus*, ut in Plauti Mostellaria II. I. 52:

o carnificium cribrum quod credo fore!
ita te forabunt *patibulatum* per vias
stimulis.

Quid autem in illis omnibus *patibulum* esse putemus? Audi iterum Plautum in *Milite* II. IV. 7:

Credo ego istoc exemplo tibi esse eundum actutum extra (portam
dispessis manibus patibulum quum habebis.

Senecam audi *ad Marciam* c. 20: »video istic cruces non unius quidem generis sed aliter ab aliis fabricatas: capite quidam conversos in terram suspendere, alii per obscoena stipitem egerunt, alii *brachia patibulo explicuerunt.*" Compone mihi cum his versiculum Plautinum:

Patibulum ferat per urbem, deinde *affigatur cruci*,

et res erit manifesta. Graece idem sic dixeris: *βαςαζέτω ςαυρὸν διὰ τῆς πόλεως εἶτ' ἀναςαυρούσθω*, et quod est in *Milite*: »*eundum tibi extra portam dispessis manibus patibulum quum habebis.*" significat: *ἐξιτητέον σοι τῶν πυλῶν τὼ χεῖρε διαπεπταμένῳ καὶ ςαυρὸν βαςάζοντι.* *Patibulum* est lignum illud transversum, in quo damnati dispessis manibus affigebantur cruci. Cruces (id est *stipites erecti*) stabant eo loco, ubi sumebatur supplicium, *patibulum* quo quisque suf-

---

suum MUMSIMUS" malunt suo more interpretari quam SUMSIMUS ab aliquo Critico accipere. Solent esse boni homines et quam inepte agant quia iudicio carent ipsi iudicare non possunt. Pervelim tamen, quia nonnumquam sunt petulantiores, eos poenae nomine cogi posse legere scriptores Latinos illo modo editos, quo Nonium Marcellum Gerlach et Roth ediderunt.

figeretur, *ferebat* ipse. Hic igitur est ὁ σαυρὸς ὃν *Φέρει* sive *βασάζει* ἕκαστος, id quod vetere loquendi usu Graecorum stabilitur. Σκόλοπες antiquo nomine et σαυροί Graecis sunt *valli*, acuti stipites, quibus et alia et castra muniebantur, unde περισαυροῦν dicitur et σάυρωμα *vallum*. Idoneum exemplum est in Xenophontis Anabasi VII. IV. 14: αἱ οἰκίαι κύκλῳ περιεσαύρωντο μεγάλοις σαυροῖς τῶν προβάτων ἕνεκα, et § 17. φεύγουσιν ὄπισθεν περιβαλόμενοι τὰς πέλτας. καὶ ὑπεραλλομένων τοὺς σαυροὺς ἐλήφθησάν τινες κρεμασθέντες ἐνισχομένων τῶν πελτῶν τοῖς σαυροῖς. Itaque σαυρός utrumque significat et *lignum transversum* crucis (*patibulum*), quod damnati ferebant quum ad supplicium raperentur, et *stipitem erectum*, cui affigebantur, unde ἀνασκολοπίζειν et ἀναυσαυροῦν est *agere in crucem* sive *in crucem tollere*. Σταυροῦν enim Graeculorum est, Graeci ἀνασαυροῦν dicebant. Hi igitur σαυροί erant ὑψηλοί, quod etiam e Charitone colligas ubi scribit p. 57, 20: ἀνεσκολοπίσθη δὲ καὶ ἔβλεπεν ἀπὸ τοῦ σαυροῦ τὴν θάλασσαν. Sed appellantur σαυροί quoque ligna transversa, ut vidimus, atque hi sunt quos φέρειν aut βασάζειν damnati solebant. Ad hos *alligari*, his *constringi* Latine dicuntur. Relege ad hanc lucem locos quos apposuimus omnes: perspicua omnia esse videbis, nihil difficultatis aut molestiarum superesse. Vides quam recte sic dicatur: ἐπέθηκαν αὐτῷ τὸν σαυρὸν φέρειν, et: ἕκαστος τὸν ἴδιον σαυρὸν ἐκφέρει similiaque omnia, namque *ad patibulos alligati* aut *patibulis constricti* humeris τὸν σαυρόν sustinebant vel sic tamen sat grave onus miseris.

Quo minus mireris σαυρόν Graece dici *patibulum*, dabo locum ubi *palum* significat, ad quem deligatus quis more Romano flagris caeditur et securi percutitur. Scribit Dio Cassius XLIX. 22. Antonium in Antigonum Iudaeae Regem animadvertisse more maiorum, id est *deligatum ad palum* flagris cecidisse et securi percussisse: τὸν δ' Ἀντίγονον ἐμαστίγωσε σαυρῷ προσδήσας καὶ μετὰ τοῦτο ἀπέσφαξεν. Vides σαυρῷ προσδεῖν esse id ipsum quod sexcenties apud Romanos legitur *ad palum deligare* sive *alligare* (vid. Cicer. in Verr. V. § 10—12). Vides σαυρόν (*vallum*, *stipitem*) plane referre Romanorum *palum*. Simul vides quam recte σαυρὸν φέρειν sive βασάζειν ponatur pro *ferre patibulum*. Absurdum est *ferre*

crucem, et quod Latine dicitur *in crucem agi* et *in crucem tolli* Graece sonat ἐπὶ τὸν σαυρὸν ἀναβαίνειν, atque id est ἀνασαυροῦσθαι sive ἀνασκολοπίζεσθαι. Quod Latine dicitur *crucem ponere* vel *figere* Graecis est τὸν σαυρὸν πηγνύναι et καταπηγνύναι, quod promiscuo usu et de *vallo* et de *cruce* usitatum est. De *vallis* Thucydides VII. 25: ἐγένετο δὲ καὶ περὶ τῶν σαυρῶν ἀκροβολισμὸς ἐν τῷ λιμένι, οὓς οἱ Συρακόσιοι κατέπηξαν ἐν τῇ θαλάσσῃ, et post pauca: χαλεπωτάτη δ' ἦν τῆς σαυρώσεως ἡ κρύφιος. ἦσαν γὰρ τῶν σαυρῶν οὓς οὐχ ὑπερέχοντας τῆς θαλάσσης κατέπηξαν. De cruce ipse Chariton p. 103, 31: ἐπὶ τὸν σαυρὸν ἀνέβαινον ὃν ἔπηξέ μοι κατηγορία ψευδής. Ut nihil omittam legitur et καθαιρεῖν τοῦ σαυροῦ apud Charitonem p. 155, 8: καθαιρεθῆναί με τοῦ σαυροῦ ἐκέλευσε, sed necessariam in tali re praepositionem desidero: καθαιρεθῆναί με (ἀπὸ) τοῦ σαυροῦ. Facile perit ἀπό propter siglam veterem, quam sequiores quia non intelligunt omittere solent. Pulchre emendavit Wyttenbach. in Bibl. Crit. X. p. 99. locum Libanii: φίλων μὲν οὖν ἦν ἀφθονία μοι δικαίων οἱ δ' ὡς ἕνα λάβοιεν ἔμελλον reponens: οἱ δώσειν ἃ λάβοιεν. Perfice emendationem scribendo: οἱ ἀποδώσειν ἃ λάβοιεν ἔμελλον.

Quod in Codice est p. 72, 30: τοσοῦτον δὴ τὸν λόγον ὁ οἰκονόμος ἀκούσας male refingunt homines docti in τοῦτον δή: corrige τοσοῦτον δὴ τοῦ λόγου. Nil enim nisi extrema verba audiverat.

Infelix est Reiskii coniectura ab Editore calidius recepta p. 73, 8: τὴν πηγὴν ἀνεύρηκα τοῦ μεγάλου λήματος. Quod in Codice est αἵματος absurdum esse vides: sed λήματος rei non convenit. Suspicor τολμήματος verum esse, quod et rei egregie convenit et stabilitur loco vicino p. 72, 32: γυναῖκα τὴν συνειδυῖαν τοῖς τετολμημένοις.

Non inseruisset articulum Editor p. 73, 21. in verbis: καὶ ἀτυχῇ τινα ἔδοξεν ὁμωνυμίαν ἔχειν ἐκείνῃ [τὴν] γυναῖκα, si vidisset ἀτυχῇ τινα γυναῖκα coniungenda esse.

In vicinia p. 73, 2. in Codice est: τὸν Πολύχαρμον ἡρώτων τίς ἐστι καὶ πόθεν ἄγουσιν αὐτήν. Ferri non potest ἄγουσιν: itaque Editor ἄξουσιν reposuit. Lenius emenda: κἀπόθεν ἄγωσιν αὐτήν. Ipsi ita quaesiverant: πόθεν ἄγωμεν αὐτήν; Scribae in huiusmodi locis imperite indicativum substituunt,

cuius rei multa exempla sunt: in ipso Charitone iterum sic peccarunt p. 44, 30. ubi in Codice est: τί σοι δέδοκται; τί ποιοῦμεν; sed optime emendavit Editor: τί ποιῶμεν; Eodem modo emendaverim p. 141, 17: ποῖ τοίνυν ἀπίωμεν; pro ἄπιμεν. In Aristophanis *Avibus* vs. 172. emenda:

τί οὖν ποιῶμεν; B. οἰκίσατε μίαν πόλιν.

ubi in libris est: τί ἂν οὖν ποιοῖμεν.

Desideratur pronomen p. 75, 5: ὁ μὲν οὖν φίλος οὐδὲ ἀποθνήσκων ἐνεκάλει τῇ γυναικί, προήχθην δὲ αὐτῆς μνημονεῦσαι. Oppositio flagitat: (ἐγὼ δὲ) προήχθην αὐτῆς μνημονεῦσαι.

Reseca molestum articulum p. 75, 27: τοὺς γνωρίμους ἐς [τὸ] συμπόσιον παρεκάλει. Possumus amicos ἐπὶ δεῖπνον καλεῖν, non possumus eos καλεῖν ἐπὶ τὸ δεῖπνον.

Facile senties subesse vitium p. 76, 23: καὶ αὐτὸς μὲν ἀνεπαύετο καθάπερ ἔθος ἦν αὐτῷ, τοῖς δὲ Συρακουσίοις νεανίσκοις — οἶκον ἐξαίρετον ἀπέδειξεν. Quam inficetum est *ut solebat*, quasi vero non unusquisque noctu quiescere soleat, aut alio modo quam quo soleret potuisset quieti se dare! Requiritur *ubi solebat*: igitur: ἐνθάπερ ἔθος ἦν αὐτῷ emendaverim.

Ostendimus supra quae menda et emblemata obsiderent locum p. 76, 29: ἐλπίζων ὅτι καθάπερ ἐν τοῖς ἀγῶσι τοῖς γυμνικοῖς ἔφεδρος μένων [μεταξὺ Χαιρέου τε καὶ Διονυσίου] αὐτὸς ἀκονιτὶ τὸ ἆθλον [Καλλιρρόην] ἀποίσεται. Quod autem putat Chariton *subsessorem* ἀκονιτὶ τὸ ἆθλον auferre, fugit eum ratio, aut (ut solet omnia augere in maius) quum vellet dicere *facili negotio*, *nullo labore* pro ἀπόνως ornatius ἀκονιτί ponere maluit. Quanto melius eadem comparatione utitur Xenophon in Anabasi II. v. 10.

Quoniam noto usu dicitur προτιθέναι γνώμην, λόγον et sim. non τὴν γνώμην, dele importunum articulum p. 76, 32: προτεθείσης [τῆς] γνώμης ὁ μὲν Χαιρέας ἠξίου κτέ. Ne dubites compara mihi hos Charitonis locos p. 98, 20: αἱρέσεως αὐτῷ προτεθείσης, p. 100, 8: εἰ χρὴ διαδικασίαν προθεῖναι, p. 135, 8: σκέψις προὔκειτο. Ab Atheniensibus sumtum est γνώμην προτιθέναι, vid. Var. Lectt. p. 352. sq. Imitatur Iulianus in Caesaribus p. 318, A: τίνα χρὴ τρόπον αὐτοὺς ἁμιλλᾶσθαι γνώμη προὐτέθη.

Mithridates ab irato Dionysio appellatur p. 81, 4: Μιθριδάτης ὁ κάκιστος ἀνδρῶν, sed nemo iratus sic loquitur. Amanter dicitur ἀνδρῶν βέλτιστος ἐγένετο περὶ ἐμέ et ἀνδρῶν ἄριστος, κράτιστος, λῷστος, sed in oratione iracunda κάκιστος ἀνθρώπων dici assolet. Lepidissime Antiphanes Athenaei p. 338. F.

ἀνδρῶν τ' ἄριστον κωβιὸν πηδῶντ' ἔτι
πρὸς Πυθιονίκην τὴν καλὴν πέμψαι με δεῖ.
ἀδρὸς γάρ ἐστιν.

Frequens est confusio inter ΑΝΩΝ et ἀνδρῶν. Sine mendo legitur p. 126, 30: οὐχ ὁ Πέρσης ὁ κάκιστος ἀνθρώπων. Latine quoque amanter *virorum optimus* dicitur, odiose *hominum pessimus*.

Corrige leve vitium, sed vitium tamen, p. 81, 5: ξένος μου γενόμενος ἐπιβουλεύει μου τῷ γάμῳ, imo vero ξένος μοι γενόμενος, ut post pauca de eodem p. 81, 22: ξένος αὐτῷ γενόμενος διαφθείρει αὐτοῦ τὴν γυναῖκα. Eadem opera exime idem vitium p. 98, 12: φίλος εἰμί σου καὶ ξένος, imo vero σοι, et p. 113, 16: σὺ δὲ μνημόνευέ μου τῆς εὐεργεσίας, ubi μοι repone. Recte p. 28, 2. correxit Editor: ἀπολώλεκά σοι, ὦ δέσποτα, τάλαντον, vitiose Codex σου, ut solet.

Scribarum errorem arguit vitiosa compositio p. 81, 9: τάχα μὲν καὶ διὰ Μιθριδάτην — τὸ δὲ πλέον διὰ τὸν ἔρωτα. Quae, quaeso, est ista oppositio inter τάχα μὲν et τὸ δὲ πλέον. Emenda τὰ μὲν καὶ κτέ.

Iterum μέν excidit p. 82, 20. ubi scribe: γράφει δὲ πρὸς (μὲν) Φαρνάκην — πρὸς δὲ Μιθριδάτην.

Non est Graecum quod editur p. 82, 25: καταπλαγέντος δὲ τοῦ Μιθριδάτου καὶ ἀπορουῦντος τὴν αἰτίαν τῆς διαβολῆς. Verum esse suspicor ΑΓΝΟΟΥΝΤΟΣ: καὶ ἀγνοοῦντος τὴν αἰτίαν. Tritum est ἀγνοεῖν τὴν αἰτίαν. Post pauca vs. 31. suppleverim: Διονύσιον ἀνελεῖν τὸν (τούτων) αἴτιον.

Ut passim alibi desideratur articulus p. 83, 6: Ἐντάφιον ἔνδοξον ἡ ἡγεμονία καὶ (ὁ) μετὰ Καλλιρρόης θάνατος ἡδύς. Poterat et sic dicere: καὶ τὸ μετὰ Κ. ἀποθανεῖν ἡδύ, sed neque hic neque illic articulus abesse potest. Quod autem dicit: ἐντάφιον ἔνδοξον ἡ ἡγεμονία adumbratum est ex nobili dicto, quod et Dionysium tyrannum a desperatione rerum suarum revocavit et Amyntam Macedoniae regem: καλὸν ἐντάφιον ἡ τυ-

ραννίς, de quo nuper diximus ad Philostratum περὶ γυμναστικῆς p. 48. Idem dictum servavit ab exitio Iustinianum teste Procopio de bello Persico I. 24. Tom. I. p. 126. Dind. ubi Theodora in consilio ita dicit: μὴ γὰρ γενοίμην τῆς ἁλουργίδος ταύτης χωρὶς μηδὲ τὴν ἡμέραν ἐκείνην βιοίην, ἐν ᾗ με δέσποιναν οἱ ἐντυχόντες οὐ προσεροῦσιν. — ἐμὲ γάρ τις καὶ παλαιὸς ἀρέσκει λόγος ὡς καλὸν ἐντάφιον ἡ βασιλεία.

Non satisfacio mihi in emendanda foeda corruptela p. 83, 3: τάχα δὲ κρατήσεις — εἰ δὲ καὶ ἄλλως ἀθετήσειεν οὐδὲν δυνήσῃ χεῖρον παθεῖν. Non credo in αλλωσαθετησειεν antiquae scripturae vestigia superesse. Requiritur: εἰ δὲ καὶ τῷ πολέμῳ σφαλείης vel ἡττηθείης vel aliud quid huiuscemodi. Scriptor Atticus futurum posuisset εἰ — σφαλήσει, οὐδὲν δυνήσει. Chariton non item, ut p. 83, 15: εἰ δὲ καὶ ἀποθανεῖν δεήσειε, πάλιν ὄψομαι Καλλιρρόην, et aliis locis.

Dittographia inest p. 83, 15. in verbis: κἂν ἐν τῇ κρίσει Χαιρέαν ἔξω — μάρτυρα, corrige κἀν τῇ κρίσει. Plures alias crases apud Charitonem scribae obliterarunt ut apud multos alios Atticorum imitatores, cuius generis unum exemplum quia satis lepidum est proferam. In Iuliani Caesaribus p. 314, D. Silenus ad Bacchum ita dicit: οὐκ οἶσθα ὅτι καὶ ὁ Σωκράτης ἐοικὼς ἐμοὶ τὰ πρωτεῖα κατὰ τὴν φιλοσοφίαν ἀπηνέγκατο τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀνθρώπων εἰ τῷ Δελφῷ πιστεύεις ὅτι ἐστὶν ἀψευδής. Noli credere Apollinem Pythicum appellari τὸν Δελφόν. Silenus dixerat: »si *fratri tuo* credis" εἰ τἀδελφῷ πιστεύεις. Diserte scriptum est in vetusto Codice Vossiano: εἰ τῶδελφῶ πιστεύεις servata crasi sed Graeculorum more vitiata. Crebro confundi Δελφός et ἀδελφός demonstravimus in Nov. Lectt. p. 405.

Insere articulum p. 84, 21: τὸν Χαιρέου τάφον (τὸν) ἐκεῖ.

Misere laborat locus p. 85, 31: οὐκέτι γὰρ εἰς Ἰωνίαν με φυγαδεύεις. Ξένην μέν, πλὴν Ἑλληνικὴν ἐδίδως γῆν — νῦν δὲ ἔξω με τοῦ συνήθους ῥίπτεις ἀέρος. In his unum vocabulum corruptum est, quod quum deprehenderis vera loci compositio apparebit et proba lectio reperiri poterit. Vocabulum corruptum statim apparet, nam formam quoque habet barbaram. Credisne ἐδίδως esse Graecum? Cave facias, nam ἐδίδουν, ἐδίδους et ἐδίδου omnes constanter dicebant. Apud Charitonem

ipsum habes p. 31, 21: *ἀπεδίδου τὸν ἦχον*, p. 86, 18: *παρεδίδου τῷ μεθ' αὐτόν*, et p. 147, 18: *σύνθημα πολεμικὸν ἐδίδου*. Restituamus igitur *ἐδίδους*, dixerit aliquis. Non multum profeceris: inspice locum omissa vitiosa interpunctione: *οὐκέτι εἰς Ἰωνίαν με φυγαδεύεις ξένην μὲν πλὴν Ἑλληνικὴν (ἐδίδως) γῆν — νῦν δὲ ἔξω με τοῦ συνήθους ῥίπτεις ἀέρος*. Sentisne haec uno tenore continuata esse et coniungi oportere *Ἰωνίαν ξένην μὲν πλὴν Ἑλληνικὴν γῆν*? itaque pro *ἐδίδως* non verbum aliquod requiritur, sed adverbium Quid plura? emendandum est: *ξένην μὲν πλὴν Ἑλληνικὴν ὅμως γῆν*. Chariton solet *πλήν* in oppositione pro *δέ* ponere, veluti p. 103, 6: *παιδίον μὲν εἶ πλὴν οὐ παντελῶς ἀναίσθητον ὧν ὁ πατὴρ δυσυχεῖ*, et p. 146, 18: *πολλὴ μὲν ἐν μέσῳ θάλασσα — πλὴν οὐ Φοβοῦμαι*, et aliis locis. Itaque quum vellet dicere *ξένην μὲν Ἑλληνικὴν δ' ὅμως* dedit id quod restituimus.

Mallem reliquisset editor vulgatam lectionem p. 86, 25: *ἐποιεῖτο τὴν πορείαν σφοδροτέραν*, ubi *σφοδρότερον* substituit comparans locum p. 102, 23: *ἐξεκάετο γὰρ σφοδρότερον*. Nollem factum: dicitur enim *ἀναχωρεῖν ταχέως* sed *ταχεῖαν τὴν ἀναχώρησιν ποιεῖσθαι*, dicitur *ζητεῖν ἀκριβῶς* sed *ἀκριβῆ τὴν ζήτησιν ποιεῖσθαι*, dicitur *κατηγορεῖν πικρῶς* sed *πικρὰν τὴν κατηγορίαν ποιεῖσθαι*, et sic passim in illa frequentissima verborum periphrasi per *ποιεῖσθαι*, quam diligenter exposuimus in Nov. Lectt. p. 257. sqq., videbis non adverbia verbo, sed adiectiva nomini apponi. Itaque Graecum est *πορεύεσθαι σφοδρότερον*, sed *σφοδροτέραν τὴν πορείαν ποιεῖσθαι*. Fac inter legendum experimentum: non dubito quin *σφοδροτέραν* statim revocaturus sis et intellecturus male comparari *ἐξεκάετο σφοδρότερον*. Apud ipsum Charitonem peridoneum exemplum reperies p. 57, 6: *βέλτιον ποιήσασθαι τὴν ζήτησιν ἐπιπονωτέραν*, dicitur enim *ζητεῖν ἐπιπόνως* sed *ἐπίπονον τὴν ζήτησιν ποιεῖσθαι*. Hoc iterum luculenter Chariton ipse demonstrabit si comparaveris p. 100, 7: *λαμπρῶς γὰρ ἀπελογήσατο*, et p. 91, 20: *ἵνα λαμπροτέραν τὴν ἀπολογίαν ποιήσηται*.

Verissime emendatum est p. 87, 9: *κρινεῖ δέ* iudicabit pro lectione Codicis *κρίνῃ* in iudicium adduceris. Res est manifesta. Simul manifestum est apud Charitonem quoque scribas *-ει* in *-η* refingere, ubi secunda persona verborum in

-ομαι occurrit. Atticistae in ea re Atticos imitabantur: non tantum in futuris contractis *δμεῖ*, *χαριεῖ*, *ψηφιεῖ*, *βαδιεῖ*, *ἀπολεῖ*, *ἀγωνιεῖ* et sim. omnibus constanter *-εῖ* scribebant, quas formas plane amiserat Graeculorum vitiosa *συνήθεια*, quibus *ἀγωνίσομαι*, *ψηφίσομαι*, *χαρίσομαι* erant usitata, sed in omnibus secundis personis praesentium et futurorum in *-ομαι* ei *-σομαι* exemplo Atticorum formis in *-ει* utebantur, in quibus ubique obliterandis scribarum natio coniuravit. Tenentur autem manifesti ubi tertiam personam in -EI exeuntem, ut h. l. aliud agentes in suum *-ῇ* vel *-ᾗ* depravant. Similes fraudes in Alciphrone et Luciano deprensas in Var. Lectt. notavimus. Terminatio secundae personae in *-ει* restituenda est ubique omnibus qui *ἀττικιεῖ* et qui *ἀττικῶς* scripserunt, et in his Charitoni quoque: fidem facient, si quis hoc aget, quum alia indicia et argumenta tum vetustissimi scribarum errores in quibus antiqua lectio pellucet, quale est KPINH ubi tertia persona *κρινεῖ* requiritur. Saepe vetus -EI depravatur in *-εις*, quae fraus manifestis indiciis deprensa palam facit quae fuerit antiqua scriptura. Huius rei luculentum exemplum est apud Charitonem p. 106, 27: *τίς εἶ*; *Καλλιρρόης ἐρασὴς ἢ δικαστής*; *μὴ ἐξαπάτα σεαυτόν. ἀγνοεῖς μὲν ἀλλ' ἐρᾷς*. Pulchre restituit loci sententiam Editor reponens: *ἀρνῇ μὲν ἀλλ' ἐρᾷς*, sed non restituit manum Charitonis quae haec est: *ἀρνεῖ μέν*. Vides quam facile APNEI in *ἀγνοεῖ* et *ἀγνοεῖς* potuerit abire. Addo locum Iuliani in *Μισοπώγωνι* p. 345. C: *οὐ γὰρ οἶμαι διενοήθης ὅπως ἁρμόσεις τῶν ἀνδρῶν οὔτε τοῖς ἐπιτηδεύμασιν οὔτε τοῖς βίοις οὔτε τοῖς ἤθεσιν*. Facile intelligitur *ἁρμόσει* verum esse. Compone cum his ea quae exposuimus in Var. Lectt. p. 40 sqq. et dabis mihi *τοὺς ἀττικίζοντας* omnes illis formis in *-ει* semper esse usos.

Vitiosum est quod legitur p. 88, 9: *διέβαινε δὲ ἡ φήμη μέχρις αὐτοῦ βασιλέως*. Fama et rumor *διατρέχειν* possunt, *διαβαίνειν* non possunt. Quid est igitur scribendum? Charitonipse docebit p. 70, 22: *ἀνέβαινεν ἤδη μέχρι τοῦ μεγάλου βασιλέως ὄνομα Καλλιρρόης*. Hoc ipsum restitue: *ἀνέβαινε δὲ ἡ φήμη*. Saepe ΔΙ — N et AN in libris confusa videbis.

Importunum pronomen pessime corrumpit locum p. 89, 2:

ὃ δέσποινα, γύναιον Ἑλληνικὸν ἐπιστρατεύεται ταῖς ἡμετέραις οἰκίαις, [δ] καὶ πάλαι μὲν πάντες ἐθαύμαζον ἐπὶ τῷ κάλλει, κινδυνεύει δὲ ἐφ' ἡμῶν ἡ δόξα τῶν Περσίδων γυναικῶν καταλυθῆναι. O ineptam lectionem! Emenda: — ταῖς ἡμετέραις οἰκίαις· καὶ πάλαι μὲν πάντες (ἡμᾶς) ἐθαύμαζον ἐπὶ τῷ κάλλει, κινδυνεύει δὲ ἐφ' ἡμῶν κτὲ. Quid certius est quam πάλαι et ἐφ' ἡμῶν sibi inter se respondere et utrumque ad Persicarum formam referri? Quid igitur absurdius est quam istud ὅ, quod ad γύναιον Ἑλληνικόν trahit id quod nihil ad eam pertinet?

In vicinia novum mendum latet p. 89, 13: καὶ τὸ μὲν πρῶτον ὡς ἐξ ἑνὸς σώματος ἀνεβόησαν — εἶτα διεχέθησαν αἱ γνῶμαι. Mendosum est διεχέθησαν. Partem veri reperit Reiskius διεσχίσθησαν reponens. Perficies emendationem si reposueris: εἶτα δ' ἐσχίσθησαν αἱ γνῶμαι, ut apud Xenophontem in Sympos. IV. 59: ἐνταῦθα μέντοι ἐσχίσθησαν, et apud Herodotum VII. 219. cuius verba Charitoni obversabantur: καὶ σφέων ἐσχίζοντο αἱ γνῶμαι. Eodem modo Chariton loquitur p. 91, 3: ἐσχίσθη δὲ τὸ πλῆθος τῶν βαρβάρων, et p. 152, 23: ποτὲ μὲν ἐσχίζοντο, quae omnia dicuntur de contrariis sententiis studiisque, ut apud Virgilium:

Scinditur incertum studia in contraria vulgus.

Verbum compositum διεσχίσθησαν per se nihil habet reprehensionis et usurpatur a Charitone p. 105, 6: διέσχισο δὲ ἡ πόλις, sed reliquiae veteris scripturae εἶτα διεχέθησαν quoniam εἶτα δ' aperte requiritur, demonstrat simplex ἐσχίσθησαν olim fuisse scriptum. In Codd. non antiquissimis δ, δ' et δι ita scribuntur ut oculis distingui non possint nisi ab eo qui hoc agat et quid quoque loco requiratur probe intelligat. In libraris neque hoc est neque illud: itaque passim δι — pro δ' aut δ — scribunt, aut contrario errore peccant, unde sequitur nostri esse ubique arbitrii constituere utrum δ' an δι — scribendum sit, δ — an δι, et contra. Ob oculos haec ponet Bastius in Comment. Palaeogr. p. 711. Exempla ubique obvia, etiam apud Charitonem, ut p. 87, 7. ubi in Codice est: μετ' οὐ πολὺ διεξελθὼν ὁ εὐνοῦχος ἀπεκρίνατο, sed verum vidit Reiskius δ' ἐξελθών emendans. Fugit omnes evidens mendum p. 140, 20: Χαιρέας — σύνθημα τοῖς τριηράρχοις δέδωκεν ἐπὶ Κύπρου πλεῖν, ubi quis obiter admonitus non statim

videt διέδωκεν esse verum? Quid sibi vult in tali re *perfectum* δέδωκεν? Saepe vidi δέδωκεν et διέδωκεν ea de causa inter se permisceri. Dabo luculentum exemplum ex Demosthene. Editur in Orat. XVII. § 10. (p. 214, 10.) ἐν Πελλήνῃ νῦν κατελέλυκε τὸν δῆμον ὁ Μακεδὼν ἐκβαλὼν τῶν πολιτῶν τοὺς πλείστους, τὰ δ' ἐκείνων τοῖς οἰκέταις δέδωκε, Χαίρωνα δὲ τὸν παλαισὴν τύραννον ἐγκατέςησεν, ipsa rei natura et aoristum postulat et verbum *dividendi*, itaque διέδωκε genuinum est. Notavimus saepius alibi quam crebro δι et εξ confundantur aut male copulentur: saepe διεξ- occurrit pro ἐξ, peccatur et in contrariam partem. Charitonis causa id moneo apud quem vitiose et sine sensu legitur p. 111, 25: διὰ τῆς πόλεως ἀπάσης ἐξιὼν περιέβλεπεν. Sentisne quam ridicule dicatur quis ἐξιέναι *per totam urbem*? Emenda igitur διεξιών et omnia habebunt optime.

Inutilis est Editoris coniectura supplentis p. 89, 18. Ῥοδογύνη — μέγα τι χρῆμα [κάλλους] καὶ περιβόητον. Nihil opus supplemento est: μέγα τι χρῆμα et μέγα πρᾶγμα cum magna admiratione dicuntur, ut apud Demosthenem in Orat. XXXV. 15. (p. 928, 6): οὗτοσὶ δὲ Λάκριτος Φασηλίτης, μέγα πρᾶγμα, Ἰσοκράτους μαθητής. Eubulus Athenaei p. 559 B.

εἰ δ' ἐγένετο
κακὴ γυνὴ Μήδεια, Πηνελόπη δέ γε
μέγα πρᾶγμα.

Polybius XII. 15: ἆρ' οὐκ ἀνάγκη μέγα τι γεγονέναι χρῆμα καὶ θαυμαςὸν τὸν Ἀγαθοκλέα; Praeterea notandum Graece dici καλόν τι χρῆμα, πάγκαλόν τι χρῆμα, σοφόν τι χρῆμα παρθένου, γυναικός, ἀνδρός et sim. sed neminem dixisse umquam μέγα τι χρῆμα κάλλους aut σοφίας aut alius cuiusdam rei *abstractae* quam appellant. Revocabimus igitur sine mora unici Codicis sanam scripturam.

Nescio an quis ferre possit p. 90, 5. scripturam καταπηδήσας ἐκ τοῦ ἵππου, mihi quidem movet risum, nisi si quis *ex equo Troiano* sic desiluisse dicetur. Recte apud Homerum dicitur Iliad. Θ. 492: ἐξ ἵππων ἀποβάντες id est ἐκ τοῦ ἅρματος, sed manifesto mendosa apud Charitonem lectio est. Quid cessamus reponere quod Graeci constanter omnes in ea re dicere solent: καταπηδήσας ἀπὸ τοῦ ἵππου. Sine mendo legitur

p. 31, 1: *ἀποπηδήσας ἀπὸ τοῦ ἵππου*. Sigla praepositionis *ἀπό* huiusmodi errores parere solet.

Confusionem siglarum, quibus *ἀπό*, *κατά*, *πρός* notari solent, saepius multis exemplis aperuimus. Est Codex quidam Anabaseos Xenophontis, Laurentianus Z apud Dindorfium, cuius scriba ubicumque compendium praepositionis *ἀπό* occurrebat *ἐκ* substituit. Itaque *mori* in illo libro est *ἐκθανεῖν* (II. I. 10.) et passim leguntur absurdae scripturae qualis est III. IV. 29: *δεδοικότες μὴ ἐκτμηθείησαν*, IV. V. 12: *οἱ τοὺς δακτύλους τῶν ποδῶν ἐκσεσηπότες*, IV. IV. 9: *τῶν δὲ ἐκσκεδαννυμένων τινὲς ἐκ τοῦ στρατοπέδου*, V. IV. 17: *ἐκτεμόντες τὰς κεφαλάς*, et passim alibi. Istas tamen quisquilias ex libro *nullius prorsus pretii* sedulo Critici colligunt et Xenophonti apponunt *ἀκριτως πάνυ*, ut mihi quidem videtur. Quam faceret operae pretium is qui et in caeteris scriptoribus Graecis et in Anabasi discerneret *veram* lectionis discrepantiam et *τὴν φαινομένην*, id est *manifestos* scribarum errores et hallucinationes, quae nullum omnino habent usum, sed fastidium ac nauseam legentibus pariunt, et acutam et ingeniosam iuventutem ab excutienda vera scripturae discrepantia cum taedio deterrent.

Scribe p. 90, 9: *ἀλλὰ Διονύσιος μέν* pro *ἀλλ' ὁ*, nam sic *ὁ μὲν Διονύσιος* scriptum oportuit et tolle *τὸ ἀσύνδετον* vs. 22. sic: *ἡ μὲν (οὖν) ἁρμάμαξα προῄει κτέ.*

Insere articulum p. 90, 29: *ὅτι μετὰ (τῆς) γυναικὸς ἐβάδιζες*, nam *cum uxore* non aliter quam sic dici potest.

Paulo ante aut excidit aliquid aut negligentius locutus est Chariton p. 90, 25: *βασιλεὺς δὲ ὡς ἤκουσεν ἀφῖχθαι Διονύσιον*, quae ita dicuntur quasi ab alio advenisse Dionysium accepisset. Sed Dionysius quemadmodum Mithridates p. 87, 1: *ἐπὶ θύρας ἦλθε τὰς βασιλέως*, ut apparet ex p. 90, 32: *προσκυνήσας ὁ Διονύσιος ἀπηλλάγη*, cuius rei necessariam mentionem non a Charitone praetermissam sed a scribis omissam esse suspicor.

Concinnitas postulat ut p. 91, 4. scribatur: *προσετίθετο* (non *προσέθετο*) — *εὔνουν εἶχεν*. Non facile peccant in talibus, ne sequiores quidem: magnum est intervallum inter *faverunt* et *favebant*, et sic inter *προσέθετο* et *προσετίθετο*, quod qui

sentiunt non possunt tam diversa miscere.

Et alia mendosa sunt p. 92, 1 sqq. quibus non sum emendandis et *ὑπάρχουσιν*, in quo latere suspicor *ὑπερέχουσιν*. Nemo dixerit qui sint *ἡγεμόνες ἡγεμόνων*. Diversissimum certe est Thucydideum V. 66. *ἄρχοντες ἀρχόντων*. Facilius intelligitur p. 119, 26: *συγκαλέσας οὖν βασιλεὺς τοὺς ὁμοτίμους καὶ ὅσοι παρῆσαν ἡγεμόνες τῶν ἐθνῶν*, quo nomine Graeci appellare solent *Praesides provinciarum* imperii Romani. Paulo ante p. 91, 32. requiro *μέσος μὲν ὁ θρόνος κεῖται ὁ βασιλέως.* pro *κεῖται βασιλεῖ.*

Insere iterum articulum p. 92, 9: *ὑπὸ (τῶν) φίλων καὶ συγγενῶν*, et p. 92, 30: *οὐ θέλοντος τἀνδρός* pro *ἀνδρός.*

Bis ex Codice revoca imperfectum p. 93, 20: *οὐ μὴν ἐδακρυτί γε ἤκουεν* et vs. 22: *πρὸς τὴν δίκην ἐδυσχέραινε*, pro *ἤκουσεν* et *ἐδυσχέρανε.* Contra repone p. 92, 14: *ἐκέλευσε τὰ ἐπιστολὰς ἀναγνῶναι* pro *ἐκέλευε.* Foedo errore p. 94, 22. Dorvillius ediderat *ἐνέδυ καὶ ἐκόσμει τὴν Καλλιρρόην*, pro *ἐνέδυε*, de quo annotavi in Nov. Lectt. p. 786.

Non minus foedus error a scribis commissus est p. 94, 1: *κάλλος ἐπίβουλον, εἰς τοῦτο μόνον ὑπὸ τῆς Φύσεως δοθὲν ἵνα μου πλησθήσῃ τῶν διαβολῶν.* Barbarum est *πλησθήσωμαι*, praeterea in tali re *ἀναπλησθῆναι* et *ἀνάπλεως* requiritur, non *πλέως* et *πιμπλάναι.* Denique utrum *τὸ κάλλος* an ipsam Callirrhoën putas *τῶν διαβολῶν ἀναπλησθῆναι* dici? Equidem Callirrhoën arbitror. Itaque emenda: *ἵν' ἀναπλήσῃ με τῶν διαβολῶν.* De re immunda et sordida et turpi ac foeda *ἀναπιμπλάναι* dici, non *πιμπλάναι*, frequenti omnium usu satis constat. Iuvat obiter emendare locum Iuliani, ubi illud verbum labem concepit. Legitur in Misopog. p. 344. C: *ὑμεῖς ὀλιγάκις εἰς τὰ τεμένη συνέρχεσθε, συνδραμόντες δὲ δι' ἐμὲ πολλῆς ἀκοσμίας ἀναπίμπλανται τὰ ἱερά*, luce clarius est *ἀναπίμπλατε* emendari oportere.

Contra loci sententiam *γάρ* scribitur p. 94, 3: *οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι — εὔνοιαν εὔχονται.* Corrige: *οἱ μὲν οὖν ἄλλοι κτλ.*

Recte suspicatus est Editor p. 94, 22. *καί* esse inducendum in verbis: [*καὶ*] *ταῦτα ἅμα λέγουσα.* Mira est Charitonis in talibus constantia.

Non assentior Editori p. 95, 5. in verbis: *ὥσπερ ἐπί τι*

τραῦμα ἐρωτικὸν τὴν παλαιὰν ἐπιθυμίαν σφοδροτέραν αὖθις ἐλάμβανε πληγήν, transponenti: ὥσπερ ἐπί τι τραῦμα παλαιὸν τὴν ἐρωτικὴν ἐπιθυμίαν. Interpolatum esse suspicor ἐρωτικόν, praeterea τι expunge. Impense delectantur Sophistae et sequiores omnes in comparationibus hac orationis forma ὥσπερ ἐπὶ τραῦμα τὴν παλαιὰν ἐπιθυμίαν. Multa sunt apud Charitonem exempla, vide Dorvill. Animadv. p. 138: ὡς ἐκ θαλάμου τοῦ τάφου, καθάπερ ἐκ τρικυμίας τοῦ πάθους, ὥσπερ ὑπὸ ξίφους τοῦ λόγου et apud alios: ὥσπερ ἐκ συμποσίου τοῦ βίου, ὥσπερ ἐκ λόχου τοῦ ἐλέφαντος, ὥσπερ ἀπὸ σκοποῦ τοῦ πύργου. Similia his multi multa collegerunt, nam sequiores scriptores saepissime sic loquuntur, Veterum Plato utitur sed non abutitur. Addam quaedam ex Stobaei Florilegio ut apud alios veram scripturam restituam. Sine mendo legitur in Floril. 4, 64: ὡς ἐν φωτὶ τῷ βασιλῆϊ, et 38, 34: ὥσπερ ὑπὸ νόσου τοῦ φθόνου, et 1, 59: καθάπερ εἰς ἄσυλον τέμενος τὴν ἀρετὴν ὁρμητέον, et 58, 14: οἷον ὑπὸ μαγείρων τῶν ἐν ταῖς πόλεσι χρειῶν διαπεποικιλμένους. Ex his igitur emenda duos alios locos: 3, 73: ὁ Φρόνιμος ὥσπερ εἰς ὁδὸν [εἰς] τὸν βίον — συντίθησι τὰ ἀναγκαιότατα. Viden importunam praepositionem sine mora expungi oportere? Alter locus est 5, 67: ῥᾳδίως ἀπαλλάττεσθαι ὥσπερ ἐκ πανηγύρεως [οὕτω καὶ ἐκ] τοῦ βίου, ubi facile alienae manus additamentum arguitur. Ioculari errore lapsus est Interpres qui verba Iuliani in Misopog. p. 364. B: τὴν εὐδαίμονα ταύτην ἀποκναῖσαι πόλιν ὥσπερ ὑπὸ δυσωδίας τῆς ἐμῆς μετριότητος, sic reddidit: » hanc beatam civitatem tamquam *foetore meae modestiae* conficere." Nemo umquam τις aut τι in tali orationis forma addidit, quamobrem τι expungendum est. Dedimus in Variis Lectt. p. 165. locos quosdam Platonicos, ubi hanc dicendi elegantiam scribae aut scioli obscurarunt, in his locum ex Phaedone p. 67. D. ἐθίσαι τὴν ψυχὴν οἰκεῖν [μόνην] καθ' αὑτὴν ἐκλυομένην ὥσπερ ἐκ δεσμῶν [ἐκ] τοῦ σώματος, ubi et μόνην et ἐκ delenda esse docuimus. Reperi huius emendationis idoneum fideiussorem, non vetustum Codicem, nam hoc mendorum genus Codicibus quamvis vetustis est aliquanto vetustius, sed philosophum. Iamblichus in *vita Pythagorae* § 266. ubi scribit: τοῖς δ' ἄλλοις ἔθος εἶναι γηραιοῖς σφόδρα γενομένοις ὥσπερ ἐκ δεσμῶν τοῦ σώματος ἀπαλλάττεσθαι,

quid tibi videtur in suo Platonis exemplo olim legisse? Lubenter Iamblichus verba Platonis solet suis verbis intexere, ut in ipso initio operis ubi Kiesslingius edidit: *ἐπὶ πάσης μὲν φιλοσοφίας ὁρμῇ θεὸν δήπου παρακαλεῖν ἔθος ἅπασι τοῖς γε σώφροσιν, ἐπὶ δὲ τῇ τοῦ θείου Πυθαγόρου δικαίως ἐπωνύμῳ νομιζομένῃ πολὺ δήπου μᾶλλον ἁρμόττει τοῦτο ποιεῖν.* Sumta haec sunt e Platonis Timaeo p. 27. C: *τοῦτό γε δὴ πάντες ὅσοι καὶ κατὰ βραχὺ σωφροσύνης μετέχουσιν ἐπὶ παντὸς* (alii *πάσῃ*) *ὁρμῇ καὶ σμικροῦ καὶ μεγάλου πράγματος θεὸν ἀεί που καλοῦσιν*, Iamblicho redde *πάσῃ* pro *πάσης* et *θεὸν ἀεί που παρακαλεῖν* pro *δήπου*. Praeterea corrige *ἐπωνύμῳ ὀνομαζομένῃ*: sed ad Charitonem redeo.

Et mendo et vitiosa interpunctione laborat locus p. 95, 15, quem facile est emendare si *τὰ διὰ μέσου* posita exemeris et reliqua ex se ipsis spectaveris. Dixerat: *μείζονος δὲ τιμωρίας ἄξιον τὸ ἔργον καὶ διὰ τὸν ποιήσαντα*: deinde hoc ita demonstrat: *Μιθριδάτης γὰρ — ἐπίβουλός μοι —, ὃν ἐχρῆν, εἴ τις ἄλλος ἐπλημμέλησεν εἰς ἡμᾶς, αὐτὸν βοηθεῖν.* Emenda: *ἐπεβούλευσέ μοι* et uno tenore continua quae nunc dissecta sunt, et nihil molestiarum supererit.

Elapsa vocula *καί* pessumdedit locum p. 95, 23: *τὰς μὲν οὖν δεήσεις τὰς Μιθριδάτου καὶ τὴν δύναμιν καὶ τὴν παρασκευὴν ὅσῃ χρῆται πρὸς τὸν ἀγῶνα (καὶ) ὅτι οὐκ ἐξ ἴσου καθεςήκαμεν οὐδ' αὐτὸς ἀγνοῶ.* Intelligi ea verba non possunt nisi *καί* addideris. Colorem duxit Chariton ex notissimis Demosthenis et Aeschinis locis.

Exciderunt paucae syllabae p. 96, 2: *γήμας οὐ παρθένον ἀλλ' ἀνδρὸς προτέρου γενομένην Χαιρέου τοὔνομα πάλαι τεθνεῶτος*, ubi supplendum est *ἀνδρὸς πρότε(ρον ἐτέ)ρου γενομένην*. Ridicule enim dicitur *priori viro* nupta fuisse pro *prius alteri viro*.

Perdidi operam p. 96, 16. in emendandis verbis: *ἡ δὲ σὴ τύχη ἄξιον ὄντα κατέςησε*, quae sensu vacua sunt, ut vides.

Ridicule *οὖν* pro *δέ* legitur p. 97, 7. Rex Persarum audita accusatione *θυμωθεὶς εἰς Μιθριδάτην πικρὸν — ἀπέβλεψεν*. Sequitur: *μηδὲν οὖν καταπλαγεὶς ἐκεῖνος κτέ.* ridicule, quasi ea res homini animum addidisset: imo vero: *μηδὲν δὲ καταπλαγείς κτέ.* Tum supple vs. 9. *πρὶν* (*ἂν*) *ἀκούσῃς.*

Lenius quam fecit Editor emendari potest locus p. 98, 27: *οὐδὲ γὰρ ἐξαπατήσεις με σοφίσμασι καὶ ἀξιοπίστοις ἀπειλαῖς.* Requiritur plane contrarium: itaque Editor (*οὐκ*) *ἀξιοπίστοις* substituit. Malim: *ἀναξιοπίστοις ἀπειλαῖς.* Apud Cyrillum contra Iulianum p. 208, B. ubi Timaeus historicus dicitur esse *διὰ δυσμένειαν ἀξιόπιστος* vel caecus videat *ἀναξιόπιστος* verum esse. Paulo ante Cyrillus ex Porphyrio haec de Socrate dicta describit: *εἰ δὲ δὴ ἑρμογλύφος ἦν — καθάρσιος ἡ τέχνη καὶ οὐ πρὸς ὀνείδους*, tu vero *καθάρειος* repone, quam solam formam Graecam esse, non *καθάριος*, satis alibi demonstravimus.

Non est sana lectio p. 98, 29: *φωνὴν ἐπῆρε καὶ ὥσπερ ἐπὶ θειασμόν· Θεοί, φησί, βασίλειοι — βοηθήσατε.* Intelligerem *ὥσπερ ἐπιθειάσας*, quod apud sequiores valet *θεοφορηθείς.*

Periit verbum p. 100, 2: *ταῦτα πρὸς ἀλλήλους μαχόμενοι*, supple: *πρὸς ἀλλήλους (ἔλεγον) μαχόμενοι.*

Laborat oratio p. 102, 12: *ἐπέμπετο δὲ Καλλιρρόῃ δῶρα πολυτελῆ καὶ παρ' οὐδενὸς ἐλάμβανε φυλάττουσα τὸ σχῆμα γυναικὸς ἀτυχούσης.* Apparet sic esse rescribendum: — *δῶρα πολυτελῆ. ἡ δὲ παρ' οὐδενὸς ἐλάμβανε.*

Multiplici mendo infectus est locus p. 103, 10: *τὴν μὲν πρώτην δίκην νενίκημαι· Μιθριδάτης μου κατηγόρει· περὶ δὲ τῆς δευτέρας μᾶλλον φοβοῦμαι. οὐδὲ γὰρ μείζων ὁ κίνδυνος.* Haec et male composita sunt et in fine sensu vacua. Itaque Editor infelicem Dorvillii coniecturam recepit: *οὐδὲ γὰρ μείων ὁ κίνδυνος* pro *μείζων.* Sed neque *μείων* pro *ἐλάττων* Chariton dicere potuit neque *μείων* sententiae satisfacit. Inepte enim dicitur *μᾶλλον φοβοῦμαι. οὐ γὰρ ἐλάττων ὁ κίνδυνος.* Omnes difficultates removebis ubi emendaveris: *τὴν μὲν πρώτην δίκην νενίκημαι*, (*ἣν*) *Μιθριδάτης μου κατηγόρει· περὶ δὲ τῆς δευτέρας μᾶλλον φοβοῦμαι· ὅδε γὰρ μείζων ὁ κίνδυνος.*

Turpi errore scribitur p. 103, 20: *οὐδεὶς ὑμᾶς ἐᾷ τοῖς βασιλείοις εἰσελθεῖν*; pro *οὐδεὶς ὑμᾶς ἐᾷ εἰς τὰ βασίλεια εἰσελθεῖν*;

Bis vocula *ἄν* intercidit p. 103, 29 et 31, ubi supple: *μὲν (ἂν) ἀπέθνησκον* et *μὲν γὰρ (ἂν) ἀπηλλαττόμην.*

Non caret mendo scriptura p, 104, 10: *καὶ τῆς Ἰωνίας ἀπόλαυε πολυτελείας.* Requiritur aut *τῆς Ἰωνικῆς* aut *τῆς ἐν Ἰω-*

νίᾳ — πολυτελείας. Post pauca ruentem sententiam sic optin fulcies ut scribas: Οἴχει, Χαιρέα· νῦν ἀληθῶς ἀπέθανες· ἐγὼ ἔμελλον ἐπὶ βασιλέως αἱρεῖσθαι σέ. Quod in Codice est ἐ γὰρ ἔμελλον prorsus corrumpit loci sententiam. Insere δέ in sqq. ἀναβαίνοντος (δ') αὐτοῦ — ἐπέσῃ Πολύχαρμος.

Emenda p. 105, 9: πατὴρ ἐξέδωκε, πατρὶς ἔθαψε, τοὺς γ μους οὐκ ἀπέλιπεν, ἀλλ' ἀπελείφθη, et post pauca: Δ νύσιος δ' ἠγόρασεν — οὐκ ἔξεσι δὲ τὴν ἐλευθέραν ἀγοράσαι. Codice legitur: ἐξέδωκεν αὐτῷ, πατρὶς ἔθαψε et οὐκ ἀπέλιπ οὐκ ἀπελείφθη et οὐκ ἐξὸν δὲ τὴν ἐλευθέραν ἀγοράσαι.

Non perfecit Editor emendationem loci p. 105, 21, ubi d dit: μὴ προῇς τὸν παρθένιον pro Codicis lectione μὴ παρῇ nam quoniam προΐεσθαι frequentissimo omnium usu dicitu non πρϊέναι, consequitur μὴ πρόῃ τὸν παρθένιον emendata scripturam esse.

Scribe p. 105, 28. ὅλην (τὴν) Βαβυλῶνα, ut recte Edit p. 106, 14. scripsit: δι' ὅλης (τῆς) νυκτός.

Faex Graeculorum Charitoni suas sordes affricuisse videtu p. 107, 3: ἔργον προμνησρίας γραΐδος. Graecum est γραῦς γραῖα et γρᾴδιον, non γραΐς.

Dissentio a Reiskio, cuius coniecturam Editor recepit pag 107, 12. Codex exhibet: ὥσπερ δὲ ἐν Ὀλυμπίοις τοὺς ἀθλητὰ ἔδει θεάσασθαι παραγινομένους ἐπὶ τὸ στάδιον μετὰ παραπομπῆς Manifesto mendosum est ἔδει. Itaque nunc editur quod Reis kius coniecit: ἔστι θεάσασθαι. Correxerim: ὥσπερ — ἔθο θεάσασθαι, nam quid fieri *soleret* Olympiae commemoratum oportuit, non quid *posset* vel *liceret*. Tritissimum est ὥσπε ἔθος, ut nemo nescit.

Desidero duo verba p. 107, 18: ἦν δὲ τὸ ἆθλον οὐ κότινος οὐ μῆλα, οὐ πίτυς, ἀλλὰ κάλλος τὸ πρῶτον, ὑπὲρ οὗ δικαίω ἂν ἤρισαν καὶ θεοί. Apponam locum Luciani unde colligas qui necessario Charitonis verbis addendum esse videatur. Legitu in *Anacharside* cap. 9. ubi roganti Anacharsidi: τὰ δὲ ἆθλ τίνα ὑμῖν ταῦτά ἐστιν; respondet Solon: Ὀλυμπίασι μὲν στέφ νος ἐκ κοτίνου, Ἰσθμοῖ δ' ἐκ πίτυος, ἐν Νεμέᾳ δὲ σελίνων π πλεγμένος, Πυθοῖ δὲ μῆλα. Inserendum erit verbis Charitor οὐ σέλινος, nam manifesto respicit quatuor celebratissimoru ludorum praemia. Suppleverim equidem: οὐ κότινος, (οὐ σέ

νος,) οὐ μῆλα, οὐ πίτυς, et suspicor ὁμοιοτέλευτον in -INOΣ scribam induxisse in fraudem.

Rex Persarum dicitur p. 107, 21. ad se vocasse τὸν εὐνοῦχον Ἀρταξάτην, ὃς ἦν αὐτῷ μέγιστος. Ridicule dictum erit nisi praepositio accesserit: ὃς ἦν (παρ') αὐτῷ μέγιστος. Noto usu dicitur quis μέγιστος εἶναι παρά τινι pro μέγιστον παρά τινι δύνασθαι, ut in Xenophontis Hellenicis VII. I. 44: βουλόμενος ὥσπερ παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις μέγιστος ἦν τῶν πολιτῶν οὕτω καὶ παρὰ τοῖς ἐναντίοις αὐτῶν πρωτεύειν. Reddidimus Xenophonti in Hellen. III. I. 10. τοῖς δυναμένοις μέγιστον (pro μάλιστα) παρὰ Φαρναβάζῳ, et sic omnes loquuntur et ipse Chariton alibi, ut p. 109, 26: ἠπίστουν δὲ ὅμως ὅτι δύναταί τις παρ' ἐμοὶ ἐμοῦ γενέσθαι δυνατώτερος.

Iterum σου pro σοι irrepsit p. 108, 15. ubi rescribe: τὸ τῆς ψυχῆς σοι τιμιώτερον κτῆμα. Eodem modo corrige p. 108, 29: πόσους μοι καιροὺς εὐτυχίας ἀπολώλεκας, pro μου.

Non successit Editori emendandi periculum p. 108, 17. ubi de sua coniectura dedit: τί δικάζῃ, ἀνόητε; Χαιρέαν ἀντίδικον ἔχεις· κατεσκεύασας σεαυτῷ δεσπότην ἀντεραστήν: ex quibus verbis quae sana sententia extundi possit non video. In Codice est τί δοκεῖς, ἀνόητε. Equidem emendaverim: τί δοκεῖς, ἀνόητε, Χαιρέαν ἀντίδικον ἔχειν; κατεσκεύασας σεαυτῷ δεσπότην ἀντεραστήν. Quam bene haec loci sententiae conveniant nihil opus est demonstrare.

Dubito p. 108, 26. utrum Chariton an scribae peccaverint in verbis: πάντων πολεμιώτατος ὑπάρχεις Φίλου σχήματι, requiritur enim veterum exemplo: ἐν Φίλου σχήματι.

Obiter corrigo p. 108, 30: μακάριος (ἂν) ἦν, et p. 109, 3: ἐκείμην ἂν τὰ μετὰ ταῦτα κερδήσας.

Si hoc ages audies sciolum Charitoni obstrepentem p. 110, 8. Callidus eunuchus dissimulat se intelligere quam rex depereat et veluti admirabundus quaerit: ποῖον κάλλος δύναται τῆς σῆς κρατῆσαι, δέσποτα, ψυχῆς, ᾧ τὰ κκλὰ πάντα δουλεύει; — καλαὶ μὲν μυρίαι γυναῖκες ἀλλὰ καὶ Στάτειρα καλλίστη τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον, ἧς ἀπολαύεις μόνος. Deinde ita pergit: πλὴν εἰ μή τις [ἐξ οὐρανοῦ] καταβέβηκε τῶν ἄνωθεν ἢ ἐκ θαλάττης ἀναβέβηκεν ἄλλη Θέτις, in quibus ἐξ οὐρανοῦ sciolo deberi arbitror: adeo male copulantur ἐξ οὐρανοῦ et τῶν ἄνω-

νίᾳ — πολυτελείας. Post pauca ruentem sententiam sic optim fulcies ut scribas: Οἴχει, Χαιρέα· νῦν ἀληθῶς ἀπέθανες· ἐγὼ ἔμελλον ἐπὶ βασιλέως αἱρεῖσθαι σέ. Quod in Codice est ἐγὼ γὰρ ἔμελλον prorsus corrumpit loci sententiam. Insere δέ in sqq. ἀναβαίνοντος (δ') αὐτοῦ — ἐπέσῃ Πολύχαρμος.

Emenda p. 105, 9: πατὴρ ἐξέδωκε, πατρὶς ἔθαψε, τοὺς γο μους οὐκ ἀπέλιπεν, ἀλλ' ἀπελείφθη, et post pauca: Δι νύσιος δ' ἠγόρασεν — οὐκ ἔξεσι δὲ τὴν ἐλευθέραν ἀγοράσαι. Codice legitur: ἐξέδωκεν αὐτῷ, πατρὶς ἔθαψε et οὐκ ἀπέλιπ οὐκ ἀπελείφθη et οὐκ ἐξὸν δὲ τὴν ἐλευθέραν ἀγοράσαι.

Non perfecit Editor emendationem loci p. 105, 21, ubi d dit: μὴ προῇς τὸν παρθένιον pro Codicis lectione μὴ παρῇ nam quoniam προΐεσθαι frequentissimo omnium usu dicitu non πρόϊέναι, consequitur μὴ πρόῃ τὸν παρθένιον emendata scripturam esse.

Scribe p. 105, 28. ὅλην (τὴν) Βαβυλῶνα, ut recte Edit p. 106, 14. scripsit: δι' ὅλης (τῆς) νυκτός.

Faex Graeculorum Charitoni suas sordes affricuisse videti p. 107, 3: ἔργον προμνησρίας γραΐδος. Graecum est γραῦς γραῖα et γρᾴδιον, non γραΐς.

Dissentio a Reiskio, cuius coniecturam Editor recepit pag 107, 12. Codex exhibet: ὥσπερ δὲ ἐν Ὀλυμπίοις τοὺς ἀθλητὰ ἔδει θεάσασθαι παραγινομένους ἐπὶ τὸ σάδιον μετὰ παραπομπῆς Manifesto mendosum est ἔδει. Itaque nunc editur quod Reis kius coniecit: ἔσι θεάσασθαι. Correxerim: ὥσπερ — ἔθο θεάσασθαι, nam quid fieri *soleret* Olympiae commemoratum oportuit, non quid *posset* vel *liceret*. Tritissimum est ἄντει ἔθος, ut nemo nescit.

Desidero duo verba p. 107, 18: ἦν δὲ τὸ ἄθλον οὐ κότινος οὐ μῆλα, οὐ πίτυς, ἀλλὰ κάλλος τὸ πρῶτον, ὑπὲρ οὗ δικαίω ἂν ἤρισαν καὶ θεοί. Apponam locum Luciani unde colligas quid necessario Charitonis verbis addendum esse videatur. Legitu in *Anacharside* cap. 9. ubi roganti Anacharsidi: τὰ δὲ ἆθλ τίνα ὑμῖν ταῦτά ἐσιν; respondet Solon: Ὀλυμπίασι μὲν σέφα νος ἐκ κοτίνου, Ἰσθμοῖ δ' ἐκ πίτυος, ἐν Νεμέᾳ δὲ σελίνων πε πλεγμένος, Πυθοῖ δὲ μῆλα. Inserendum erit verbis Charitoni οὐ σέλινος, nam manifesto respicit quatuor celebratissimorum ludorum praemia. Suppleverim equidem: οὐ κότινος, (οὐ σέλι

νος,) οὐ μῆλα, οὐ πῖτυς, et suspicor ὁμοιοτέλευτον in -INOΣ scribam induxisse in fraudem.

Rex Persarum dicitur p. 107, 21. ad se vocasse τὸν εὐνοῦχον Ἀρταξάτην, ὃς ἦν αὐτῷ μέγιστος. Ridicule dictum erit nisi praepositio accesserit: ὃς ἦν (παρ') αὐτῷ μέγιστος. Noto usu dicitur quis μέγιστος εἶναι παρά τινι pro μέγιστον παρά τινι δύνασθαι, ut in Xenophontis Hellenicis VII. I. 44: βουλόμενος ὥσπερ παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις μέγιστος ἦν τῶν πολιτῶν οὕτω καὶ παρὰ τοῖς ἐναντίοις αὐτῶν πρωτεύειν. Reddidimus Xenophonti in Hellen. III. I. 10. τοῖς δυναμένοις μέγιστον (pro μάλιστα) παρὰ Φαρναβάζῳ, et sic omnes loquuntur et ipse Chariton alibi, ut p. 109, 26: ἠπίστουν δὲ ὅμως ὅτι δύναταί τις παρ' ἐμοὶ ἐμοῦ γενέσθαι δυνατώτερος.

Iterum σου pro σοι irrepsit p. 108, 15. ubi rescribe: τὸ τῆς ψυχῆς σοι τιμιώτερον κτῆμα. Eodem modo corrige p. 108, 29: τόσους μοι καιροὺς εὐτυχίας ἀπολώλεκας, pro μου.

Non successit Editori emendandi periculum p. 108, 17. ubi de sua coniectura dedit: τί δικάζῃ, ἀνόητε; Χαιρέαν ἀντίδικον ἔχεις· κατεσκεύασας σεαυτῷ δεσπότην ἀντερασήν: ex quibus verbis quae sana sententia extundi possit non video. In Codice est τί δοκεῖς, ἀνόητε. Equidem emendaverim: τί δοκεῖς, ἀνόητε, Χαιρέαν ἀντίδικον ἔχειν; κατεσκεύασας σεαυτῷ δεσπότην ἀντερασήν. Quam bene haec loci sententiae conveniant nihil opus est demonstrare.

Dubito p. 108, 26. utrum Chariton an scribae peccaverint in verbis: πάντων πολεμιώτατος ὑπάρχεις Φίλου σχήματι, requiritur enim veterum exemplo: ἐν Φίλου σχήματι.

Obiter corrigo p. 108, 30: μακάριος (ἂν) ἦν, et p. 109, 3: ἐκείμην ἂν τὰ μετὰ ταῦτα κερδήσας.

Si hoc ages audies sciolum Charitoni obstrepentem p. 110, 8. Callidus eunuchus dissimulat se intelligere quam rex depereat et veluti admirabundus quaerit: ποῖον κάλλος δύναται τῆς σῆς κρατῆσαι, δέσποτα, ψυχῆς, ᾧ τὰ καλὰ πάντα δουλεύει; — καλαὶ μὲν μυρίαι γυναῖκες ἀλλὰ καὶ Στάτειρα καλλίστη τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον, ἧς ἀπολαύεις μόνος. Deinde ita pergit: πλὴν εἰ μή τις [ἐξ οὐρανοῦ] καταβέβηκε τῶν ἄνωθεν ἢ ἐκ θαλάττης ἀναβέβηκεν ἄλλη Θέτις, in quibus ἐξ οὐρανοῦ sciolo deberi arbitror: adeo male copulantur ἐξ οὐρανοῦ et τῶν ἄνω-

θεν. Praeterea pro ἀναβέβηκεν Veteres ἀναδέδυκε dixissent, ut Ἀφροδίτη ἀναδυομένη dicebatur. Quod autem inter ἧς ἀπαλαύεις μόνος et πλὴν εἰ μή τις in Codice interponitur ἐξουσία δὲ ἔρωτα καταλύει, non est ulla dubitatio quum ab otioso lectore olim in ora libri adscriptum deinde in Charitonis orationem stulte receptum fuerit. Quid multis verbis opus est?

τὸ πρᾶγμα φανερόν ἐστιν. αὐτὸ γὰρ βοᾷ.

vide an sine risu vulgatam relegere possis: Ἐξουσία δὲ ἔρωτα καταλύει, πλὴν εἰ μή τις καταβέβηκε τῶν ἄνωθεν. Itaque si qua descendisset de coelo, ἐξουσία τὸν ἔρωτα οὐ καταλύει. Vides haec esse ἀσύγκλωστα. Reddamus igitur censeo sciolo suum emblema et omnia rectissime procedent. Vulgo eruditorum non persuadetur quantum sit ubique in libris etiam vetustissimis interpolationum et additamentorum. Relegebam nuper Valckenaerii annotationes ineditas ad librum II. Maccabaeorum. Vide mihi manifestum emblema in cap. XII. 45. a summo viro deprensum: ἐμβλέπων τοῖς μετ' εὐσεβείας κοιμωμένοις πάλλιστον ἀποκείμενον χαριστήριον· [ὁσία καὶ εὐσεβὴς ἡ ἐπίνοια]. Putasne haec ab ipso libri auctore profecta sibi plaudente? Eodem modo in Platonis Rep. VI. p. 504. E. interpolatum est [ἄξιον τὸ διανόημα], sed audi Editorem: »*mirum est codices manuscriptos ne tantillum quidem a vulgata lectione recedere.*" Eodem iure dixeris: »*mirum est in Codicibus Mss. vitiosas lectiones et sciolorum emblemata inesse.*" Hi igitur δέονται βιβλίου καὶ νοῦ et ne suspicantur quidem quam mendosi sint libri venerandae vetustatis, quorum fide stari posse credunt magis quam intelligunt. Unus omnium Veterum Thucydides maxime illa additamentorum labe infectus est. Accepi nuper ab Editore Donaldson Cantabrigiensi Thucydidem multis locis emendatum et emblematis liberatum, sed plurimum operis superest. Complura alia summo iure expungentur ubi semel inter omnes constiterit quam sublesta sit in talibus librorum omnium fides. Unum nunc e Thucydide exemplum afferam ex libro IV. 15: ὡς εἶδον ἀδύνατον ὂν τιμωρεῖν τοῖς ἀνδράσι καὶ κινδυνεύειν οὐκ ἐβούλοντο ἢ ὑπὸ λιμοῦ τι παθεῖν αὐτοὺς ἢ ὑπὸ πλήθους βιασθέντας [κρατηθῆναι] ἔδοξεν αὐτοῖς κτέ. Habebis Thucydidis manum quum importunum κρατηθῆναι, id est ἐπικρατηθῆναι, deleveris. Nolebant κινδυνεύειν αὐτοὺς ἀπολέσθαι

ὑπὸ πλήθους βιασθέντας, sed pro ἀπολέσθαι Thucydides εὐφημότερον Atticorum more dixerat τι παθεῖν, quo retulit et ὑπὸ λιμοῦ et ὑπὸ πλήθους βιασθέντας. Sed haec obiter: redeo ad Charitonem.

Inserto articulo et praepositione et coniunctis quae Editor minus recte divisit lege p. 110, 25: εὕρηται, φησί, (τὸ) Φάρμακον, βασιλεῦ, καὶ παρ' Ἕλλησι καὶ (παρὰ) βαρβάροις τοῦτο, ὅτῳ ζητεῖς. Post pauca vs. 28. verum videtur: τὸ ᾀδόμενον λόγων ὅτι ὁ τρώσας καὶ ἰάσεται, pro ὁ τρώσας αὐτὸς ἰάσεται. Proverbium est ὁ τρώσας καὶ ἰάσεται, et Τήλεφον ὁ τρώσας καὶ ἰάσατο et sim., de quibus vide quos laudant Interpretes ad Platonis verba in Gorgia p. 447. B: οὐδὲν πρᾶγμα, ὦ Σώκρατες, ἐγὼ γὰρ καὶ ἰάσομαι.

Miror neminem addidisse copulam p. 110, 31; μέμνημαι νόμων οὓς αὐτὸς ἔθηκα (καὶ) δικαιοσύνης ἣν ἐν ἅπασιν ἀσκῶ, nullus enim asyndeto locus est et apparet cur exciderit.

Non probo Editoris correctionem p. 111, 15: πάντων δὲ ὄντων ἀξιοθεάτων διαπρεπέστατος ἦν (ἐν) αὐτοῖς βασιλεύς. In Codice est ἦν αὐτοῖς; nihil additum oportuit sed unam litterulam exemtam ut legatur: διαπρεπέστατος ἦν αὐτὸς βασιλεύς. Reliquis omnibus rex ipse optime opponitur.

Μή in μήτε refingendum est p. 113, 1: δύο δέ σοι προστάσσω μὴ ἄκουσαν μήτε φανερῶς, imo vero μήτ' ἄκουσαν.

Sensu vacuum est quod legitur p. 113, 7: ἔχαιρε νομίζων πρὸς ὑπηρεσίαν ὑπεσχῆσθαι: loci sententia requirit νομίζων φαύλου πράγματος ὑπηρεσίαν, vel simile quid, ὑπεσχῆσθαι: rei minime difficilis ministerium in se recepisse se putabat.

Δέ in μέν abiit p. 114, 22: Καλλιρρόη μὲν τὸ μὲν πρῶτον ἄφνω κτέ. repone: Καλλιρρόη δὲ τὸ μὲν πρῶτον κτέ. Post pauca p. 114, 32. emenda: κἂν γὰρ ἐν τῷ παραυτίκα μηδὲν ὠφελήσῃ, pro καὶ γὰρ ἂν ἐν τῷ παραυτίκα.

Transpone voculam p. 115, 16: ἐδεδοίκει δὲ μὴ καὶ πρὸς ἐκείνην Καλλιρρόη κατείπῃ τοὺς λόγους, imo vero δὲ καὶ μή κτέ.

Vitium alit locus p. 115, 20: ἐσκέπτετο πῶς ἂν ἀπαγγείλῃ βασιλεῖ, nam aut coniunctivus sine ἄν in talibus ponitur aut ἄν cum optativo. Qui secum deliberat πῶς ἐπαγγείλω; dicit

aut πῶς ἂν ἐπαγγείλαιμι, idque in oratione indirecta retinetur. Rescribe igitur: πῶς ἂν ἐπαγγείλειε.

Corrige p. 116, 1: πάντων δέ μοι βαρύτατον ὁ ἔρως ὁ βασιλέως pro βαρύτατος. Res est manifesta. Tum scribe: ἔσαι pro ἐσι p. 116, 8: ἂν δὲ βιαιότερόν τι γένηται τότε ἔσαι σοι καιρός κτἑ.

Tralaticio errore scribitur p. 116, 24: εἴ πως ἀποστρέψαι δύναιτο βασιλέα τοῦ ἔρωτος. Vera lectio est ἀποτρέψαι.

Male legitur p. 117, 12. »Κἄν σοι δοκῇ — μετάπεμψαι Στάτειραν," nam nullus copulae locus est. Corrige: ἔτρεψε τὴν αἰτίαν — εἰς τὴν φυλάττουσαν καὶ »Ἄν σοι δοκῇ κτἑ.

Frigide Graeculi αὐταῖς addiderunt de suo p. 118, 18: ὡς μηκέτι τὰς πόλεις ἀντέχειν ὥσπερ χειμάρρου τινὸς ἢ πυρὸς αἰφνίδιον ἐπιρρυέντος [αὐταῖς].

Ineptissime legitur p. 120, 8: ἐκβὰς γὰρ τὸν Εὐφράτην pro διαβάς, quemadmodum et caeteri omnes et saepissime Chariton ipse in tali re loquitur veluti p. 86, 10: ἄπαξ, Εὐφρᾶτα, μέλλω σε διαβαίνειν, p. 124, 8: πρὸ τοῦ διαβῆναι τὸν Εὐφράτην, vid. et p. 115, 23. p. 124, 18 et p. 130, 11.

Perturbatus et confusus locus est p. 119, 23: πάντα μὲν τὰ εἰωθότα συνέβαινε καὶ ὅσα εἰκὸς ἐν ἀπροσδοκήτῳ πολέμῳ καὶ ἐλέγετο καὶ ἐγίνετο. Numquam expedies rationem copularum καὶ — καὶ — καί in hac scriptura. Repone τὰ εἰωθότα συμβαίνειν pro συνέβαινε et nihil supererit difficultatis. Prius καί coniungit τὰ εἰωθότα συμβαίνειν et ὅσα εἰκός, et sic reliquarum copularum ratio constat.

Revocandum est p. 120, 10. κελεύοντα in verbis: διαπέμψαι δὲ πανταχόσε κελεύοντα τὴν στρατιὰν — ἀθροίζεσθαι: quod enim reponit Editor κελεύοντας duplici errore laborat: requiritur sic articulus et futurum τοὺς κελεύσοντας. Graecum est ἔπεμψε λέγων et ἔπεμψε τοὺς ἐροῦντας sive ἔπεμψεν οἵτινες ἐροῦσιν. Nota res est, de qua ad Xenophontem nonnulla annotavimus. Pro ἀθροίζεσθαι Graeci veteres ἀθροίζειν dixissent. Latine dicitur *congregari iussit*, *iussit interfici* et sim. Graecum est ἐκέλευσεν ἀποκτείνειν, sed miscent omnia Graeculi sequiores. Eodem modo dixit p. 125, 15: ἐκέλευσεν αὐτοῖς ὅπλα δοθῆναι, pro δοῦναι, et passim alibi.

Intercidit ἄν p. 120, 20: ὅσῳ καὶ εἷς ἀνὴρ παρεσκεύασεν,

emenda: *κἂν εἷς ἀνὴρ παρεσκευάσατο*. Vide quam absurda sententia insit in vulgata scriptura *παρεσκεύασεν*.

Nulle negotio ex Charitonis loquendi usu arguitur mendum p. 121, 6. in verbis: *ὡς δῆτα μὴ θαρρῶν — παιδιᾶς ἐρωτικῆς μνημονεύειν*. Vera lectio est *ὡς δῆθεν*, ut hi loci monstrabunt: p. 39, 16: *ὡς δῆθεν ἀπαξιῶν τὴν χεῖρα δοῦναι*, p. 80, 19: *ὡς δῆθεν βουλόμενος*, p. 89, 25: *ὡς δῆθεν εἰς ἀπάντησιν Καλλιρρόης*, p. 102, 11: *ὡς δῆθεν πρὸς Στάτειραν*. Ubi quid simulato agitur ponit suum *ὡς δῆθεν*. Eadem opera emenda locum p. 140, 21: *ὡς δῆτα ἀναγκαῖον ἔτι ἀφύλακτον οὖσαν προκατελαβεῖν*. Haec quoque erat simulatio, quamobrem corrige: *ὡς δῆθεν ἀναγκαῖον (ὄν) — προκαταλαβεῖν*.

Duplex vitium insidet p. 121, 32. in his verbis: *πολλὰ μὲν οὖν φέρειν καὶ πόλεμον ἄδηλα καὶ μεταβολὰς τοῖς δυσυχοῦσι βελτίονας*. Emenda: *φέρειν τὸν πόλεμον* et *μεταβολὰς τοῖς δυσυχοῦσιν ἐπὶ τὸ βέλτιον*. Non sunt enim *αἱ μεταβολαί* ipsae *βελτίους* sed fiunt aut *in peius ἐπὶ τὸ χεῖρον*, aut *in melius ἐπὶ τὸ βέλτιον*, *πρὸς τὸ βέλτιον*. Quis non dixit *ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβάλλειν*, *ἡ ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολή* et sim.? Vide Charitonem ipsum p. 53, 26: *ἀπελπίζει τὴν πρὸς τὸ βέλτιον μεταβολήν*.

Εἰς in *πρός* corruptum est p. 123, 23: *φέρει — πρὸς τὸ μέλλον αἰσχύνην*. Quis ita loquitur? *εἰς τὸ μέλλον* dicebant omnes. Audi Charitonem ipsum p. 128, 13: *εἰς τὸ μέλλον ἔνομα καταλείψετε τῆς ἀρετῆς ἀθάνατον*.

Non est sanum quod legitur p. 123, 30: *πῶς οὖν — δυνάμεθα*; repone id quod quisque in tali re dicit: *πῶς ἂν οὖν — δυναίμεθα*;

Latet vitium in his p. 124, 24: *ὑπωπτεύοντο κατάσκοποι μᾶλλον. Ἔνθα καὶ παρεκινδύνευσαν εἰ μὴ εἷς γέ τις Ἕλλην — συνῆκε τῆς φωνῆς*. Restituendum arbitror: *ὑπωπτεύοντο κατάσκοποι μᾶλλον εἶναι καὶ παρεκινδύνευσαν (ἂν) εἰ μή κτέ.*

Insere articulum p. 124, 32: *εἴ τινα Ἑρμοκράτην ἀκούεις στρατηγὸν (τὸν) Ἀθηναίους καταναυμαχήσαντα*.

Mendosam esse intelligo lectionem p. 125, 19. in verbis *καὶ παιδείας οὐκ ἀπρονόητος*. Requiritur *expers*, *ἄπειρος*, *ἄγευστος*, *ἀμελέτητος* aut aliquid huiusmodi. Sic dixit p. 134, 18: *οὐκ ἀμελέτητος κακῶν*.

Tyrus dicitur p. 126, 6. situ et natura munitissima urbs esse, cui facile sit πανταχόθεν τὸν πόλεμον ἀποκλεῖσαι. Pedestres copias arcere dicitur ἐκ τῆς θαλάττης, τὸν δὲ ἐπίπλουν τῶν τριήρων τείχεσιν, ὀχυρῶς ᾠκοδομημένης τῆς πόλεως καὶ λιμέσι κλειομένης ὥσπερ οἰκίας. Scribae antiquum obtinent: participium mutata terminatione ad alienum nomen retulerunt. Intelligisne quid sit ἡ πόλις κλείεται λιμέσιν ὥσπερ οἰκία? Non opinor. Itaque emenda καὶ λιμέσι κλειομένοις ὥσπερ οἰκίαις. Hi sunt κλειστοὶ λιμένες notissimi, quibus ἄκλειστοι opponuntur. Cf. Var. Lectt. p. 249. Rectissime dicitur οἱ λιμένες κλείονται ὥσπερ οἰκίαι. Esse aliquid veri in his Charitonis verbis Strabo demonstrat XVI. p. 757: Τύρος δύο ἔχει λιμένας τὸν μὲν κλειστὸν τὸν δὲ ἀνειμένον ὃν Αἰγύπτιον καλοῦσιν.

Pag. 127, 15. ubi legitur: καταμίξας ἑαυτὸν εἰς τὸ στρατόπεδον καὶ Πολύχαρμον κελεύσας τὸ αὐτὸ πρῶτον ἀνηρεύνα κτέ. corrige: κελεύσας τὸ αὐτὸ πράττειν.

Quamquam nondum poenitet correxisse p. 129, 3: πᾶν μᾶλλον ἢ πολεμίους εἶναι προσδοκῶντες pro scriptura Codicis ὅτι μᾶλλον πολεμίους videndum tamen an non sit Charitonis manus: ὁτιοῦν μᾶλλον ἢ πολεμίους, ut exciderit syllabae οῦν compendiolum.

Iocularem in modum perturbatus est locus p. 134, 27: μαθὼν δὲ προνοήσεταί σου Φιλανθρώπως· οὐ μόνον γὰρ ἀνδρεῖος ἀλλὰ καὶ γυναῖκα ποιήσεται· Φύσει γάρ ἐσι Φιλογύναιος. Quis sine risu haec legere potest? et haec praesertim: οὐ μόνον γὰρ ἀνδρεῖος ἀλλὰ καὶ γυναῖκα ποιήσεται quae aptissime connectuntur, ut vides. Audendum est aliquid in loco tam mirifice corrupto. Transposuerim: μαθὼν δὲ προνοήσεταί σου Φιλανθρώπως, ἀλλὰ καὶ γυναῖκα ποιήσεται· Φύσει γάρ ἐσιν οὐ μόνον Φιλάνθρωπος ἀλλὰ καὶ Φιλογύναιος. Nunc demum haec conveniunt cum iis quae leguntur p. 135, 3: εἰ δέ, ὡς λέγεις, Φιλάνθρωπός ἐσιν ὁ στρατηγός. Caeterum in ipsa rei narratione magna est confusio nec satis quid agatur ubique apparet. Confunduntur regina Persarum et Callirrhoë, et alia quaedam impedita sunt. Hic illic vehementer laborat oratio, veluti p. 134, 24: στὰς δὲ παρὰ τῇ θύρᾳ κεκλεισμένῃ· »θάρρει, δέσποινα" εἶπεν, et p. 135, 11: ὁ δὲ ἰδών· τοῦτο ἄλλο, φησίν, ἦν. Intelligisne quid dicat? Miles quoque quid agat non est per-

spicuum, et multo etiam minus quid sibi velit πάλιν in his p. 135, 9: πεῖσαι δὲ πάλιν οὐκ ἐδύνατο. Misere depravata sunt haec quoque p. 135, 15: τὴν γὰρ γυναῖκα ἣν εὗρον ἐν πλαταίαις τεταγμένην οὐ βούλεται ἐλθεῖν. Deposita haec sunt et conclamata. Deinde Chaereas militem docere incipit πῶς μιλτιάδεται γυνή, *quibus artibus animus muliebris deleniri et capi possit*, παρακλήσεσιν, ἐπαίνοις, ἐπαγγελίαις. Deinde σὺ δὲ βίαν ἴσως προσῆγες, inquit: ubi προσήνεγκες malim, ut recte legitur paulo ante p. 135, 9: βίαν μὲν γὰρ οὐκ ἐτόλμα προσφέρειν, et p. 135, 28: μηδεὶς αὐτῇ προσφερέτω βίαν. Miles respondet: οὔ, δέσποτα. πάντα δὲ ταῦτα ὅσα λέγεις πεποίηκα ἐν διπλῷ μᾶλλον. Haeccine ab Editoribus pro Graecis haberi potuisse! πεποίηκα ἐν διπλῷ μᾶλλον! Emendandum esse censeo: πάντα δὲ ταῦτα — πεποίηκα καὶ ἔτι διπλῷ μᾶλλον, quod quid sit statim ipse interpretatur: καὶ γάρ σου κατεψευσάμην ὅτι ἔξεις αὐτὴν γυναῖκα.

Elapsa est syllaba p. 135, 25. in verbis: ἐπαφρόδιτος ἄρα εἰμὶ καὶ ἐράσμιος εἰ καὶ πρὶν ἰδεῖν ἀπεσράφη με. Supple ex omnium Graece loquentium usu: ἐπαφρόδιτός (τις) ἄρα εἰμί. ut apud Theocritum est I. 85:

ἆ δύσερώς τις ἄγαν καὶ ἀμήχανός ἐσσι.

Eodem modo revoca p. 135, 30. articulum: καὶ αὐτὴ γὰρ ἴσως (τὸν) ἄνδρα πενθεῖ, et voculam μέν p. 136, 10: τὰς (μὲν) ἀλλοτρίας γυναῖκας — μόνην δὲ τὴν ἰδίαν.

Contra alienae manus emblema onerat locum p. 136, 16: δῶρον παρ' αὐτῆς λαβὼν [τὸ κάλλιστον] οἷον οὐδὲ Ἀλέξανδρος ὁ Πάρις.

Quanto melius etiam δύο abesset p. 136, 21: ὅπερ ἐξ ἀρχῆς [δύο] τῶν καλλίστων ἥρμοσε ζεῦγος!

Medii forma vitiose pro activa supposita est p. 137, 3: Χαιρέας ἀνίσταται ἵνα διατάξηται τὰ πρὸς τὸν πλοῦν. genuinum est: ἵνα διατάξῃ τὰ πρὸς τὸν πλοῦν, ut Chariton alibi emendate scribit, velut p. 49, 9: πάντα διατάξας ἐπιμελῶς, et p. 121, 26: τἄλλα διατάξας ὡς ἔκαστον ἔδει γενέσθαι.

Violatur Graecitas p. 138, 11. in verbis: ἄνθη καὶ στεφάνους ἔβαλλον αὐτοῖς, nam βάλλειν τινὰ λίθοις dicitur et τοξεύμασιν et ἄνθεσι, non βάλλειν τινὶ λίθους, τοξεύματα, ἄνθη. Lepide Iulianus in Misop. p. 344. A: βάλλοντές σε τοῖς σκώμμασιν

ὥσπερ τοξεύμασιν, et quis non ita loquitur? Itaque corrigendum: ἄνθη καὶ στεφάνους ἐπέβαλλον αὐτοῖς.

Non scripsit Chariton p. 139, 26: τὴν δὲ λοιπὴν στρατιὰν ἄγει πᾶσαν ἐνθάδε καὶ ὅσον οὔπω παρέσται, sed πάρεστι, secutus Thucydidem VI. 34. ὅσον οὔπω πάρεισιν, et IV. 125: ὅσον δ' οὐδέπω παρεῖναι, et VIII. 26: ὅσον οὐ παρεῖναι, et Xenophontis Anab. VII. 11: 5: ἐλέγετο δὲ ὅτι ὅσον οὐ παρείη ἤδη, et aliis locis. Vehementer mihi suspecta scriptura est loci Euripidei in Hecuba vs. 139:

ἥξει δ' Ὀδυσεὺς ὅσον οὐκ ἤδη
πῶλον ἀφέλξων σῶν ἀπὸ μαστῶν,

et ἥκει requiro: ipsa enim natura locutionis ὅσον οὐκ ἤδη praesens postulat. Quis ferre posset in Xenophontis Hellen. VI. 11. 16: ἐνόμιζεν ὅσον οὐκ ἤδη ἔχειν τὴν πόλιν, pro ἔχειν substitutum futurum ἕξειν? atqui plane eadem est Euripidei loci ratio.

Post pauca p. 139, 30: ἀγωνιᾷ δὲ μάλιστα περὶ [τῆς Στατείρας] τῆς γυναικός, Editor prius τῆς delevit. Exime emblema, quo nihil est frequentius.

Suspiciosum admodum est ἀναιρεῖν ἀγκύρας quod legitur p. 140, 17: ἔλυον τὰ ἀπόγεια καὶ (τὰς insere) ἀγκύρας ἀνῄρουν: reposuerim quod in tali re solemne est ᾖροντο, namque αἴρεσθαι τὴν ἄγκυραν et ἀράμενος τὴν ἄγκυραν omnium usu tritum est: nemo ἀναίρειν de *anchora* dixit multoque minus ἀναιρεῖν. Ἀραμένους τὰς ἀγκύρας recte legitur p. 25, 16.

Redde sciolo pronomen p. 140, 27. in verbis: ἐξέπεμψε τοὺς κήρυκας εἰρήνην καὶ σπονδὰς τοῖς ἐπιχωρίοις καταγγεῖλαι. Δεξαμένων δὲ [αὐτῶν] ἐξεβίβασε τὴν δύναμιν.

Pro εἴτε οὖν συμβουλεύει τις p. 141, 12. Editor εἶτα οὖν substituit. Satin manifestum est EITOTN olim fuisse scriptum et librarium nihili elisionem inepte explevisse?

Errantem Reiskium sequitur Editor p. 142, 3. ubi est in Codice: τοὺς δὲ Αἰγυπτίους, πολλοὶ γάρ εἰσιν, οὓς οὐ προσῆκεν ἄκοντας βιάζεσθαι, Reiskius οὕς expunxit, sed sic nemo exputet quid sibi velit πολλοὶ γάρ εἰσιν, quasi si *pauci* fuissent, inviti fuissent in Siciliam avehendi. Quamobrem verum esse suspicor: τῶν δὲ Αἰγυπτίων πολλοὶ πάρεισιν, οὓς οὐ προσήκει ἄκοντας βιάζεσθαι, Saepe alibi ΠΑΡ et ΓΑΡ con-

funduntur: προσήκει et προσῆκεν inter se crebro mutare locum ostendimus in Nov. Lectt. p. 533.

Corrige accentum p. 142, 14: οὐκ ἐμαυτοῦ ἕνεκα ἀλλά σοι, imo vero ἀλλὰ σοί. Adde praepositionem p. 142, 16: μὴ ποιήσειαν οἱ θεοὶ τοσαύτην ἐμοὶ ἐγγενέσθαι μανίαν pro γενέσθαι. Irrepsit τίς pro τί p. 143, 7: καὶ τότε ἔμαθε τί αἰχμαλωσία σωμάτων ἐλευθέρων. Contra excidit καί p. 143, 10: περιεπλάκη τῇ Στατείρᾳ (καὶ) »χαῖρε" φησίν.

Ridiculus error maculat locum p. 146, 30: ὄντι δὲ αὐτῷ περὶ Χίον καὶ Τύρον καὶ θύοντι τῷ Ἡρακλεῖ τὰ ἐπινίκια προσῆλθέ τις ἀγγέλλων ὅτι Ἄραδος ἐκπεπόρθηται. Quid audio? Erat Rex περὶ Χίον καὶ Τύρον. An ergo haec vicina sunt Chios et Tyrus? Puerilis error est. Nil facilius quam vicinae urbis nobilissimae nomen reponere: περὶ Σιδῶνα καὶ Τύρον. Quam vicinae fuerint Strabo docet XVI. p. 757: διέχει δὲ τῆς Σιδῶνος ἡ Τύρος οὐ πλείους τῶν διακοσίων σταδίων. Commemorat illam urbem ipse Chariton p. 130, 13: πυθόμενος γὰρ Τύρον ἑαλωκέναι περὶ Σιδῶνος ἐφοβεῖτο, et *cui non dicta* Sidon? Una tantum est difficultas: dicitur enim rex Persarum ὧν περὶ Σιδῶνα καὶ Τύρον accepisse nuntium de Arado capta θύων τῷ Ἡρακλεῖ τἀπινίκια. Quum enim ob rem bene gestam Herculi sacrificaret apparet eum fuisse ἐν τῷ τοῦ Τυρίου Ἡρακλέους ἱερῷ, quod nobilissimum templum in media Tyro constat fuisse. Quomodo autem is, qui Tyri rem divinam facit, dici potest a sobrio scriptore εἶναι περὶ Σιδῶνα καὶ Τύρον? Superest igitur ut statuamus hanc esse Charitonis manum: ὄντι δὲ αὐτῷ περὶ Φοινίκην καὶ Τύρον καὶ θύοντι τῷ Ἡρακλεῖ τἀπινίκια.

Sententia est imperfecta p. 147, 6: ἐκπεπλευκότων δὲ τῶν πολεμίων ἄγνωστον ἦν διὰ ποίας θαλάττης. Eduntur haec sine ullo lacunae indicio sed manifesto in fine quaedam desiderantur. Simplicissimum est: ἄγνωστον ἦν διὰ ποίας θαλάττης (δέοι διώκειν).

Inepte legitur p. 147, 12: σημεῖον βασιλικόν, ὅπερ εἰώθεν εἴρεσθαι μόνου πλέοντος βασιλέως, id est *quum Rex navigaret solus*, quod raro accidisse arbitror. Emendaverim: μόνον συμπλέοντος βασιλέως.

More Attico Chariton dixerat p. 147, 19: πᾶν τὸ πλῆθος — παρεσκευασμένον (ὡς) εἰς μάχην, sed scribae ὡς male omise-

runt. Contrario errore peccatum est p. 10, 14: *προσποίησαι* [*ὡς*] *εἰς ἀγρὸν ἀπιέναι*, expunge molestum *ὡς*. Recte post pauca p. 10, 19; *ἄπειμι, φησίν, εἰς ἀγρόν*.

Ex ipsa rei natura intelligitur nonnulla excidisse p. 148, 12: *καὶ χάριν δὲ αὐτῷ πάλιν ἠτίσατο ὅτι Καλλιρρόην μηκέτι δύναιτο θεάσασθαι*. Adversis frontibus haec pugnare certum est. Sententiam verborum amissorum huiusmodi fuisse probabile est: *χάριν δὲ αὐτῷ πάλιν ἠτίσατο* (*διὰ τὴν τῆς γυναικὸς σωτηρίαν, ἅμα δὲ ἡνιᾶτο*) *ὅτι Καλλιρρόην κτέ*.

Latet error p. 148, 27. in verbis: *Ὥσπερ γάρ τις κεραυνοῦ πεσόντος πρὸ τῶν ποδῶν αὐτοῦ μὴ ταραχθείη* (*οὕτω*) *κἀκεῖνος — εὐσταθὴς ἔμεινεν*. Ex Charitonis consuetudine emendandum esse: *ὥσπερ γάρ τις — μὴ ταραχθείς* hi loci demonstrabunt: 4, 3: *ὥσπερ τις ἀρισεὺς ἐν πολέμῳ τρωθεὶς καιρίαν* (*μόλις ἀπῄει*), et p. 71, 1: *ἀχανὴς κατέπεσεν ὥσπερ τις ἐξ ἀπροσδοκήτου σφενδόνῃ βληθείς*.

Codicis lacunam p. 149, 32. *εἰσήκει γὰρ ἀεὶ κατὰ πρύμναν* explevit Editor addendo (*ὁ ἄνεμος*). Ego suspicor excidisse ΤΟΠΝΑ id est *τὸ πνεῦμα*. Perinde esse dixeris, neque infitior et affero ipsum Charitonem testem p. 19, 4: *πᾶς ἄνεμος οὔριος αὐτοῖς ἐδόκει καὶ κατὰ πρύμναν εἰσήκει*. Cur igitur non acquiescis Editoris supplemento? quaesiverit aliquis. Dicam. Thucydidis locum subesse suspicor II. 97: *ἦν ἀεὶ κατὰ πρύμναν ἱσῆται τὸ πνεῦμα*. Hinc enim locutionem minime vulgarem Sophista de more sumsit. Simul intelligitur vetus compendium ΠΝΑ scribas fefellisse.

Mendosum est p. 151, 6: *αἰφνίδιον εἰλκύσθη τὰ παρατεταράσματα*, nam ratio et usus *ἀφειλκύσθη* requirunt. Contra reseca praepositionem in vicinia p. 151, 18: *Πολύχαρμος ἐπικαταπλεῖ* [*σὺν*] *ταῖς ἄλλαις τριήρεσιν*. Non debebat addere Editor praepositionem quam Graeci in talibus omnes constanter omittunt.

Editor molestum vocabulum inseruit caetera recte constituens p. 152, 1: *ἔδοξε δὲ* [*ἔτι*] *καλλίων ἑαυτῆς γεγονέναι* nam *καλλίων ἑαυτῆς* non fert *ἔτι* additum.

Similiter abundat vitiose vocabulum in his p. 153, 22, *κατὰ* [*τὴν*] *ζήτησιν τῆς γυναικὸς ἐξελθών*, namque exemto articulo *κατὰ ζήτησιν* corrigendum. Frequenti usu dicitur *κατὰ*

ζήτησιν ἰέναι pro ζητήσων, ut καθ' ἱστορίαν, κατ' ἐμπορίαν pro ἱστορήσων, ἐμπορευσόμενος, et χθιζὸς ἔβη κατὰ δαῖτα pro δειπνήσων in noto Homeri loco, ubi olim inepte μετὰ δαῖτα legebatur. Miror quomodo idem vitium Critici neglexerint apud Theocritum VII. 24:

ἢ μετὰ δαῖτα κλητὸς ἐπείγεαι;

cui κατὰ δαῖτα tandem aliquando reddamus. Nihil horum fert additum articulum: recte legitur apud Herodotum I. 94: ἀποπλώειν κατὰ βίου τε καὶ γῆς ζήτησιν, et eodem modo Chariton κατὰ ζήτησιν τῆς γυναικός scripserat.

Revoca p. 154, 8. Codicis lectionem: μὴ φοβηθῆτε, οὐκ ἐδούλευσεν, ubi Editor ἐδούλωσεν reponens non satis memor fuit de quibus verbum δουλοῦν et καταδουλοῦσθαι dicatur. Urbem, regionem, rempublicam, civitatem dici quis solet δουλοῦν, sed hominem quem quis servire cogit δοῦλον ποιεῖν dicitur. Ridebatur olim versiculus ambiguus:

ἐγώ σ' ἔθηκα δοῦλον ὄντ' ἐλεύθερον,

quia non satis apparebat utrum diceretur ἐγώ σε δοῦλον ὄντα ἔθηκα ἐλεύθερον an ἐλεύθερον ὄντα δοῦλον ἔθηκα. Recte autem eo sensu ἔθηκα vel ἐποίησά σε δοῦλον dicitur, non item ἐδούλωσά σε.

Duos tantum his locos addam, quorum ex altero vocabulum eximam, alteri addam. Exime participium p. 154, 31, ἐκέλευσε σκάπτειν [ὄντας] πεπεδημένους, et adde verbum necessarium p. 156, 25: τὴν πατρίδα εὐηργέτηκας· ἄξιος (εἶ) Ἑρμοκράτους καὶ Χαιρέου: sequens syllaba EP praecedentem EI absorbserat

Dicam alio tempore de Charitonis oratione et stilo καὶ περὶ τῆς παρεφθορυίας αὐτοῦ λέξεως.

C. G. COBET.

PROCOPIUS EMENDATUS.

Editur apud Procop. de Bell. Goth. III. 32. p. 401. ζώνας δέ οἱ πολλὰς κατὰ νώτου δεξάμενον ἐπόμπευσε καμήλῳ ἀνὰ τὴν πόλιν ὀχούμενον.

Emenda ξήνας pro ζώνας, expunge δεξάμενον et compara Demosthenem de F. L. p. 403, 4.

C. G. C.

i. e. σιταγωγὰ, εἶργε τοῦ εἰσπλου. ibid.); nihil autem, ut mihi videtur, curavit singulos qui parvo navigio e portu excederent.

Postremum quaerit Grotius, quid sibi velint verba ἕως τὰ πράγματα κατασαίη, (apud Lysiam § 25.) si ista ante traditam urbem facta sint. Suspicor eum ista sic intelligere, quasi Nicias se quoque exsulare velle dixisset, donec e Triginta virorum tyrannide libertatem civitas recuperavisset. Ego nihil aliud Niciam voluisse arbitror nisi hoc, *donec* ex ea trepidatione et anxietate, quae omnium animos suspensos tenebat propter tum Lysandri, tum novarum rerum metum, ad certam, quamcunque demum, conditionem res rediissent: quemadmodum § 61. appellatur ἡ τότε πολιτεία καθισαμένη.

In harum rerum explicatione diligentiam omnino requiri in Xenophonte, palam fit e collatione Lysiae Contr. Eratosth. § 68 sqq.

Non dimittam illam Contr. Agoratum orationem sine paucorum locorum correctione. Sic in § 6, νομίζοντες — μάλισα ἐν τῷ τότε χρόνῳ τὰ πράγματα, ὡς αὐτοὶ ἠβούλοντο, κατασήσασθαι, legam potius et μάλις' ἂν ἐν τ., et ἐβούλοντο, sicut editur § 31.

In § 9. difficile est probare ὥσε μήτε τῶν τειχῶν διελεῖν, quoniam et verbum illud improprium est, nec genitivus explicari potest. Corrigam, si quidem de moenium eversione ἐπὶ δέκα σάδια sermo fuerat, τῶν τειχῶν τι καθελεῖν, idemque verbum restituendum § 14, ubi recte Bekkerus διασκάψαι mutari iubet in κατασκάψαι.

Non intercedam si quis defendet recte dici in § 15, ὁρῶντες δὲ οὗτοι οἱ ἄνδρες ὀνόματι μὲν εἰρήνην λεγομένην, τῷ δ' ἔργῳ τὴν δημοκρατίαν καταλυομένην· sed praeferam εἰρήνην ἀπαγγελλομένην. — Statim post corrigendum, οὐκ ἔφασαν ἐπιτρέψειν, pro ἐπιτρέψαι, eodemque modo in § 47.

Ἐναντιοῦσθαι περὶ τῆς ἐλευθερίας, § 17. minus probandum quam ὑπὲρ τ. ἐ., siculi mox ὑπὲρ τοῦ ὑμετέρου πλήθους ἀντιλέγειν editur.

De Senatoribus, quibus mandatum erat ut Agoratum prehenderent et in Senatum adducerent, dicitur § 25. κατέρχονται εἰς τὸν Πειραιᾶ· mox, § 26. sponsorum intercessione frustrati

dicuntur iidem, ἀπιόντες ᾤχοντο εἰς ἄστυ, ubi, credo, postulatur ἀνιόντες.

Quum ex Agorato quaesivisset quam ob causam sponsoribus illis non obtemperasset, fugamque cum iis capessivisset, fieri enim tum hoc potuisse, quum nondum ipse in Senatus potestate esset, subiicit hoc § 27: ἀλλὰ μὲν δὴ οὐχ ὅμοιά γε σοὶ καὶ ἐκείνοις ὑπῆρχε, ubi requiro ἀλλὰ μήν. Hoc enim vult, »tamen minori incommodo tu excederes quam illi."

In § 32. corrigendum erit ἔξαρνον γενήσεσθαι, pro γενέσθαι. Diligentius in § 50. ubi haec eduntur: πρῶτον μὲν γὰρ τὰ ψηφίσματα τὰ ἐκ τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου καταμαρτυρεῖ, sic enuncianda sunt: πρ. μ. γ. τ. ψ. τά τε τῆς βουλῆς καὶ τὰ τοῦ δήμου. Primum praepositio ἐκ in ista locutione abhorret a perpetua consuetudine. Tum, non per se quidem vitiosum est ψηφίσματα τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου, et plurima condi solebant psephismata hac formula, ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, sed, quod ex antecedd. intelligitur, hac in causa alia exstiterunt Senatus, alia populi psephismata.

In § 52. necesse erit corrigere, εἶτα δὲ καὶ ἐκείνων μέμνησθε, pro μεμνῆσθαι. conf. § 76.

In § 55, res ipsa clamat legendum esse περὶ τῶν ἀπογραφῶν τούτων, pro γραφῶν.

Ubi genus Agorati explicatur, esse eum δοῦλον ἐκ δούλων. § 64. (sicut § 18.) et patrem habuisse Eumarem, additur: ἐγένετο δὲ ὁ Εὐμάρης οὗτος Νικοκλέους καὶ Ἀντικλέους. Sed indignus mihi videtur esse Eumares iste pronomine οὗτος. Contra necesse fere est ut legatur δοῦλος Νικοκλέους, id quod omitti non licet.

Falso contendere Agoratum se, ex eo quod Phrynichi caedis socius fuisset, civitate donatum esse, demonstrat Orator ex psephismate condito in honorem eorum qui Phrynichum occidissent, quod de more in lapide inscriptum fuerat: nusquam, inquit, exstat Agoratum Atheniensem esse, quemadmodum Thrasybulum et Apollodorum: καίτοι εἴπερ ἀπέκτεινε Φρύνιχον ἔδει αὐτὸν ἐν τῇ αὐτῇ στήλῃ ἵνα περ Θρασύβουλον καὶ Ἀπολλόδωρον Ἀθηναῖον πεποιημένον . . . . . τὰ μέντοι ὀνόματα διαπράττονται σφῶν αὐτῶν δόντες ἀργύριον τῷ ῥήτορι προσγραφῆναι εἰς τὴν στήλην ὡς εὐεργέτας ὄντας. Sic editur a Bekkero in

§ 72. Facile est lacunam explere eo verbo quod requiritur, *ἀναγραφῆναι*. Sequentia autem quo consilio ab Oratore addita fuerint, nondum assequi potui. In verbis ipsis non apparet quod subiectum sit istius *διαπράττονται*· nec minus haereo in verborum constructione, quum dicitur *ὀνόματα προσγραφῆναι ὡς εὐεργέτας ὄντας*. Non tamen difficile est conficere, qui ista scripserit hoc monere voluisse, nonnullos aliquando pretio impetrare ut honoris sui causa aliquid addatur psephismati, quum in lapide inscriberetur. Omitto nunc istud referri ad oratorem, qui hoc consilio pretio corrumpi dicitur, quum ex innumerabilibus exemplis constet *στήλης* curandae negotium non oratori, i. e. psephismatis auctori, sed aliis ministris mandari solitum fuisse. Sed quorsum spectare potest tota haec observatio? Dixerat modo Orator de Agorati nomine, *οὐδαμοῦ ἐστιν ἐν τῇ στήλῃ*. quid igitur opus erat illam inscriptionum corruptelam et fraudem commemorare? Fingamus Oratorem aliquid addere voluisse huius generis: »igitur ne hoc quidem obtinuit »Agoratus, quod nonnulli pretio impetrare solent, ut nomen »suum adscriberetur:" sed non tantum insulsa, verum etiam indigna oratore fuisset haec observatio. Praeterea id, quod statim sequitur, *καὶ ὡς ἀληθῆ λέγω, τοῦτο* (l. *αὐτὸ*) *τὸ ψήφισμα ἐλέγξει*, perquam incommode refertur ad illum fraudandi abusum, sed necessario pertinet ad ea, quae ante dixerat. Reliquum est ut dicamus videri nobis totum illud (*τὰ μέντοι — ὄντας*) scholion esse idque mutilatum, in quo nonnihil de isto fraudum genere diceretur.

In § 73. tollenda est partic. *ἄν* ex his verbis, *μέγα τεκμήριον ὡς οὐκ ἂν ἀπέκτεινε Φρύνιχον*. In Graecorum rhetorica *τεκμήρια* ponuntur in rebus facti, argumenta quae probabilitatem attingunt dicuntur *εἰκότα*.

Quod recte legebatur § 73. *ἐδίκαζε*, restituendum est § 76, ubi edi video *ἐδικάζετο*.

In § 79, ubi editur, velut absolutum, *ἀλλ' ἕτερον*, necessario nonnulla excidisse statuendum est, fortasse hoc modo supplenda: *ἀλλ' ἕτερον μέγα τεκμήριον πῶς διέκειτο πρὸς τοὺς ἐπὶ Φυλῇ*.

Non satis perspicua sententia prodit ex his quae sic edun-tur in § 86: *δοκοῦσι δ' ἔμοιγε οἱ ἕνδεκα οἱ παραδεξάμενοι τὴν*

ἀπαγωγὴν ταύτην, οἰόμενοι Ἀγοράτῳ συμπράττειν τότε καὶ διισχυριζόμενοι σφόδρα ὀρθῶς ποιῆσαι Διονύσιον, τὴν ἀπαγωγὴν ἀπάγειν ἀναγκάζοντες, προσγράψασθαι τότε ἐπ' αὐτοφώρῳ, ἢ ὅπου ἂν ᾖ· πρῶτον μὲν ἐναντίον πεντακοσίων ἐν τῇ βουλῇ, εἶτα πάλιν ἐναντίον Ἀθηναίων ἁπάντων ἐν τῷ δήμῳ· ἀπογράψας τινὰς ἀποκτείνειε καὶ αἴτιος γένοιτο τοῦ θανάτου. Nihil in his iustam syntaxin redolet. Quid est ἀπαγωγὴν ἀπάγειν ἀναγκάζοντες? Potestne cogitari Undecimviros, apud quos illa actio instituebatur, coëgisse actorem ut ius persequeretur? Quid porro ἢ ὅπου ἂν ᾖ? in quo subiectum cogitare difficile est, quum praesertim in hac interpunctione sententiam claudere videatur: praeterea vitiosum est προσγράψασθαι, pro activa forma προσγράψαι· neque in ea, quae servatur, interpunctione optativi ratio apparet in ἀποκτείνειε et in γένοιτο. In ipsa sententia ridiculum fere est si dicantur Undecimviri putare se opem ferre Agorato. Ut paucis dicam, nihil aliud spectare puto Oratorem, nisi ut aliunde quoque auctoritatem quaerat interpretationi istius ἐπ' αὐτοφώρῳ, quo in defensione utebatur Agoratus. Itaque verisimile est eum sic sententiam enunciasse: δοκοῦσι δ' ἔμοιγε οἱ ἕνδεκα οὐ παραδέξασθαι ἂν τὴν ἀπαγωγὴν ταύτην οἰόμενοι Ἀγοράτῳ συμπράττειν τὸ ἐπ' αὐτοφώρῳ, καὶ διισχυρίζομαι σφόδρα ὀρθῶς ποιῆσαι Διονύσιον προσγράψαντα τοῦτο, ὅπου ἐνῆν ὅτι πρῶτον μὲν κτέ. Itaque resecui ea quae ne dici quidem posse mihi videbantur, τὴν ἀπαγωγὴν ἀπάγειν ἀναγκάζοντες. Et conficiendum est ex iis quae subiiciuntur (οὐ γὰρ δήπου —) ista, πρῶτον μὲν — τοῦ θανάτου, non adscripta fuisse in ἀπαγωγῇ, nec nisi interpretationem hanc esse istius ἐπ' αὐτοφώρῳ, et hoc demonstrari, sicuti Menestratum, (§ 56.) condemnandum esse Agoratum ὡς ἀνδροφόνον ὄντα. Ut tandem ab hac Oratione discedamus, nihil in sqq. nunc quidem corrigam praeter ἀνεῖναι in § 93, quod mutandum in ἀφεῖναι.

I. Bake.

THEOPHRASTI

CHARACTERES

E CODICE PALATINO-VATICANO CX.

ACCURATISSIME EXPRESSI.

Delata nuper ad me est nova Characterum Theophrasti e
tio, quam curavit H. E. Foss, qui ante hos XXV annos
Theophrasteo aureo libello explicando emendandoque plurim
operae et studii posuit. Non fugit Fossium »*nova codicis*
latini collatione opus esse, nec posse quemquam, hac qui care
Theophrastei libri emendationem ita instituere et absolvere,
peritis satisfaciat" (in Praef. p. XI.). deinde narrat se nact
esse scripturae discrepantiam e Codice Palatino enotatam
Carolo Badhamo, qui eam Ludovico Prellero describend
commisisset, ex cuius apographo se ipsum lectiones disc
pantes quam posset accuratissime exscripsisse. Deinde h
refert: »*Easdem praeterea lectiones I. G. Sheppardus Angl*
qui Characteres amplo commentario explicatos Londini anno 1
edidit a Badhamo ipso acceptas in exemplo a se publicato p
280—288. *typis exscribendas curavit.*" Ex utroque igitur a
grapho Prelleri et Sheppardi Palatini Codicis lectiones Foss
expromsit »*adscriptis fideliter iis, quae apud Sheppardum*
Siebenkeesium discreparent."

Diligenter excussa omni *Varietate Scripturae*, quam ut
Palatino Codice Fossius attulit, nullo negotio intellexi
posse me melius de Theophrasti Characteribus mereri qu

sic ut Theophrastea omnia, quae in Palatino libro contineantur, quam accuratissime expressa in omnium notitiam proferrem et sic prorsus omnem dubitationem de cuiusque lectionis fide et auctoritate removerem. Diu et multum in Theophrasteis Characteribus explicandis emendandisque elaboravi, et quum Romae essem egregium Palatinum librum quanta maxima potui cura ac diligentia cum pulvisculo excussi, probe intelligens omnem crisin Characterum Theophrasti tribus tantum Codicibus niti: omne enim emendandi praesidium et fundamentum in capitibus XV prioribus esse in duobus vetustissimis Codicibus Parisinis, in posterioribus capitibus XV crisin pendere totam a Codice Palatino-Vaticano: reliquos autem libros ad unum omnes flocci non esse faciendos et criticam rem impedire tantum et quisquiliis nil profuturis onerare. Saepe de Theophrasti Characteribus scribere aliquid in animum induxi, sed semper me continui et novis semper curis aureolum libellum pessimis exemplis vitiatum et corruptum expendere et omnia prius explorare malui, si forte plura et meliora et certiora excogitando reperire possem. Plurima sunt apud Theophrastum conclamata et deposita et prorsus ἀνιάτως ἔχοντα, quae a multis video malesanis correctiunculis vexari, sed nondum spem omnem abiicio. Quamquam manifestae et palmariae emendationes propter Codicum conditionem rarissime eliciuntur, sat multa tamen admodum probabilia ac paene certa possunt proferri, quibus et sententia sanior et Atticae dictionis nitor in lucem vitamque revocentur. Dum autem haec omnia pervestigare et meditari pergam, interea quam fieri possit accuratissime exhibebo omnia Theophrastea quae in Palatino Codice continentur. De ipso Codice multa dicere nihil attinet: chartaceus est foliis 359 constans, descriptus a variis sed omnia circa eadem tempora saeculo XIV. Plurimae insunt tachygraphorum notae et siglae et compendia, plurima vocabula sunt tachygraphorum more decurtata, sed omnia sunt harum rerum peritis expedita et aperta: compendia scripturae sunt pervulgata et omnium usu trita. *Non est unum vocabulum, de cuius vera scriptura aliqua dubitatio inter legendum oboriri possit, et certa ubique est lectio,* quamquam passim omnibus modis mendosa et vitiis omne genus obsita. Factum est autem ut

homines duo Graeci sermonis pariter et palaeographiae imperitissimi Amadutius et Siebenkeesius illotis manibus Codicem contrectarent, quorum socordia quam multos et quam foedos errores fuderit et ex Badhami mei collatione intellectum est, et si quid ille erravit aut dubitationem aliquam reliquit ipse nunc demonstrabo descriptis summa cura et diligentia omnibus sicut in Codice Palatino scripta sunt: in qua re non tam serviliter secutus sum Codicem Ms. ut male sanam interpunctionem retinerem et *ι* subscriptum *fere semper* omissum non adscriberem et nomina propria litera unciali non distinguerem. Neque retinui duo puncta, quibus *ubique* ï et ü notantur, sed reliqua omnia fidelissime ut in Codice scripta sunt exhibui, etiam ridiculos errores, quos in accentuum ratione Graeculi quantitatis syllabarum *ancipitum* prorsus imperiti passim commiserunt. Insunt autem in Palatino Codice inde a folio 253. haec:

ἀπὸ τῶν τοῦ Θεοφράστου χαρακτήρων.

ις'. χαρακτὴρ δεισιδαιμονίας: —

ἀμέλει ἡ δεισιδαιμονία δόξειεν εἶναι δειλία πρὸς τὸ δαιμόνιον. ὁ δὲ δεισιδαίμων τοιοῦτός τις οἷος ἐπιχρωνῆν ἀπονιψάμενος τὰς χεῖρας καὶ περιρρανάμενος ἀπὸ ἱεροῦ δάφνην εἰς τὸ στόμα λαβὼν οὕτω τὴν ἡμέραν περιπατεῖν. καὶ τὴν ὁδὸν ἐὰν περιδράμῃ γαλῆ μὴ πρότερον πορευθῆναι ἕως διεξέλθῃ τις ἢ λίθους τρεῖς ὑπὲρ τῆς ὁδοῦ διαβάλῃ. καὶ ἐὰν ἴδῃ ὄφιν ἐν τῇ οἰκίᾳ ἐὰν παρεῖναι σαβάδιον καλεῖν ἐὰν δὲ ἱερὸν ἱερῶσον εὐθὺς ἱδρύσασθαι. καὶ τῶν λιπαρῶν λίθων τῶν ἐν ταῖς τριόδοις παριὼν ἐκ τῆς ληκύθου ἔλαιον καταχεῖν καὶ ἐπὶ γόνατα πεσὼν καὶ προσκυνήσας ἀπαλλάττεσθαι. καὶ ἐὰν μῦς θύλακον ἀλφίτην διαφάγῃ πρὸς τὸν ἐξηγητὴν ἐλθὼν ἐρωτᾶν τί χρὴ ποιεῖν. καὶ ἐὰν ἀποκρίνηται αὐτῷ ἐκδοῦναι τῷ σκυτοδέψῃ ἐπιρράψαι μὴ προσέχειν τούτοις ἀλλ' ἀποτραπεὶς ἐκλύσασθαι. καὶ πυκνὰ δὲ τὴν οἰκίαν καθάραι δεῖν ὡς ἑκάτης φάσκων ἐπαγωγὴν γεγονέναι. κἂν γλαῦκες βαδίζοντος αὐτοῦ ταράττεται καὶ εἴπας Ἀθηνᾶ κρείττων παρελθεῖν οὕτω. καὶ οὔτε ἐπιβῆναι μνήματι οὔτ' ἐπὶ νεκρὸν οὔτ' ἐπὶ λεχὼ ἐλθεῖν ἐθελῆσαι, ἀλλὰ τὸ μὴ μαίνεσθαι συμφέρον αὐτῷ φήσας εἶναι. καὶ ταῖς τετράσι δὲ καὶ ταῖς ἑβδομάσι προσάξας οἶνον ἕψειν τοῖς ἔνδον ἐξελθὼν ἀγοράσαι μυρσίνας λιβανωτῶν πίνακα καὶ εἰσελθὼν εἴσω στεφανῶν τοὺς

ἑρμαφροδίτους ὅλην τὴν ἡμέραν. καὶ ὅταν ἐνύπνιον ἴδῃ πορεύεσθαι πρὸς τοὺς ὀνειροκριτὰς πρὸς τοὺς μάντεις πρὸς τοὺς ὀρνιθοσκόπους ἐρωτήσων τίνι θεῶν ἢ θεᾷ προσεύχεσθαι δεῖ. καὶ τελεσθησόμενος πρὸς τοὺς ὀρφεοτελεστὰς κατὰ μῆνα πορεύεσθαι μετὰ τῆς γυναικός. ἐὰν δὲ μὴ σχολάζῃ ἡ γυνὴ μετὰ τῆς τίτθης καὶ τῶν παιδίων. καὶ τῶν περιῤῥαινομένων ἐπὶ θαλάττης ἐπιμελῶς δόξειεν ἂν εἶναι. κἄν ποτε ἐπίδῃ σκορόδῳ ἐσεμμένων τῶν ἐπὶ ταῖς τριόδοις ἀπελθόντων κατὰ κεφαλῆς λούσασθαι καὶ ἱερείας καλέσας σκίλλῃ ἢ σκύλακι κελεῦσαι αὐτὸν περικαθάραι μαινόμενόν τε ἰδὼν ἢ ἐπίληπτον φρίξας εἰς κόλπον πτῦσαι: —

SIEBENKEESII ERRORES [1]).

Siebenkees: (Περὶ δεισιδαιμονίας). Codex Palatinus χαρακτὴρ δεισιδαιμονίας: — (δειλεία) δειλία: (ἐπὶ κρήνην) ἐπιχρωνῆν: (περιῤῥανάμενος) περιῤῥανάμενος et sic constanter: (δάφνης) δάφνην: (ἢ λίθους τρεῖς) ἢ λίθους τρεῖς: (ἐὰν δὲ ἱερὰν ἐνταῦθα ἱερὸν) ἐὰν δὲ ἱερὸν ἐνταῦθα ἱερῶον: (ἰθρύσασθαι) ἱδρύσασθαι: (ἀλφίτων) ἀλφί supra την: (ἐξεγητὴν) ἐξηγητὴν: (ἐκδύσασθαι) ἐκλύσασθαι: (καθᾶραι δεῖν, ὡς Ἑκάτης) καθάραι δεῖν ὡς ἑκάτης: (κ' ἂν γλαῦκα) κἂν γλαῦκες: (ταράττεται καὶ εἰπὼν) ταράττεται καὶ εἶπας correctum εἶπου: (ἐπὶ λέχω) ἐπὶ λεχὼ: (καὶ ταῖς τετάρταις δὲ καὶ ταῖς ἑβδομάταις) καὶ ταῖς τετράσι δὲ καὶ ταῖς ἑβδομάσι: (τίνι θεῷ ἢ θεᾷ) τίνι θεῶν ἢ θεᾷ: (μετὰ τῆς τίτθης καὶ τῶν παιδῶν) μετὰ τῆς τίτθης καὶ τῶν παιδίων: (καὶ περιῤῥαινομένων) καὶ τῶν περιῤῥαινομένων: (κ' ἂν ποτὲ) κἄν ποτε: (ἐπελθόντων) ἐπελθόντων correctum ἀπελθόντων: (περικαθᾶραι) περικαθάραι: (πτύσαι) πτῦσαι: — Accentus apud Siebenkeesium vitiose positos in τῆν ὁδὸν, παρεῖαν, λιθῶν, παρίων, μῦς, ὁτὰν, δοξείειν, μαῖνομενόν τε et similia passim, et interpunctionem praeposteram notare non est operae pretium. Dabo ubique *id quod in Palatino scriptum est:* ubi nihil admonuero omnes istiusmodi errores silentio meo redargui puta.

---

1) Vitiosam Siebenkeesii scripturam ubique uncinis includam, genuinam Codicis lectionem sine uncis ubique apponam.

In Codicis scriptura haec notanda sunt: in quo genere malui nimis multa potius describere quam ea omittere quae aliquem fortasse usum habere possent: et facient haec utique ad confirmandam lectionum fidem, quas ex Palatino producam.

δειλία πρὸς τὸ δαιμόνιον: Codex Palatinus *δειλί* supra *α*. *πρ* supra *ὸ*.

Diserte in Codice scriptum est *ἐπιχρωνῆν*.

ἐνταῦθα ἱερῶον: *ἱερῶ* cum compendio syllabae *ον*.

ἐν ταῖς τριόδοις: *τριο* supra *δ* et acutus.

ἐρωτᾶν τί χρὴ ποιεῖν: *ἐρω* supra *τ* cum circumflexo.

δεῖν ὡς ἑκάτης: *δ* cum compend. syll. *ειν* et circumfl.

κἂν γλαῦκες: *γλαῦκ* cum comp. syll. *ες*.

εἶπας ἀθηνᾶ κρείττων: *εἶπ* cum comp. syll. *ας*, corrector substituit comp. syll. *ου*.

τὸ μὴ μαίνεσθαι: *μ* supr. *αί* tum *νε* supr. *σθ* cum comp. syll. *αι*.

ἑβδομάσι: *ἑβδομ* cum ductu longiore aliquid omissum esse significante, supra *ά*.

τοὺς ἑρμαφροδίτους: *ἑρμαφρο* supra *δτ*, inter *δ* et *τ* acutus.

καὶ τῶν παιδίων: *παι* supra *δ* iuxta acutus, quod significare *παιδία*, *παιδίων* (non *παῖδες*, *παίδων*) multi alii loci docebunt, de qua re alias.

κατὰ κεφαλῆς λούσασθαι: Cod *κε* cum signo omissionis et compend. syll. *ης* et circumflexo.

περικαθάραι: *π* supra *ε* cum duobus punctis (..) *καθάρ* supra *αι*.

In Codice sequitur caput XVII:

μεμψιμοιρίας: *ιζ'*: —

ἔστιν ἡ μεμψιμοιρία ἐπιτίμησις παρὰ τῶν προσηκόντων δεδεμένων. ὁ δὲ μεμψίμοιρος τοιόσδέ τις οἷος ἀποστείλαντος μερίδα τοῦ Φίλου εἰπεῖν πρὸς τὸν Φέροντα· ἐφθόνησάς μοι τοῦ ζωμοῦ καὶ τοῦ οἰναρίου οὐκ ἐπὶ δεῖπνον καλέσας. καὶ ὑπὸ τῆς ἑταίρας
5 *καταφιλούμενος εἰπεῖν· θαυμάζω εἰ σὺ καὶ ἀπὸ τῆς ψυχῆς οὕτω με φιλεῖς. καὶ τῷ Διὶ ἀγανακτεῖν οὐ διότι ὗει ἀλλὰ διότι ὕστερον. καὶ εὑρὼν ἐν τῇ ὁδῷ βαλλάντιον εἰπεῖν· ἀλλ' οὐ θησαυρὸν εὕρηκα οὐδέποτε. καὶ πριάμενος ἀνδράποδον ἄξιον καὶ πολλὰ δεηθεὶς τοῦ πωλοῦντος· θαυμάζω, εἰπεῖν, ὅτι ὑγιὲς οὕτω*
10 *ἄξιον ἐώνημαι. καὶ πρὸς τὸν εὐαγγελιζόμενον ὅτι υἱός σοι*

γέγονεν εἰπεῖν ὅτι ἂν προσθῇς καὶ τῆς οὐσίας τὸ ἥμισυ ἀπέσχηκε ἀληθῆ ἐρεῖς. καὶ νίκην νικήσας καὶ λαβὼν πάσας τὰς ψήφους ἐγκαλεῖ τῷ γράψαντι τὸν λόγον ὡς πολλὰ παραλελοιπότι τῶν δικαίων. καὶ ἐράνου εἰσενεχθέντος παρὰ τῶν Φίλων καὶ Φήσαντός τινος· ἱλαρὸς ἴσθι. καὶ πῶς, εἰπεῖν, ὅτι δεῖ ταργύριον ἀποδοῦναι ἑκάστῳ καὶ χωρὶς τούτων χάριν ὀφείλειν ὡς εὐεργετημένον: —

ERRORES SIEBENKEESII.

Siebenkees: (Περὶ μεμψιμοιρίας). Codex Palatinus μεμψιμοιρίας ιζ': (περὶ τῶν προσηνῶς) παρὰ τῶν προσηκόντων: (τοῖος δὲ τις) τοῖόσδέ τις: (εἰ τὺ καὶ ἀπὸ ψυχῆς με Φιλεῖς) εἰ σὺ καὶ ἀπὸ τῆς ψυχῆς οὕτω με Φιλεῖς: (βαλάντιον) βαλλάντιον: (εὐαγγελιζόμενον, υἱός σοι γέγονεν) εὐαγγελιζόμενον ὅτι υἱός σοι γέγονεν: (τὸ ἥμισυ ἄπεσιν) τὸ ἥμισυ ἀπέσχηκε: (καὶ δίκην νικήσας) καὶ νίκην νικήσας: (πᾶσας τοῦς ψήΦους) πάσας τὰς ψήφους: (ἐγκαλεῖν) ἐγκαλεῖ: (ἱλαρὸς ἔσω) ἱλαρὸς ἴσθι: (τὸ ἀργύριον ἀποδοῦναι) ταργύριον ἀποδοῦναι: (εὐηργετημένον) εὐεργετημένον.

Scripturae notabiles hae sunt:

παρὰ τῶν προσηκόντων: Codex π cum compend. significante αρα et acuto, τ cum compend. syll. ων et circumfl. προση supra κτ, iuxta acutus. Apparet igitur veram lectionem hanc esse: ἐπιτίμησις παρὰ τὸ προσῆκον τῶν δεδομένων.

ὑπὸ τῆς ἑταίρας Φιλούμενος: correctum a prima manu καταΦιλούμενος.

βαλλάντιον: Cod. βαλλάν supra τ.

οὐδέποτε: Cod. οὐδέ supra πτε.

ἀνδράποδον: Cod. ἀνδρά supra πδ.

τῆς οὐσίας: Cod. οὐ supra σ cum comp. syll. ας et iuxta acutus.

πάσας τὰς ψήφους ἐγκαλεῖ τῷ γράψαντι: Cod. πάσ cum comp. syll. ας, τ cum comp. syll. ὰς, ψήΦ cum comp. syll. ους, ἐγκαλ supra εῖ, τ supra ῶ iuxta ι.

In Codice sequitur caput XVIII:

ιη'. ἀπιστίας: —

ἔστιν ἀμέλει ἀπιστία ὑπόληψίς τις ἀδικίας κατὰ πάντων. ὁ δὲ

ἄπιστος τοιοῦτός τις οἷος ἀποστείλας τὸν παῖδα ὠνησόμενον ἕτερον παῖδα πέμπειν πευσόμενον πόσου ἐπρίατο. καὶ φέρων αὐτὸς τὸ ἀργύριον καὶ κατὰ σάδιον καθίζων ἀριθμεῖν πόσον ἐστί. καὶ τὴν γυναῖκα τὴν αὐτοῦ ἐρωτᾶν κατακείμενος εἰ κέκλεικε τὴν κιβωτὸν καὶ εἰ σεσήμανται τὸ κυλιούχιον καὶ εἰ ὁ μόχλος εἰς τὴν θύραν τὴν αὐλείαν ἐμβέβληται. καὶ ἂν ἐκείνη φῇ μηδὲν ἧττον αὐτὸς ἀναστὰς γυμνὸς ἐκ τῶν στρωμάτων καὶ ἀνυπόδητος τὸν λύχνον ἅψας ταῦτα πάντα περιδραμὼν ἐπισκέψασθαι καὶ οὕτω μόλις ὕπνου τυγχάνειν. καὶ τοὺς ὀφείλοντας αὐτῷ ἀργύριον μετὰ μαρτύρων ἀπαιτεῖν τοὺς τόκους ὅπως μὴ δύναιντο ἔξαρνοι γενέσθαι. καὶ τὸ ἱμάτιον δὲ ἐκδῦναι δεινὸς οὐχ ὡς βέλτιστα ἐργάσηται ἀλλ' ὅταν ᾖ ἄξιος ἐγγυητὴς τοῦ κναφέως. καὶ ὅταν ἥκῃ τις αἰτησόμενος ἐκπώματα μάλιστα μὲν μὴ δοῦναι, ἂν δ' ἄρα τις οἰκεῖος ᾖ καὶ ἀναγκαῖος μόνον οὐ πυρώσας καὶ σήσας καὶ σχεδὸν ἐγγυητὴν λαβὼν χρήσει. καὶ τὸν παῖδα δὲ ἀκολουθοῦντα κελεύειν αὐτοῦ ὄπισθεν μὴ βαδίζειν ἀλλ' ἔμπροσθεν ἵνα φυλάττηται αὐτῷ μὴ ἐν τῇ ὁδῷ ἀποδράσῃ. καὶ τοῖς εἰληφόσι τι παρ' αὐτοῦ καὶ λέγουσι πόσου, κατάθου. οὐ γὰρ σχολάζω πω πέμπειν. μηδὲν πραγματεύου. ἐγὼ γὰρ ἂν σὺ σχολάσῃς συνακολουθήσω: —

SIEBENKEESII ERRORES.

Siebenkees: (ποσοῦ ἐπραίτο). Codex Palatinus: πόσου ἐπρίατο: (ἀριθμεῖν) ἀριθμεῖν πόσον ἐστὶ: (τὴν αὐτοῦ ἐρωτᾶν) τὴν αὐτοῦ ἐρωτᾶν: (καὶ ἐὰν ἐκείνη φῇ) καὶ ἂν ἐκείνη φῇ: (τὸ ἱμάτιον ἐκδοῦναι) τὸ ἱμάτιον ἐκδῦναι: (ὡς βέλτιστα ἐργάσηται) ὡς βέλτιστα ἐργάσεται correctum ἐργάσηται: (ἂν δ' ἄρα τὶς οἰκειος ἢ καὶ ἀναγκαίος) ἂν δ' ἄρα τις οἰκεῖος ἢ καὶ ἀναγκαῖος: (μόνον ἐπυρώσας) μόνεν οὐ πυρώσας: (αὐτοῦ ὄπισθον) αὐτοῦ ὄπισθεν: (οὐ γὰρ σχολάζω πέμπειν) οὐ γὰρ σχολάζω πω πέμπειν.

Quod Fossius ex Palatino affert ἕτερον παῖδα πέμπειν (τὸν) πευσόμενον neque in Codice legitur et orationem soloecam faceret si legeretur.

Quod idem μόνον οὐ πυρώσας non credit in Palatino esse fallitur: perspicue οὐ noto nexu scriptum sequenti participio de more affixum est.

In caeteris nihil est memorabile, nisi quod *βέλτιϛα* in verbis *οὐχ ὡς βέλτιϛα ἐργάσηται* in Codice scriptum est *βέλτϊ* supra *ϛ*.

Sequitur in Codice caput XIX:

ιθ' δυσχερείας.

ἔϛιν ἡ δυσχέρεια ἀθεραπευσία σώματος λύπης παρασκευαστική. ὁ δὲ δυσχερὴς τοιοῦτός τις οἷον λέπραν ἔχων καὶ ἀλφὸν καὶ τοὺς ὄνυχας μεγάλους περιπατεῖν καὶ φῆσαι ταῦτα εἶναι αὐτῷ· συγγενικὰ ἀρρωϛήματα. ἔχειν γὰρ αὐτὸν καὶ τὸν πατέρα καὶ τὸν πάππον καὶ οὐκ εἶναι ῥᾴδιον αὐτὸν εἰς τὸ γένος ὑποβάλλεσθαι. ἀμέλει δὲ δεινὸς καὶ ἕλκη ἔχειν ἐν τοῖς ἀντικνημίοις καὶ προσπταίσματα ἐν τοῖς δακτύλοις καὶ μὴ θεραπεῦσαι ἀλλ' ἐάσαι θηριωθῆναι. καὶ τὰς μασχάλας δὲ θηριώδεις καὶ δασείας ἔχειν ἄχρι ἐπὶ πολὺ τῶν πλευρῶν, καὶ τοὺς ὀδόντας μέλανας καὶ ἐσθιομένους ὥϛε δυσέντευκτος εἶναι καὶ ἀηδής. καὶ τὰ τοιαῦτα. ἐσθίων ἀπομύττεσθαι θύων ἅμα δ' ἄρξασθαι προσλαλῶν. ἀπορρίπτειν ἀπὸ τοῦ ϛόματος. ἅμα πιὼν προσερυγγάνειν. ἀναπίπτοντος ἐν τοῖς ϛρώμασι μετὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ κοιμᾶσθαι. ἐλαίῳ ϛαπρῷ ἐν βαλανείῳ χρώμενος ϛφύζεσθαι. καὶ χιτωνίσκον παχὺν καὶ ἱμάτιον ϛφόδρα λεπτὸν καὶ κηλίδων μεϛὸν ἀναβαλλόμενος εἰς ἀγορὰν ἐξελθεῖν. καὶ εἰς ἐξ ὀρνιθοϛκόπου τῆς μητρὸς ἐξελθούϛης βλαϛφημῆϛαι. καὶ εὐχομένων καὶ ϛπενδόντων ἐμβαλεῖν τὸ ποτήριον καὶ γελάϛαι ὡς τεράϛιόν τι πεποιηκώς. καὶ αὐλούμενος δὲ κροτεῖν ταῖς χερσὶ μόνος τῶν ἄλλων καὶ ϛυντερετίζειν καὶ ἐπιτιμᾶν τῇ αὐλητρίδι τί οὐ ταχὺ παύϛαιτο. καὶ ἀποπτῦϛαι δὲ βουλόμενος ὑπὲρ τῆς τραπέζης προϛπτῦϛαι τῷ οἰνοχόῳ: —

ERRORES SIEBENKEESII.

Siebenkees: (Περὶ δυσχερείας). Codex Palatinus: *ιθ'. δυσχερείας*: — (*ἔϛι ἡ δυσχέρεια*) *ἔϛιν ἡ δυσχέρεια*: (*οἷος λέπραν ἔχων*) *οἷον λέπραν ἔχων*: (*οὐχ εἶναι ραδιον εἰς τὸ γένος*) *οὐκ εἶναι ῥάδιον αὐτὸν εἰς τὸ γένος*: (*καὶ ταῦτα μὴ θεραπεῦσαι*) *καὶ μὴ θεραπεῦσαι*: (*μασχάλας θηριώδεις*) *μασχάλας δὲ θηριώδεις*: (*ἄχρις ἐπὶ πολὺ*) *ἄχρι ἐπὶ πολὺ*: (*ἀναβαλόμενος*) *ἀναβαλλόμενος*: (*εἰς ὀρνιθοϛκόπου*) *εἰς ἐξ ὀρνιθοϛκόπου*: (*ἐκβαλεῖν τὸ ποτήριον*) *ἐμβαλεῖν τὸ ποτήριον*: (*ὡς τεράϛιόν τι*) *ὡς τεράϛιον τί*.

Scripturae notatu digniores hae sunt:

καὶ οὐκ εἶναι ῥᾴδιον αὐτὸν εἰς τὸ γένος: Cod. *ρα* supra *δ*, iuxta *ᵛ*, *αὐτ* cum gravi duplici.

ἀντικνημίοις: Cod. *ἀντικνη* supra *μ*, iuxta acutus.

θηριωθῆναι: Cod. *θηριω* supra *θν* cum circumfl. et compend. syll. *αι*.

ἀναπίπτοντος: Cod. *ἀναπῖπτον* supra *τ*. pulchre emendavit Badhamus *ἀναπόνιπτος*.

σαπρῷ ἐν τῷ βαλανείῳ χρώμενος: Cod. *σαπρ* supra *ῷ*, *βαλα* supra *ν*, iuxta acutus, *χρώ* supra *μν*.

ἀποπτῦσαι — προσπτῦσαι a pr. manu correctum scilicet *ἀποπτῦσαι — προσπτῦσαι*.

Sequitur in Codice caput XX:

ἀηδίας κ': —

ἔστιν ἡ ἀηδία ὡς ὅρῳ λαβεῖν ἔντευξις λύπης ποιητικὴ ἄνευ βλάβης. ὁ δὲ ἀηδὴς τοιοῦτός τις οἷον ἐγείρειν ἄρτι καθεύδοντα εἰσελθὼν ἵνα αὐτῷ λαλῇ. καὶ ἀνάγεσθαι δὴ μέλλοντας κωλύειν. καὶ προσελθὼν δεῖσθαι ἐπισχεῖν ἕως ἂν περιπατήσῃ. καὶ τὸ παιδίον τῆς τίτθης ἀφελόμενος μασώμενος σιτίζειν αὐτός. καὶ ὑποκορίζεσθαι ποππύζων καὶ πανουργιῶν τοῦ πάππου καλῶν. καὶ ἐσθίων δὲ ἅμα διηγεῖσθαι ὡς ἐλέβορον πιὼν ἄνω καὶ κάτω καθαρθείη καὶ ζωμοῦ τοῦ παρακειμένου ἐν τοῖς ὑποχωρήμασιν αὐτῷ μελαντέρα ἡ χολή. καὶ ἐρωτῆσαι δὲ δεινὸς ἐναντίον τῶν οἰκείων εἶπου (correctum *εἶπερ*)· *μάμμη ὅτ' ὦδινες καὶ ἔτικτές με τίς ἡμέρα. καὶ ὑπὲρ αὐτῆς δὲ λέγειν ὡς ἡδύ ἐστι καὶ ἀμφότερα δὲ οὐκ ἔχοντα οὐ ῥᾴδιον ἄνθρωπον λαβεῖν. καὶ ὅτι ψυχρὸν ὕδωρ ἔστι παρ' αὐτῷ λακκαῖον. καὶ ὡς κῆπος λάχανα πολλὰ ἔχων καὶ ἁπαλὰ ὥστε εἶναι ψυχρόν. καὶ μάγειρος εὖ τὸ ὄψον σκευάζων. καὶ ὅτι ἡ οἰκία αὐτοῦ πανδοκεῖον ἐστί, μεσὴ γάρ ἐστι, καὶ τοὺς φίλους αὐτοῦ εἶναι τὸν τετρημένον πίθον, εὖ ποιῶν γὰρ αὐτοὺς οὐ δύνασθαι ἐμπλῆσαι. καὶ ξενίζων δὲ δεῖξαι τὸν παράσιτον αὐτοῦ ποῖός τίς ἐστι τῷ συνδειπνοῦντι. καὶ παρακαλῶν δὲ ἐπὶ τοῦ ποτηρίου εἰπεῖν ὅτι τὸ τέρψον τοὺς παρόντας παρεσκεύασαι. καὶ ὅτι αὐτὴν, ἐὰν κελεύσωσιν, ὁ παῖς μέτεισι παρὰ τοῦ πορνοβοσκοῦ ἤδη πῶς πάντες ὑπ' αὐτῆς αὐλώμεθα καὶ εὐφραινώμεθα*: —

ERRORES SIEBENKEESII.

Siebenkees: (Περὶ ἀηδίας). Codex Palatinus: ἀηδίας κ': — (ἔςι ἡ ἀηδία) ἔςιν ἡ ἀηδία: (οἷος ἐγείρειν) οἷον ἐγείρειν: (μασσώμενος) μασώμενος: (πανοῦργον τοῦ πάππου) πανουργιῶν τοῦ πάππου: (ἐσθίων ἅμα) ἐσθίων δὲ ἅμα: (ἐλλέβορον πιὼν) ἐλέβορον πιὼν: (εἶπὲ μάμμη) εἶπου (correctum εἶπερ) μάμμη: (ἔτικτες μὲ) ἔτικτές με: (ἀμφότερα οὐκ ἔχοντα) ἀμφότερα δὲ οὐκ ἔχοντα: (ἡ οἰκία αὐτοῦ) ἡ οἰκία αὐτοῦ: (εὐποιῶν) εὖ ποιῶν: (παρασκεύαςαι) παρεσκεύαςαι.

Animadvertenda scriptura Codicis in hisce:

οἷον ἐγείρειν: Cod. οἳ cum comp. syll. ον.

τὸ παιδίον τῆς τίτθης ἀφελόμενος: Cod. τὸ παι supra δ, iuxta acutus. ἀφελόμενος scriptum est ἀφελο supra μν iuxta acutus.

καὶ πανουργιῶν τοῦ πάππου: Cod. πανουργι supra compend. syll. ων et circumflexus.

εἶπου μάμμη: Cod. εἶπου, supra ου scriptum ερ a prima manu.

παρὰ τοῦ πορνοβοσκοῦ ἤδη. πῶς πάντες: Cod. π cum compend. syllab. ως et circumfl. πάντ cum compend. syllab. ες.

Caeterum quod Siebenkees refert λαβεῖν in verbis οὐ ῥᾴδιον ἄνθρωπον λαβεῖν »a recentiore manu subscriptum et in margine infinitivo εὑρεῖν explicatum esse" verum non est, et quod de scripturae nominis ποτηρίου compendio Fossius retulit nil quidquam habet novi. Scribitur de more πο supra τρ, inter utramque consonantem acutus. Sic solent nomina omnia in — τήριον a tachygraphis exarari, veluti δεσμωτήριον. Hinc intelligitur cur ποτήριον et πότερον confundantur.

Sequitur in Codice caput XXI:

μικροΦιλοτιμίας κα': —

ἡ δὲ μικροΦιλοτιμία δόξει εἶναι ὄρεξις τιμῆς ἀνελεύθερος. ὁ δὲ μικροΦιλότιμος τοιοῦτός τις οἷος σπουδάσαι ἐπὶ δεῖπνον κληθεὶς παρ' αὐτὸν τὸν καλέσαντα κατακείμενος δειπνῆσαι. καὶ τὸν υἱὸν ἀποκεῖραι ἀγαγὼν εἰς Δελφούς. καὶ ἐπιμεληθῆναι δὲ ὅπως αὐτῷ ὁ ἀκόλουθος Αἰθίοψ ἔσαι. καὶ ἀποδιδοὺς μνᾶν ἀργυρίου καινὸν ποιῆσαι ἀποδοῦναι. καὶ κολοιῷ δὲ ἔνδον τρεφομένῳ

δεινὸς κλιμάκιον πρίασθαι καὶ ἀσπίδιον χαλκοῦν ποιῆσαι ὃ ἔχων ἐπὶ τοῦ κλιμακίου ὁ κολοιὸς πηδήσεται. καὶ βοῦν θύσας τὸ προμετωπίδιον ἀπαντικρὺ τῆς εἰσόδου προσπατταλῶσαι σέμμασι μεγάλοις περιδήσας ὅπως οἱ εἰσιόντες ἴδωσιν ὅτι βοῦν ἔθυσε. καὶ πομπεύσας μετὰ τῶν ἱππέων τὰ μὲν ἄλλα πάντα δοῦναι τῷ παιδὶ ἀπενεγκεῖν οἴκαδε, ἀναβαλλόμενος δὲ θοιμάτιον ἐν τοῖς μύωψι κατὰ τὴν ἀγορὰν περιπατεῖν. καὶ κυναρίου δὲ Μελιταίου τελευτήσαντος αὐτῷ μνῆμα ποιῆσαι καὶ σηλίδιον ποιήσας ἐπιγράψαι κλάδος. Μελιταῖος. καὶ ἀναθεὶς δακτύλιον χαλκοῦν ἐν τῷ ἀσκληπιείῳ τοῦτον ἐκτρίβειν σεφανοῦντα ἀλείφειν ὁσημέραι. ἀμέλει δὲ καὶ συνδιοικίσασθαι παρὰ τῶν πρυτάνεων ὅπως ἀπαγγείλῃ τῷ δήμῳ τὰ ἱερὰ καὶ παρεσκευασμένος λαμπρὸν ἱμάτιον καὶ ἐσεφανωμένος παρελθὼν εἰπεῖν· ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐθύομεν οἱ πρυτάνεις τὰ ἱερὰ τῇ μητρὶ τῶν θεῶν. τὰ γὰρ ἄξια καὶ τὰ ἱερὰ καλὰ καὶ ὑμεῖς δέχεσθε τὰ ἀγαθά. καὶ ταῦτα ἀπαγγείλας ἀπιὼν διηγήσασθαι οἴκαδε τῇ αὐτοῦ γυναικὶ ὡς καθ' ὑπερβολὴν εὐημερεῖν: —

ERRORES SIEBENKEESII.

Siebenkees: (Περὶ μικροφιλοτιμίας). Codex Palatinus: μικρο φιλοτιμίας κα': — (ἀναγὼν εἰς Δελφοὺς) ἀγαγὼν εἰς δελφοὺς (ὅπως αὐτῷ) ὅπως αὐτῷ: (ἐν ταῖς μύωψι) ἐν τοῖς μύωψι. Scribitur τ cum compend. syllab. οις et circumflexo: (μνῆμα καὶ σηλίδιον ποιήσας) μνῆμα ποιῆσαι καὶ σηλίδιον ποιήσας: (συνδιοικήσασθαι) συνδιοικίσασθαι: (καὶ μὲν ἄξια καὶ τὰ ἱερὰ) τὰ γὰρ ἄξια καὶ τὰ ἱερὰ: (τῇ ἑαυτοῦ γυναικὶ) τῇ αὐτοῦ γυναικὶ:

Est operae pretium animadvertere scripturas hasce:

μικροφιλοτιμία: inter κρο et φι infra versum est nota ὑ<φ' ἕν, quae saepius in Palatino Codice apparet.

προμετωπίδιον: Cod. προμετωπι supra δ.

κυναρίου: Cod. κυ supra νρ, inter ν et ρ acutus.

δακτύλιον: Cod. δακτυ supra λ, iuxta acutus.

ἀσκληπιείῳ: diserte in Cod. scriptum est, non ἀσκληπίῳ.

ἀθηναῖοι: Cod. ἀ supra θν cum circumflexo et compend. syllab. αι.

τὰ γὰρ ἄξια; Cod. γ pronum cum compend. syllab. αρ et

acuto. Facile credideris μὲν esse scriptum, quae res subinde Siebenkeesium fefellit.

In Codice sequitur caput XXII.

ἀνελευθερίας κβ': —

ἡ δὲ ἀνελευθερία ἐστὶ περιουσία τις ἀπὸ φιλοτιμίας δαπάνην ἔχουσα. ὁ δὲ ἀνελεύθερος τοιοῦτός τις οἷος νικῆσαι τραγῳδοῖς ταινίαν ξυλίνην ἀναθεῖναι τῷ Διονύσῳ ἐπιγράψας μὲν αὐτοῦ τὸ ὄνομα. καὶ ἐπιδόσεων γινομένων ἐκ τοῦ δήμου ἀναστὰς σιωπᾶν ἢ ἐκ τοῦ μέσου ἀπελθεῖν. καὶ ἐκδιδοὺς αὐτοῦ θυγατέρα τοῦ μὲν ἱερείου πλὴν τῶν ἱερέων τὰ κρέα ἀποδόσθαι, τοὺς δὲ διακονοῦντας ἐν τοῖς γάμοις οἰκοσίτους μισθώσασθαι. καὶ τριηραρ κυβερνήτου σρῶμα ταυτὸν ἐπὶ τοῦ καταστρώματος ὑποστορέννυσθαι τὰ δὲ αὐτοῦ ἀποτιθέναι. καὶ τὰ παιδία δὲ δεινὸς μὴ πέμψαι εἰς διδασκάλου ὅταν ᾖ τοῦ ἀποτιθέναι καὶ τὰ παιδία μουσία ἀλλὰ φῆσαι κακῶς ἔχειν ἵνα μὴ συμβάλωνται. καὶ ἐξ ἀγορᾶς δὲ ὀψωνήσας τὰ κρέα αὐτὸς φέρειν καὶ τὰ λάχανα ἐν τῷ προκολπίῳ καὶ ἔνδον μένειν ὅταν ἐκδῷ θοιμάτιον ἐκπλύναι. καὶ φίλου ἔρανον συλλέγοντος καὶ διειλεγμένου αὐτῷ προσιόντα προϊδόμενος ἀποκάμψας ἐκ τῆς ὁδοῦ τὴν κύκλῳ εἶκαδε πορευθῆναι. καὶ τῇ γυναικὶ δὲ τῇ αὐτοῦ (correctum ἑαυτοῦ) προῖκα εἰσενεγκαμένῃ μὴ πρίασθαι θεράπαινα ἀλλὰ μισθοῦσθαι εἰς τὰς ἐξόδους ἐκ τῆς γυναικείας παιδίον τὸ συνακολουθῆσαν. καὶ τὰ ὑποδήματα πάλιν πήξει κεκαττυμένα φορεῖν καὶ λέγειν ὅτι κέρατος οὐδὲν διαφέρει. καὶ ἀναστὰς τὴν οἰκίαν καλλύναι καὶ τὰς κλίνας ἐκκορῆσαι καὶ καθεζόμενον παρασρέψαι τὸν χιτῶνα ὃν αὐτὸς φορεῖ: —

ERRORES SIEBENKEESII.

Siebenkees: (Περὶ ἀνελευθερίας). Codex Palatinus: ἀνελευθερίας κβ': — (περιουσία τὶς ἀποφιλοτιμίας) περιουσία τίς ἀπὸ φιλοτιμίας: (ἐκδιδοὺς αὐτοῦ θυγατέρα) ἐκδιδοὺς αὐτοῦ θυγατέρα: (πλὴν τῶν ἱερείων) πλὴν τῶν ἱερέων: (τὰ κρέα ἀποδίδοσθαι) τὰ κρέα ἀποδόσθαι: (καὶ τριηραρχῶν τὰ τοῦ κυβερνήτου) καὶ τριηραρ in extremo versu et cum lacunae indicio in vs. sq. κυβερνήτου: (σρώματα αὐτοῦ) σρῶμα ταυτὸν: (ὑποστορέννυσθαι) ὑποστορέννυσθαι: (τὰ δὲ αὐτοῦ ἀποτιθέναι) τὰ δὲ αὐτοῦ ἀποτιθέναι: (πέμψαι εἰς διδάσκαλον) πέμψαι εἰς διδασκάλου: (ὅταν ᾖ τοῦ

ἀποτιθέναι καὶ τὰ παιδιμουσία) ὅταν ἧ τοῦ ἀποτιθέναι καὶ παιδία μουσία: (συμβάλλωνται) συμβάλωνται: (αὐτὸς ρειν — καὶ τὰ λάχανα) αὐτὸς Φέρειν τὰ λάχανα: (ἐν προκαλπίῳ) ἐν τῷ προκολπίῳ: (ὅταν ἐκδῷ θοιμάτιον ἐκπλῖ ὅταν ἐκδῶ θοιμάτιον ἐκπλῦναι: (ἀνακάμψας) ἀποκάμψας: τῆς ὁδοῦ τῷ κύκλῳ) ἐκ τῆς ὁδοῦ τὴν κύκλῳ: (τῇ ἑαυτοῦ κα) τῇ αὐτοῦ (correctum ἑαυτοῦ) προῖκα: (πρίασθαι θερα νας) πρίασθαι θεραίπαινα (sic): (παιδίον συνακολουθήσον) δίον συνακολουθῆσαν: (ὀποδήματα πάλιν πήξει) ὑποδήματα λιν πήξει: (καλλῦναι) καλλῦναι: (καθεζόμενος) καθεζ νον: —

Scripturae ad cognoscendum non inutiles hae insunt:

ἐκδιδοὺς αὐτοῦ θυγατέρα: Cod. αὐ supra τ cum circumfl θυγα supra τρ, inter τ et ρ acutus.

πλὴν τῶν ἱερέων: Cod. ἱερέ supra ων.

ϛρῶμα ·ταυτὸν: Cod. ταυτ cum duplici gravi.

ἐπὶ τοῦ καταϛρώματος: Cod. κα supra τ, tum ϛρω, s μτ, iuxta acutus.

ἀποτιθέναι καὶ τὰ παιδία μουσία: Cod. παι supra δ, i acutus, μουσί supra α. Manifestus igitur est scribae er quem sagaciter Meierus (apud Fossium ad h. l.) deprehe Scriptum erat in vetustiore libro:

ὑποστορέννυσθαι τὰ δὲ αὐ
τοῦ ἀποτιθέναι καὶ τὰ παιδία
δὲ δεινὸς μὴ πέμψαι εἰς
διδασκάλου ὅταν ἧ
μουσεῖα ἀλλὰ Φῆσαι κακῶς.

Librarius quum recte descripsisset usque ad ὅταν ἧ alias agens repetiit secundum versiculum:

τοῦ ἀποτιθέναι καὶ τὰ παιδία

et tum quintum subiecit:

μουσεῖα ἀλλὰ Φῆσαι κακῶς
ἔχειν ἵνα μὴ συμβάλωνται.

ἐν τῷ προκολπίῳ: Cod. προκολ supra π, iuxta acutus.

θοιμάτιον ἐκπλύναι: Cod. θοιμα supra τ cum acuto.

θεραίπαινα: Cod. θεραίπ supra αι, tum ν supra α.

συνακολουθῆσαν: Cod. συνακολουθῆσ cum compend. syllab.

κέρατος: Cod. κέρα supra τ.
καθεζόμενον: Cod. καθεζό supra μν cum compend. syll. ον.
In Codice sequitur cap. XXIII:

ἀλαζονείας κγ΄: —

ἀμέλει δὲ ἡ ἀλαζονεία δόξει εἶναι προσδοκία τις ἀγαθῶν οὐκ ὄντων. ὁ δὲ ἀλαζὼν τοιοῦτός τις οἷος ἐν τῷ διαζεύγματι ἐσηκὼς διηγεῖτο ξένοις ὡς πολλὰ χρήματα αὐτοῖς ἔστιν ἐν τῇ θαλάσσῃ. καὶ περὶ τῆς ἐργασίας τῆς δανεισικῆς διεξιέναι ἡλίκη, καὶ αὐτὸς ὅσα εἴληφε καὶ ἀπολώλεκε καὶ ἅμα ταῦτα πλεθρίζων πέμπειν τὸ παιδάριον εἰς τὴν τράπεζαν δραχμῆς αὐτῷ κειμένης. καὶ συνοδοιπόρου δὲ ἀπολαῦσαι ἐν τῇ ὁδῷ δεινὸς λέγων ὡς μετα εὐάνδρου ἐστρατεύσατο καὶ ὡς αὐτῷ εἶχε καὶ ὅσα λιθοκόλλητα ποτήρια ἐκόμισε. καὶ περὶ τῶν τεχνιτῶν τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ ὅτι βελτίους εἰσὶ τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ ἀμφισβητῆσαι καὶ ταῦτα ψηφῆσαι οὐδαμοῦ ἐκ τῆς πόλεως ἀποδεδημηκώς. καὶ γράμματα δὲ εἰπεῖν ὡς πάρεσι παρ' Ἀντιπάτρου τριττὰ δὴ λέγοντα παραγίνεσθαι αὐτὸν εἰς Μακεδονίαν. καὶ διδομένης αὐτῷ ἐξαγωγῆς ξύλων ἀτελοῦς, ὅτι ἀπείρηται ὅπως μὴ δ' ὑφ' ἑνὸς συκοφαντηθῇ. περαιτέρω Φιλοσοφεῖν προσῆκε Μακεδόσι. καὶ ἐν τῇ σποδιᾷ δὲ ὡς πλείους ἢ πέντε τάλαντα αὐτῷ γένοιτο τὰ ἀναλώματα διδόντι τοῖς ἀπόροις τῶν πολιτῶν. ἀνανεύειν γὰρ οὐ δύνασθαι. καὶ ἀγνώτων δὲ παρακαθημένων κελεῦσαι θεῖναι τὰς ψήφους ἕνα αὐτῶν καὶ πόσων καθ' ἑξακοσίας καὶ κατὰ μίαν καὶ προσιθεὶς πιθανῶς ἑκάστοις τούτων ὀνόματα ποιῆσαι καὶ δέκα τάλαντα καὶ τοῦτο φήσας εἰσεννέχθαι εἰς ἐράνους αὐτῶν καὶ τὰς τριηραρχίας εἰπεῖν ὅτι οὐ τίθησιν οὐδὲ τὰς λειτουργίας ὅσας λελειτούργηκε. καὶ προσελθὼν δ' εἰς τοὺς ἵππους τοὺς ἀγαθοὺς τοῖς πωλοῦσι προσποιήσασθαι ὠνητιᾶν. καὶ ἐπὶ τὰς κλίνας ἐλθὼν ἱματισμὸν ζητῆσαι εἰς δύο τάλαντα καὶ τῷ παιδὶ μάχεσθαι ὅτι τὸ χρυσίον οὐκ ἔχων αὐτῷ ἀκολουθεῖ καὶ ἐν μισθωτῇ οἰκίᾳ οἰκῶν φῆσαι ταύτην εἶναι τὴν πατρῴαν πρὸς τὸν μὴ εἰδότα καὶ διότι μέλλει πωλεῖν αὐτὴν διὰ τὸ ἐλάττω εἶναι αὐτῷ πρὸς τὰς ξενοδοχείας: —

ERRORES SIEBENKEESII.

Siebenkees: (Περὶ ἀλαζονείας). Codex Palatinus: ἀλαζονείας

κγ' : — (διηγεῖσθαι ξένοις) διηγεῖτο ξένοις : (χρήματα αι
ἐσιν) χρήματα αὐτοῖς ἔσιν : (ἐν τῇ θαλάττῃ) ἐν τῇ θαλάσ
(ἀπολαῦσας ἐν τῇ ὁδῷ) ἀπολαῦσαι ἐν τῇ ὁδῷ : (δεινὸς λέγ
δεινὸς λέγων : (ὡς μετ' Εὐάνδρου) ὡς μετα εὐάνδρου. μ
sine accentu : (τριττὸν δὴ λέγοντα) τριττὰ δὴ λέγοντα :
τῇ σποδίᾳ) ἐν τῇ σποδιᾶι : (τάλαντα γένοιτο αὐτῷ) τάλα
αὐτῷ γένοιτο : (καὶ ἀγνώσων δὲ) καὶ ἀγνώτων δὲ : (καὶ ποσ
καὶ πόσων : (φήσας εἰσενηνοχέναι) φήσας εἰσενηνέχθαι : (α
ἐξαγωγῆς) αὐτῷ ἐξαγωγῆς : (ἀτελοῦς, εἰπεῖν ὅτι) ἀτελοῦς
(εἰς ἐράνους αὐτὸν) εἰς ἐράνους αὐτῶν : (λιτουργίας) λειτουργί
(ὁτι τὸ χρύσιον) ὅτι τὸ χρυσίον : (καὶ ὅτι μέλλει) καὶ ὁ
μέλλει :

Scripturae notabiles hae sunt :

τὸ παιδάριον εἰς τὴν τράπεζαν δραχμῆς : Cod. παι supra cum compend. syllab. ον. inter δ et ρ acutus : τρά supra cum compend. syllab. αν.

ποτήρια : Cod. πο supra τρ, inter τ et ρ acutus.

πόλεως ἀποδεδημηκὼς : Cod. πόλεως δεδημηκὼς corrector su scripsit ἀπο.

εἰς μακεδονίαν : Cod. μακε supra δν. inter δ et ν acu Scriba male accentum posuit, nam quod dedit μακεδόνα μακεδόνας significat. Debebat acutum iuxta apponere ut e μακεδονίαν.

Sieb. (μηδ' ὑφ' ἑνος) Cod. μὴ δ' ὑφ' ἑνὸς :

ἀγνώτων : Cod. ἄγνω supra τ cum compend. syll. ων. i acutus.

καὶ πόσων : Cod. καὶ πο supra σων, iuxta acutus.

ξενοδοχίας : Cod. ξενοδο supra χ, accentus nullus.

In Codice sequitur caput XXIV :

ὑπερηφανίας κδ' : —

ἔσι δὲ ἡ ὑπερηφανία καταφρόνησίς τις πλὴν αὐτοῦ ἄλλων. ὁ δὲ ὑπερήφανος τοιόσδέ τις οἷος τῷ σπεύδοντι δείπνου ἐντεύξεσθαι φάσκειν ἐν τῷ περιπατεῖν. καὶ εὖ ποιῆ μεμνῆσθαι φάσκειν καὶ βιάζειν ἐν ταῖς ὁδοῖς τὰς δικίτας ὑ νειν ἐν τοῖς ἐπιτρέψασι. καὶ χειροτονουμένοις ἐξόμνυσθαι ἀρχὰς οὐ φάσκων σχολάζειν. καὶ προσελθεῖν πρότερος οὐ θελήσας. καὶ τοὺς πωλοῦντάς τι ἢ μεμισθωμένους δεινὸς

λεῦσαι ἥκειν πρὸς αὐτὸν ἅμ' ἡμέρᾳ. καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς πορευόμενος μὴ λαλεῖν τοῖς ἐντυγχάνουσι κάτω κεκυφὼς ὅταν δὲ αὐτῷ δοκῇ ἄνω πάλιν. καὶ ἑσιῶν τοὺς φίλους αὐτὸς μὴ συνδειπνεῖν ἀλλὰ τῶν ὑφ' αὐτόν τινι συντάξαι αὐτῶν ἐπιμελεῖσθαι. καὶ προαποσέλλειν δὲ ἐπὰν πορεύηται τὸν ἐροῦντα ὅτι προέρχεται. καὶ οὔτε ἐπαλειφόμενον αὐτὸν οὔτε λουόμενον οὔτε ἐσθίοντα ἐάσας ἂν εἰσελθεῖν. ἀμέλει δὲ καὶ λογιζόμενος πρός τινα τῷ παιδὶ συντάξαι τὰς ψήφους διωθεῖν καὶ κεφάλαιον ποιήσαντι γράψαι αὐτῷ εἰς λόγον. καὶ ἐπισέλλων μὴ γράψειν ὅτι χαρίζοιο ἄν μοι ἀλλ' ὅτι βούλομαι γενέσθαι, καὶ ἀπέσαλκα πρὸς σὲ ληψόμενος, καὶ ὅπως ἄλλως μὴ ἔσαι, καὶ τὴν ταχίσην: —

ERRORES SIEBENKEESII.

Siebenkees: (Περὶ ὑπερηφανίας). Codex Palatinus: ὑπερηφανίας κδ': — (Ἔσι δὲ ὑπερηφανία) ἔσι δὲ ἡ ὑπερηφανία: (πλὴν αὐτοῦ) πλὴν αὐτοῦ: (τοῖος δὲ τις) τοιόσδέ τις: (κρίνειν· καὶ ἐν τοῖς ἐπιτρέψασι) κρίνειν ἐν τοῖς ἐπιτρέψασι: (προελθεῖν πρότερος) προσελθεῖν πρότερος: (οὐδενὶ θελῆσαι) οὐδενὶ θελήσας: (πάλιν. Ἐσιῶν) πάλιν καὶ ἐσιῶν: (τῶν ὑφ' αὐτόν τινι) τῶν ὑφ' αὐτόν τινι: (προσαποσέλλειν) προαποσέλλειν: (οὔτε ἐπ' ἀλειφόμενον οὔτε λυόμενον) οὔτε ἐπαλειφόμενον αὐτὸν οὔτε λουόμενον:

Scripturae ad cognoscendum utiliores hae insunt:

οὔτε ἐπαλειφόμενον αὐτὸν οὔτε λουόμενον: Cod. ἐπαλειφο supra μν cum comp. syllab. ον, iuxta acutus; αὐτ cum duplici gravi; λουο supra μν cum comp. syll. ον, iuxta acutus.

ἐάσας ἂν εἰσελθεῖν: Cod. ἐάσ cum comp. syll. ας; ἀν cum duplici gravi. Saepissime in Codd. μὲν, δὲ et ἂν habent accentum duplicem.

τῷ παιδὶ: Cod. τ supra ῶ iuxta ι.

κεφάλαιον ποιήσαντι: Cod. ποιη supra στι, iuxta acutus.

μὴ γράψειν: Cod. γράψ cum compend. syll. ειν.

πρὸς σὲ ληψόμενος: Cod. πρ supra ὸ; σ supra ὲ; ληψο supra μν.

In Codice sequitur caput XXV:

δειλίας κε': —

ἀμέλει δὲ ἡ δειλία δόξειεν εἶναι ὕπειξίς τις ψυχῆς ἔμφοβος. ὁ δὲ δειλός, τίς. οἷος πλέων τὰς ἄκρας φάσκειν ἡμιολίας εἶναι καὶ κλύδωνος γενομένου ἐρωτᾶν εἴ τις μὴ μεμύηται τῶν πλεόντων καὶ τοῦ κυβερνήτου ἀνακύπτων μὲν πυνθάνεσθαι εἰ μεσοπορεῖ, καὶ τί αὐτῷ δοκεῖ τὰ τοῦ θεοῦ. καὶ πρὸς τὸν παρακαθήμενον λέγειν ὅτι φοβεῖται ἀπὸ ἐνυπνίου τινός. καὶ ἐκδὺς διδόναι τῷ παιδὶ τὸν χιτωνίσκον καὶ δεῖσθαι· πρὸς τὴν γῆν προσάγειν αὐτόν. καὶ ῥατευόμενος δὲ πεζοῦ (correctum πεζῇ) ἐκβοηθοῦντος τὲ προσκαλεῖν κελεύων πρὸς αὐτὸν ῥάντας πρῶτον περιϊδεῖν καὶ λέγειν ὡς ἔργον διαγνῶναι ἐρὶ πότερον εἰσὶν οἱ πολέμιοι. καὶ ἀκούων κραυγῆς καὶ ὁρῶν πίπτοντας εἶπε (correctum εἶπου) πρὸς τοὺς παρεσηκότας ὅτι τὴν σπάθην λαβεῖν ὑπὸ τῆς σπουδῆς ἐπελάθετο τρέχειν ἐπὶ τὴν σκηνὴν τὸν παῖδα ἐκπέμψας καὶ κελεύσας προσκοπεῖσθαι ποῦ εἰσὶν οἱ πολέμιοι, ἀποκρύψαι αὐτὴν πρὸς τὸ προσκεφάλαιον εἶτα διατρίβειν πολὺν χρόνον ὡς ζητεῖν. καὶ ἐν τῇ σκηνῇ ὁρῶν τραυματίαν τινὰ προσφερόμενον τῶν φίλων προσδραμὼν καὶ θαρρεῖν κελεύσας ὑπολαβὼν φέρειν καὶ τοῦτον θεραπεύειν καὶ περισποογγίζειν καὶ παρακαθήμενος ἀπὸ τοῦ ἕλκους τὰς μυίας σοβεῖν καὶ πᾶν μᾶλλον ἢ μάχεσθαι τοῖς πολεμίοις. καὶ τοῦ σαλπιγοῦ δὲ τὸ πολεμικὸν σημήναντος καθήμενος ἐν τῇ σκηνῇ ἄπαγ' ἐς κόρακας οὐκ ἐάσει τὸν ἄνθρωπον ὕπνου λαβεῖν πυκνὰ σημαίνων. καὶ αἵματος δὲ ἀνάπλεως ἀπὸ τοῦ ἀλλοτρίου τραύματος ἐντυγχάνειν τοῖς ἐκ τῆς μάχης ἐπανιοῦσι καὶ διηγεῖσθαι ὡς κινδυνεύσας ἕνα σέσωκα τῶν φίλων. καὶ εἰσάγειν πρὸς τὸν κατακείμενον σκεψομένους τοὺς δημότας τοὺς φυλέτας καὶ τούτων ἅμ' ἑκάστῳ διηγεῖσθαι ὡς αὐτὸς αὐτὸν ταῖς ἑαυτοῦ χερσὶν ἐπὶ σκηνὴν ἐκόμισεν: —

SIEBENKEESII ERRORES.

Siebenkees: (Περὶ δειλίας). Codex Palatinus: δειλίας κε': —— (ἡ δειλία δοξείειν ἂν εἶναι) ἡ δειλία δόξειεν εἶναι: (ὁ δὲ δειλ— ὁ τοιοῦτός τις, οἷος) ὁ δὲ δειλός, τίς. οἷος: (κλυδωνίου γενομέν— κλύδωνος γενομένου: (πρὸς τὴν παρακαθημένον) πρὸς τὸν πα— καθήμενον: (πεζῇ ἐκβοηθοῦντας τε προσκαλεῖν) πεζοῦ (cor— ctum πεζῇ) ἐκβοηθοῦντος τὲ προσκαλεῖν: (πρὸς αὐτὸν ῥάντ— πρὸς αὐτὸν ῥάντας: (εἰπεῖν πρὸς τοὺς παρεσηκότας) εἶπε (cor·

rectum εἶπου) πρὸς τοὺς παρεσηκότας: (ἐπελάθετο· καὶ εἰπεῖν τρέχειν ἐπὶ τὴν σκηνὴν) ἐπελάθετο τρέχειν ἐπὶ τὴν σκηνὴν: (ποῦ εἰσιν οἱ πολέμιοι· καὶ ἀποκρύψας αὐτὴν) ποῦ εἰσὶν οἱ πολέμιοι. ἀποκρύψαι αὐτὴν: (οὐκ ἐάσεις) οὐκ ἐάσει: (σκεψαμένους) σκεψομένους: (τοὺς δημότας καὶ Φυλέτας) τοὺς δημότας τοὺς Φυλέτας: (ἅμα ἑκάστῳ) ἅμ' ἑκάστῳ:

Insigniores quaedam scripturae sunt:

ἡ δειλία δόξειεν εἶναι: Cod. ἡ δει supra λ, iuxta acutus.

ἀνακύπτων μὲν: Cod. ἀνακύ supra πτων; μ cum comp. syll. εν et acuto.

πεζοῦ ἐκβοηθοῦντος τὲ: Cod. πεζοῦ supra οῦ scriptum ῆ; ἐκβοηθοῦντ supra ο; τ supra ὲ.

πρὸς αὐτὸν φάντας: Cod. πρ supra ὸ; αὐτ cum duplici gravi; φαν supra τ cum compend. syll. ας, iuxta acutus.

διαγνῶναι ἐςὶ πότερον εἰσὶν: Cod. διαγνῶ supra ναι; πο supra τρ cum compend. syll. ον, iuxta acutus.

εἶπε πρὸς τοὺς παρεσηκότας: Cod. εἶπ supra ε, manus secunda supra scripsit ου; πρ supra ὸ; τ cum compend. syll. ους et accentu gravi.

πρὸς τὸ προσκεφάλαιον: Cod. πρ supra ὸ.

ὡς ζητεῖν: Cod. ζητ cum comp. syll. ειν et circumflexo.

Ἵνα σέσωκα: Cod. σέσω supra κα.

In Codice sequitur caput XXVI:

ὀλιγαρχίας κς': —

δόξειεν δ' ἂν εἶναι ἡ ὀλιγαρχία. τὶς ἰσχυρῶς κέρδους χλιχομένη. ὁ δὲ ὀλίγαρχος τοιοῦτος οἷος τοῦ δήμου βουλομένου τινὰς τῷ ἄρχοντι προαιρήσονται τῆς πομπῆς τοὺς συνεπιμελησομένους παρελθὼν ἀποφήνας ἔχει ὡς δεῖ αὐτοκράτορας τούτους εἶναι, κἂν ἄλλοι προβάλλωνται δέκα λέγειν· ἱκανὸς εἷς ἐςι. τοῦτον δὲ ὅτι δεῖ ἄνδρα εἶναι. καὶ τῶν Ὁμήρου ἐπῶν τοῦτο ἓν μόνον κατέχειν ὅτι οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη εἷς κοίρανος ἔςω, τῶν δὲ ἄλλων μηδὲν ἐπίςασθαι. ἀμέλει δὲ δεινὸς τοῖς τοιούτοις τῶν ὀλίγων χρήσασθαι· ἀμέλει δὲ δεινὸς τοῖς τοιούτοις τῶν ὀλίγων χρήσασθαι ὅτι δεῖ αὐτοὺς ἡμᾶς συνελθόντας περὶ τούτων βουλεύσασθαι καὶ ἐκ τοῦ ὄχλου καὶ τῆς ἀγορᾶς ἀπαλλαγῆναι καὶ παύσασθαι ἀρχαῖς πλησιάζοντας καὶ ὑπὸ τούτων αὐτοὺς ὑβριζομένους ἢ τιμωμένους. ὅτι ἢ τούτους δεῖ ἢ ὑμᾶς οἰκεῖν τὴν πόλιν. καὶ τὸ μέσον δὲ τῆς ἡμέρας

ἐξιὼν καὶ τὸ ἱμάτιον ἀναβεβλημένος καὶ μέσην κουρὰν κεκαρμένος καὶ ἀκριβῶς ἀπωνυχισμένος σοβεῖν τοὺς τοιούτους λόγους τὴν τοῦ ὠδίω· διὰ τοὺς συκοφάντας οὐκ οἰκήτωρ ἐστὶν ἐν τῇ πόλει, καὶ ὡς ἐν τοῖς δικαστηρίοις δεινὰ πάσχομεν ὑπὸ τῶν δικαζομένων, καὶ ὡς θαυμάζων τῶν πρὸς τὰ κοινὰ προσιόντων τί βούλονται, καὶ ὡς ἀχάριστόν ἐστι τοῦ νέμοντος καὶ διδόντος, καὶ ὡς αἰσχύνεται ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὅταν παρακάθηταί τις αὐτῷ λεπτὸς καὶ αὐχμῶν καὶ εἰπεῖν· πότε παυσόμεθα ὑπὸ τῶν λειτουργιῶν καὶ τῶν τριηραρχιῶν ἀπολλύμενοι, καὶ ὡς μισητὸν τὸ τῶν δημαγωγῶν γένος, τὸν Θησέα πρῶτον φήσας τῶν κακῶν τῇ πόλει γεγονέναι αἴτιον. τοῦτον γὰρ ἐκ δώδεκα πόλεων εἰς μίαν καταγαγόντα λυθείσας βασιλείας καὶ δίκαια αὐτὸν παθεῖν. πρῶτον γὰρ αὐτὸν ἀπολέσθαι ὑπ' αὐτῶν. καὶ τοιαῦτ[illegible] ἕτερα πρὸς τοὺς ξένους καὶ τῶν πολιτῶν τοὺς ὁμοτρόπους [illegible] ταυτὰ προαιρουμένους: —

SIEBENKEESII ERRORES.

Siebenkees: (Περὶ ὀλιγαρχίας). Codex Palatinus: ὀλιγαρχί[illegible]ας κς': (δόξειεν ἂν εἶναι) δόξειεν δ' ἂν εἶναι: (ἡ ὀλιγαρχία, [illegible]ι-λαρχία τὶς) ἡ ὀλιγαρχία. τὶς: (γλιχομένη) χλιχομένη: (ὁ δὲ ὀλιγαρχικὸς) ὁ δὲ ὀλίγαρχος: (βουλομένου τῷ ἄρχοντι τιν[illegible]ὰς προαιρεῖσθαι) βουλομένου τινὰς τῷ ἄρχοντι προαιρήσονται: ([illegible]λέγειν ἱκανὸς εἶς ἐστιν. καὶ τῶν Ὁμήρου ἐπῶν) λέγειν ἱκανὸς [illegible] εἶ ἐστι. τοῦτον δὲ ὅτι δεῖ ἄνδρα εἶναι. καὶ τῶν ὁμήρου ἐπῶν: (δει[illegible]νὸ τοῖς τοιούτοις τῶν λόγων χρήσασθαι) δεινὸς τοῖς τοιούτοις τῶν [illegible]λ γων χρήσασθαι ἀμέλει δὲ δεινὸς τοῖς τοιούτοις τῶν ὀλίγων χρήσ[illegible]σ σθαι. octo verba alias res agens scriba bis descripsit. Desc[illegible]psit, credo, iterum versiculum eundem, ut supra in cap. X[illegible]X dormitans iteravit verba:

τοῦ ἀποτιθέναι καὶ τὰ παιδία.

(περὶ τοῦτο βουλεύσασθαι) περὶ τούτου βουλεύσασθαι: (ὑ[illegible]π τούτων αὐτὸς ὑβριζόμενος [ἢ] ἠτιμόμενος) ὑπὸ τούτων αὐτ[illegible]οὺ ὑβριζομένους ἢ τιμωμένους; (ὅτι ἢ τούτους δεῖ ἢ ἡμᾶς) ὅτ[illegible]ι ἢ τούτους (corrector supplevit δεῖ supra versum) ἢ ὑμᾶς: [illegible]σο-βεῖν τοὺς τοιούτους λόγους· Διὰ τοὺς συκοφάντας) σοβεῖν [illegible]οὺς τοιούτους λόγους τὴν τοῦ ὠδίω. διὰ τοὺς συκοφάντας: (οὐκ [illegible]ἔχη-πρυ. ἐστι ἐν τῇ πόλει) οὐκ οἰκήτωρ ἐστὶν ἐν τῇ πόλει. Scrip[illegible]um

[illegible]τέον

est οἰκῃ supra τ iuxta acutus, supra τ legitur ωρ a manu secunda scriptum ut videtur. Supra οἱ est nota crucis (†) vitiosam lectionem esse indicans. (δικαςερίοις) δικαςηρίοις: (ὅτὰν τις παρακάθηται αὐτῷ) ὅταν παρακάθηταί τις αὐτῷ: (ὑπὸ λειτουργίων) ὑπὸ τῶν λειτουργιῶν: (ἐκ δώδεκα πόλεων καταγαγόντα) ἐκ δώδεκα πόλεων εἰς μίαν καταγαγόντα: (λυθεῖσαι βασιλείαν) λυθείσας βασιλείας: (καὶ δίκαια παθεῖν) καὶ δίκαια αὐτὸν παθεῖν: (ταύτα προαιρουμένους) ταυτὰ προαιρουμένους.

Animadversione dignae sunt hae scripturae:

ἰσχυρῶς κέρδους χλιχομένη: Cod. ἰσχυρ cum compend. syll. ως et circumfl., κέρδ cum comp. syll. ους.

ὁ δὲ ὀλίγαρχος: Cod. ὀλίγαρ supra χ.

προαιρήσονται: Cod. προαιρήσον supra ται.

τοῖς τοιούτοις τῶν ὀλίγων: Cod. ὀλί supra γ cum compend. syll. ων.

περὶ τούτου βουλεύσασθαι: Cod. π cum duobus punctis (..) et gravi accentu, του supra τ, iuxta acutus. Sic τούτου scribi solet. In vicinia καὶ ὑπὸ τούτων scribitur του supra τ cum compend. syll. ων, iuxta acutus.

αὐτοὺς ὑβριζομένους ἢ τιμωμένους: Cod. αὐτ cum compend. syll. ους et gravi accentu; ὑβριζομ cum compend. syll. εν, quod in participiis solemne est, supra ους, iuxta acutus. Eodem modo τιμωμένους scriptum est.

σοβεῖν τοὺς τοιούτους λόγους τὴν τοῦ ὠδίω: Cod. σοβ compend. syll. ειν et circumfl.; τ cum compend. syll. ους et gravi; τ supra οι, ου supra τ cum comp. syll. ους et acuto; λο supra γ cum comp. syll. ους et acuto; τ cum comp. syll. ην et gravi; τ supra οῦ; ὠδῖ (ι et υ *ubique* duo puncta habent) supra ω, iuxta acutus.

οἰκήτωρ ἐςὶν: Cod. οἰκη supra τ, iuxta acutus. Supra τ manus secunda, ut videtur, scripsit ωρ. Addita est, ut iam diximus, nota †.

ἐκκλησίᾳ: Cod. ἐκκλ cum nota omissionis; supra η et super ᾳ scriptum α cui adhaeret acutus. Iuxta adscriptum ι.

δώδεκα πόλεων: Cod. πο supra λ cum comp. syll. ων, iuxta acutus.

λυθείσας βασιλείας: Cod. λυθει supra σ cum comp. syll. ας.

ἐξιὼν καὶ τὸ ἱμάτιον ἀναβεβλημένος καὶ μέσην κουρὰν κεκ
μένος καὶ ἀκριβῶς ἀπωνυχισμένος σοβεῖν τοὺς τοιούτους
γους τὴν τοῦ ὠδίω· διὰ τοὺς συκοφάντας οὐκ οἰκήτωρ ἐστὶν
τῇ πόλει, καὶ ὡς ἐν τοῖς δικαστηρίοις δεινὰ πάσχομεν ὑπὸ
δικαζομένων, καὶ ὡς θαυμάζων τῶν πρὸς τὰ κοινὰ προσιόν
τί βούλονται, καὶ ὡς ἀχάριστόν ἐστι τοῦ νέμοντος καὶ διδόν
καὶ ὡς αἰσχύνεται ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὅταν παρακάθηταί τις α
λεπτὸς καὶ αὐχμῶν καὶ εἰπεῖν· πότε παυσόμεθα ὑπὸ τῶν
τουργιῶν καὶ τῶν τριηραρχιῶν ἀπολλύμενοι, καὶ ὡς μισητὸν
τῶν δημαγωγῶν γένος, τὸν Θησέα πρῶτον φήσας τῶν κα
τῇ πόλει γεγονέναι αἴτιον. τοῦτον γὰρ ἐκ δώδεκα πόλεων
μίαν καταγαγόντα λυθείσας βασιλείας καὶ δίκαια αὐτὸν
θεῖν. πρῶτον γὰρ αὐτὸν ἀπολέσθαι ὑπ' αὐτῶν. καὶ τοιαῖ
ἕτερα πρὸς τοὺς ξένους καὶ τῶν πολιτῶν τοὺς ὁμοτρόπους
ταυτὰ προαιρουμένους: —

SIEBENKEESII ERRORES.

Siebenkees: (Περὶ ὀλιγαρχίας). Codex Palatinus: ὀλιγαρχ
κς': (δόξειεν ἂν εἶναι) δόξειεν δ' ἂν εἶναι: (ἡ ὀλιγαρχία,
λαρχία τὶς) ἡ ὀλιγαρχία. τὶς: (γλιχομένη) χλιχομένη: (δ
ὀλιγαρχικὸς) ὁ δὲ ὀλίγαρχος: (βουλομένου τῷ ἄρχοντι τ
προαιρεῖσθαι) βουλομένου τινὰς τῷ ἄρχοντι προαιρήσονται: (
γειν ἱκανὸς εἶς ἐστιν. καὶ τῶν Ὁμήρου ἐπῶν) λέγειν ἱκανὸς
ἐστι. τοῦτον δὲ ὅτι δεῖ ἄνδρα εἶναι. καὶ τῶν ὁμήρου ἐπῶν: (δε
τοῖς τοιούτοις τῶν λόγων χρήσασθαι) δεινὸς τοῖς τοιούτοις τῶν
γων χρήσασθαι ἀμέλει δὲ δεινὸς τοῖς τοιούτοις τῶν ὀλίγων χρή
σθαι. octo verba alias res agens scriba bis descripsit. Des
psit, credo, iterum versiculum eundem, ut supra in cap. X
dormitans iteravit verba:

τοῦ ἀποτιθέναι καὶ τὰ παιδία.

(περὶ τοῦτο βουλεύσασθαι) περὶ τούτου βουλεύσασθαι: (
τούτων αὐτὸς ὑβριζόμενος [ἢ] ἠτιμόμενος) ὑπὸ τούτων αὐτ
ὑβριζομένους ἢ τιμωμένους; (ὅτι ἢ τούτους δεῖ ἢ ἡμᾶς) ὅτ
τούτους (corrector supplevit δεῖ supra versum) ἢ ὑμᾶς:
βεῖν τοὺς τοιούτους λόγους· Διὰ τοὺς συκοφάντας) σοβεῖν τ
τοιούτους λόγους τὴν τοῦ ὠδίω. διὰ τοὺς συκοφάντας: (οὐκ οἰ
τέον ἐστὶ ἐν τῇ πόλει) οὐκ οἰκήτωρ ἐστὶν ἐν τῇ πόλει. Scripti

est οἰκη supra τ iuxta acutus, supra τ legitur ωρ a manu secunda scriptum ut videtur. Supra οἱ est nota crucis (†) vitiosam lectionem esse indicans. (δικαςερίοις) δικαςηρίοις: (ὅτὰν τις παρακάθηται αὐτῷ) ὅταν παρακάθηταί τις αὐτῷ: (ὑπὸ λειτουργίων) ὑπὸ τῶν λειτουργιῶν: (ἐκ δώδεκα πόλεων καταγαγόντα) ἐκ δώδεκα πόλεων εἰς μίαν καταγαγόντα: (λυθεῖσαι βασιλείαν) λυθείσας βασιλείας: (καὶ δίκαια παθεῖν) καὶ δίκαια αὐτὸν παθεῖν: (ταύτα προαιρουμένους) ταυτὰ προαιρουμένους.

Animadversione dignae sunt hae scripturae:

ἰσχυρῶς κέρδους χλιχομένη: Cod. ἰσχυρ cum compend. syll. ως et circumfl., κέρδ cum comp. syll. ους.

ὁ δὲ ὀλίγαρχος: Cod. ὀλίγαρ supra χ.

προαιρήσονται: Cod. προαιρήσον supra ται.

τοῖς τοιούτοις τῶν ὀλίγων: Cod. ὀλί supra γ cum compend. syll. ων.

περὶ τούτου βουλεύσασθαι: Cod. π cum duobus punctis (..) et gravi accentu, του supra τ, iuxta acutus. Sic τούτου scribi solet. In vicinia καὶ ὑπὸ τούτων scribitur του supra τ cum compend. syll. ων, iuxta acutus.

αὐτοὺς ὑβριζομένους ἢ τιμωμένους: Cod. αὐτ cum compend. syll. ους et gravi accentu; ὑβριζομ cum compend. syll. εν, quod in participiis solemne est, supra ους, iuxta acutus. Eodem modo τιμωμένους scriptum est.

σοβεῖν τοὺς τοιούτους λόγους τὴν τοῦ ὠδίω: Cod. σοβ compend. syll. ειν et circumfl.; τ cum compend. syll. ους et gravi; τ supra οι, ου supra τ cum comp. syll. ους et acuto; λο supra γ cum comp. syll. ους et acuto; τ cum comp. syll. ην et gravi; τ supra οῦ; ὠδῖ (ι et υ *ubique* duo puncta habent) supra ω, iuxta acutus.

οἰκήτωρ ἐςὶν: Cod. οἰκη supra τ, iuxta acutus. Supra τ manus secunda, ut videtur, scripsit ωρ. Addita est, ut iam diximus, nota †.

ἐκκλησίᾳ: Cod. ἐκκλ cum nota omissionis; supra η et super ᾳ scriptum α cui adhaeret acutus. Iuxta adscriptum ι.

δώδεκα πόλεων: Cod. πο supra λ cum comp. syll. ων, iuxta acutus.

λυθείσας βασιλείας: Cod. λυθει supra σ cum comp. syll. ας.

iuxta acutus; *βασι* supra λ, iuxta acutus. Haec sigla pon tur pro *βασιλεύς* et *βασιλεία* cum omnibus casibus obliqui Quid sit quoque loco explendum numquam dubium est pra terquam ubi vicina vitium conceperunt.

In Codice sequitur caput XXVII:

ὀψιμαθίας κζ': —

ἡ δὲ ὀψιμαθία φιλοτονία δόξειεν ἂν εἶναι ὑπὲρ τὴν ἡλικί ὁ δὲ ὀψιμαθὴς τοιοῦτός τις οἷον ῥήσεις μανθάνειν ἐξηκονταέτ γεγονὼς καὶ ταῦτα λέγων παρὰ πότον ἐπιλανθάνεσθαι. παρὰ τοῦ υἱοῦ μανθάνειν ἐπὶ τὸ δόρυ καὶ ἐπὶ ἀσπίδα ἐπ' οὐρὰν, καὶ εἰς ἥρωα συμβάλλεσθαι τοῖς μειρακίοις λα πάδα τρέχειν. ἀμέλει δὲ κἄν που κληθῇ εἰς ἡράκλειον ῥίψ τὸ ἱμάτιον τὸν βοῦν αἱρεῖσθαι ἵνα τραχηλίσῃ καὶ προσαναπ βεσθαι εἰπὼν εἰς τὰς παλαίστρας καὶ ἐν τοῖς θαύμασι τρία τέτταρα πληρώματα ὑπομένειν τὰ ἄσματα ἐκμανθάνων. τελούμενος τῷ Σαβαζίῳ σπεῦσαι ὅπως καλλιστεύσῃ παρὰ ἱερεῖ. καὶ ἐρῶν ἱερᾶς καὶ κριοὺς προσβάλλων ταῖς θυ † πληγ εἰληφὼς ὑπ' ἀντεραστοῦ δικάζεσθαι. καὶ εἰς ἀγρὸν ἐφ' ἵππ ἀλλοτρίου κατοχούμενος ἅμα μελετᾶν ἱππάζεσθαι, καὶ πεσ τὴν κεφαλὴν κατεαγέναι. καὶ ἕνδεκα λιταῖς συνάγειν τοὺς μ αὐτοῦ συναύξοντας. καὶ μακρὸν ἀνδριάντα πέζειν πρὸς τὸν ἐ τοῦ ἀκόλουθον, καὶ διατοξεύεσθαι καὶ διακοντίζεσθαι τῷ παιδίων παιδαγωγῷ καὶ ἅμα μανθάνειν παρ' αὐτοῦ ὡς καὶ ἐκείνου μὴ ἐπισαμένου. καὶ παλαίων δ' ἐν τῷ βαλαν πυκνὰ ἕδραν στρέφειν ὅπως πεπαιδεῦσθαι δοκῇ. καὶ ὅταν .... γυναικ... μελετᾶν ὀρχεῖσθαι αὐτὸς αὐτῷ τερετίζων:

SIEBENKEESII ERRORES.

Siebenkees: (Περὶ ὀψιμαθίας). Codex Palatinus: *ὀψιμαθ κζ'*: — (ἑξήκοντα ἔτης γεγονὼς) *ἑξηκονταέτης γεγονὼς*: (*ἐπ' οὐρανὸν*) *καὶ ἐπ' οὐρὰν* sine compendio diserte et perspi scriptum: (*εἰς ἡρῶα*) *εἰς ἥρωα*: (*εἰς ἡρακλεῖον*) *εἰς ἡράκλε* (*τὰ ἄσματα*) *τὰ ἄσματα*: (*ἐρῶν ἱερας*) *ἐρῶν ἱέρας* correct *ἱερὰς*. Egregium correctorem tenemus, qui ne hoc quid perspexit *ἐρῶν ἑταίρας* verum esse: (*ταῖς θυ — — — πλήγ ταῖς θυ † πληγὰς*: (*τῷ τῶν παιδῶν παιδαγόγῳ*) *τῷ τῶν π δίων παιδαγωγῷ*: (*πυκνὰ* (*τὴν*) *ἕδραν*) *πυκνὰ ἕδραν*: (*δ*

ὅσοι γυναῖκες μελετᾶν) ὅταν ὧσι . . . . γυναικ . . . μελετᾶν: (αὐτῷ τερετίζων) αὐτῷ τερετίζων:

Scripturae non inutiles ad cognoscendum hae sunt:

ῥήσεις μανθάνειν: Cod. μαν supra θν cum compend. syll. ειν, inter θ et ν acutus.

καὶ ἐπ' οὐρὰν καὶ εἰς ἥρωα: Cod. οὐρὰν perspicue sine compendio. Siebenkees aliud agens dedit οὐρανὸν.

εἰκὼν εἰς τὰς παλαίστρας: Cod. εἰκ supra ὼν.

πληρώματα: Cod. πληρω supra μτ cum duobus punctis (:) ac significantibus, iuxta acutus.

ἐφ' ἵππου ἀλλοτρίου κατοχούμενος: Cod. ἀλλο supra τρ cum compend. syll. ου, iuxta acutus.

τὴν κεφαλὴν κατεαγέναι: Cod. κε cum nota omissionis, supra ὴν; κατε tum αγ noto nexu, deinde έν solemni more implexa, supra αι.

ἕνδεκα λιταῖς συνάγειν: Cod. λιτ cum compend. syll. αις et circumflexo; συνα supra γ cum compend. syll. ειν, iuxta acutus.

τῇ τῶν παιδίων παιδαγωγῷ: Cod. παι supra δ, iuxta acutus.

Sequitur in Codice caput XXVIII:

κακολογίας κη': —

ἔστι δὲ ἡ κακολογία ἀγὼν τῆς ψυχῆς εἰς τὸ χεῖρον ἐν λόγοις. ὁ δὲ κακολόγος τοιόσδέ τις οἷος ἐρωτηθεὶς ὁ δεῖνα τίς ἐστιν. οὐκοῦνδε καθάπερ οἱ γενεαλογοῦντες πρῶτον ἀπὸ τοῦ γένους αὐτοῦ ἄρξομαι τούτου. ὁ μὲν πατὴρ, ἐξ ἀρχῆς Σωσίας ἐκαλεῖτο. ἐγένετο δὲ ἐν τοῖς στρατιώταις, Σωσίστρατος. ἐπειδὴ δὲ εἰς τοὺς δημότας ἐνεγράφη. ἡ μέντοι μήτηρ εὐγενὴς θράττα ἐστί. καλεῖται γοῦν ἡ ψυχὴ κρινοκόρακα. τὰς δὲ τοιαύτας φασὶν ἐν τῇ πατρίδι εὐγενεῖς εἶναι. αὐτὸς δὲ οὕτος ὡς ἐκ τοιούτων γεγονὼς κακῶς, καὶ μαστιγίας. καὶ κακῶν δὲ πρός τινα, εἰπεῖν· ἐγὼ δήπου τὰ τοιαῦτα οἶδα ὑπὲρ ὧν σὺ πλανᾷς πρὸς ἐμέ. καὶ τούτοις διεξιών· αὗται αἱ γυναῖκες ἐκ τῆς ὁδοῦ τοὺς παριόντας συναρπάζουσι. καὶ οἰκία τις αὕτη. τὰ σκέλη ἠρκυῖα. οὐ γὰρ οἷον λῆρος ἐστὶ τὸ λεγόμενον. ἀλλ' ὥσπερ αἱ γυναῖκες ἐν ταῖς ὁδοῖς συνέχονται καὶ τὸ ὅλον ἀνδρόλαλοι τινὲς καὶ αὗται τὴν θύραν τὴν αὔλειον ὑπακούουσι. μέλει δὲ καὶ κακῶς λεγόντων ἑτέρων συνεπιλαμβάνεσθαι εἶπας· ἐγὼ δὲ τοῦτον τὸν ἄνθρωπον πλέον πάντων μεμίσηκα. καὶ γὰρ εἰδεχθής τις ἀπὸ

τοῦ προσώπου ἐστίν. ἡ δὲ πονηρία οὐδὲν ὁμοία. σημεῖον δέ. γὰρ αὐτοῦ γυναικὶ τάλαντα εἰσενέγκαμεν, ἣ προῖκα. ἐξ παιδίον αὐτῷ γεννᾷ (in margine γέγονε) τρεῖς χαλκοῦς ὄψον δίδωσι καὶ τῷ ψυχρῷ λούεσθαι ἀναγκάζει τῇ τοῦ Ποσ δῶνος ἡμέρᾳ. καὶ συγκαθήμενος δεινὸς περὶ τοῦ ἀναστάντος πεῖν. καὶ ἀρχήν γε εἰληφότος μὴ ἀποσχέσθαι μὴ δὲ το οἰκείους αὐτοῦ λοιδορεῖσθαι καὶ πλεῖστα περὶ τῶν φίλων κ οἰκείων κακὰ εἰπεῖν καὶ περὶ τῶν τετελευτηκότων κακῶς γειν ἀποκαλῶν παρρησίαν καὶ δημοκρατίαν καὶ τῶν ἐν τῷ β ᾕδιστα τοῦτο ποιεῖν. οὕτως ὁ τῆς διδασκαλίας ἐρεθισμὸς μα κοὺς καὶ ἐξεστηκότας ἀνθρώπους τοῖς ἤθεσι ποιεῖ: —

SIEBENKEESII ERRORES.

Siebenkees: (Περὶ κακολογίας). Codex Palatinus: κακολογί κη′: — (τοῖος δέ τις) τοιόσδέ τις: (ἀπὸ τοῦ γένους αὐτοῦ ἄ ξομαι τούτου; ἔστι δὲ ἡ γενεαλογία ᾕδε. Ὁ μὲν πατὴρ ἐξ αρχ Σωσίας ἐκαλεῖτο). Incredibili socordia Siebenkees de suo i fersit putidissima verba: ἔστι δὲ ἡ γενεαλογία ᾕδε, quorum Palatino libro nec vola est nec vestigium. Quod quamqua mihi ex meis Schedis satis constabat tamen rogavi vetere meum discipulum et amicum T. I. Halbertsma in Vatican Codicibus explorandis nunc cum maxime versantem, ut mi hanc partem Palatini Codicis quam accuratissime describer Misit mihi apographum singulari cura peritissime scriptu unde describam tres versiculos, qui leguntur in Cod. fol, 2 a: Primus est:

κακολογίας κη′: — Ἔστι δὲ ἡ κακολογία ἀγὼν τῆς ψυχῆς τὸ χεῖρον ἐν λόγοις. ὁ δὲ

secundus est: κακολόγος τοιόσδέ τις. οἷος ἐρωτηθεὶς ὁ δε τίς ἐστιν· οὐκοῦνδε καθάπερ οἱ γενεαλογοῦντες πρῶτον ἀπὸ γένους

et tertius: αὐτοῦ ἄρξομαι τούτου. ὁ μὲν πατὴρ, ἐξ ἀρχ σωσίας ἐκαλεῖτο. ἐγένετο δὲ ἐν τοῖς στρατιώταις, σωσίστρατος. ἐπ δὴ δὲ εἰς τοὺς δημότας

addam et quartum: ἐνεγράφη. ἡ μέντοι μήτηρ εὐγενὴς θράττ ἐστί. καλεῖται γοῦν ἡ ψυχὴ κρινοκόρακα, τὰς δὲ τοιαύτας φασ ἐν τῇ.

Ex eodem apographo indicavi speciminis causa Codicis malesanam interpunctionem. Itaque certum est spuria esse et a Siebenkeesio supposita verba ἔςι δὲ ἡ γενεαλογία ἥδε, quae verba Fossio »*sic comparata* esse videntur *ut Siebenkeesii ingenium superent.*" Apparet igitur plus fuisse in Siebenkeesio ingenii quam quis putaverit. Simul apparet Theophrasti locum sic esse constituendum: *καθάπερ οἱ γενεαλογοῦντες πρῶτον ἀπὸ τῦ γένους αὐτοῦ ἄρξομαι. τούτου ὁ μὲν πατὴρ ἐξ ἀρχῆς Σωσίας ἐκαλεῖτο κτἑ.*

Praeterea notandum *οὐκοῦνδε* in Codice scriptum esse et scribam supra primam syllabam posuisse crucem (†) ut locum mendosum esse significaret.

(*ἐπειδὴ δ' εἰς τοὺς*) *ἐπειδὴ δὲ εἰς τοὺς*, ut paullo ante *ἐγένετο δὲ ἐν τοῖς*. Scriptum est utrobique *δὲ* notissima sigla. (*γεγονὼς κακὸς, καὶ μαςιγίας*) *γεγονὼς κακῶς καὶ μαςιγίας*: (*καὶ κακῶς δὲ πρός τινα*) *καὶ κακῶν δὲ πρός τινα*: (*διεξιὼν φησὶν, αὗται αἱ γυναῖκες*) *διεξιών*. (correctum *διεξιών*.) *αὗται αἱ γυναῖκες*. Siebenkees *φησὶν* addidit de suo: (*οἰκία τίς αὐτὴ· τὰ σκίλη ἠρεῖσθαι*) *οἰκία τις αὕτη. τὰ σκέλη ἠρκυῖα*: (*οὐ μὲν οἷον λῆρον ἐςι*) *οὐ γὰρ οἷον λῆρος ἐςὶ*: (*ἀνδρόλαλοι τινες, καὶ αὗται τὴν θύραν τὴν αὐλείαν*) *ἀνδρόλαλοι τινὲς καὶ αὐταὶ τὴν θύραν τὴν αὔλειον*: (*κακῶς ἑτέρων λεγόντων*) *κακῶς* ·|· *ἑτέρων* et in margine ·|· *λεγόντων*. voluit igitur *κακῶς λεγόντων ἑτέρων*: (*εἶπων, ἐγὼ δὲ τοῦτον*) Codex a prima manu *εἶπας* (correctum *εἶπου*!) *ἐγὼ δὲ τοῦτον*: (*ἀπὸ προσώπου*) *ἀπὸ τοῦ προσώπου*: (*ἡ δὲ πονηρία· οὐ ὅμοιον*) *ἡ δὲ πονηρία οὐδὲν ὁμοία*: (*τάλαντα εἰσενεγκαμένη, ἣ προῖκα*) *τάλαντα εἰσενέγκαμεν, ἣ προῖκα*: (*ἀποχέσθαι*) *ἀποσχέσθαι*: (*μήδε τοὺς οἰκειους αὐτοῦ λειδορεῖσθαι*) *μὴ δὲ τοὺς οἰκείους αὐτοῦ λοιδορεῖσθαι*: (*τελευτηκότων*) *τετελευτηκότων*: (*ἐρεθισμένος*) *ἐρεθισμός*:

Scripturae notabiles hae insunt:

κακολογίας κη': Cod. *κακολο* supra *γ* cum compend. syll. *ιας*, iuxta acutus.

κακολόγος τοιόσδέ τις: Cod. *κακολο* supra *γ*, accentus nullus.

ἐνεγράφη: Cod. *ἐνεγρα* cum nota omissionis, supra *η*, iuxta acutus. Scribae in *γράφειν, τρέφειν, φέρειν* et *λαβεῖν* omittunt mediam consonantem. Itaque *λα* cum comp. *εῖν* est *λα-*

βεῖν (non λαχεῖν): τρέ cum comp. ειν est τρέφειν (non τρέχειν). Eadem ratione scribuntur λαβή, γραφή, τροφή, φορά cum compositis ac derivatis.

καὶ κακῶν δὲ πρός τινα: Cod. κακ cum compend. syll. ων et circumflexo.

οἰκία τις αὕτη. τὰ σκέλη ἠρκυῖα: Cod. οἰκῖα supra α scriptum τ, supra τ compend. syll. ις; σκε supra λη, iuxta acutus; ἠρκυῖ supra α: υι scriptum est nexu solito et circumflexus cum littera α connexus est. Mirum est quomodo haec scriptura deluserit eos qui Codicem contulerunt. Quid Siebenkeesio facias qui inde ἠρεῖσθαι, nihili vocabulum, effinxit?

οὐ γὰρ οἷον λῆρος ἐστί: Cod. γ cum compend. syll. αρ et gravi: λῆρ supra ο, deinde solita sigla verbi ἐστί.

συνέχονται: Cod. συνέχον supra ται.

ἀνδρόλαλοι τινὲς· καὶ αὐταὶ τὴν θύραν τὴν αὔλειον: Cod. αὔλει supra ον.

εἶπας ἐγὼ δὲ: Cod. εἶπ cum comp. syll. ας, quod corrector expunxit et substituit ου.

ἀπὸ τοῦ προσώπου: Cod. προ supra σπου, inter σ et που acutus.

οὐδὲν ὁμοίαι: Cod. ὁμοι supra acutus connexus cum littera α.

τάλαντα εἰσενέγκαμεν, ἢ προῖκα: Cod. εἰσενέγκαμ (εγ solito nexu) supra comp. syll. εν, quod in hoc Codice simillimum est litterae η, ut facillime nisi has agas pro μὲν tibi videaris μὴ videre.

παιδίον αὐτῷ γεννᾷ: supra γεννᾷ tria puncta, quibus in margine repetitis adscribitur γέγονε.

ἐρεθισμὸς: Cod. ἐρεθισμ supra ὸ.

Φιλοπονίας κθ': —

ἔστι δὲ ἡ Φιλοπονία ἐπιθυμία καλλίας. ὁ δὲ φιλόπονός ἐστι τοιόσδέ τις οἷος ἐντυγχάνειν τοῖς ἠττημένοις καὶ δημοσίοις ἀγῶνας ὠφελησόσι καὶ ὑπολαμβάνειν ἐὰν τούτοις χρῆται ἐμπειρότερος γεννήσεσθαι καὶ φοβερώτερος. καὶ ἐπὶ τοῖς χρησοῖς εἰπεῖν ὡς γίνεται, καὶ φησὶν ὡς οὐδείς ἐστι χρηστὸς καὶ ὁμοίους πάντας εἶναι καὶ ἐπισκῆψαι δὲ ὡς χρηστός ἐστι καὶ τὸν πονηρὸν δὲ εἰπεῖν ἐλεύθερον ἐὰν βούληταί τις εἰς π . . . . . καὶ τὰ μὲν ἄλλα ὁμολογεῖν ἀληθῆ ὑπὲρ αὐτοῦ λέγεσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. ἕνια δὲ ἀγνοεῖν. φῆσαι γὰρ αὐτὸν εὐφυῆ καὶ φι-

λέταιρον καὶ ἐπιδέξιον. καὶ διατείνεσθαι δὲ ὑπὲρ αὐτοῦ ὡς οὐκ ἐντετύχηκεν ἀνθρώπῳ ἱκανωτέρῳ. καὶ εὔνους δὲ εἶναι τῷ ἐν ἐκκλησίᾳ λέγοντι ἢ ἐπὶ δικαστηρίῳ κρινομένῳ, καὶ προσκαθήμενος δὲ εἰπεῖν δεινὸς ὡς οὐ δεῖ τὸν ἄνδρα ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα κρίνεσθαι. καὶ φῆσαι αὐτὸν κύνα εἶναι τοῦ δήμου. φυλάττειν γὰρ αὐτὸν τοὺς ἀδικοῦντας. καὶ εἰπεῖν ὡς οὐχ' ἕξομεν τοὺς ὑπὲρ τῶν κοινῶν συναχθεσθησομένους ἂν τοὺς τοιούτους προώμεθα. δεινὸς δὲ καὶ προσατῆσαι φαύλων καὶ συνεδρεῦσαι ἐν δικαστηρίοις ἐπὶ πονηροῖς πράγμασι καὶ κρίσιν κρίνων ἐκδέχεσθαι τὰ ὑπὸ τῶν ἀντιδίκων λεγόμενα ἐπὶ τὸ χεῖρον. καὶ τὸ ὅλον φιλοπονηρία ἀδελφή ἐστι τῆς πονηρίας καὶ ἀληθές ἐστι τὸ τῆς παροιμίας τὸ ὅμοιον πρὸς τὸ ὅμοιον πορεύεσθαι: —

SIEBENKEESII ERRORES.

Siebenkees: Περὶ φιλοπονηρίας). Codex Palatinus: φιλοπο-ίας κθ': — (ἡ φιλοπονηρία ἐπιθυμία) ἡ φιλοπονία ἐπιθυμία: φιλοπόνηρός ἐστι τοῖος δέ τις) φιλόπονός ἐστι τοιόσδέ τις: (ὠφλη-κόσι) ὠφεληκόσι: (οὐθείς ἐστι) οὐδείς ἐστι: (ἐὰν βούληταί τις εἰς πονηρὸν, καὶ τὰ μὲν ἄλλα) ἐὰν βούληταί τις εἰς π ..... καὶ τὰ μὲν ἄλλα: (φῆσαι μὲν αὐτὸν εὐφυῆ) φῆσαι γὰρ αὐτὸν εὐφυῆ: (καὶ φιλαίτερον καὶ ἐπιδόξον) καὶ φιλέταιρον καὶ ἐπι-δέξιον: (φιλοπονηρία ἀδελφή ἐστι τῆς πονηρίας) φιλοπονία ἀδελφή ἐστι τῆς πονηρίας:

Scripturae animadversione dignae hae sunt:

φιλοπονίας κθ': Cod. φιλοπο supra ν cum compend. syll. ας, iuxta acutus.

ἔστι δὲ ἡ φιλοπονία: Cod. φιλοπο supra ν cum acuto.

ὁ δὲ φιλόπονος τοιόσδέ τις: Cod. φιλόπον supra ο, τ supra α, ίσδε supra τις, iuxta acutus.

ὠφεληκόσι: Cod. ὠφελ (ελ solito nexu scriptum) ηκο supra σι, iuxta acutus.

εἰς π ..... καὶ τὰ μὲν: spatium vacuum sex septem litterarum capax.

φῆσαι γὰρ αὐτὸν: Cod. φῆσ supra αι, γ cum compend. syll. ρ et acuto.

φιλέταιρον καὶ ἐπιδέξιον: Cod. φιλέταιρ cum comp. syll. ον, ἐπιδέξι supra ον. Scriptum est δεξ solemni nexu, in quo im-

periti modo δοξ modo δουξ sibi videre videntur.

ὡς οὐχ' ἕξομεν: scribae solent οὐχ' exarare, nam pulabat Graeculi voculam in οὐχὶ elisam esse. A prima manu scriptum est ἕξομ supra αι, quod corrector in εν mutavit.

Φιλοπονία ἀδελφή: Cod. Φιλοπονι supra α, iuxta acutus.

In Codice sequitur caput ultimum XXX:

αἰσχροκερδείας λ': —

ἡ δὲ αἰσχροκέρδεια ἐςὶ περιουσία κέρδους αἰσχροῦ. ἔςι δ τοιοῦτος ὁ αἰχροκερδὴς οἷος ἐσθίων ἄρτους ἱκανοὺς μὴ παραθεῖναι καὶ δανείσασθαι παρὰ ξένου παρ' αὐτῷ καταλύοντος. κα διανέμων μερίδας φῆσαι δίκαιον εἶναι διμοίρῳ τῷ διανέμοντ δίδοσθαι καὶ εὐθὺς αὐτῷ νεῖμαι. καὶ οἰνοπωλῶν κεκραμένον τὸ οἶνον τῷ φίλῳ ἀποδόσθαι. καὶ ἐπὶ θέαν τηνικαῦτα πορεύεσθα ἄγων τοὺς υἱοὺς ἡνίκα προῖκα φασὶν ἐπὶ θεάτρων. καὶ ἀπε δημῶν δημοσίᾳ τὸ μὲν ἐκ τῆς πόλεως ἐφόδιον οἴκοι καταλ πεῖν παρὰ δὲ τῶν συμπρεσβευτῶν δανείσασθαι. καὶ τῷ ἀκε λούθῳ μεῖζον φορτίον ἐπιθεῖναι ἢ δύναται φέρειν καὶ ἐλάχιςε ἐπιτήδεια ἄλλων παρέχειν. καὶ ξένον δὲ μέρος τὸ αὐτοῦ ἀπαι τήσας ἀποδόσθαι. καὶ ἀλειφόμενος ἐν τῷ βαλανείῳ καὶ εἴπερ σαπρόν γε τὸ ἔλαιον παιδάριον, τῷ ἀλλοτρίῳ ἀλείφεσθαι. κα τῶν εὑρισκομένων χαλκῶν ὑπὸ τῶν οἰκείων ἐν ταῖς ὁδοῖς δεινὸ ἀπαιτῆσαι τὸ μέρος κοινὸν εἶναι φήσας τὸν Ἑρμῆν. καὶ ἱμά τιον ἐκδοῦναι πλύναι καὶ χρησάμενος παρὰ γνωρίμου ἐφελκῦ σαι πλείους ἡμέρας ἕως ἂν ἀπαιτηθῇ. καὶ τὰ τοιαῦτα. φειδο μένῳ μέτρῳ π . . δακ . . . . κεκρου μένῳ μετρεῖν αὐτὸς τοῖ ἔνδον σφόδρα δὲ ὑποσπῶν τὰ ἐπιτήδεια. ὑποπρίασθαι φίλο δοκοῦντος πρὸς τρόπου πωλεῖσθαι. καὶ χρέη δὲ ἀποδιδοὺς τριά κοντα μνῶν ἔλαττον τέτταρσι δραχμαῖς ἀποδοῦναι. καὶ τῶ υἱῶν δὲ μὴ πορευομένων εἰς τὸ διδασκαλεῖον τὸν μῆνα ὅλο διὰ τὴν ἀρρωςίαν ἀφαιρεῖν τοῦ μισθοῦ κατὰ λόγον. καὶ τὸ ἀνθεςηριῶνα μῆνα μὴ πέμπειν αὐτοὺς εἰς τὰ μαθήματα διά τὸ θέας εἶναι πολλὰς ἵνα μὴ τὸν μισθὸν ἐκτίνῃ. καὶ παρὰ παιδὸς κομιζόμενος ἀποφορὰν τοῦ χαλκοῦ τὴν ἐπικαταλλαγὴν προσαπαιτεῖν. καὶ λογισμὸν δὲ λαμβάνων παρὰ τοῦ χειρίζον τος φράτορας . . . . . τοῖς ἑαυτοῦ παισὶν ἐκ τοῦ κοινοῦ ὄψον τὰ δὲ καταλειπόμενα ἀπὸ τῆς τραπέζης ῥαφανίδων ἡμίσει ἀπογράφεσθαι ἵνα οἱ διακονοῦντες παῖδες μὴ λάβωσι. συναπο δημῶν δὲ μετὰ γνωρίμων χρήσασθαι τοῖς ἐκείνων παισὶ, τὸ

δὲ ἑαυτοῦ ἔξω μισθῶσαι καὶ μὴ ἀναφέρειν εἰς τὸ κοινὸν τὸν μισθόν. ἀμέλει δὲ καὶ συναγόντων παρ' ἑαυτῷ ὑποθεῖναι τῶν παρ' ἑαυτοῦ διδομένων ξύλων καὶ φακῶν καὶ ὄξους καὶ ἁλῶν καὶ ἐλαίου τοῦ εἰς τὸν λύχνον. καὶ γαμοῦντος τινὸς τῶν φίλων καὶ ἐκδιδομένου θυγατέρα πρὸ χρόνου τινὸς ἀποδημῆσαι ἵνα προπέμψῃ προσφοράν. καὶ παρὰ τῶν γνωρίμων τοιαῦτα κιχρᾶσθαι ἃ μήτ' ἂν ἀπαιτῆσαι μήτ' ἂν ἀποδιδόντων ταχέως ἄν τις κομίσαιτο: —

SIEBENKEESII ERRORES.

Siebenkees: (Περὶ αἰσχροκερδείας). Codex Palatinus: *αἰσχροκερδείας λ'*: — (δανείσασθαι περὶ ξένου) *δανείσασθαι παρὰ ξένου*: (δίμοιρον τῷ διανέμοντι) *διμοίρῳ τῷ διανέμοντι*: (εὐθὺς αὐτῷ νεῖμαι) *εὐθὺς αὐτῷ νεῖμαι*: (ἡνίκα προῖκα φανερὰ ἐπὶ θεάτρων) *ἡνίκα προῖκα φασὶν ἐπὶ θεάτρων*: (καταλειπεῖν) *καταλιπεῖν*: (καὶ ξενίων δὲ μέρος) *καὶ ξένον δὲ μέρος*: (τὸ αὐτοῦ ἀπαιτήσας) *τὸ αὐτοῦ ἀπαιτήσας*: (καὶ εἴπερ σαπρόν γε) Cod. supra *εἴπερ* habet notam crucis corruptelae indicium. Non viderunt *εἴπας* veram lectionem esse: (τὸ ἔλαιον παιδαρίῳ) *τὸ ἔλαιον παιδάριον*: (πλῦναι) *πλῦναι*: (χρησάμενος περὶ γνωρίμου) *χρησάμενος παρὰ γνωρίμου*: (ἐφελκύσαι) *ἐφελκῦσαι*, correctum scilicet in *ἐφελκῦσαι*: (μέτρῳ τὸν πύνδακα κεκρουμένῳ) *μέτρῳ π.. δακ .... κεκρου. μένῳ*: (καὶ χρέος δὲ) *καὶ χρέη δὲ*: (ἔλαττων τέτταρσι) *ἔλαττον τέτταρσι*: (περὶ παιδὸς κομιζόμενος) *παρὰ παιδὸς κομιζόμενος*: (φράτορας ἐσθίων αἰτεῖν τοῖς ἑαυτοῦ παισὶν) *φράτορας ..... τοῖς ἑαυτοῦ παισὶν*: (τῶν παρ' ἑαυτῷ correctum *ἑαυτοῦ*: (ἐκδιδομένου θυγατρὸς) *ἐκδιδομένου θυγατέρα*: (ἵνα μὴ προπέμψῃ) *ἵνα προπέμψῃ*:

Siebenkees errorum seriem ad novissimum usque vocabulum perduxit: dedit enim *ταχέως ἀντικομίσαι* quum in Codice perspicue scriptum sit *ταχέως ἄν τις κομίσαιτο*: —

Scripturae memorabiles hae insunt:

παρὰ ξένου: Cod. *π* cum comp. syll. *αρα* et gravi.

διμοίρῳ τῷ διανέμοντι: Cod. *διμοίρ* supra *ω*, iuxta adscriptum *ι*.

ἡνίκα προῖκα φασὶν ἐπὶ θεάτρων: Cod. *φ* cum nota omissionis, supra *α*, iuxta gravis; *θεα* supra *τρων*, iuxta acutus.

οἴκοι καταλιπεῖν: Cod. *καταλιπ* cum compend. syll. *ειν* e circumfl.

καὶ ξένου δὲ μέρος: Cod. *ξέν* cum comp. syll. *ον*.

ἐν τῷ βαλανείῳ: Cod. *βαλα* supra *ν*, iuxta acutus.

καὶ εἴπερ σαπρόν γε: Cod. *εἴπ* et noto nexu *ερ*, supra crux (†).

τὸ ἔλαιον παιδάριον: Cod. *παι* supra *δρ* inter *δ* et *ρ* acutus.

τῷ ἀλλοτρίῳ: Cod. *ἀλλο* supra *τρ*, iuxta acutus.

παρὰ γνωρίμου: Cod. *π* cum compend. *αρα* significante ‹ gravi.

Φειδομένῳ π . . δακ . . . . κεκρου. μένῳ: Cod. *Φειδομ* cum compend. syll. *εν*, supra *ω*, iuxta acutus: eadem ratio est in *κεκρου. μένῳ*. Manifestum est periisse hanc veram lectionem *πύνδακα ἐγκεκρουσμένῳ*.

σΦόδρα δὲ ὑποσπῶν τὰ ἐπιτήδεια: Cod. *ἐπιτη* supra *δ*, iuxta acutus.

χρέη δὲ ἀποδιδοὺς: Cod. *χρε* supra *η*, iuxta acutus.

καὶ παρὰ παιδὸς: *π* cum compend. *αρα* et gravi.

παρὰ τοῦ χωρίζοντος correctum *χειρίζοντος*.

Φράτορας . . . . . τοῖς ἑαυτοῦ παισὶν: Cod. *Φράτορ* cum comp. syll. *ας*. Lacuna sex litterarum capax. In margine: *Φράτωρ*: *ὁ συγγενής*.

συναγόντων παρ' ἑαυτῷ ὑπο in extremo versu, tum in sq. *θεῖναι τῶν παρ' ἑαυτῷ* correctum *ἑαυτοῦ*.

ἐκδιδομένου θυγατέρα: Cod. *θυγα* supra *τρ*, inter *τ* et *ρ* acutus.

ἃ μήτ' ἂν ἀπαιτῆσαι μήτ' ἂν ἀποδιδόντων ταχέως ἄν τις κομίσαιτο: in Cod. *ἂν* in *μήτ' ἂν* bis duplici gravi notatum est, id quod saepe in *ἄν*, *μὲν* et *δὲ* fieri solet. Admodum perspicue scriptum est *ἄν τις* et in *κομίσαιτο* ultima syllaba scripta per nexum longiore ductu extracta est, quemadmodum in ultimo vocabulo scribae facere assolent.

Tum longo spiramine sine ulla subscriptione addita est *κορωνίς*, quae librum de more claudit.

C. G. COBET.

BABRII FABULAE FRAUDULENTER A MINOIDE MYNA SUPPOSITAE.

nas ex itinere in Graeciam non *unum* Babrii Codicem, *uos* retulisse narratur a F. Dubnero (*Revue de l'Instruc-Publique en Belgique. Mai* 1859. p. 145), qui alterius aphum a Boissonadio editum refert, alterum centum cir-fabulas *ineditas* continentem in Britanniam esse delatum : nunc illas fabulas ad editionem parari. Vidisse se am ex illo libro fabulas Dubnerus refert, quarum duas rotulit. En alteram:

Αἴσωπος εἶπε καὶ τόδ' ἐν παλαιφάτοις
ὄρνιθα πρώτην τὸν κόρυδον γεγεννῆσθαι,
καὶ γῆς μὲν αὐτῆς εἶπέ μιν προϋπάρχειν.
ταύτης δὲ συμβέβηκεν ἔκ τινος νούσου
φίλον γενήτην τέρμα βιότου πλῆσαι.
μήπω δὲ γαίης τηνικαῦθ' ὑπαρχούσης
οὐκ εἶχε (ποῦ γὰρ;) τὸν νεκρὸν καταθάπτειν.
ὁ δ' ἀκτέριστος προὐβέβλητο πεμπταίῃ.
ὅλως δ' ἀμηχανοῦσαν ἐν κάρῃ θάψαι.

bigit Dubnerus utrum haec esse dicat *une altération stu-* an *une imitation impuissante du poète*, suspicatur tamen is quisquiliis disiecti membra poëtae aut certe aliquas la- inesse, quales e Bodleiano libro Tyrwhitti acumen elicuit. et argumentum et verba non Babrio tantum sed quolibet ore Graeco non infimae aetatis indignissima esse viden- Non est enim haec fabula, sed *Αἰσώπου τι γέλοιον*, quod phanes aut ipse finxit aut ex ore populi acceptum scite it. Attulit locum lepidissimum Galenus de Simplic. Me- . Temperam. ac Facult. Vol. X. p. 560. Kuhnii: *ἔχει* *τῆς κεφαλῆς τοῦτο τὸ ζῷον (ὁ κορυδὸς) ὥσπερ τινὰ λόφον* *τριχῶν αὐτοφυῆ, δι' ὃν καὶ ὁ μῦθος ὃν Ἀριστοφάνης ὁ κω-* *ἔγραψεν ἐπλάσθη, λέγει δὲ περὶ αὐτοῦ τόνδε τὸν τρόπον·* *ἦς γὰρ ἔφυς καὶ πολυπράγμων οὐδ' Αἴσωπον μεμάθηκας,*

ὃς ἔφασκε λέγων κορυδὸν πρώτην πάντων ὀρνίθων γενέσθαι πρότερον τῆς γῆς κἄπειτα νόσῳ τὸν πατέρα αὐτῆς ἀποθνήσκειν, γῆν δ' οὐκ εἶναι, αὐτὸν δὲ προκεῖσθαι πεμπταῖον, τὴν δ' ἀποροῦσαν ὑπ' ἀμηχανίας τὸν πατέρα αὐτῆς ἐν τῇ κεφαλῇ κατορύξαι. τοῦτ δέ φασι καὶ τὸν Θεόκριτον αἰνίττεσθαι λέγοντα·

οὐδ' ἐπιτυμβίδιαι κορυδαλλίδες ἡλαίνοντι.

Aristophanis locus nullo mendo deformatus exstat in Avib vs. 470:

ἀμαθὴς γὰρ ἔφυς κοὐ πολυπράγμων οὐδ' Αἴσωπον πεπάτηκας
ὃς ἔφασκε λέγων κορυδὸν πάντων πρώτην ὄρνιθα γενέσθαι
πρότεραν τῆς γῆς, κἄπειτα νόσῳ τὸν πατέρ' αὐτῆς ἀποθνήσκει
γῆν δ' οὐκ εἶναι· τὸν δὲ προκεῖσθαι πεμπταῖον· τὴν δ' ἀπ
(ροῦσ
ὑπ' ἀμηχανίας τὸν πατέρ' αὐτῆς ἐν τῇ κεφαλῇ κατορύξαι.

Theocriti locus legitur in Idyll. VII. 23. Vides unde argumentum sumtum sit: oratio quam sit absurda et inepta fugit, ut opinor, neminem.

Quid, quaeso, putidius est quam γενήτην pro γεννητήν ponere, idque pro τὸν πατέρα? Bellum est πλῆσαι τέρμα βιότου, vitae terminum *explevisse*. Pulchellum est γῆς προϋπάρχειν, et τηνικαῦτα et ἀκτέριτος. Quam proprie dixit προὐβέβλητο quum προὔκειτο dicere debuisset. Quam exquisite *Veteres* παλαιφάτους appellavit, et in eo vocabulo penultimam produxit, ut secundam in προϋπάρχειν et primam in βιότου. Sic solet faex Graeculorum ancipites vocales (διχρόνους appellant) suo arbitratu aut producere aut corripere. Tolle, si tanti est, duo menda. Dixerat Graeculus προὐβέβλητο πεμπταῖος, non πεμπταίᾳ, et τέλος δ' ἀμηχανοῦσαν, non ὅλως δ' ἀμηχανοῦσαν.

Fieri potest ut abiectissimae aetatis Graeculus ista paene βαρβαρισὶ conscribillaverit, fieri potest ut impostor aliquis nostrae aetatis credulam eruditorum turbam ludificari et emungere voluerit, sed ut ex genuinis Babrii carminibus quidquam in istis sordibus insit id vero fieri non potest.

C. G. C.

ANNOTATIONES

CRITICAE ET PALAEOGRAPHICAE

AD

IULIANUM.

Est in Bibliotheca Lugduno-Batava Codex vetus et bonae notae, in quo Libanii Epistolae et multa Iuliani scripta continentur. Fuit olim Isaaci Vossii et notatur nunc in Vossianis numero LXXVII. Scriptus est in charta bombycina circa saeculum XIII. totus ab eadem manu tachygraphi, qui permultis uti solet more illius aetatis scripturae compendiis siglisque, in quibus tamen nihil est quod harum rerum peritum in errorem aut in dubitationem inducere possit. Certus est omnium compendiorum usus, certa significandi potestas, nusquam dubia vel ambigua scriptura est, dummodo hoc agas ut Graece scias et in Codd. illius aetatis legendis expediendisque multum versatus sis. Deerant haec (dicam enim candide quod sentio) Ezechieli Spanhemio, per quem huius eximii liri notitia ad Philologos omnes pervenit, cuius viri variam et diffusam eruditionem multi praesertim apud patres nostros admirabantur et stupebant, mihi istam pereruditam farragiem evolventi in mentem venire solet dicti Heraclitei: *πουλυμαθίη νόον οὐ διδάσκει*, et Timonis *τοῦ σιλλογράφου* versiculi:

πουλυμαθημοσύνη τῆς οὐ κενεώτερον οὐδέν.

Incredibile dictu est quantum plus bonae frugis insit in pauculis ad Iulianum annotationibus Dionysii Petavii, acutis-

simi viri et optime Graece scientis, qualem utinam vel unum hodie ostendere posset illa societas Iesu, cuius ille fuit, quae olim litterarum laude inclyta nunc aut obmutuit aut παραληρεῖ aut Iuliani exemplo (quid non mutabilis, anni?) Christianos prohibet quo minus in legendis et interpretandis antiquorum Graecorum monumentis intelligendi iudicandique facultatem in sitam exerceant et acuant: sed plus est in uno Petavio qua in istorum catervis. Petavii laudes feliciter aemulatus e Daniel Wyttenbachius, qui in brevi *Epistola Critica sup nonnullis locis Iuliani Imperatoris ad D. Ruhnkenium* scrip plura felicis Critices et εὐσοχίας specimina edidit quam multis aliis quae aetate provectior et doctrina refertior pro lit in lucem. In his hoc quoque εὐσόχως iecit Wyttenbach us quod p. 6. scribit Vossianum Codicem *non debita attentione* a Spanhemio *excussum esse*, quod quam sit vere ab illo coniectum, qui Codicem quum haec scriberet numquam oculis suis usurpasset, mox diligenter demonstrabo. Equidem veterem Codicem, qui bonam partem scriptorum Iuliani solus nobis servavit, saepe perscrutatus sum: nuperrime omnia quae in eo continentur cum pulvisculo excussi, unde ea nunc expromere in animo est, quibus Iuliani oratio multis adhuc mendis erroribusque obsita integrior emendatiorque reddi possit.

Primum omnium referam ordine omnia quae in Vossiano libro leguntur, nam hoc quoque indiligenter fecit Spanhemius in Praefat. p. 42 sq.

Priorem partem Codicis, in qua sunt Libanii Epistolae, non attingam. In secunda parte exstat p. 1.

Ἰουλιανοῦ αὐτοκράτορος εἰς τὸν βασιλέα ἥλιον πρὸς σαλούσιον: —
Προσήκειν ὑπολαμβάνω τοῦ λόγου τοῦδε μάλιστα μὲν
ἅπασιν, ὅσά τε γαῖαν ἐπιπνείει τὲ καὶ ἕρπει καὶ

quae leguntur apud Spanhemium p. 130. Continuantur usque ad finem p. 14. ἀξύνετον ἴσως λέγω τοῖς ἕλλησιν. ὥσπερ δεῖν μόνον τὰ συνήθη καὶ γνώριμα λέγειν (Spanhem. p. 146. D. 147. A). Sequitur pag. Cod. 15: σάσις ἐςὶ τῆς ἀπειρίας ἡ θρυλλουμένη παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐκτομὴ, apud Spanhem. p. 168. D. deinde continuatur in Codice oratio V. ad finem p. 24: μετὰ τῆς ἀγαθῆς ἐλπίδος τῆς ἐπὶ τῇ παρ' ὑμᾶς πορείᾳ: — apud Spanhem. p. 180. C. Quae in Codice nunc desiderantur non a librario

)missa sunt, sed folia quaedam interciderunt. Eadem est ratio reliquarum lacunarum omnium.

In Cod. sequitur p. 24:

Ἰουλιανοῦ Καίσαρος περὶ τῶν τοῦ αὐτοκράτορος πράξεων ἢ περὶ βασιλείας: —

Τὸν ἀχιλλέα φησὶν ἡ ποίησις ὁπότε ἐμήνισε καὶ διηνέχθη πρὸς τὸν βασιλέα, apud Spanhem. p. 49. Explicit Codicis p. 65: *ἀλλ' ὥρα λοιπὸν πρὸς ἔργον τρέπεσθαι*: — apud Spanhem. p. 101.

Sequitur in Cod. p. 65:

Ἰουλιανοῦ καίσαρος ἐγκώμιον εἰς τὸν αὐτοκράτορα κωνσάντιον: —

Πάλαι με προθυμούμενον ὦ μέγιστε βασιλεῦ τὴν σὴν ἀρετὴν καὶ πράξεις ὑμνῆσαι, apud Spanhem. p. 1. Explicit pag. Codicis 104. *οὕτω σοι πρὸς ἐπιείκειαν ἡ πρᾶξις ῥέπουσα τελείας ἀρετῆς ὑπάρχει γνώρισμα*: — apud Spanhem. p. 49.

Sequitur in Cod. p. 104:

Ἰουλιανοῦ καίσαρος εὐσεβίας τῆς βασιλίδος ἐγκώμιον: —

Τί ποτε ἄρα χρὴ διανοεῖσθαι περὶ τῶν ὀφειλόντων μεγάλα καὶ ὑπὲρ μεγάλων, apud Spanhem. p. 102. explicit pag. Codicis 127: *πολλοὺς ἔχει τὲ ἤδη καὶ ἕξει τοὺς ἐπαινέτας*: — apud Spanhem. p. 130.

In Codice sequitur p. 127:

Ἰουλιανοῦ αὐτοκράτορος ἀθηναίων τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ: —

Πολλῶν εἰργασμένων τοῖς προγόνοις ὑμῶν ἀγαθῶν, apud Spanhem. p. 268. Explicit pag. Codicis 142: *καὶ τοιούτους σχεῖν ἅπαντας καὶ τοὺς αὐτοκράτορας, οἳ μάλιστα καὶ διαφερόντως αὐτὰ εἴσονται καὶ ἀγαπήσουσιν*: — apud Spanhem. p. 287.

Sequitur in Cod. p. 142:

Ἰουλιανοῦ αὐτοκράτορος εἰς τοὺς ἀπαιδεύτους κύνας: —

Ἄνω ποταμῶν τοῦτο δὴ τὸ τῆς παροιμίας ἀνὴρ κυνικὸς διογένης φησὶ κενόδοξον, apud Spanhem. p. 180. explicit Codicis pagina eadem in verbis: *ὥσπερ ὑπὸ κωνείου τῆς τροφῆς διαφθαρέντα· οὕτω πόρρω που σοφίας ἐλαύνει*, apud Spanhem. p. 181. A.

Sequitur pag. Codicis 143:

ἔργα κρυπτόντων ἐν σκότῳ· φημὶ δὲ τῶν περιττωμάτων τὰς ἐκκρίσεις· ἐν μέσαις δὲ ταῖς ἀγοραῖς καὶ ταῖς πόλεσιν ἐπιτηδευόντων τὰ βιαιότατα, quae leguntur apud Spanhem. p. 202. B. deinde continuatur in Codice oratio VI. ad finem pag. Co-

dicis 144: *ἡμῖν δὲ οὐ μεταμελήσει τῆς εἰς τὸν ἄνδρα εὐ[illegible]μίας*: — apud Spanhem. p. 203.

In Cod. sequitur p. 144:

Ἰουλιανοῦ αὐτοκράτορος θεμιστίῳ Φιλοσόφῳ: —

Ἐγώ σοι βεβαιῶσαι μὲν ὥσπερ οὖν γράφεις τὰς ἐλπίδας κ[illegible]σφόδρα εὔχομαι, apud Spanhem. p. 253. Continuatur haec e[illegible]stola usque ad pag. Codicis 146. ubi ita legitur:

τῇ τύχῃ πιστεύειν καὶ τοὺς ἐν πολιτείᾳ ζῶντας οὐκ ἔνεστιν ἄν[illegible]ταύτης ἀναπνεῖν τὸ δή,

λεγόμενον. πλὴν εἴ τις τὸν βασιλέα ἐπιδώσειεν ἀτακτοῦντας [illegible]νὰς αὐτίκα μάλα κολάζουσιν.

ἐπὶ δὲ τοὺς οὐ προσιόντας τοῖς θεοῖς, ἐστὶ τὸ τῶν πονηρῶν δ[illegible]μόνων τεταγμένον φῦλον κτέ. quae non sunt ex epistola ad Themistium sed ex alia ad nescio quem pontificem de ordinandis sacris et sacrorum antistitibus data. Continuatur haec nova epistola usque ad pag. Codicis 158. in cuius fine ita legitur: *διὰ τῆς λεγομένης παρ' αὐτοῖς ἀγάπης καὶ ὑποδοχῆς καὶ διακονίας τραπεζῶν· ἔστι γὰρ ὥσπερ τὸ ἔργον, οὕτω δὲ καὶ ὄνομα παρ' αὐτοῖς πολύ· πιστοὺς ἐνήγαγον εἰς τὴν ἀθεότητα· καὶ πεποιήκασι καὶ στρατηγὸν λόγοι. καθάπερ οἱ τὰς ἰδέας εἴτε ἀληθῶς θεωροῦντες εἴτε καὶ ψευδῶς ξυντιθέντες ἐν τοῖς* (incipit Codicis pag. 159.) *ἀσωμάτοις καὶ νοητοῖς ἱδρύσθαι που τῶν τυχαίων ὑπεράνω κτέ.* Non latuit fraus Petavium, qui fragmentum hoc novae epistolae ex epistola ad Themistium exemit et seorsim edidit pag. Spanhemii 288—305. inde a verbis: *πλὴν εἴτις τὸν βασιλέα ἐπιδώσειεν ἀτακτοῦντάς τινας αὐτίκα μάλα κολάζουσιν* usque ad *πιστοὺς ἐνήγαγον εἰς τὴν ἀθεότητα* * * *, reliqua epistolae ad Themistium tribuens inde a verbis: *καὶ πεποιήκασι καὶ στρατηγὸν λόγοι κτέ.* in qua re non multum fallitur, superest tamen aliquid dubitationis quoniam absurda et sensu vacua verba sunt: *πλὴν εἴ τις τὸν βασιλέα ἐπιδώσειεν ἀτακτοῦντάς τινας*, quae Petavio significare videntur: *Verum si quos in Principem tumultuantes viderint*, quorum nihil in Graecis esse vides, et *ἐπιδώσειεν* barbaries mera est ac nihili forma.

Continuatur deinceps in Codice epistola ad Themistium, quae explicit pag. Codicis 166. in verbis: *αὐτός τε εἴσομαι καὶ ὑμᾶς προτρέπω τὴν χάριν εἰδέναι*: — apud Spanhem. p. 267.

In Cod. sequitur p. 166:

Ἰουλιανοῦ αὐτοκράτορος ἀντιοχικὸς ἢ μισοπώγων: —

Incipit (p. 167):

Ἀνακρέοντι τῷ ποιητῇ πολλὰ ἐποιήθη μέλη χαρίεντα. τρυφᾶν γὰρ ἔλαχεν ἐκ μοιρῶν, apud Spanhem. p. 337. Explicit pag. Codicis 195: ὑμῖν δὲ οἱ θεοὶ τῆς εἰς ἡμᾶς εὐνοίας καὶ τιμῆς ἣν ἐτιμήσατε δημοσίᾳ τὰς ἀμοιβὰς ἀποδοῖεν: — apud Spanhem. p. 371.

In Cod. sequitur pag. 195:

Ἰουλιανοῦ καίσαρος ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ τοῦ ἀγαθωτάτου σαλουσίου παραμυθητικὸς εἰς ἑαυτόν: —

Ἀλλ' εἰ μὴ καὶ πρὸς σὲ διαλεχθείην ὅσα πρὸς ἐμαυτὸν διελέχθην ἐπειδή σε βαδίζειν ἐπυθόμην χρῆναι, apud Spanhem. p. 240.

Explicit pag. Codicis 205.

νοσῆσαι οἶκον δὲ φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν: —

apud Spanhem. p. 252.

Sequitur in Cod. p. 205:

Ἰουλιανοῦ αὐγούστου πρὸς ἡράκλειον κυνικὸν περὶ τοῦ πῶς κυνιστέον· καὶ εἰ πρέπει τῷ κυνὶ μύθους πλάττειν: —

Ἡ πολλὰ γίνεται ἐν μακρῷ χρόνῳ. τοῦτο ἐκ τῆς κωμῳδίας ἀκηκοότι μοι πρώην ἐπῆλθεν ἐκβοῆσαι, apud Spanhem. p. 204. Explicit pag. Codicis 235: τί πέρας ἡμῖν ἔσαι τῶν λόγων εἰ ταῦτα μήπω σε πείθει: — apud Spanhem. p. 239.

Sequitur in Cod. p. 235:

Ἰουλιανοῦ αὐτοκράτορος συμπόσιον ἢ κρόνια: —

Ἐπειδὴ δίδωσιν ὁ θεὸς παίζειν. ἔστι γὰρ κρόνια, γελοῖον δὲ οὐδὲν οὐδὲ τερπνὸν οἶδα ἐγὼ, apud Spanhem. p. 306. Continuatur ad finem pag. Codicis 256: πολλὰ εἶπε κτησάμενον πολλὰ χαίρασθαι. ταῖς τε ἐπιθυμίαις ταῖς ἑαυτοῦ, apud Spanhem. p. 335. B.

Deinde interpolatum est in Codice folium recentius, in quo reliqua continuantur: καὶ τῶν φίλων ὑπουργοῦντα usque ad ἱλέσθω δ' ἕκαστος ἑαυτῷ τὸν προσάτην τὲ καὶ ἡγεμόνα μετὰ, apud Spanhem. p. 335. D. tum lacuna (ad quam in margine adscriptum est ζήτει τὸ λεῖπον ἕως ὧδε), deinde ἐπέτριβον δ' αὐτὸν (p. 336. B.) tum brevis lacuna ὡς αἴτιον τῆς ἀθεότητος οἱ παλαμναῖοι δαίμονες usque ad finem ἡγεμόνα θεὸν εὐμενῆ καθιςὰς σεαυτῷ: — apud Spanhem. p. 336. C.

Sequuntur in Codice

τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολαὶ Ἰουλιανοῦ: —

Ἐχρῆν τὸν ἐξελαθέντα usque ad ἀθανάσιον δὲ πυνθάνομαι τ τολμηρότατον ὑπὸ τοῦ συνήθους ἐπαρθέντα caetera desunt. N latur epistola in margine α, *prima*. Deinde est magna lacu et sequitur γ *tertia* epistola: Ἦλυθες τηλέμαχε φησὶ τὸ ἔπο ἐγὼ δέ σε καὶ ἰδὼν ἤδη τοῖς γράμμασιν usque ad οὗ τὸ μέτρ ἐστὶ πᾶν ὄνυχος lacuna οὕτω δ' ἐφ' ἑκάστῳ τῆς τέχνης ἔχετα in quibus verbis explicit folium recentius, redit charta et m nus antiquior pag. Codicis 259. in verbis: ὥστε ὁ μὲν ἀλέξα δρος ἤδη τὸ θηρίον βάλλει, quae continuantur ad finem epistol ὁ μῦς τὸν λέοντα τῷ μισθῷ σώσας ἀρκούντως δείκνυσιν: — H rum Epistolarum prior est apud Spanhemium XXVI. p. 39 altera VIII. p. 376.

Sequitur in Codice epistola *quarta* (δ')

Ἰουλιανὸς ἐκδικίῳ ἐπάρχῳ αἰγύπτου: —

Ἡ μὲν παροιμία φησὶν ἐμοὶ σὺ διήγει τοὐμὸν ὄναρ usque ἀ παρ' ἡμῶν ἀκούων εὐφραίνου: — quae est apud Spanhem. I p. 432.

Sequitur *quinta*: Ἰουλιανὸς τῷ αὐτῷ: —

Εἰ καὶ τῶν ἄλλων ἕνεκα μὴ γράφεις ἡμῖν usque ad ἐτόλμησε ἑλληνίδας ἐπ' ἐμοῦ γυναῖκας τῶν ἐπισήμων βαπτίσαι. διωκέσθω: — quae est Spanhemii VI. p. 376.

Sequitur sexta: Ἰουλιανὸς τῷ αὐτῷ: —

Ἄλλοι μὲν ἵππων ἄλλοι δὲ ὀρνέων usque ad καὶ ταῦτα ἔλαβ πάλιν: — quae est Spanhemii IX. p. 377.

Sequitur: Ἰουλιανὸς ἑρμογένει ἀπουπάρχῳ (sic) αἰγύπτου: —

Δός μοι τί κατὰ τοὺς μελητὰς εἰπεῖν ῥήτορας usque ad ἥκει παρακελεύομαι: — quae Spanhemii est XXIII. p. 389.

Sequitur: Ἰουλιανὸς Ἰουλιανῷ θείῳ: —

Η. τρίτης ὥρας νυκτὸς ἀρχομένης usque ad ὅπερ ἂν αὐτῶν τ φιλανθρωπίᾳ δόξῃ: — quae est Spanhemii XIII. p. 382.

Sequitur: Ἰουλιανὸς λιβανίῳ σοφιστῇ καὶ κοιαίστωρι (sic): —

Ἀνέγνων χθὲς τὸν λόγον usque ad ὦ ἁρμονία ὦ συνθήκη: — Spanhem. XIV. p. 382.

Sequitur: Ἰουλιανὸς μαξίμῳ φιλοσόφῳ: — Ἀλέξανδρον μὲ τὸν μακεδόνα usque ad τοῖς παρὰ σοῦ γραφομένοις ἐντυχεῖν ἔξε σιν: — Spanhem. XV. p. 383.

itur: Ἰουλιανὸς τῷ αὐτῷ: —
ὲν μῦθος ποιεῖ τὸν ἀετὸν usque ad τὴν τοῦ παιδὸς σωτη-
τιδωρούμενος: — Spanhem. XVI. p. 383.
itur: Ἰουλιανὸς ὀριβασίῳ: —
ὀνειράτων δύο πύλας εἶναι φησὶν ὁ θεῖος ὅμηρος usque ad
ωσμένοις ἐμμένειν: — Spanhem. XVII. p. 384.
itur: Ἰουλιανὸς εὐγενίῳ Φιλοσόφῳ: —
κλον μὲν ἱκαρίῳ φασὶν ἐκ κηροῦ πτερὰ συμπλάσαντα us-
ᾗ τοὺς ἑταίρους μεταθεῖναι δύνασαι καὶ πανταχόθεν ὡς
ὐφραίνειν: — Spanhem. XVIII. p. 386.
itur: Ἰουλιανὸς ἐκηβόλῳ: —
ρῳ μὲν ἀργυρέας εἶναι δοκεῖ τὰς μούσας usque ad οὐχ
ὁ χρυσὸς ἐπὶ τῆς γῆς κρυπτόμενος ᾗ Φεύγων αὐτῶν τὴν
n quibus verbis explicit pag. Codicis 264. Leguntur
Epist. apud Spanhem. XIX. p. 386.
itur in pag. Codicis 265: διότι καὶ μόνον γλυκὺ τῶν
ἐστὶν· καὶ μέλι μὲν ἱπποκράτης, quae leguntur apud
n. p. 393, A. in epistola XXIV. Continuatur in Co-
istola ad finem πρὸς τὴν τῆς θέας ἡδονὴν ἀπολαῦσαι: —
tur pag. Codicis 269: Ἰουλιανὸς Ἰουδαίων τῷ κοινῷ: —
ιῖν Φορτικώτερον γεγένηται usque ad καὶ ἐν αὐτῇ δόξαν
θ' ὑμῶν τῷ κρείττονι: — apud Spanhem. XXV. p. 396.
tur: Ἰουλιανοῦ νόμος περὶ τῶν ἰατρῶν: —
ατρικὴν ἐπισήμην σωτηριώδη τοῖς ἀνθρώποις τυγχάνειν us-
ἀνενοχλήτους ὑμᾶς τοὺς λοιποὺς χρόνους διάγειν: — apud
n. p. 398.
tur: Ἰουλιανὸς θεοδώρᾳ τῇ αἰδεσιμωτάτῃ: — Τὰ πεμ-
παρὰ σοῦ βιβλία usque ad γράφοις ἀεὶ τοιαῦτα: —
panhem. V. p. 375.
tur: Ἰουλιανὸς λιβανίῳ σοφιστῇ καὶ κοιαίστωρι (sic): —
ι τῶν λιτάρβων ἦλθον usque ad καὶ ἐν αὐτῷ μικρὸν ἄλ-
υ κυπαρίττων μέσων (sic) καὶ τῷ τριγχίῳ δὲ πολλὰ τοι-
uibus explicit pag. Codicis 272. Leguntur haec apud
n. in Epist. XXVII. p. 399. et ultima pagina 401. A.
tur in pag. Codicis 273:
πῶποτε γεγονότων ἄμοιρον οἰκείου πάθους ἔχων εὑρεῖν,
guntur apud Spanhem. in Epistola XXXVII. p. 415. C.
atur in Codice epistola ad finem: αἰσχύνη τοῦ λογισμοῦ

γένοιτ' ἂν εἰ μὴ ταυτὸν γένοιτο χρονίῳ: — Editur: εἰ μὴ ταυτὸν δύναιτο τῷ χρόνῳ, quae lectio e nescio cuius correctiuncula profecta esse videtur. Ex antiqua scriptura ταυτὸν γένοιτο χρονίῳ elicio εἰ μὴ ταὐτὸν σθένοι τῷ χρόνῳ. Plurimum Iulianus sumsit a Tragicis, multa ex Euripidis Phoenissis, cuius fabulae nota verba αὐτὸς οὐ ταὐτὸν σθένει ei haec scribenti obversari potuerunt; sed haec obiter. In Codice sequitur:

Ἰουλιανὸς ἀλυπίῳ ἀδελφῷ καισαρίου:

Ὁ συλοσὼν ἀνῆλθε φησὶ παρὰ τὸν δαρεῖον usque ad ὅς ε τότε καίπερ οὔπω γινώσκειν ὅσος εἶ δυνάμενος ὅμως περιεῖπον: — apud Spanhem. XXIX. p. 402.

Sequitur: Ἰουλιανὸς τῷ αὐτῷ: —

Ἤδη μὲν ἐτύγχανον ἀνειμένος τῆς νόσου usque ad ἀδελφ ποθεινότατε καὶ φιλικώτατε: — apud Spanhem. XXX. p. 40

Sequitur: Ἰουλιανὸς ἀετίῳ ἐπισκόπῳ: —

(Λοιποῖς μὲν) ἅπασι τοῖς ὁπωσοῦν usque ad καὶ ἐνὶ παρίπ πῳ: — apud Spanhem. XXXI. p. 404.

Sequitur: Ἰουλιανὸς λουκιανῷ σοφιςῇ: —

(Καὶ) γράφω καὶ ἀντιτυχεῖν ἀξιῶ τῶν ἴσων usque ad τῶν ὁμοίων παθῶν: — apud Spanhem. XXXII. p. 404.

Sequitur: Ἰουλιανὸς δοσιθέῳ: —

(Μι)κροῦ μοι ἐπῆλθε δακρύσαι usque ad σαυτῷ δὲ ὅτι μηδὲν ὄφελος μέμψῃ: — apud Spanhem. XXXIII. p. 404.

Sequitur: Ἰουλιανὸς ἰαμβλίχῳ φιλοσόφῳ: —

Ὀδυσσεῖ μὲν ἐξήρκει τοῦ παιδὸς τὴν ἐφ' αὑτῷ φαντασίαν ἀναςέλλοντι usque ad ἐπ' εὐδαιμονίᾳ τῶν ὅλων παραπεμφθῆναι: — apud Spanhem. XXXIV. q. 405.

Sequitur: Ἰουλιανὸς ἀργείοις: —

(Ὑπ)ὲρ τῆς ἀργείων πόλεως πολλὰ μὲν ἄν τις εἰπεῖν ἔχοι σεμνύνειν αὐτὴν ἐθέλων usque ad εἴρηται φασὶν οἱ ῥήτορες ὃγ' ἐμὸς λόγος· κρίνοις (δ' ἄν) αὐτὸς τὰ δέοντα: — apud Spanhem. XXXV. p. 407.

Sequitur pag. Codicis 281: Ἰουλιανὸς καίσαρ (sic) θεοδώρᾳ ἀρχιερεῖ: —

Ἐμοὶ πρὸς σὲ πεποίηται παρὰ τοὺς ἄλλους ἰδιαίτερον ἐπιςολῆς εἶδος. Continuatur eadem epistola usque ad finem paginae 282, cuius haec sunt ultima verba: ἀλλ' ἡμῖν οἴονται τοῖς

ἕνωσιν ἀποκεκλη(ρῶ)σθαι μόνοις αὐτοὺς ἀλαζονείᾳ βαρβαρικῇ πρὸς ταυτηνὶ τὴν ἀπόνοιαν ἐπαρθέντες * ἐκ τῆς γαλιλαίας δυσσεβεῖς ὥσπερ τι νόσημα τῷ βίῳ τὴν ἑαυτῶν. reliqua Codicis folia perierunt. Leguntur haec apud Spanhemium in Epist. LXIII. p. 452.

Haec igitur insunt in Codice Vossiano, qui si integer superesset nihil ex Iulianeis scriptis, quae quidem aetatem tulerunt, in eo desideraremus. Quae desunt olim non deerant sed temporum hominumque iniuria perierunt. Praeterea complures loci sunt in quibus antiqua scriptura situ et madore expalluit, charta subinde detrita est et nonnumquam perrosa. Quae nunc in Iuliani oratione lacunae conspiciuntur eae ad unam omnes ex optimae notae libro sarciri poterunt, ubi vetus lectio chemicae artis ope refocillata et in lucem revocata fuerit. Sunt quae etiam sine illo auxilio, ubi aciem oculorum diu ac multum intenderis, tandem videas pellucere, sed alia sunt olim chemicorum venenis oblita et nunc densa caligine obscurata, unde oculis nihil umquam extundas. Praeterea continet Vossianus liber multas egregias lectiones a Spanhemio in Codicibus huiuscemodi legendis non satis exercitato oscitanter neglectas: quibus addam correctiones quasdam locorum, ubi inveteratum est in libris mendum, addam identidem observationes palaeographicas, quibus mendorum origo patefiat et novis correctionibus aut reperiendis aut stabiliendis certum praesidium paretur. Libero pede quemadmodum soleo Iuliani scripta percurram ea delibans undique ubi me operae pretium facere posse sperem. Plurima sunt apud Iulianum foede corrupta, in quibus complura mihi quidem videntur ἀνιάτως ἔχειν, nisi forte libri multo meliores quam Vossianus liber est ex aliquo angulo protrahantur, cuius rei perexigua apud me spes est. Quum ante multos annos sedulo Italiae bibliothecas nobilissimas et Codicibus Graecis instructissimas perscrutarer et quidquid bonae frugis reperissem cupide colligerem, duo tantum Iuliani Codices Mss. in manus meas inciderunt quos conferendi labore non indignos esse intellexi, nam quid attinet ex apographis minimi pretii acervos discrepantium scripturarum exstruere, quae nemini prosint? Sunt duo Marciani notati numeris

CCLI et CCCLXVI. Cum illo contuli orationem IV, quae l gitur in eo libro Fol. 91. rect. et inscribitur:

'Ιουλιανοῦ καίσαρος εἰς τὸν βασιλέα ἥλιον πρὸς σαλουςῖν (sic): —

et orationem, quae ibid Fol. 100. rect. scripta est et inscr pta: 'Ιουλιανοῦ αὐτοκράτορος καίσαρος (sic) ἀντιοχικὸς ἢ μισ πώγων. Cum Marciano Codice CCCLXVI. contuli orationem Fol. 238. vers.: τοῦ αὐτοῦ ἐγκώμιον πρὸς τὸν αὐτοκράτορα κω ςάντιον, et II: τοῦ αὐτοῦ περὶ τῶν τοῦ αὐτοκράτορος πράξεων περὶ βασιλείας Fol. 223. rect. et III: τοῦ αὐτοῦ ἐγκώμιον πρ τὴν βασίλισσαν εὐσεβίαν Fol. 251. vers. et Iuliani *Caesare* qui liber Fol. 215. rect. inscribitur ut in Vossiano: 'Ιουλιαν αὐτοκράτορος συμπόσιον ἢ κρόνια.

Vossianum Codicem notabo V, Marcianum 251. Ma et 36 Mb.

Ac primum quidem probe animadvertendum est in nonnull Iuliani scriptis Vossianum Codicem *archetypum esse reliquorum librorum omnium, utpote ex illo ipso aut eius apographis d scriptorum*, quod ubi semel erit compertum patet *nullam rel quorum librorum rationem haberi oportere ubi de archetypi l ctione liquido constet.* Habebunt reliqui libri tum demum al quem usum, ubi Vossianus Codex iniuria temporis detrit vel commaculatus non servat amplius antiquae lectionis vest gia, quae olim quum apographa conficerentur in illo libro a parebat. Dabo exemplum. Epistola apud Spanhemium LXII p. 452. non aliunde quam ex Vossiano libro ad nostram not tiam pervenit. Legitur in Codicis folio ultimo pag. 281 s quod folium multis modis est corruptum, detritum, perrosu et maculatum. Quo tempore apographa confecta sunt pler que satis commode poterant expediri: sed quanta fuerit e rum qui descripserunt socordia et imperitia, et quam sit pr pterea utile etiamnunc archetypi Codicis scripturam indagar paucis ostendam. Editur p. 452. B. χρόνος δὲ οὐ βραχὺς ὅτ διατρίβων ἔτι ἐς τὴν ἑσπέραν ἐπειδή σε λίαν ἀρέσκειν ἐπυθόμη αὐτῷ φίλον ἐνόμισα. Ecquis est qui concoquere possit: διατρ βων ἔτι ἐς τὴν ἑσπέραν? Non opinor. In Codice est ἔτι κ* in fine versus et in sq. τὴν ἑσπέραν, itaque satis certum e ἔτι κατὰ τὴν ἑσπέραν, id quod loquendi usus postulat, oli

ibi recte scriptum fuisse. Quod continuo sequitur: apud Spanhem.: *καίτοι συμβαίνειν ἔχον ἐκεῖνο καλῶς εἰωθεν ἐμοὶ διὰ περιττὴν εὐλάβειαν· τὸ σοῦ γὰρ εἶδος οὐδὲ εἶδον καὶ ὡς ἡγεῖσθαι χρὴ φιλίας μὲν γνῶσιν, γνώσεως δὲ πεῖραν*, non est sic in antiquo libro scriptum sed: *καίποι* * * tribus litterulis perrosis, deinde *ἔχον — εὐλάβειαν. Τὸ, οὐ γὰρ ἔγω* * * *ην* * * * in fine versus et in sq. vs. *οὐδὲ εἶδον· καὶ ὡς ἡγεῖσθαι κτέ.* In priore lacuna quid lateat non exputo: *συμβαίνειν* a nescio quo temere fictum de nihilo est. Secunda lacuna certa emendatione sarciri potest, nam *τό*, indicat nobilem aliquam sententiam aut poëtae verba omnibus nota a Iuliano laudari. Ecce ipsa eius manus emicat: *τὸ, οὐ γὰρ ἔγωγε ἤντησ' οὐδὲ ἶδον, καὶ ὡς ἡγεῖσθαι χρὴ κτέ.* ex Homeri Iliad. Δ. 374:

ὡς φάσαν οἵ μιν ἴδοντο πονεύμενον· οὐ γὰρ ἔγωγε
ἤντησ' οὐδὲ ἶδον· περὶ δ' ἄλλων φασὶ γενέσθαι.

Res manifesta est: quid igitur eo facias qui nobis impudenter obtrudit *τὸ σοῦ γὰρ εἶδος οὐδὲ εἶδον*, quod credunt significare » *tuum enim vultum haud equidem vidi*" quasi esset haec Graeca et Iuliano digna oratio et compositio. Sed nihil attinet *νεκρὸν ἐπισφάττειν*, ad reliqua transeo. A quo sumserit Iulianus: *ἡγεῖσθαι χρὴ φιλίας μὲν γνῶσιν, γνώσεως δὲ πεῖραν*, suspicor magis quam certo scio. Vide autem quae continuo sequantur: *ἀλλ' ἦν τις ὡς ἔοικεν οὐκ ἐλάχιστος παρ' ἐμοὶ λόγος. καὶ τοῦτο αὐτὸς ἔφης.* Haud vidi magis. Petavius commiscitur aliquid in versione, quo nihil proficimus. In Vossiano libro una tantum litterula discrepat: legitur enim perspicue *καὶ τοῦτο αὐτὸς ἔφας*, non *ἔφης*: scriptum est *ἔφ* cum notissimo compendio syllabae *ας*. Scin quid Iulianus scripserit? nempe: *ἀλλ' ἦν τις ὡς ἔοικεν οὐκ ἐλάχιστος παρ' ἐμοὶ λόγος καὶ τοῦ αὐτὸς ἔφα.* Ego te non novi, inquit, sed *plurimum apud me valet* communis nostri doctoris *auctoritas*. Itaque tibi quamquam ignoto sacerdotium mando illius commendatione fretus. Scripserat enim paulo ante: *ἔστι γὰρ ἡμῖν ὁ κοινὸς καθηγεμὼν οὐ μικρὰ. καὶ μέμνησαι δήπου*, in quibus verbis *οὐ μικρὰ καὶ* mendosa esse et *τοῦ καθηγεμόνος* nomen in se continere suspicor. Dubitanter coniicio *ὁ κοινὸς καθηγεμὼν Ὀριβάσιος. μέμνησαι δήπου.* Qui dixerat: *ex quo te illi vehementer placere intellexi habeo te in amicorum*

numero, rectissime pergit dicere se tantum ei tribuere atque olim praeceptori suo tribuebant illi quibus *αὐτὸς ἔφα* esset in ore. Solent *τοῦ* et *τοῦτο* inter se permisceri: *ἔφας* pro *ἔφα* sciolus substituit. Etiam quae continuo sequuntur egregie nostram rationem confirmant: *διόπερ ἐγὼ καὶ τότε σε τοῖς γνωρίμοις ᾤμην δεῖν ἐγκαταλέγειν καὶ νῦν ἐπιτρέπω πρᾶγμα κτἑ.* Quid est enim *διόπερ*? nempe *propterea quod illi places, cuius ego auctoritatem securus sequor.* Simillimus locus est in Epistola eiusdem argumenti ad alium Pontificem p. 298. B. *εἰ μὴ ἠπιςάμην ἅμα μὲν τοῦ καθηγεμόνος ἅμα δὲ τῶν μεγίςων θεῶν μαρτυρούντων ὅτι τὴν λειτουργίαν ταύτην διαθήσῃ καλῶς — οὐδ' ἂν ἐτόλμησά σοι μεταδοῦναι τοσούτου πράγματος*, ubi vide quam negligenter haec vertantur: *partim* ducis ipsius *partim maximorum deorum testificatione.*" Nemo nescit quo sensu quis et in aliis studiis et in philosophia praesertim *καθηγεμών* alicuius fuisse dicatur. Sequitur p. 452. C: *σὺ δὲ καλῶς, ὥσπερ ἦν ἄξιον ἐλπίζειν, αὐτὸ μεταχειρίσαιο πολλὴν μὲν εὐφροσύνην ἐνταῦθα παρέξων, ἐλπίδα δὲ ἀγαθὴν μείζονα τὴν εἰς τὸ μέλλον.* In Codice est *σὺ δὲ * καλῶς.* perroso folio periit *εἰ* cuius voculae tenuia quaedam vestigia supersunt: deinde *ὥσπερ οὖν ἄξιον ἐλπίζειν*, ut Iulianus scribere assolet. Risum movet *ἦν* pro *ἐςὶ* positum. In caeteris nihil variat, sed manca est sententia: requiro (*ἴσθι*) *πολλὴν μὲν εὐφροσύνην ἐνταῦθα παρέξων* aut aliquid huiusmodi. Post pauca in Codice est *οὓς δὴ καὶ μάλιςα*, vulgo *δή* omittitur. Sequitur locus pessime mulcatus et in apographis temere expletus. Perspicue legitur *ἄρχειν τῶν περὶ τὴν ἀσίαν ἱερῶν ἁπάντων — — — — πόλ * * ἱερ * * καὶ ἀπονέμοντι τὸ πρέπον ἑκάςῳ. πρέπει δὲ ἐπιείκεια μὲν πρῶτον ἄρχοντι χρηςότης τε ἐπ' αὐτῇ καὶ φιλανθρωπία πρὸς τοὺς ἀξίους αὐτῶν τυγχάνειν.* Inter *ἁπάντων* et *πόλ * ** perierunt litterae circiter viginti. Sententia, credo, huc redierat: *προεστῶτι τῶν κατὰ χώραν καὶ πόλεις ἱερέων καὶ ἀπονέμοντι τὸ πρέπον ἑκάςῳ.* Statim addit: *ὡς ὅςις γε ἀδικεῖ μὲν ἀνθρώπους, ἄνομος ἐςὶ πρὸς θεοὺς, θρασὺς δὲ πρὸς πάντας ἢ διδακτέος μετὰ παρρηςίας ἐςὶν ἢ μετ' ἐμβριθείας κολαςέος.* In his turpe mendum latet quod absque librorum auxilio corrigi ab unoquoque potest. Quis audivit umquam *ἄνομος πρὸς θεούς*? Audivit autem? Quis non statim intelligit illud neque cogitari neque

dici umquam potuisse? Ut *ius* et *fas* sic Graece δίκη καὶ θέμις certo usu ubique distinguuntur. Quemadmodum Latine nomini *fas* respondet *pium*, et *iustum piumque duellum* appellatur quod secundum *ius*] ac *fas* susceptum est, sic Graece quoque θέμις habet sibi respondens ὅσιον, nam θεμιτὸς, ἀθέμιτος et ἀθέμιστος sunt Ionica. Itaque δίκαιος καὶ ἄδικος περὶ τοὺς ἀνθρώπους, ὅσιος καὶ ἀνόσιος περὶ τοὺς θεούς perpetuo omnium usu trita sunt. Plane eodem sensu quo ὅσιος dicitur εὐσεβής, et ἀσεβής quo ἀνόσιος. Sic pro εὐσέβεια apud Euripidem noto loco appellatur Ὁσία, πότνα θεῶν. Saepe coniuncta leguntur ὅσιος μὲν περὶ θεοὺς, δίκαιος δὲ περὶ ἀνθρώπους. In Xenophontis Apologia § 22. ubi editur: Σωκράτης τὸ μήτε περὶ θεοὺς ἀσεβῆσαι μήτε περὶ ἀνθρώπους ἄδικος φανῆναι περὶ παντὸς ἐποιεῖτο, verissime R. B. HIRSCHIG ἀσεβής emendavit. Iulianus itaque poterat dicere: ἄδικος μὲν πρὸς ἀνθρώπους, ἀνόσιος δὲ πρὸς θεούς, maluit autem orationem sic variare ut diceret: ὅσις ἀδικεῖ μὲν ἀνθρώπους, ἀνόσιος δ' ἐςὶ πρὸς θεοὺς, θρασὺς δὲ πρὸς πάντας. Inspiciamus nunc veterem Codicem: liquido apparet ἀνό * * ός ἐςι πρὸς θεοὺς, ut nulla sit dubitatio quin olim ἀνόσιός ἐςι male omissa vocula δέ fuerit scriptum. Satis apparet iterum describentium oscitantia. Caeterum in Codice vitiose μετὰ ἐμβριθείας legitur. Post pauca conspirat liber vetustus in absurda lectione ἐντελέςερον αὐτίκα μάλα σὺν τοῖς ἄλλοις εἰσὶ· μικρὸν δὲ τέως ὑποθέσθαι σοι βούλομαι. Verum vidit Wyttenbachius in Epist. Crit. p. 38. pro εἰσὶ reponens εἶσῃ, *scies*. Leviter tamen errat, nam εἶσει more Attico Iulianum scripsisse et ΕΙΣΕΙ a scribis in εἰσὶ deformatum esse mox demonstratum dabo. Apparet statim novus error in verbis p. 453. B: οἰόμενος χρῆναι ἂν πατρίους ἐξ ἀρχῆς φυλάττεσθαι νόμους, nam quid sibi vult, quaeso, importunum et ineptum ἄν in tali loco? Diu et multum rimatus Codicis scripturam vidi sic emendate scriptum esse: οἰόμενος χρῆναι τοὺς πατρίους ἐξ ἀρχῆς φυλάττεσθαι νόμους. Quanto melius qui Codicem sic descripserunt voculam ἄν revocassent in vicinia ubi liquido scriptum est in Codice οὐ γὰρ ἂν ἦσαν οὕτω καλοί, sed vulgo ἄν necessarium omissum est. Quod addit παρὰ ἀνθρώπων ἁπλῶς γενόμενοι dictum est Iuliani more qui παρά perperam sexcentis locis pro ὑπό ponere consuevit.

Deinde pro τῆς ἀκαθάρτου τρυφῆς · in Codice est τῆς ἀκαθάρτου * * * τρυφῆς quinque fere litterulis deletis, fortasse ταύτης: tum ἀεὶ μὲν οὖν ὠδυράμην habet, vulgo οὖν abest: deinde τοὺς μὲν — — ων — ειασ σχολῇ προσέχοντας οὕτω διαπύρους et post pauca μὴ γεύσαιντο μὴ δὲ * * τοῦ μὴ παρὰ * * * ἀποθλιβέντος. Nil iuvat liber scriptus in sqq. ἐπείπερ ὃν τιμῶσιν * * ἀλλ' ἀληθῶς ὄντα δυνατώτατον. In ON latet ΘΝ id est θεόν, quae sic scripserim: ἐπείπερ θεὸν τιμῶσι τὸν ὡς ἀληθῶς ὄντα δυνατώτατον. Etiam in novissimis verbis titubatum est: impedita est verborum compositio in ἐκεῖνο μόνον ἁμαρτάνειν, ubi ἁμαρτάνοντες vel καὶ ἐκεῖνο μόνον ἁμαρτάνειν locum expediret. Pro ὅτι μὴ καὶ τοὺς ἄλλους θεοὺς ἀρέσκοντες αὐτῷ μάλιστα τῷ θεῷ θεραπεύουσιν requiritur: ἀρέσκοντες τούτῳ μάλιστα τὸν θεὸν θεραπεύουσιν. Sequitur: ἀλλ' ἡμῖν οἴονται τοῖς ἔθνεσιν ἀποκεκλεῖσθαι μόνοις, in Codice est ἀποκεκλη in fine versus, tum * * σθαι μόνοις. Exciderunt duae litterulae et accentus. Non est igitur ulla dubitatio quin olim lectum fuerit: ἀποκεκλη(ρῶ)σθαι μόνοις. Denique pro ἐκ τῆς γαλιλαίας δυσσεβεῖς, quod liquido in Vossiano legitur repone δυσσεβείας. Reliqua perierunt.

Percurram nunc duos alios Iuliani libellos, quorum similiter omnis emendatio uno Codice Vossiano nititur, ex quo solo in nostras manus pervenerunt. Duas dico Epistolas, alteram ad Themistium datam, alteram ad nescio quem Pontificem, quae in Codice Vossiano librarii socordia mirum in modum implexae sunt et in unum mixtae, deinde a Petavio diremtae. Utramque diligentissime in Codice relegam et si quid incidet animadversione dignum paucis animadvertam.

Pag. Spanhem. 253. A. ὥσπερ οὖν γράφεις, solet in talibus, ut iam vidimus, οὖν apud Iulianum ineleganter παρέλκειν. Eodem modo, id est perinepte, Aelianus ὁσπεροῦν solet scribere pro ὅς vel ὅσις vel ὅσπερ.

(Pag. 253. B. φρίκη τις προσείη: sic Codex et Edd. pro προσήει tralaticio errore. Caeterum melius Iulianus ὑπήει scripsisset: non *adire* aliquem Graecis horror dicitur, sed *subire* (ὑπιέναι). Infelix est Wyttenbachii suspicio in Epist. Crit. p. 23. φρίκην τε προσείεις reponentis: neque enim φρίκην προσείειν Graecum est, ut φόβον vel ἐλπίδα, nam *spem* aut

metum alicui intentare possumus, *horrorem* non magis quam *febrim* aut aliud quodlibet morbi genus: praeterea haec cura *olim* Iuliani animum remordebat, non ex recentibus Themistii litteris erat iniecta.

Non est Graecum p. 253. B: τῆς τελείας ἀρετῆς οὐδὲ ἐπ' ὀλίγον ἀφίκωμαι. Quis a me docendus est ἐφικέσθαι in tali re necessarium esse? In Codice prima manus quum ἀφίκωμαι dedisset statim supra ἀ scripsit ἑ manifestum errorem corrigens.

Pag. 254. A: πᾶσαν ἀποσεισάμενον σχολῆς ἔννοιαν καὶ ῥᾳσώνην: sic Codex quoque exhibet, ῥᾳσών cum compendio syllabae ην. Emenda: καὶ ῥᾳσώνης.

Ibid. τῶν νομοθετῶν [ἁπάντων] μέμνησαι — καὶ τούτων ἁπάντων μείζονα χρῆναι — λέγεις νῦν περιμένειν: reseca prius ἁπάντων. Ridiculum est Solonem, Pittacum et Lycurgum appellare τοὺς νομοθέτας ἅπαντας.

Pag. 254. B. ἕως ἐπὶ νοῦν ἤγεν ὁ θεός: Codex ἤγαγεν, quod verum est.

Pag. 254. C. ὥσπερ εἴ τις — ἀκούει: nil mutat Codex. Lege ἀκούοι, ut recte λέγοι in sqq. editur. Post pauca recipe προσειπεῖν τοὺς ἐμπλέοντας pro ἐπιπλέοντας. Hostes infesti dicuntur ἐπιπλεῖν.

Pag. 255. A. καὶ τοὺς ἐμπλέοντας ἀπαθεῖς τοῖς οἰκείοις κακῶν παρασῆσαι: sic iterum Codex ἐμπλέοντας pro ἐπιπλέοντας; sed nunc quidem mendose, nam συμπλέοντας requirit loquendi usus. Qui mecum eadem navi vehitur dicitur σύμπλους μοι εἶναι vel συμπλεῖν. *Vectores* igitur si in alia navi sunt οἱ ἐμπλέοντες appellantur, si in eadem οἱ συμπλέοντες. Notum est ἐν et σύν in vetusta scriptura vix oculis discerni posse. Praeterea transpone ἀπαθεῖς κακῶν τοῖς οἰκείοις. Vide nunc mihi quantum mali perversa interpunctio afferat. Num tu intelligis: τοῦτο δὲ ἐσόμενον ἴσως, ἄδηλον ἔσαι σοι μέχρι τῆς τελευταίας ἐκείνης ἡμέρας? non crediderim. Petavius certe non intellexit, sed perplexa versione fere dixerim Iesuitικῶς et per ambages occultavit labem: tu dele virgulam et ἴσως cum ἄδηλον ἔσαι coniunge. In Codice passim, ut in plerisque libris Mss., praepostera et absurda interpunctio est, ut continuo: γνωρίμων πολλῶν· ξενικῆς φιλίας· ἰσορίας· ἐθνῶν καὶ πόλεων

ὑπεριδόντα, scriba non sensit ἱστορίας ἐθνῶν καὶ πόλεων coniuncta esse.

Duplex mendum est in sqq. σοφὸν ἀποφαίνειν τὸ τοῦ Νεοκλέους ὃς κελεύει λαθεῖν βιώσαντα: emenda ἀποφανεῖν τὸν τοῦ Νεοκλέους, id est Epicurum Neoclis F. Tralaticium mendum est ἀποφαίνειν pro ἀποφανεῖν, ut saepe alibi ostendimus. Non minus frequens error librorum conspicitur in vicinia: προεξαίρειν τὴν τοιαύτην γνώμην: rescribe sodes προεξαιρεῖν.

Quod legitur pag. 255. C. πειρασθῆναι μὲν ἐπισχεῖν vitiosum est. Graeculi pro πειρᾶσθαι dicebant πειράζειν, non πειράζεσθαι. Codex servat veram lectionem πειραθῆναι. Post pauca exhibet ὑπὲρ τηλικούτων ἔργων κελεύοντες, vulgo ἔργων omittitur. Vitiosiora sunt quae sequuntur: ὡς οὖν οὐκ ἀρετὴ μόνον ἐστὶν οὐδὲ προαίρεσις κυρία καὶ ὀρθὴ, πολὺ δὲ πλέον ἡ τύχη κτἑ. Quid multa? Rescribe: ὑπὲρ τηλικούτων ἔργων —, ὧν οὐκ ἀρετὴ μόνον ἐστὶν οὐδὲ προαίρεσις κυρία ὀρθή, πολὺ δὲ πλέον ἡ τύχη. Stuporem mihi vide hominis, qui inter κυρία et ὀρθή copulam credidit poni oportere. Iterum duplex mendum expelle e verbis: Χρύσιππος δὲ ἐῴκει τὰ μὲν ἄλλα σοφὸς εἶναι καὶ νομισθῆναι δίκαιος, imo vero: Χρύσιππος δὲ δοκεῖ et νομισθῆναι δικαίως.

Interstrepit sciolus p. 256. B. εἰ μὲν εὐσχημόνως ἔφερον — τὴν τύχην [οὐκ ὀδυνώμενοι] παραμυθίαν ἔσχον ἐκ τῆς ἀρετῆς οὐ μικράν. Facile apparet non sat recte composita haec esse; namque, ut opinor; ὁ εὐσχημόνως φέρων τὴν τύχην sentit ille quidem animi dolorem, sed dissimulat, praeterea ὁ μὴ ὀδυνώμενος solatio non indiget. Expungendum est emblema οὐκ ὀδυνώμενοι, sive ita magistellus in ora libri annotaverit sive οὐκ ὀδυρόμενοι, quod esset paulo melius, sed utrumque perinde Iuliano indignum est et una litura delendum.

Pag. 256. C. κρεῖττον εἶναι τὸ κατ' ἐκείνην μακαριστὸν τέλος τοῦ κατ' ἀρετὴν ἐπαίνου μαντευόμενον: Codex ἐπαινετοῦ μαντευόμενον. quorum ἐπαινετοῦ probum est ac recipiendum: quid faciam participio μαντευόμενον non reperio.

Est in vicinia locus ubi repente alia epistola diversissimi argumenti epistolam ad Themistium interrumpit, ut supra indicavimus. Seponemus eam nunc primum et absolvemus id quod instituimus. Et priora quidem p. 256. C. καὶ πεποιήκασι

καὶ στρατηγὸν λόγοι prorsus sunt ἀδιανόητα. Paulatim aliqua sententiae lux affulget. Exponitur quam sit molesta res imperare, in qua adversus fortunae inconstantiam nihil sit praesidii, nam regem non esse illum quem fingant philosophi, neque quem dicat Diogenes, fortunae non obnoxium οὐκ ἔχοντα μὲν εἰς ὅ τι παρ' αὐτῆς (sic solet Iulianus pro ὑπ' αὐτῆς) εὖ πάθῃ καὶ τοὐναντίον ἐπὶ τίνι (lege ἐν τίνι) σφαλῇ, sed illum regem ὃν ἡ συνήθεια καλεῖν εἴωθε, quem (inquit) πῶς ἄν τις ἔξω τύχης ἀπαγαγὼν μὴ θέσιν φυλάσσοι, πάλιν δὲ αὐτὸν ὑποτίθης ταύτῃ πόσης αὐτῷ δεῖν οἰήσεται τῆς παρασκευῆς, in his hoc solum video pro ὑποτίθης participium ὑποτιθείς esse reponendum: πάλιν δὲ αὐτὸν ὑποτιθεὶς ταύτῃ πόσης αὐτῷ δεῖν οἰήσεται κτέ. quid lateat in μὴ θέσιν φυλάσσοι quaerant alii. Post pauca scribe: θαυμαστὸν — πολὺ δὲ θαυμαστότερον pro θαυμασιώτερον, nam in huiuscemodi comparatione *idem* adiectivum retineri debet. Corrige ex Codice foedum mendum p. 257. C: εἰ γὰρ ὄφειλεν ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος ἀπορεῖν κτέ. recte ὤφελεν habet Vossianus.

Mendosum est p. 259. A. ταύτην τὴν ῥῆσιν — ὅλην παρεγραψάμην μή με κλέπτειν ὑπολάβῃς, emenda παρέγραψα μή, quae male iuncta παρεγραψάμην pepererunt, quo facto μή repetitum est. In tali re παραγράφειν usitatum est dicere, non παραγράφεσθαι. Est in vicinia exemplum p. 257. D. παραγέγραφά σοι τὴν ῥῆσιν, et p. 260. D. Ἀριστοτέλους παραγράψω λόγον, et p. 263. D. ἐξ ὧν παραγέγραφας, et passim ita loquuntur.

Vitiosa forma legitur p. 259. B. καὶ τὸ Σωκράτους δομάτιον: recte Codex δωμάτιον servat, quod Iulianus ponit pro οἰκίδιον, *aedicula*, *parvae aedes*, quum apud Veteres ubique sit *cubiculum*, id est pars aedium in qua somnum capere solebant.

Conspirat Codex in stulto errore p. 259. B. τὰ ἐπικρεμασθέντα — δείγματα pro δέλματα; apparet quam nihil isti cogitent. Mendo caret in sqq. ἄκλητος ὑπὲρ αὐτοῦ δεησόμενος ubi editur ὑπὲρ δὲ αὐτοῦ.

Stulte abundat praepositio p. 259. D. πρὸ τῆς εἰς τὴν Ἑλλάδα διαγενομένης ἡμῖν ἀφίξεως. Codex nil iuvat, sed nil opus libris ut vincam legendum esse: εἰς τὴν Ἑλλάδα γενομένης.

Optime Codex omittit articulum p. 260. A. *ὁποίας ἔγραφον ἐπιστολὰς πρὸς σέ* exhibens, non *τὰς ἐπιστολάς*.

Qui aegre ferunt vocales quasdam a Criticis resecari propter intolerabiles hiatus a solis librariis importatos retineant scripturam Codicis p. 260. C:

ἔρδοι δὲ ἕκαστος ἥντινα εἰδείη τέχνην.

Tria menda insunt in his verbis p. 260. D: *οὐ γλαῦκα Ἀθηναίοις ἄγων, ἀλλ' ὅτι μὴ παντάπασιν ἀμελῶν τῶν ἐκείνου λόγων δεικνύμενος*, repone *Ἀθήναζε ἄγων* et *ἀμελῶ*, et a Codice recipe *ἐπιδεικνύμενος*, et mox ex eodem *τὰ περὶ τῶν τέκνων* pro *παρά*.

Pag. 261. C. scribe *φησὶ γὰρ τῷ ῥήματι οὕτω λέγων* pro *οὕτω ῥήματι τοῦτο*. Compara locum Demosthenis in Prooemiis p. 1457, 17: *Ἰφικράτης ἔφη δεῖν οὕτω προαιρεῖσθαι κινδυνεύειν τὸν στρατηγὸν ὅπως μὴ τὰ καὶ τὰ γενήσεται ἀλλ' ὅπως τά· οὕτω γὰρ εἶπε τῷ ῥήματι.* Deinde scribe: *πρὸς τοσαύτην τύχης ὑπεροχήν*, non *τοσαύτης*.

Pag. 262. B. *καὶ ποταπὸν τἀδίκημα τεθεαμένος*, Codex *ποταπόν ἐστι τἀδίκημα*.

Pag. 263. B. *καὶ περὶ μὲν τούτων εἴτε ὀρθῶς ἔγνωκα νῦν, εἴτε — σφάλλομαι — διδάξεις αὐτός τε καὶ μάλα*, nullo negotio vera scriptura eruitur e Codicis lectione *αὐτός τε καὶ μάλα*, in quo latet *αὐτὸς αὐτίκα μάλα*. Saepe apud Iulianum *αὐτίκα μάλα* recurrit, ut in loco, quem supra emendavimus: *αὐτίκα μάλα εἴσει*, et alibi passim.

Non est sana scriptura p. 265. C. *ἔφησθ' ἅπαν τὸν ἐν τῇ πράξει παρὰ τὸν Φιλόσοφον ἐπαινεῖς βίον*, Codicis lectio vix apparet. Videor tamen mihi *ἔφησθα ὅτι τὸν* videre, quae optime se habent et locum restituunt. Mox Codex *διαπορεῖν ἄττα* pro *ἅττα*: indocti scribae titubant in *ἅττα* et *ἄττα* et *ὁποῖ' ἄττα* et sim. quae omnia olim obsoleta erant et a Iuliano ex Platonis potissimum frequentissimo usu recocta.

Post pauca corrige: *οὐδαμοῦ κατὰ τὴν ὑπὸ σοῦ προστεθεῖσαν λέξιν*: pro *κατὰ* in Cod. et Edit. est *καὶ*, sine sensu.

Leve sed non negligendum p. 264. B. *τοῦτ' ἀληθές* in Cod. esse pro *τοῦτο ἀληθές* similiterque p. 266. A. *εἰ τοῦτ' ᾤετο* pro *τοῦτο*.

Reseca *ἐκεῖνος* ineptissime repetitum p. 264. C: *ἆρ' οὖν οὐκ*

ἦν ἐκεῖνος πρακτικὸς, ἐπεὶ μηδενὸς ἦν [ἐκεῖνος] κύριος;

Recte Codex τὴν ἀντισθένους ἀνδρείαν pro ἀνδρίαν. Emendate scribitur p. 265. A. νικᾶν μὲν γὰρ ἀνδρείας ἐστὶ μάλιστα καὶ τῆς τύχης, κείσθω δὲ εἰ βούλει καὶ τῆς ἐντρεχοῦς ταύτης φρονήσεως, sed in his κείσθω vitium concepit. Elapsa est vetus praepositionis sigla, quam sic revoca: προσκείσθω δὲ εἰ βούλει κτὲ.

Non iuvat Cod. p. 265. D. εἰ μὴ διὰ τῶν — λόγων ἀπελογήσατο — ὤφειλεν ἂν εἰς τέλος αἰσχύνην ἀναπάλλακτον. Iam olim in verbis ὀφλισκάνειν, ὀφλεῖν et ὀφείλειν impingebant eruditi. Fieri potest ut ipse Iulianus peccaverit: si culpa caret ὤφλεν ἄν dederat et scribae in permiscendis ὀφλεῖν et ὀφείλειν antiquum obtinuerunt.

Post pauca turpi errore scribitur: Μουσώνιος ἐξ ὧν ἔπαθεν ἀνδρείως καὶ μὴ διήνεγκεν ἐγκρατῶς τὴν τῶν τυράννων ὠμότητα γέγονε γνώριμος. Docti homines μὴ eliminarunt, sed nil prodest, nam Graecum est ἐγκρατῶς φέρειν non διαφέρειν. Emendandum esse arbitror: καὶ νὴ Δί' ἤνεγκεν ἐγκρατῶς.

Nonnulla male habita sunt p. 266. A: σὺ δὲ αὐτὸς ἡμῖν ἄπρακτος εἶ (Cod. recte εἴ) μήτε στρατηγῶν μήτε δημηγορῶν — ἀλλ' οὐκ ἂν φαίην νοῦν ἔχων ἀνήρ. ἔξεσι γάρ σοι φιλοσόφους ἀποφήναντι εἰ δὲ μὴ τρεῖς ἢ τέτταρας μείζονα τὸν βίον εὐεργετῆσαι — πολλῶν ὁμοῦ βασιλέων. Mendosum est φαίην. Tricatur Petavius: »*nequaquam id sapiente viro dignum esse* dixerim." tu scribe οὐκ ἂν φαίη νοῦν ἔχων ἀνήρ. Iisdem verbis Iulianus utitur p. 84. C: τούτους δὲ οὐδὲ ἰσχυροὺς ἂν φαίη νοῦν ἔχων ἀνήρ. Praeterea facile senties aliquid desiderari in verbis: φιλοσόφους ἀποφήναντι εἰ δὲ μὴ τρεῖς ἢ τέτταρας. Concedentis est εἰ δὲ μή et aliquid remittentis. Itaque *maiorem numerum* prius posuisse Iulianum patet, deinde tribus vel quatuor contentum esse se dixisse. Sine dubitatione suppleo: ἀποφήναντι δέκα, εἰ δὲ μὴ τρεῖς ἢ τέτταρας. In huiuscemodi re Graeci *decem* ponere assolent, ut Agamemnon:

αἲ γὰρ, Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον,
τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες εἶεν Ἀχαιῶν.

et ipse poëta:

οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἴη.

Accedit quod sic liquido apparet cur interciderit numerus.

Praecedentis participii ΑΠΟΦΗΝΑΝΤΙ vocalis ultima numeri denarii notam I. absorpsit, quod saepius apud alios factum esse alibi demonstravimus, et apud Iulianum saepius ita peccatum esse in sqq. ostendemus.

Violatur loquendi usus p. 266. D. in verbis *δεδιὼς μὴ φιλοσοφίαν, ἧς ἐρῶν οὐκ ἐφικόμην, εἰς τοὺς νῦν ἀνθρώπους οὐδὲ ἄλλως εὐδοκιμοῦσαν διαβάλλω*, nam constanter omnes *διαβάλλειν πρός τινα* dicebant, ut *κατηγορεῖν πρός τινα*, et similia. Itaque repone: *πρὸς τοὺς νῦν ἀνθρώπους*.

Semel eximendum est *τε* ex sqq. *ἔκ τε τοῦ κρείττονος τὸ [τε] πλέον καὶ παρ' ὑμῶν τῶν φιλοσοφούντων*.

Excidit copula p. 267. A. *εἰ δέ τι μεῖζον ἀγαθὸν τῆς ἡμετέρας παρασκευῆς, ἧς ὑπὲρ ἐμαυτοῦ γνώμης ἔχω τοῖς ἀνθρώποις δι' ἡμῶν ὁ θεὸς παράσχοι*. Scriptum olim in Codice recte erat: *παρασκευῆς καὶ ἧς ὑπὲρ ἐμαυτοῦ*, cuius lectionis in charta perrosa tenuissima quaedam sed certa vestigia supersunt.

Pervulgatus error obsidet locum p. 267. B. *τῷ θεῷ — προανατεθεικὼς ἅπαντα*, imo vero *προσανατεθεικώς*, quo composito sequiores in tali re uti solent. *Προανατιθέναι* in hac sententia sensu vacuum esse facile senties.

Venio nunc ad illam Epistolam, quam ad Pontificem nescio quem scriptam soli Codici Vossiano debemus. Initio et fine truncata librarii oscitantia mediae Epistolae ad Themistium implexa est, ut supra ostendimus.

Prima pars opprobria et maledicta in Christianos continet, unde mirificum quemdam errorem eximamus. *ἐπὶ δὲ τῶν οὐ προσιόντων τοῖς θεοῖς*, inquit, pag. Spanhem. 288. A: *ἐφ' ὃ τῶν πονηρῶν δαιμόνων τεταγμένον φῦλον, ὑφ' ὧν οἱ πολλοὶ παροιστρούμενοι τῶν ἀθέων ἀναπείθονται θάνατον, ὡς ἀναπτησόμενοι πρὸς τὸν οὐρανὸν ὅταν ἀπορρήξωσι τὴν ψυχὴν βιαίως*. In his intelligi non possunt et mendosa sunt verba *ἀναπείθονται θάνατον*. Comminiscitur aliquid Petavius: »*mortem appetendam esse persuadent sibi.*" Quid id, quaeso, est aliquid appetendum esse *sibi persuadere?* Fortius aliquanto et acrius Iulianus scripserat sed librarii una vocali corrupta perdiderunt omnia. Quod in antiquo libro scriptum erat ΘΑΝΑΤΑΝ isti in *θάνατον* stulte refinxerunt, quum dare debuissent: *ἀναπείθονται θανατᾶν*. Noto omnium usu ponitur *θανατᾶν* de iis, qui *ultro*

ad mortem ruunt, quod quam recte de Christianis Iulianus posuerit perspicuum est. Scribae θανατᾶν aut in θανατιᾶν depravant, quae non est forma Graeca, aut aliis modis vitiant. Plane idem vitium alibi exemimus ex Antiphanis versiculo, qui dixerat:

τίς δ' οὐχὶ θανατᾷ μισθοφόρος, ὦ φιλτάτη,
ὃς ἕνεκα τοῦ ζῆν ἔρχετ' ἀποθανούμενος;

sed θανάτου pro θανατᾷ legitur in libris scriptis et editis Stobaei Floril. 53, 9. Quod affertur ex Luciano *de morte Peregrini* cap. 32; μακρὰν χαίρειν Φράσας θανατιῶντι σοφιστῇ, tam vitiosum est θανατιῶντι quam μακρὰν χαίρειν. Rescribe et θανατῶντι et μακρὰ χαίρειν. Dicebant veteres πολλὰ χαίρειν et μακρὰ χαίρειν. Graeculi sequiores, sexcentis locis mendosum suum μακράν veteribus obtrudunt, non raro impune. Sed ad Iulianum revertor.

Revoca necessariam particulam p. 288. C: ὅθεν (δ') ἐξέβην εἰς τοῦτο ἐπανήξω.

Fugit Petavii acumen manifestus error p. 289. A. ἐπεὶ δὲ τὸν ἱερατικὸν βίον εἶναι χρὴ τοῦ πολιτικοῦ σεμνότερον ἀκτέον ἐπὶ τοῦτον καὶ διδακτέον. ὄψονται δὲ ὡς εἰκὸς οἱ βελτίους. Acute vidit Wyttenbachius *Epist. Crit.* p. 24. »pro ὄψονται legendum ἕψονται, *sequentur*." Liquido ἕψονται in Vossiano Codice scriptum exstat, sed ἕψ noto nexu complexa sunt, qui videtur homuuciones fugisse. Spanhemius quam nihil in hoc genere videat in multis aliis deinde apparebit.

Conspirat Codex in vulgatae vitio p. 289. B: οἱ τοῖς ἑαυτῶν δεσπόταις συνδιαθέμενοι περί τε φιλίας καὶ σπουδὰς καὶ ἔρωτας ἀγαπῶνται πλέον τῶν ὁμοδούλων, nam ferri non potest *medium* συνδιαθέμενοι, necessario requiritur *passivum*, quamobrem συνδιατιθέμενοι est reponendum. Ecquis est qui in talibus θέσθαι et τεθῆναι inter se permutari posse existimet? Praeterea θέσθαι et τίθεσθαι tam saepe confunduntur atque βάλλειν et βαλεῖν, λείπειν et λιπεῖν, φεύγειν et φυγεῖν et sim., in quibus omnibus libera datur optio contemta futili librorum et librariorum auctoritate. Continuo istiusmodi error apparet p. 290. B. ὑποβαλλόμενοι τοὺς οἰκέτας καὶ προθέντες πανταχοῦ τὰ ἀγγεῖα, imo vero ὑποβαλόμενοι, ut tu vides.

Peccat cum editis Codex p. 290. B. θαυμάσειε δ' ἄν τις εἰ

τοῦτο μὲν ἀξιοῦμεν — τὰ δυνατὰ δὲ μὴ πράττωμεν, rescribe: πράττομεν. Post pauca Codex verum servat p. 290. C: βασιλικαῖς παραβάλλεσθαι χορηγίαις pro vulgata παραβαλέσθαι.

Animadvertit errorem Petavius sed non sustulit p. 290. D: ἀπεσώθη μοι τέλειος ὁ κλῆρος τῆς τίτθης »aviae meae hereditas" vertit, sed Graeca sonant »meae nutricis." Emenda τῆς τήθης et tralaticium hunc scito esse in permultis libris errorem.

Non satis est p. 291. A. διὰ τοὺς ἀναιτίους οἴκτου τινα νέμειν [ἐν] τοῖς πονηροῖς, molestam praepositionem ἐν expungere: requiritur νέμειν καὶ τοῖς πονηροῖς, quemadmodum recte in vicinis legitur: τῶν πονηρῶν ἕνεκα καὶ περὶ τοὺς οὐδὲν ἠδικηκότας ἀνηλεῶς διακεῖσθαι.

Quod sequitur: Φοιτᾷ πρὸς τὸν νεὼν — ἐπιλαθόμενός τε·

πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες

πτωχοί τε ξεῖνοί τε,

emenda: ἐπιλαθόμενος τοῦ, ut supra vidimus: τὸ· οὐ γὰρ ἔγωγε ἤντησ' οὐδὲ ἴδον, et passim τό in talibus usurpari ecquis est qui nesciat?

Emenda ex Codice vulgatam lectionem p. 290. C: πῶς δὲ ὅταν ἑταίριον θεραπεύων Δία — οἴεται τὸν Δία καλῶς θεραπεύειν; quamquam Codice nihil opus est ut intelligas pro ὅταν corrigi oportere ὁ τὸν ἑταίρειον θεραπεύων Δία, nam manifestum est et ὁ et τὸν necessario requiri. Eadem opera ἑταίρειον rescripsi: Codex ἑταίριον servat, ut solent scribae in vocabulis omne genus propter linguae imperitiam EI et I susque deque habere.

In sqq. recipe μέν ex Codice: τὰς μὲν ἐπωνυμίας τῶν θεῶν —, ἔργῳ δὲ κτέ.

Neglecta tenuis lineola exemit N necessarium et corrupit locum p. 292. A: ὃν τρόπον τότε ἕνα καὶ τὴν μίαν τὸν αὐτὸν τρόπον τοὺς πολλούς τε καὶ τὰς πολλάς. Repone τόν τε ἕνα καὶ τὴν μίαν.

Iterum deprensum vitium intactum reliquit Petavius p. 292. D. ubi ex Codice editur: κἀκεῖνο δεξιὸν ἐννοεῖν ὅσοι παρὰ τῶν ἔμπροσθεν ἀνάλωνται λόγοι περὶ τοῦ φύσει κοινωνικὸν εἶναι τὸ ζῷον τὸν ἄνθρωπον. Nihil plane est δεξιόν. Petavius quum verteret »*consideratione est dignum*" probe perspexit κἀκεῖνο

δ' ἄξιον ἐννοεῖν genuinum esse, sed nescio quomodo scribarum hallucinationem incorrectam reliquit. Saepiuscule eum ita vidi facientem etiam in apertissimis vitiis, cuius rei luculentum exemplum apponere iuvat. Edidit in Orat. III. p. 115. C. ubi enumerantur beneficia ab Eusebia in multos collata: ὅδε μὲν τὸν πρῶτον δι' ἐκείνην νέμεται κλῆρον, ἐκεῖνος δὲ ἀπηλλάγη τιμωρίας, ἄλλος συκοφαντίαν διέφυγε κτέ. Dubius haerebis si quis ex te quaeret quid sit τὸν πρῶτον κλῆρον νέμεσθαι. Sensit vitium Petavius et emendavit quum verteret »*quod hic illius beneficio* paternam hereditatem *obtineat.*" Scilicet vera lectio est τὸν πατρῷον κλῆρον, quae sine mendo elapsa est p. 290. A. οἷς πατρῷος μὲν κλῆρος οὐ γέγονεν, sed saepius a scribis in πρῶτος depravata fuit. Quemadmodum enim in libris vetustis pro πατήρ scribitur ΠΗΡ, eodem modo ΠΡΙΣ, ΦΙΛΟΠΡΙΣ, ΠΡΙΟΣ, ΠΡΩΙΟΣ et similia passim occurrunt pro πατρίς, φιλόπατρις, πάτριος et πατρῷος, et saepius viri docti, ubi in libris nostris πρῶτος legitur, verissime πατρῷος emendarunt. ΠΡΩΙΟΣ et ΠΡΩΤΟΣ nihil propemodum differunt et vix oculis discernuntur. Exempla passim obvia: apud Dionem Chrysost. in Orat. XII. p. 394. Reisk. in libris est: πρῶτον διακαλοῦμεν pro πατρῷον Δία καλοῦμεν. Duplici errore apud Hesychium v. Ἐννηής pro πρᾷος scriptum est πατρῷος. Notabilis in paucis error est commissus apud Aelianum in H. A. p. 168, 16, ubi libri habent:

ὅσοι κατὰ τὸ πατρῶον καὶ μύρων ἐπιςάται,

pro:

ὅσοι κατόπτρων καὶ μύρων ἐπιςάται,

ex Euripidis Oreste vs. 1112, ubi vide notam Porsoni. Redibo mox ad illud mendorum genus, quorum correctione nihil potest esse certius et evidentius. Petavius tamen, ut vides, manifestam fraudem certis indiciis a se deprehensam intactam relinquere maluit. Redi nunc ad locum ubi δεξιὸν pro δ' ἄξιον imperiti Graeculi descripserunt: sciendum est autem αξ et εξ in libris paullo vetustioribus oculis quidem vix discerni posse, sed in talibus quoque νοῦς ὁρᾷ et nulla umquam potest esse ambiguitas et optio incerta, veluti hoc ipso loco quis ambigat utrum κἀκεῖνο δεξιὸν ἐννοεῖν an κἀκεῖνο δ' ἄξιον ἐννοεῖν sit Iuliani manus? Adscripsi et reliquam loci partem

ut novum ex ea mendum eluam. Non est enim sanum: *λόγοι περὶ τοῦ φύσει κοινωνικὸν εἶναι τὸ ζῷον τὸν ἄνθρωπον*, sed expuncto molesto articulo legendum: *φύσει κοινωνικὸν εἶναι ζῷον τὸν ἄνθρωπον*, ut emendate legitur p. 201. C: *ξυνίεσαν φύσει κοινωνικὸν καὶ πολιτικὸν ζῷον τὸν ἄνθρωπον εἶναι*, ex quibus locis nullo negotio revocabis veram scripturam p. 288. B. *ὄντος τἀνθρώπου φύσει πολιτικοῦ ζῴου*, ubi nunc male omisso articulo *ἀνθρώπου* scribitur. Saepe apud Iulianum antiquas crases Atticas a Graeculis obliteratas esse alio loco diligenter ostendam. Nunc institutum iter perficiam.

Quae lacuna est p. 294. C: *ὅςις οὖν ἐςι * * βασιλεὺς ἡδέως ὁρᾷ τὴν τοῦ βασιλέως εἰκόνα* nata est ex Codicis scriptura situ et madore corrupta. Quatuor litterulae perierunt, sed quid lateat luce clarius est et a Petavio olim repertum, nempe *ὅςις οὖν ἐςι φιλοβασιλεὺς ἡδέως ὁρᾷ κτἑ.* dubitationem omnem vicina eximent. Notissima est omnibus haec nominis forma ex Alexandri dicto: *Κράτερος μὲν γὰρ φιλοβασιλεὺς, Ἡφαιςίων δὲ φιλαλέξανδρος*, nec dubito quin eadem forma Plutarcho reddenda sit in Aemilio Paulo cap. 24. *φιλοβασιλεῖς Μακεδόνες* pro *φιλοβασίλειοι*, nec me movet Lobeckii auctoritas Graecitatis aetates omnes in unum confundere soliti, cuius patrocinio formam *φιλοβασίλειοι* munivit Dindorf. ad Steph. Thes. Scilicet *φιλοβασίλειος*, si esset Graecum, non significaret *φιλῶν τὸν βασιλέα*, sed *τοὺς βασιλείους*.

Non est Graecum quod p. 296. A. legitur *βοῶσι μεγάλα*, sed *μέγα*. Dominatur in talibus usus, qui certus est et stabilis et innumerabilibus locis compertus labefactari non potest paucis scribarum erroribus aliena de more permiscentium. Fac inter legendum periculum, videbis *clamandi* verba omnia *βοᾶν, κεκραγέναι, γεγωνέναι, φθέγγεσθαι* caet. coniungi cum *μέγα, ὀξύ, τραχύ, τορόν, λαμπρόν, οὐράνιον ὅσον* et sim. neque quemquam in talibus plurali numero uti.

Excidit vocabulum prorsus ad sententiam necessarium p. 296. D. *ἄξιον εἶναί μοι διελθεῖν ἐφεξῆς ὁποῖός τις ὢν ὁ ἱερεὺς αὐτός τε δικαίως τιμηθήσεται*. Supplendum esse apparet *ἄξιον εἶναί μοι (δοκεῖ) διελθεῖν*. Desiderantur complura in fine, nam *αὐτός τε* arguit *alteram* sententiae partem a Iuliano fuisse additam. Nisi forte liberiore orationis compositione Iulianus usus est,

qui ubi dixerat se expositurum qualem esse oporteat sacrorum antistitem ut propter se ipsum merito colatur, statim ita perrexit: τὸ γὰρ ἡμέτερον οὐ χρὴ σκοπεῖν οὐδὲ ἐξετάζειν, quibus satis perspicue hoc dicit nemini *sua causa*, ut sibi gratum faciat, sacerdotes esse colendos et honore prosequendos, sed ipsos sacerdotes suis meritis virtutibusque dignos qui colantur esse oportere, sin minus sacrorum ministerio arcendos. Satis superque vel ex ipso Iuliano intelligitur sacrorum Romanorum antistites illis temporibus tales fuisse, quales posthac Christiani multi sacerdotes et monachi, praesertim in Italia, fuerunt κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί. Istos igitur sacerdotio movendos scribit p. 297. A: εἰ δὲ εἴη πονηρὸς ἀφαιρεθέντα τὴν ἱερωσύνην ὡς ἀνάξιον ἀποφανέντα περιορᾶν (χρή), in quibus verbis ἀποφανέντα mendosum est. Una literula inserta scribe ἀποφανθέντα: dicebant enim ἀνάξιον φανῆναι et ἀνάξιον ἀποφανθῆναι, quorum hoc de iis dicitur qui in iudicium adducti sunt et iudicum sententiis absoluti sunt aut damnati, probati aut reiecti. Idoneum exemplum est in hac ipsa Epistola p. 291. A. πολλῶν ἀποκεκλεισμένων ἐπὶ κρίσει καὶ τῶν μὲν ὀφλησόντων τῶν δὲ ἀθῴων ἀποφανθησομένων. Num tu putas bene Graece ἀποφαννησομένων ibi scribi potuisse? Eadem igitur de causa ἀνάξιον ἀποφανέντα dici non potuit.

His scriptis oculos in Codicem coniicio, in quo liquido scriptum esse video ἀνάξιον ἀποφανθέντα. Hoc igitur recipiamus censeo, quod et ex se spectatum et propter testium fidem unice verum esse intelligitur.

Post pauca p. 297. B. sacrorum antistitem appellat ἄνδρα καθοσιούμενον τοῖς θεοῖς, sed tu rescribe καθωσιωμένον. Ferresne paulo ante: διὰ τὸ καθιεροῦσθαι τοῖς θεοῖς pro vulgata καθιερῶσθαι? Non opinor: prorsus enim necessarium sentis esse perfectum. Eadem plane est ratio loci ubi nunc καθοσιούμενον aequis animis Editores tulerunt.

Scribae iterum minime coniungenda stulte coniunxerunt p. 297. C: οὐδὲ γὰρ εὔλογον — οὐ τούτων μόνον ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπιτηδείων τιμᾶσθαι [καὶ] τὴν τιμὴν προσαφαιρεῖσθαι. Duos infinitivos alias res agentes per copulam iunxerunt, ne hoc quidem intelligentes τῶν ἐπιτηδείων τιμᾶσθαι esse τῶν τιμῆς ἀξίων et hoc dicere Iulianum: ἄλογον γὰρ τὴν τιμὴν προσαφαιρεῖ-

σθαι οὐ μόνον τῶν ἀναξίων τιμῆς ἀλλὰ καὶ τῶν ἀξίων.

Δέ in δή convertendum est et aliis locis et p. 297 C: ὥσπερ ἄρχων οὕτω δὴ καὶ ἱερεὺς πᾶς αἰδέσιμος. Saepissime Iulianus ὥσπερ — οὕτω δή coniungit, etiam alibi eodem modo depravatum.

Codex explet lacunam p. 298. B: τοῦτο μὲν γὰρ εἰ μὴ τὸ * ἠπιςάμην liquido exhibens εἰ μὴ τονῦν ἠπιςάμην. per nexum implexa ῦν homuncionibus imposuerunt.

Scribarum socordia fudit mendum p. 298. C: οὐκ αὐτόθεν αὐτὸ νοεῖς καὶ πράττεις μόνος, ἔχειν δὲ καὶ ἐμὲ σύμψηφον σεαυτῷ, pro ἔχειν, quod diserte in Cod. scriptum est, ἔχεις substituendum esse apparet.

Elapsa praepositio orationem obscuravit p. 299. A. (οἱ θεοὶ) οἵοί τε ὄντες καὶ τῆς ἐν τῷ βίῳ τούτῳ γενέσθαι ταραχῆς καὶ τὸ ἄτακτον αὐτοῦ καὶ τὸ ἀλλόκοτον ἐπανορθοῦν: ita demum haec verba intelligi poterunt ubi rescripseris: τῆς ἐν τῷ βίῳ τούτῳ περιγενέσθαι ταραχῆς. Quis non saepe περιγίγνεσθαι eo sensu positum legit, quo πρωκτὸς λουτροῦ περιγιγνόμενος proverbio dicitur? Contra περιγενέσθαι vitio circumfertur in alio quodam Iuliani loco, quem obiter emendare iuvat: Legitur in Orat. III. p. 128. D. historia de Pericle, quam Iulianus, ut permulta alia, ex Plutarchi Vitis sumsit. Periclis amici res praeclaras ab illo domi militiaeque gestas illo audiente inter se concelebrant: ὁ δὲ τοιούτοις μὲν οὐδὲ ἀχθόμενος οὔτε γαννύμενος δῆλος ἦν, ἐκεῖνο δὲ ἡξίου τῶν αὐτῷ πεπολιτευμένων ἐπαινεῖν, ὅτι τοσοῦτον ἐπιτροπεύσας τὸν Ἀθηναίων δῆμον οὐδενὶ θανάτου αἴτιος γέγονεν οὐδὲ ἱμάτιον μέλαν τῶν πολιτῶν τις περιβαλόμενος περιγενέσθαι ταύτης αἴτιον αὐτῷ τῆς συμφορᾶς ἔφη. Ex his primum minora quaedam menda sic eximie ut scribas: ὁ δὲ τούτοις μὲν οὔτε ἀχθόμενος οὔτε γανύμενος δῆλος ἦν, et inseras χρόνον negligenter omissum ὅτι τοσοῦτον (χρόνου) ἐπιτροπεύσας κτἑ. Nunc vide an περιγενέσθαι concoquere possis. Scin quid Iulianus dederit? nempe Περι(κλέα) γενέσθαι ταύτης αἴτιον αὐτῷ τῆς συμφορᾶς ἔφη,

Revoca ex Codice fugitivam voculam p. 299. B: ὁρῶσι μὲν ἡμᾶς οὐχ ὁρωμένοις (δὲ) ὑφ' ἡμῶν.

Negligenter relata est scriptura Codicis in veteri oraculo p. 299. D. ubi editur:

καὶ διὰ κυανέης ἁλὸς ἔρχεται· οὐδ' ἐλελήθει
πλήθους ἀσερόεσσα

et ex Vossiano pro ἐλελήθει affertur ἐληθει (sic). Codicis scriptura haec est: οὐδέ ἐ λήθει πλήθουσ σερόεσσα. Vera lectio est, ut vides, οὐδέ ἐ λήθει, quid lateat in πλήθουσα σερόεσσα quaerendum. Non diu quaerere opus erit: in ΠΛΗΘΟΤΣΑΣΤΕΡΟΕΣΣΑ una litterula vitiose abundat quam si exemeris veram lectionem habebis, quae haec est: οὐδέ ἐ λήθει πληθὺς ἀσερόεσσα. Producit πληθύς ultimam, ut constat: Hom. Iliad. B. 278:

ὣς φάσαν ἡ πληθύς· ἀνὰ δ' ὁ πτολίπορθος Ὀδυσσεὺς
ἔζη σκῆπτρον ἔχων.

Librarius veterem librum describens, in quo ΠΛΗΘΤΣΑΣΤΕΡΟΕΣΣΑ legeretur, visus est sibi participium πλήθουσα videre, quo recepto addidit σερόεσσα nihili vocabulum et sic loci sententiam pessumdedit funditus.

Idem homo in ultimo oraculi versiculo sic dedit metri securus:

εὐσεβέσιν δὲ βροτῶν γάννυμαι τόσσον ὅσσον Ὀλύμπῳ,

pro γάνυμαι τόσον. Eodem modo librarii omnes passim grassantur et consonantes contra rationem et usum stulte geminant, unde plurimi errores inveterarunt, qui vix hodieque radicitus evelluntur. Multum delectatur Iulianus verbo γάνυμαι pro ἥδομαι, χαίρω, ut supra de Pericle vidimus: ὁ δὲ τούτοις μὲν οὔτε ἀχθόμενος οὔτε γανύμενος δῆλος ἦν, sed constanti errore Graeculi γάννυμαι substituunt de suo. Antiqua et genuina forma est γάνυμαι, ἐγανώθην et γεγάνωμαι (namque haec usus loquendi coniunxit, quod diligenter notandum) neque tantum χαίρω vel γέγηθα significat sed dicitur de ea laetitia *quae in vultu renidet*: γανύμενος est (ut Aristophanis verbis utar) φαιδρὸς λάμποντι μετώπῳ. In consonantibus inepte et stulte geminandis nihil est quod scribae non committant. Nihil est frequentius, ut hoc utar, quam ut μέλλει μοι pro μέλει scribatur. In Iuliani vetusto Codice legitur locus ex p. 256. A. sic scriptus: οἷς τοῦ μὲν ἀποθανεῖν ἔμελλεν ἴσως οὐδέν, τοῦ δὲ μὴ λείπειν ἀτελεῖς τὰς πράξεις ἐφ' ἃς ἐξ ἀρχῆς ὥρμησαν καὶ σφόδρα ἔμελλεν, et ubique talia recurrunt, sive

longa vocalis praecedit ut in ἐριννύς, Κηφισσός, Ἀλικαρνασσός, sive correpta ut in τιθασσός, τιθασσεύειν et θρυλλεῖν, τεθρύλληται, διατεθρύλληται et sim. Sic Νισαῖοι ἵπποι dicebant Veteres, iidem a Graeculis νισσαῖοι appellantur. Addam ex Iuliano insigne huiuscemodi erroris exemplum. ΑΛΗ sicubi in vetustis libris occurrebat a stolidis scribis in ἄλλη convertitur, iugulata loci sententia. Duo haec habe ex Iuliano exempla: p. 58. B: ὥσπερ δὲ ἔκ τινος ταλαιπωρίας καὶ ἄλλης δυσυχοῦς τῆς σὺν τῷ τυράννῳ βιοτῆς κατάγειν σφᾶς ἐπ' ἀκεραίοις τοῖς πρόσθεν ἠξίου. Intelliges locum ubi emendaveris καὶ ἄλης δυσυχοῦς. Proprie ἄλη et ἀλᾶσθαι dicuntur de iis qui *patria extorres* miseri et inopes vagantur. Saepius sic et alii et Dio Chrysostomus suum exilium appellat. Imposuit error Petavio qui locum non intellectum sibi utcumque interpretatur. Acutius vidit p. 439. B. in verbis: καθάπερ τὸν Ὀδυσσέα φασὶν ὅτε ἐκ τῆς ἄλλης τὴν Ἰθάκην εἶδεν, nam quum ita verteret: »*cum post diuturnos* errores *Ithacam revisit*" satis ostendit se ἄλης, non ἄλλης, interpretari. Quum igitur sint menda id genus in omnibus libris frequentissima, futile est ista omnia ex libris cum pulvisculo expromere. Imo vero sic habendum *nostri ubique esse arbitrii* ex linguae ratione et usu et ex cuiusque loci sententia *constituere utrum geminanda sit consonans an non sit*, spretis ac derisis librariis, qui neque Graece sciant neque quid quoque loco legatur intelligant. Cui, quaeso, non absurdum esse videbitur utrum ἔβαλον an ἔβαλλον, ἐβαλόμην an ἐβαλλόμην scribendum sit, quaerere ex libris, in quibus ἔμελε et ἔμελλε et sim. perpetuo confundantur? Editur p. 58. A. ὃς πρῶτος ἐπὶ νοῦν ἐβάλλετο — ἀφελέσθαι τοῦ γέρως ἡμᾶς. Apparet dici »qui consilium *cepit*" non *capiebat*: itaque invitis libris omnibus ἐβάλετο verum esse satis apud nos constabit.

Barbara scriptura commaculat locum p. 300. B. Θέα δὲ τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ θεοῦ, quantocyus restitue θεῶ, *specta*, *vide*.

Si hoc ages facile odoraberis mendum in his p. 301. A: (οἱ θεοὶ) ἐργάζονται οὐδὲ ἓν κακὸν οὐδὲ ἀνθρώπους οὐδὲ ἄλλους φθονοῦντες καὶ βασκαίνοντες καὶ πολεμοῦντες. ὁποῖα γράφοντες μὲν οἱ παρ' ἡμῖν ποιηταὶ κατεφρονήθησαν, οἱ δὲ τῶν

Ἰουδαίων προφῆται διατεταγμένως κατασκευάζοντες — θαυμάζονται. Intelligisne quid sit οὐδὲ ἄλλους? Petavio nihil subboluit quum verteret »*nihil mali neque hominibus neque caeteris inferre.*" Enumerantur ipsa mala φθόνος, βασκανία, πόλεμος, atque ea commisisse Dii a poëtis Graecis (ut Iulianus scribit) arguebantur. Quibus igitur *invidere*, quibuscum *bellum gerere* Dii praeterquam cum hominibus dici potuerunt? Vel caecus videat: nempe *ipsi inter sese:* idque, si fides Poëtis, fecere saepius. Itaque emenda οὔτε ἀνθρώπους οὔτε ἀλλήλους, ac memento, si forte adhuc nesciveris, perpetuo in libris ἄλλων et ἀλλήλων, ἄλλοις et ἀλλήλοις, ἄλλους et ἀλλήλους ridiculum in modum inter se permutari. Quantum ea res sententiae afferat detrimenti facilis coniectura est ac habes exemplum, cui alterum ex Iuliano addam. In Orat. VIII. p. 244. D. ad Sallustium amicorum carissimum ita scribit: κακὸν μὲν δοῦναι τῶν πολιτῶν τινι τοσοῦτον δέω λέγειν ἀπέσχομεν ὥστε οὐδὲ ἐβουλευσάμεθά ποτε μετ' ἀλλήλων· χρηστὸν δὴ εἴ τι γέγονεν ἢ τι βεβούλευται κοινῇ παρ' ἡμῶν τοῦτο ἀλλήλοις εἰπεῖν μελήσει. Alibi animum habebat occupatum Petavius quum verba τοῦτο ἀλλήλοις εἰπεῖν μελήσει sic verteret: »*de hoc privatim inter nos agebatur.* Non potuit *agetur* scribere et tantum absurditatis concoquere: itaque verbis Graecis vim attulit ut nihil diceret. Videamus autem quid Iulianus dixerit, qui, praeterquam ubi de rebus theologicis edisserit, ineptire non solet. Nempe idem dixit quod unusquisque paulo modestior de iis quae ipse recte honesteque fecerit in tali re dicere consuevit. »*Nemini quidquam mali fecimus, et, si quid fecimus boni, non nostrum est id praedicare*, aliorum *ea cura erit.*" Restituamus igitur locum in hunc modum: χρηστὸν δ' εἴ τι γέγονεν ἢ βεβούλευται κοινῇ παρ' ἡμῶν τοῦτο ἄλλοις εἰπεῖν μελήσει. Satis est perspicuum ἄλλοις pro ἀλλήλοις verum esse: praeterea δή in δ' refingi postulante sententia oportuit et importunum τι ex praecedente H natum expungi. Redeo nunc ad locum unde huc digressus sum, nam duo in eo scripturae vitia supersunt. Primum μέν transponendum est οἱ μὲν παρ' ἡμῖν ποιηταί, ut quibus opponuntur: οἱ δὲ τῶν Ἰουδαίων προφῆται. Si quid Iuliano credimus, Graecorum poëtae qui Diis humana vitia odium, livorem, invidiam, bella

intestina tribuebant contemnebantur, sed in magna admiratione erant Iudaeorum prophetae eadem διατεταγμένως συγκατασκευάζοντες. Vehementer mihi de mendo suspectum est adverbium διατεταγμένως. Petavius colorem aliquem his callide magis quam perite quaesivit. Exime unam litterulam et manum Iuliani habebis: διατεταμένως *enixe, summo studio.* Solemne est librariis τέταμαι, praesertim in compositis, refingere in τέταγμαι, et διατεταγμένως praeterquam quod ab huius loci ratione abhorret omnino non videtur Graecis fuisse in usu.

Admonet Iulianus sacrorum antistites ut historiam rerum gestarum diligenter legant sed abstineant a fabulis et commentis ad historiae speciem fictis et libellis amatorii argumenti et si quid est eiusdemmodi. Ea omnia veluti in haec tempora scripta sunt. Sed mendosa oratio est: nullo autem negotio deprensum vitium sanabis. Πρέποι δ' ἂν ἡμῖν ἱστορίαις ἐντυγχάνειν ὁπόσαι συνεγράφησαν ἐπὶ πεποιημένοις τοῖς ἔργοις· ὅσα δέ ἐστιν ἐν ἱστορίαις ἤδη παρὰ τοῖς ἔμπροσθεν ἀπηγγελμένα πλάσματα παραιτητέον ἐρωτικὰς ὑποθέσεις καὶ πάντα ἁπλῶς τὰ τοιαῦτα. Memorabilis locus est de scriptoribus Eroticis *apud antiquiores* (παρὰ τοῖς ἔμπροσθεν): qui hodie circumferuntur Iuliano recentiores sunt omnes. Memorabile est etiam quod de iis addidit: ἐγγίνεται γάρ τις τῇ ψυχῇ διάθεσις ὑπὸ τῶν λόγων καὶ κατ' ὀλίγον ἐγείρει τὰς ἐπιθυμίας, εἶτα ἐξαίφνης ἀνάπτει δεινὴν φλόγα, πρὸς ἣν οἶμαι χρὴ πόρρωθεν παρατετάχθαι, quae et ipsa veluti in haec tempora prudentissime scripta sunt. Sed mendum me dixi esse patefacturum. Latet in verbis ἐν ἱστορίαις ἤδη, tu emenda ἐν ἱστορίας εἴδει, vel potius a Petavio emendationem hanc accipe, qui non poterat »*historiae specie*" vertere nisi prius vulgatam sic correxisset.

Remove barbarismum p. 301. C. μήτε Ἐπικούρειος εἰσιέτω λόγος, faex Graeculorum ita loquebatur, quos duriter increpat Phrynichus. Iulianus εἰσίτω dederat. Recte scribitur p. 304, C. ἐξίτω et προσίτω, et similia his alibi. Notandum est quod refert Iulianus in sqq. *Deorum beneficio* iam tum plerosque libros Epicureorum et Scepticorum intercidisse: ἤδη γὰρ καλῶς ποιοῦντες οἱ θεοὶ καὶ ἀνῃρήκασιν ὥσε ἐπιλείπειν καὶ τὰ

πλεῖστα τῶν βιβλίων. Fanatici homines omnium temporum inter se sunt simillimi.

In vicinia scribae antiquam loquendi formam, quia non satis eius rationem intelligebant, impudenter interpolarunt. Legitur p. 301. C: οὐδὲν κωλύει τύπου χάριν ἐπιμνησθῆναι μὲν καὶ τούτων ὁποίων χρὴ μάλιστα τοὺς ἱερέας ἀπέχεσθαι λόγων. Qui recte cogitat in τούτων haerebit. Iulianus enim non sic scripserat, sed Platonem et Atticos imitatus καὶ τοῦ ὁποίων χρὴ — ἀπέχεσθαι λόγων. Saepius scribae eadem chorda oberrant articulis τοῦ, τῶν cet. pronomina τοῦτο, τούτων et sim. substituentes. Supra vidimus p. 452. B. sine sensu edi καὶ τοῦτο αὐτὸς ἔφης pro καὶ τοῦ αὐτὸς ἔφα. Eadem medicina et alium Iuliani locum sanabis, qui legitur p. 248. C: ἐγὼ δὲ γεγονὼς ἐκ τούτων οἷοι νῦν βροτοί εἰσιν ἀνθρωπικωτέροις ἐμαυτὸν θέλγω καὶ παράγω λόγοις, nam Iulianus Veterum more recte scripserat ἐκ τῶν οἷοι νῦν βροτοί εἰσιν, cui formae apud Iulianum et alibi pepercerunt et pag. 105. C: οὔτε τοῖς ὑπὲρ ὧν γέγονεν οὔτε αὖ τοῖς ἄλλοις.

Iterum pronomine in articulum reficto lux obscuris verbis clara affulgebit p. 302. B. τὰ ἐν τοῖς ἱεροῖς ὅσα πάτριος διαγορεύει νόμος φυλάττειν πρέπει. καὶ οὔτε πλέον οὔτε ἔλαττόν τι ποιητέον αὐτόν. ἀΐδια γάρ ἐστι ταῦτα τῶν θεῶν. ὥστε καὶ ἡμᾶς χρὴ μιμεῖσθαι τὴν οὐσίαν αὐτῶν ἵν' αὐτοὺς ἱλασκώμεθα διὰ (τοῦτο) πλέον. Inserui τοῦτο e Cod. incuria, ut videtur, Editoris omissum. Sed quid est: ἀΐδια γάρ ἐστι ταῦτα τῶν θεῶν? Infeliciter Petavius ἴδια coniecit et vertit: „haec enim *Deorum* propria *sunt*." Quid multa? Corrige οὔτε πλέον οὔτε ἔλαττόν τι ποιητέον αὐτῶν. ἀΐδια γάρ ἐστι τὰ τῶν θεῶν. quae ad Deorum cultum pertinent sempiterna esse scribit, quibus nihil addi nihil demi oportere.

Absurda vulgata scriptura p. 303. A. βαδίζειν εἰς οἰκίαν Φίλων Editoris cuiusdam errore nata videtur, quasi vero *amicorum* domus *una* fuisset. Sine mendo Codex εἰς οἰκίαν Φίλου. Deinde lege: πρέπει δέ, οἶμαι, pro πρέποι, et expunge ἤ in his: ἀφεκτέον ἡμῖν ἐσθῆτος πολυτελεστέρας ἐν ἀγορᾷ καὶ κόμπου [ἤ] καὶ πάσης ἁπλῶς ἀλαζονείας.

Miror quomodo doctos homines vera scriptura fugere potuerit p. 303. D: πάντων γοῦν τῶν ἐπιστρατευσάντων ταῖς Θήβαις ἐπὶ

τῶν ἀσπίδων — σύμπαντα γραφόντων — ὁ τῶν θεῶν ὁμιλητὴς ἄσημα ἐπεστράτευεν ἔχων ὅπλα. Adumbrata haec sunt ex Euripidis verbis Phoeniss. vs. 1118.

ὁ μάντις Ἀμφιάραος οὐ σημεῖ' ἔχων
ὑβρισμέν', ἀλλὰ σωφρόνως ἄσημ' ὅπλα.

quae apponens Wyttenbachius in *Epist. Crit.* p. 24. pro σύμπαντα substituebat σύμβολα vel σημεῖα. Neutrum horum Iulianus dederat, sed id quod ex ἄσημα (id est σῆμα οὐκ ἔχοντα) intelligitur σήματα γραφόντων. Clypeorum insignia Attici τὰ τῶν ἀσπίδων ἐπίσημα appellare solent, sed Tragici nonnumquam τὰ σήματα, quos Iulianus, ut saepe alibi, secutus est.

Lacunis hiat oratio quamquam in Codice dissimulatis p. 303. D. sqq. Apertissima omnium est prima: διόπερ οἶμαι χρὴ καὶ τοὺς ἱερέας ἵνα τυγχάνωμεν εὐμενῶν τῶν θεῶν. Sic uno tenore sine ullo lacunae indicio locus in Codice scribitur. Manifestum est tamen post τοὺς ἱερέας complura excidisse, quorum summa huc fere redierat: χρὴ καὶ τοὺς ἱερέας (ἡμᾶς τὰ περὶ τὰς ἐσθῆτας σωφρονεῖν) ἵνα τυγχάνωμεν εὐμενῶν τῶν θεῶν. Certum est enim Iulianum sacerdotibus modestiam in cultu ornatuque corporis commendavisse, quamquam verba ipsa quis praestiterit?

Mutata una vocali caligo premit haec Iuliani verba p. 304. A: τὸ δὲ ἡμᾶς αὐτοὺς οὐχ ἱερατικῶς ζῶντας ἱερέων ἐσθῆτα περικεῖσθαι πάσης ἐστὶ παρανομίας καὶ καταφρονήσεως εἰς τοὺς θεούς. Ferri nullo modo potest neque intelligi πάσης ἐστὶ παρανομίας. Quomodo quaeso πᾶσα παρανομία dici potuit? Sed salva res est. Genuinum est πόσης ἐστὶ παρανομίας, quod et analogia loquendi et multorum usus confirmant. Quemadmodum enim ἡ ἐσχάτη παρανομία, τηλικαύτη παρανομία et παρανομία τοσαύτη, et similiter in caeteris nominibus vitiorum et flagitiorum et rectissime et saepissime dicitur, sic πόσης ἐστὶ παρανομίας optime sese habet et ab ipso Iuliano profectum est.

Quae continuo sequuntur male divisa sunt et excidit aliquid, quod sic sarciendum esse censeo: Εἰρήσεται μὲν οὖν ἡμῖν καὶ περὶ τούτων δι' ἀκριβείας (ἐν ἑτέροις), νῦν δὲ ὡς τύπῳ πρὸς σὲ γράφω περὶ αὐτῶν. Τοῖς (δ') ἀσελγέσι τούτοις θεάτροις ἱερέων μηδεὶς μηδαμοῦ παραβαλλέτω. Vulgo ἐν ἑτέροις et δ' omissa

sunt, et a verbis *νῦν δὲ ὡς τύπῳ* novae sententiae initium constituitur, ut sit haec arena sine calce et plane *ἀσύγκλωστα*.

In iis quae sequuntur *οὔτε* in *εἴτε* depravatum orationis sensum plane conturbavit. vide modo: *νυνὶ δὲ οἰόμενος τοῦτο οὔτε δυνατὸν εἴτε ἄλλως, εἰ καὶ δυνατὸν φανείη, συμφέρον αὐτὸ γενέσθαι ταύτης ἀπεσχόμην παντάπασι τῆς φιλοτιμίας.* Nihil omnino supererit molestiarum ubi pro *εἴτε ἄλλως* restitueris *οὔτε ἄλλως — συμφέρον αὐτὸ γενέσθαι.* Verba *εἰ καὶ δυνατὸν φανείη* glossam sapiunt. Id ipsum iam inest in *ἄλλως*. Εἴτε et *οὔτε* saepius confusa vidi et apud alios: unum exemplum ex ipso Iuliano depromtum adiiciam. Editur in *Misopogone* p. 338. B: *τὸ γὰρ εἰς ἑαυτὸν γράφειν ἐπαίνους ἢ ψόγους εἴργει νόμος οὐδείς.* Codices Vossianus et Marcianus exhibent: *οὔτε ἐπαίνους οὔτε ψόγους*, quod ipsum probari non potest, sed servat intus hanc verissimam lectionem: *εἴτε ἐπαίνους εἴτε ψόγους.*

Quemadmodum supra vidimus vitiosam formam *ἐπειράσθην* e Codice emendari, sic et p. 304. B. Vossianus recte exhibet *πάντως ἂν ἐπειράθην* pro *ἐπειράσθην*.

Maculato Codice non amplius comparet vetus lectio p. 304. C. *μηδεὶς οὖν ἱερεὺς εἰς θέατρον·** τῳ μὴ δὲ * * * * φίλον θυμελικὸν μὴ δὲ ἁρματηλάτην.* Editur *εἰς θέατρον ἐξίτω*, quod risum movet: repone *εἰσίτω* et lacunam cum Petavio sic sarci: *μηδὲ (ἐχέτω) φίλον θυμελικόν*, quae literae hians spatium accurate explent. Deinde scribe *αὐτοῦ τῇ θύρᾳ προσίτω* pro *αὐτῶν*. Codicis scriptura in *μῖμος αὐτῶν* oculis cerni non potest.

Mendosum est p. 305. A. *διάκρισις ἔςω πρὸς τοῦτο μηδέτις οὖν*, sed in promtu est vera scriptura *μηδ' ἠτισοῦν*. Etiam alibi *μηδ' ὁτισοῦν* labem vitiumque concepit. Pag. 187. D: *αὕτη γὰρ ἡ φιλοσοφία κοινή πως ἔοικεν εἶναι καὶ δεῖσθαι οὔθ' ἧς τινος οὖν πραγματείας*, imo vero *οὐδ' ἡστινοσοῦν*. Post pauca insere articulum *ἔχων ἐν ἑαυτῷ (τὰ) δύο ταῦτα τό τε φιλόθεον καὶ τὸ φιλάνθρωπον*, et *ᾖ* pro *ἦν* repone in sqq. *εὖ ποιεῖν ἐπιχειρῶν ὅσους ἂν οἷός τε ᾖ.*

Sensu vacuum est quod legitur p. 305. C. *διὰ τοῦ δοκοῦντος τῶν ἐπιτηδευμάτων*, non prorsus mihi satisfacit *διὰ τοῦ*

εὐδοκιμοῦντος τῶν ἐπιτηδευμάτων, requiritur tamen aliquid eiusmodi.

Scribarum error, quo non est alius frequentior, obsidet hunc locum p. 305. C: ὥσπερ οἱ τὰ παιδία διὰ τοῦ πλακοῦντος ἐξαπατῶντες — πείθουσιν ἀκολουθεῖν ἑαυτοῖς. εἶθ' ὅταν ἀποσήσωσι πόρρω τῶν οἰκιῶν ἐμβάλλοντες εἰς ναῦν ἀπέδοντο. Si Iulianus dicere voluisset *procul ab aedibus* abductos esse pueros πόρρω τῆς οἰκίας scripsisset, sed scripserat *procul ab suis* πόρρω τῶν οἰκείων. Incredibile dictu est quam saepe EI a scribis in I vel contra depravatum sit idque iam in vetustissimis Codicibus. Παιδεία et παιδιά, ut hoc utar, in omnibus libris pueriliter confunduntur. Platonicum παιδιὰ οὐκ ἄμουσος solet passim in παιδεία οὐκ ἄμουσος abire, quasi vero aliud genus doctrinae alienum a Musis apud Graecos cogitari potuerit. Legitur in Iuliani Codicibus p. 124. D. παιδείαν οὐκ ἄμουσον ἐν αὐτοῖς ποιοῦμαι, cui παιδιάν reddidit Wyttenbachius in *Epist. Crit.* p. 13. Cyrillus contra Iulian. p. 272. A. e Platone affert: σπουδῇ τε ἅμα μὴ ἀμούσῳ καὶ τῆς σπουδῆς ἀδελφῇ παιδείᾳ, quod aliud agentes vertunt: »ac *studii sorore doctrina*. Quid opus est dicere verum esse τῇ σπουδῆς ἀδελφῇ παιδιᾷ. Longe omnium ineptissimus error te ludificatur p. 79. C. δέος οὐ φαῦλόν με ἔχει περὶ τῶν ἔμπροσθεν λόγων καὶ ἐμαυτοῦ· μήποτε ἄρα τοὺς μὲν παῖδας ἀποφήνητε, σοφιστὴν δὲ ἐμὲ γελοῖον καὶ ἀμαθῆ. Pro παῖδας ἀποφήνητε in Codice Vossiano est παιδείας ἀποφήνηται. Spanhemius ἀποφήνηται, quod nihili est, ex Codice attulit: παιδείας non attulit, in quo latet ipsa Iuliani manus παιδιὰς ἀποφήνητε. Omnino dici potest in omni genere verborum scribas contemta et turpiter ignorata linguae Graecae ratione et usu et pessumdata locorum sententia ubique EI et I permiscere. *Scies*, εἴσει, mutant in *sunt* εἰσί, u supra vidimus, permutantur ubique inter se στρατιά et στρατεία — λίαν et λείαν, ἀφίη et ἀφείη, χρυσία et χρύσεια et similia ali sexcenta, quae non tantum ex Codicibus constitui non po sunt, sed non debent amplius ista omnia ex Codicibus i discrepantium scripturarum farraginem recipi. Quid attin scire si quis se omnia *in praedam* minatur daturum, ut l gitur p. 57. A. καὶ λείαν ἅπαντα προθήσειν ἠπείλει, in al λίαν scribi? Tantundem, ut opinor, attinet, ac si pro μ

λίαν ἀγανάκτει ex aliis λείαν afferretur. Constat enim EI et I ubique stulte misceri: constat Graece *praedam* λείαν dici, *nimis* λίαν, quae si forte inter se permutata fuerit (vid. Wyttenb. *Epist. Crit.* p. 64.) ecquis tam demens erit ut librorum fidem appellet? Ubi Iulianus Callimachi verba affert p. 403. D: οὐ μάχην ἀείδοντας τὴν Βουπάλιον dubitabisne recipere:

οὐ μάχην ἀείδοντας | τὴν Βουπάλειον?

Quis enim est qui non fateatur in his omnibus liberam Graece scientibus optionem ubique dari et satis esse semel diligenter vitiosam scribarum consuetudinem notavisse? Scribae eadem perseverantia ΙΕΙ depravare solent saepissime in ΕΙ, ὑγεία scribentes et ταμεῖον et sim., sat saepe in Ι, ut in Ὀλύμπιον pro Ὀλυμπίειον, quod passim recurrit. Sunt qui ista menda *ob fidem veterum membranarum* exosculentur. Sunt qui pro πιεῖν, quoniam in Codd. vetustissimis nonnumquam ΠΙΝ comparet, serio credant πῖν esse recipiendum. Illi fruantur quod ament: nos contra librorum fidem quidquid vitiosum esse constabit audacter emendabimus, ἀφιεῖς reponentes p. 57. A. pro ἀφεὶς ἐλεύθερον et p. 156. C: τοῖς Κρονίοις — εὐθὺς συνάπτει τὰ Ἡλίεια pro τὰ Ἥλια. *Solis* enim *feriae* non possunt alio nomine quam τὰ Ἡλίεια appellari, et in insula Rhodo τὰ Ἀλίεια τὰ μεγάλα dicebantur, ut apud Comicum est Rhodios deridentem:

τὰ γὰρ Ἀλίεια τὰ μεγάλ' εἰς χολὴν μ' ἄγει.

Quod autem supra diximus αὐτίκα μάλα εἰσί non cum Wyttenbachio in εἴσῃ, sed in εἴσει, refingi oportere, huius rei rationes nunc reddere placet. Iulianus enim, ut reliqui omnes οἱ Ἀττικῶς γράφοντες, verborum in — ομαι secundam personam in — ει (non in — ῃ) terminabat. Demonstravi hoc in Alciphrone, in Luciano, in Philostrato, in Charitone, nunc etiam in Iuliano demonstrabo, si forte tandem secus sentientes in meam sententiam pertrahere possim. Demonstrabo autem sic, (quia nonnulli *coniecturas*, quas contemtim appellant, oderunt ac reformidant, quasi vero ullo alio modo quam *recte coniiciendo* amissa veritas in vitam revocari posset) ut nunc quidem coniecturis plane abstineam et utar sola librorum Mss. auctoritate, quam illi rationi suae ac iudicio anteponunt. Qui tandem id facere poteris, inquis? Dicam. Quia

olim in melioribus libris secundae personae, de quibus agimus, omnes in — EI exibant, factum est ut uno alteroque loco antiqua et emendata lectio elaberetur et ad nos intacta perveniret, cuius rei haec exempla apud Iulianum habe: p. 377. D: *εἰ δή τι καὶ παρ' ἡμῶν τοῦ κατὰ σὲ φιλικοῦ καπνοῦ δέει φθόνος οὐδείς*, diserte *δέει* et in Editt. et in Codice scriptum est. Similiter p. 200. B. evasit *δεήσει* pro *δεήσῃ*. In aliis Codex solus servat veterem lectionem, ut p. 432. B. *ἐμοὶ σὺ δ ι η γ ῇ τοὐμὸν ὄναρ*, Codex *διήγει τοὐμὸν*, volebat *διηγεῖ*, et in eadem forma p. 25. B. *ἴσως τὸ μηδέποτε τῶν πολεμίων ἧττον ἔχοντα ἀπελθεῖν εὐτυχὲς καὶ εὔδαιμον ἡγῇ τὸ δὲ ἀντισῆναι τῇ τύχῃ ῥωμαλεώτερον*, in utroque Codice V. et Ma legitur *ἡγεῖτο δὲ*: scriba HΓΕΙΤΟ male coniunxit, Iulianus *ἡγεῖ, τὸ δέ* voluerat. In *Misopogone* p. 345. C: *οὐ γὰρ διενοήθης ὅπως ἁ ρ μ ό σ ε ι ς τῶν ἀνδρῶν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν*, manifestum est pro *ἁρμόσεις* passivum requiri: Marcianus *ἁρμόσῃ* servat, Vossianus *ἁρμόσει*, quod verum est. Tanta est in his negligentia ut etiam *βούλῃ* legatur p. 377. A. *εἰ δὲ βούλῃ*, sed *βούλει* est in Vossiano. Fieri potest ut aliquis nunc quidem fidem librorum contemnendam esse putet et casu dicat esse factum ut in locis paucissimis — EI legatur ubi — HI genuinum sit. Negare non poteris, inquiet, quum HI, H et EI sexcenties inter se permutari saepe contendis, fieri potuisse ut in illis quoque EI pro HI vitio nasceretur. Non nego fieri potuisse, sed factum esse nego. Caeterum etiam hoc pertinaciter repugnantibus concedo: superest mihi aliud indicium ex libris. Factum est nonnumquam ut Graeculi formis antiquis in — EI parcerent quia *secundam* personam hanc esse non intelligebant et *tertiam* esse inepti putabant. Vide mihi huius rei luculentum exemplum apud Iulianum p. 52. D. *ἀφέντας χρὴ τὰ τοιαῦτα — ἐπὶ τὰ τούτων ἐγγυτέρω πρὸς ἀρετὴν καὶ ὧν μείζονα π ο ι ε ῖ προμήθειαν σώματος ῥώμης — θαρρούντως ἰέναι*. Miror quo pacto Petavius verba: *ὧν μείζονα π ο ι ε ῖ προμήθειαν* vertere potuerit: »*quae* apud illum *maiori in pretio sunt.*" quid? *π ο ι ε ῖν προμήθειάν τινος* Graecum esse putabimus? Quis nescit pro *προμηθεῖσθαι* dici posse *ποιεῖσθαι προμήθειαν*, et solere ita dici, sed *προμήθειαν ποιεῖν* non posse. Praeterea Iulianus ad ipsum Constantium orationem perpetuo convertit.

Praecedit: *μή ποτε ἄρα ἔλασσον ἔχειν δοκῇς*, sequitur: *σὲ δῆτα ἐθεασάμην, ὦ φίλε βασιλεῦ, κτἑ.* Quid pluribus opus est? ΠΟΙΕΙ *secundam* personam esse perspicuum est: »ad ea transeo, inquit, quae *apud te* maiori in pretio sunt quam divitiae." Quae res Petavio imposuit quanto facilius minimi pretii Graeculum potuit in fraudem erroremque impellere, et sic secundae personae forma antiqua *ποιεῖ* intacta ad nos pervenit.

Haec igitur causa est cur in *εἰσὶ* putem ΕΙΣΕΙ latere, et ubicumque nunc apud Iulianum secundae personae indicativi in *-ῃ* exeant, antiquam formam Atticam restitui oportere.

Quemadmodum ΕΙ et Ι tam saepe imperite confunduntur, ut non sit operae pretium scire utrum ΕΙ an Ι in Codicibus legatur, sic Η et ΕΙ, sic ΑΙ et Ε tam frequenter inter se locum mutant ut nihil attineat in unoquoque loco quaerere utra scriptura in libris Mss. circumferatur. Ridiculum est ex libris constituere velle utrum *ἤδῃ* an *εἴδῃ* an *εἴδει* sit scribendum, utrum *πλήν* an *πλεῖν*, *παριεἰς* an *παρῄεις* et alia eiusdemmodi quam plurima. Inepte et ridicule librarii dare se solent in confundendis *ἑταίρα* et *ἑτέρα*, *καινὸς* et *κενός*, *ἐπὶ κέρως* et *ἐπικαίρως*, *κε* et *καί*, *οἶμαι* et *οἵ με*, *οἷόν τε* et *οἵονται* aliisque de genere hoc sexcentis. Expromam ex Iuliano paucula. Recte Wyttenbachius in *Biblioth. Crit.* p. X. 1. pag. 39. emendavit locum in Orat. I. p. 31. B. ubi vitiose editur *παρεἰεἰς ἐπὶ τὸ βῆμα*, pro *παρῄεις prodiisti ad dicendum*. Recte nunc quidem in tali re Iulianus locutus est, nam dicebant Veteres *ἐπὶ τὸ βῆμα παριέναι* et *ποιεῖσθαι πάροδον*: praeterea *ἀναβαίνειν ἐπὶ τὸ βῆμα* et *ἀπὸ τοῦ βήματος καταβαίνειν*. Peccavit Iulianus alibi ubi pro *ἀναβαίνειν* et *καταβαίνειν* substituit *ἀνιέναι* et *κατιέναι* et *ἀπιέναι*. Locus est p. 76. D: *ἀνῄει τε ἐπ' αὐτὸ (τὸ βῆμα) βασιλεύς*, et p. 77. C: *ἀπὸ τοῦ βήματος κατῆλθεν*. Eadem negligentia dictum est p. 32. C: *ἀπῄεσαν ἀπὸ τοῦ βήματος* pro *κατέβησαν*. Notum est *κατάβα*, quo populus malos oratores solebat *καταθορυβεῖν*. Nunc igitur recte *παρῄεις* dixerat, quod in *παριεἰς* abiit, ut p. 253. B. *προσῄει* depravatum est in *προσεἰη*. Felix est Wyttenbachii emendatio p. 190. D. ubi in libris est: *εἷς μὲν ἢ δύο ἐπῆνει τότε. πλὴν γοῦν ἢ δέκα μυριάδες ὑπὸ τῆς ναυτίας διεσράφησαν*

τὸν ϛόμαχον. Perspexit enim in πλὴν latere veterem formam Atticam πλεῖν, quam alibi diligenter demonstravimus in Atticorum scriptis tantum non ubique scribarum fraude obliteratam esse. Apud Iulianum in antiqua corruptela ΠΛΗΝ tuto delituit. Ubi semel hoc indicio compertum est Iulianum Attica forma πλεῖν ἢ usum esse consequitur eandem formam reponendam esse ubi nunc πλέον ἤ legatur, veluti p. 321. A: πλεῖν ἢ τριακοσίας ὑπαγαγόμενος πόλεις pro lectione Cod. et Editt. πλέον ἤ. Caeterum nondum est persanatus locus ubi Wyttenbachius πλεῖν restituit, nam εἷς ἢ δύο ἐπῆνει non est Graeca oratio. Emenda εἷς ἢ δεύτερος ἐπῆνει, quod usitatissimum est Graecis loquendi genus. Numerorum notae saepe turbas dederunt: Ā ponebatur pro εἷς et πρῶτος, B̄ pro δύο et δεύτερος et sic deinceps, unde factum est ut ea inter se facillime confunderentur. Praeterea illae notae a scribis alias res agentibus saepius omitti prorsus solent cum insigni sententiae detrimento, sed si quis hoc agit facile sarcitur damnum. Vidimus supra ἀποφήναντι pro ἀποφήναντι Ι (δέκα), nunc duos alios errores eiusdemmodi e Iuliano eluemus. Alter latet p. 13. B. in verbis: πυνθάνομαι δὲ Ἀλκιβιάδην μόνον ἐξ ἁπάντων Ἑλλήνων οὕτως εὐφυῶς μεταβολὰς ἐνεγκεῖν ὡς καὶ μιμήσασθαι μὲν τὴν Λακεδαιμονίων ἐγκράτειαν — εἶτα Θηβαίους καὶ Θρᾷκας ὕϛερον καὶ ἐπὶ τέλει τὴν τῶν Περσῶν τρυφήν. Excidit manifesto post μιμήσασθαι nota α′ et legendum est: μιμήσασθαι (πρῶτον) μέν — εἶτα κτἑ. Alter error commissus est p. 19. B: εἴ τις τὴν πατρῴαν οὐσίαν πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς νεμόμενος ἑκατὸν ταλάντων — εἶτα ἔχων μνᾶς ἔλαττον ἠγάπησεν. Excidit post ἔχων nota numeralis N̄ et reponendum est: εἶτα ἔχων πεντήκοντα μναῖς ἔλαττον ἠγάπησεν. Graecitatis ratio requirebat dativum, (ut apud Theophrastum ὁ βδελυρός in Charactt. cap. XI. χρέος ἀποδιδοὺς τριάκοντα μνῶν ἔλαττον τετράσι δραχμαῖς ἀποδιδόναι dicitur) itaque μνᾷ ἔλαττον utique scribendum fuerat ut esset »*unica mina minus caeteris acceperit*," sed dabis mihi tenuius hoc esse quam pro iis quae adduntur: ἐπαίνων ἂν ἐδόκει καὶ τιμῆς ἄξιος ὡς χρημάτων κρείττων. Tanta laus, ut opinor, apud Iulianum minime avarum hominem non tam vili pretio erat parabilis. Sed redeo ad illos locos ubi ΕΙ et Η inter se permutata ver-

borum sententiam obscuraverunt. Luculentum huius rei exemplum reperi p. 197. A. ubi Diogenis Cynici dictum legitur, non, qualia sunt alia sexcenta quae eius nomine circumferuntur, scurrile et philosopho indignum, sed magnum ac sapientem virum arguens. Ἐπειδή τις τῶν νέων ἐν ὄχλῳ παρόντος καὶ τοῦ Διογένους ἀπέπαρδεν ἐπάταξεν ἐκεῖνος τῇ βακτηρίᾳ φάς· Εἶτα, ὦ κάθαρμα, μηδὲν ἄξιον τοῦ δημοσίᾳ τὰ τοιαῦτα θάρσει πράξας· ἐντεῦθεν ἡμῖν ἀρχὴ δόξης καταφρονεῖν. Philosophus dixerat sic: Εἶτα, ὦ κάθαρμα, μηδὲν ἄξιον τοῦ δημοσίᾳ ταῦτα θαρσεῖν πράξας ἐντεῦθεν ἡμῖν ἄρχει δόξης καταφρονεῖν; Vetus lectio APXEI de more in APXHI abierat, deinde, quum I adscriptum coeptum esset omitti, quod supererat APXH scriptum est ἀρχή iugulata dicti sententia, ut vides. Egregium illud Diogenis dictum nusquam alibi me legere memini, quum tot eiusdem insulsi ac pueriles ioci ubique circumferantur. Dicam unde illud sumsisse Iulianum suspicer. Nempe ex illo Plutarchi libro, quem in eadem oratione laudat p. 200. B. Adscribam locum ut obiter emendem: ἐντυχὼν δὲ τῷ Χαιρωνείῳ Πλουτάρχῳ τὸν Κράτητος ἀναγράψαντι βίον οὐδὲν ἐκ παρέργου τοῦ μανθάνειν δεήσει τὸν ἄνδρα. Turpissimum mendum est Χαιρωνείῳ pro Χαιρωνεῖ, deinde expunge τοῦ post παρέργου. In vicinia eiusdem loci EI in H depravatum agnosces in his p. 200. C: ἐξετάζειν αὐτὸν ἀκριβῶς — εἰ τοῦτο ζηλοῖ τὸ περιβλέπεσθαι καὶ εἰ κενὸν εἴη τίμιον ὅμως νομίζει, μηδὲ εἰς συμπεριφορὰν ὄχλων καθήσθω. Adumbrat in his notissimum ex Phoenissis versiculum:

περιβλέπεσθαι τίμιον. κενὸν μὲν οὖν.

et vocula apud Iulianum sic supplenda est: εἰ (καὶ) κενὸν εἴη "tametsi vanum sit" ut recte Interpres. Sed quid est: καθῆσθαι εἰς συμπεριφορὰν ὄχλων? Duo vitia pro uno tolle et sic emenda: εἰς συμπεριφορὰν ὄχλῳ καθείσθω.

Est et alia quaedam ratio palaeographica cur, ubi -ειν scriptum sit, describentibus -η scriptum esse videatur. Scilicet notum compendium syllabae -ειν, duo acuti, nonnumquam oculos fallunt properantes et litterae η speciem et figuram mentiuntur. Sic δή ex δεῖν nascitur, λαβή ex λαβεῖν, γραφή ex γράφειν, ὁρμῆ ex ὁρμεῖν et alia similia apud alios: nunc solis Iuliani locis utar. Primum omnium vide p. 100. A.

τὸν ϛόμαχον. Perspexit enim in πλὴν latere veterem formam Atticam πλεῖν, quam alibi diligenter demonstravimus in Atticorum scriptis tantum non ubique scribarum fraude obliteratam esse. Apud Iulianum in antiqua corruptela ΠΛΗΝ tuto delituit. Ubi semel hoc indicio compertum est Iulianum Attica forma πλεῖν ἢ usum esse consequitur eandem formam reponendam esse ubi nunc πλέον ἤ legatur, veluti p. 321. A: πλεῖν ἢ τριακοσίας ὑπαγαγόμενος πόλεις pro lectione Cod. et Editt. πλέον ἤ. Caeterum nondum est persanatus locus ubi Wyttenbachius πλεῖν restituit, nam εἷς ἢ δύο ἐπῆνει non est Graeca oratio. Emenda εἷς ἢ δεύτερος ἐπῆνει, quod usitatissimum est Graecis loquendi genus. Numerorum notae saepe turbas dederunt: Ā ponebatur pro εἷς et πρῶτος, B̄ pro δύο et δεύτερος et sic deinceps, unde factum est ut ea inter se facillime confunderentur. Praeterea illae notae a scribis alias res agentibus saepius omitti prorsus solent cum insigni sententiae detrimento, sed si quis hoc agit facile sarcitur damnum. Vidimus supra ἀποφήναντι pro ἀποφήναντι Ι (δέκα), nunc duos alios errores eiusdemmodi e Iuliano eluemus. Alter latet p. 13. B. in verbis: πυνθάνομαι δὲ Ἀλκιβιάδην μόνον ἐξ ἁπάντων Ἑλλήνων οὕτως εὐφυῶς μεταβολὰς ἐνεγκεῖν ὡς καὶ μιμήσασθαι μὲν τὴν Λακεδαιμονίων ἐγκράτειαν — εἶτα Θηβαίους καὶ Θρᾷκας ὕϛερον καὶ ἐπὶ τέλει τὴν τῶν Περσῶν τρυφήν. Excidit manifesto post μιμήσασθαι nota α′ et legendum est: μιμήσασθαι (πρῶτον) μέν — εἶτα κτἑ. Alter error commissus est p. 19. B: εἴ τις τὴν πατρῴαν οὐσίαν πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς νεμόμενος ἑκατὸν ταλάντων — εἶτα ἔχων μνᾶς ἔλαττον ἠγάπησεν. Excidit post ἔχων nota numeralis N̄ et reponendum est: εἶτα ἔχων πεντήκοντα μνᾶϛ ἔλαττον ἠγάπησεν. Graecitatis ratio requirebat dativum, (ut apud Theophrastum ὁ βδελυρός in Charactt. cap. XI. χρέος ἀποδιδοὺς τριάκοντα μνῶν ἔλαττον τετράσι δραχμαῖϛ ἀποδιδόναι dicitur) itaque μνᾷ ἔλαττον utique scribendum fuerat ut esset »*unica mina minus caeteris acceperit*," sed dabis mihi tenuius hoc esse quam pro iis quae adduntur: ἐπαίνων ἂν ἐδόκει καὶ τιμῆϛ ἄξιος ὡϛ χρημάτων κρείττων. Tanta laus, ut opinor, apud Iulianum minime avarum hominem non tam vili pretio erat parabilis. Sed redeo ad illos locos ubi EI et H inter se permutata ver-

borum sententiam obscuraverunt. Luculentum huius rei exemplum reperi p. 197. A. ubi Diogenis Cynici dictum legitur, non, qualia sunt alia sexcenta quae eius nomine circumferuntur, scurrile et philosopho indignum, sed magnum ac sapientem virum arguens. Ἐπειδή τις τῶν νέων ἐν ὄχλῳ παρόντος καὶ τοῦ Διογένους ἀπέπαρδεν ἐπάταξεν ἐκεῖνος τῇ βακτηρίᾳ φάς· Εἶτα, ὦ κάθαρμα, μηδὲν ἄξιον τοῦ δημοσίᾳ τὰ τοιαῦτα θάρσει πράξας· ἐντεῦθεν ἡμῖν ἀρχὴ δόξης καταφρονεῖν. Philosophus dixerat sic: Εἶτα, ὦ κάθαρμα, μηδὲν ἄξιον τοῦ δημοσίᾳ ταῦτα θαρσεῖν πράξας ἐντεῦθεν ἡμῖν ἄρχει δόξης καταφρονεῖν; Vetus lectio APXEI de more in APXHI abierat, deinde, quum I adscriptum coeptum esset omitti, quod supererat APXH scriptum est ἀρχή iugulata dicti sententia, ut vides. Egregium illud Diogenis dictum nusquam alibi me legere memini, quum tot eiusdem insulsi ac pueriles ioci ubique circumferantur. Dicam unde illud sumsisse Iulianum suspicer. Nempe ex illo Plutarchi libro, quem in eadem oratione laudat p. 200. B. Adscribam locum ut obiter emendem: ἐντυχὼν δὲ τῷ Χαιρωνείῳ Πλουτάρχῳ τὸν Κράτητος ἀναγράψαντι βίον οὐδὲν ἂν παρέργου τοῦ μανθάνειν δεήσει τὸν ἄνδρα. Turpissimum mendum est Χαιρωνείῳ pro Χαιρωνεῖ, deinde expunge τοῦ post παρέργου. In vicinia eiusdem loci EI in H depravatum agnosces in his p. 200. C: ἐξετάζειν αὐτὸν ἀκριβῶς — εἰ τοῦτο ζηλοῖ τὸ περιβλέπεσθαι καὶ εἰ κενὸν εἴη τίμιον ὅμως νομίζει, μηδὲ εἰς συμπεριφορὰν ὄχλων καθήσθω. Adumbrat in his notissimum ex Phoenissis versiculum:

περιβλέπεσθαι τίμιον. κενὸν μὲν οὖν.

et vocula apud Iulianum sic supplenda est: εἰ (καὶ) κενὸν εἴη "tametsi vanum sit" ut recte Interpres. Sed quid est: καθῆσθαι εἰς συμπεριφορὰν ὄχλων? Duo vitia pro uno tolle et sic emenda: εἰς συμπεριφορὰν ὄχλῳ καθείσθω.

Est et alia quaedam ratio palaeographica cur, ubi -ειν scriptum sit, describentibus -η scriptum esse videatur. Scilicet notum compendium syllabae -ειν, duo acuti, nonnumquam oculos fallunt properantes et litterae η speciem et figuram mentiuntur. Sic δή ex δεῖν nascitur, λαβή ex λαβεῖν, γραφή ex γράφειν, ὁρμῇ ex ὁρμεῖν et alia similia apud alios: nunc solis Iuliani locis utar. Primum omnium vide p. 100. A.

σφόδρα ἐπίστευεν ἀσφαλῶς μέν οἱ τὰ τοῦ παιδὸς βεβαίως δ' ὁρμῇ τὰ τῶν φίλων, nulla omnino est dubitatio quin verissime emendatum sit ὁρμεῖν pro ὁρμῇ: natum est autem η ex duplici acuto ειν significante. Eadem est evidentia in altero loco p. 213. C: in Cratetis παιγνίοις, ubi in libris est:

Ἀλλὰ δικαιοσύνης μετέχειν καὶ πλοῦτον ἀσινῆ
εὔφορον εὔκτητον τίμιον εἰς ἀρετήν.

mendosum est ἀσινῆ, sed verior lectio exstat in Orat. VI. p. 200. A. καὶ πλοῦτον ἀγινεῖν, quae quomodo labem conceperit patet. Ἀγινεῖν pro ἀσινῆ *veriorem* esse dico lectionem, sed nondum est vera et ipsa Iuliani manus. Quid enim est πλοῦτον ἀγινεῖν? Ἀγινέω vetus forma Ionica pro ἄγω, κομίζω, προσφέρω *afferre*, *advehere* (praesertim *navibus*) quomodo cum πλοῦτον iunctum significabit: *divitias colligere?* Ἀγινεῖν quia secundam producit ἀγειναῖν olim scribebatur. Egregie in Hippocratis Epistola 27. pro γυναῖκας δὲ καὶ παῖδας ἄγειν ἐόντες Wesseling emendavit ἀγινέοντες indicante Schaefero ad Steph. Thes. In πλοῦτον ΑΓΕΙΝΕΙΝ facile agnoscitur id quod Crates dixerat, nempe πλοῦτον ἀγείρειν. Hoc vero est *divitias colligere*, ut βίον ἀγείρειν, ἀγείρειν χρήματα et sim. Sed redeo illuc unde digressus sum alio exemplo demonstraturus -ειν in η abiisse. Eadem enim observatione usus certa medicina emendabis locum p. 402. B: τούτων ἕκαστον ὅπως ἐπράχθη καὶ τίνες ἐφ' ἑκάστῳ γεγόνασι λόγοι πόσου μήκους ἐστὶ συγγραφὴ ἐννοεῖς: in his συγγραφή intelligi nullo modo potest. Dixerat Iulianus: »*quam longum sit ea omnia* scribere *intelligis.*" πόσου μήκους ἐστὶ συγγράφειν ἐννοεῖς.

Dabo nunc locos complures ubi AI et E stulte confusa sunt. Scita est Wyttenbachii correctio duorum locorum eadem labe affectorum in *Epist. Crit.* p. 7. Alter legitur p. 36. A: ἐτάττοντο μὲν ἐπικαίρως ἱππεῖς ἑκατέρου πεζοί τε ἐν μέσῳ, alter p. 57. B. τότε δὴ βασιλεὺς τούς τε ἱππεῖς ἐπικαίρως τάττει χωρὶς ἑκατέρους. Certa emendatione utrobique ἐπὶ κέρως restituit, sed fallitur quod in priore loco emendate scripto ex altero corrupto reponit ἱππεῖς ἑκάτεροι. Utrobique legendum est *in utroque cornu* ἐπὶ κέρως — ἑκατέρου. Est haec igitur elegans et certa correctio, sed eadem perfacilis, nam solet ἐπὶ κέρως passim in libris stolidissime in ἐπικαίρως depra-

vari, cuius rei multa exempla indicavit Wyttenbachius, quibus complura alia aliunde addi possent. Ex his unum, quia lepidum est, proferam. In Athenaei Codice Marciano p. 568. F. et 569. A. idem senarius apud Eubulum et Xenarchum occurrit sic scriptus:

γυμνὰς ἐφεξῆς ἐπικαίρως τεταγμένας,

ubi Musurus ἐπὶ κέρως emendavit.

Verissima est eiusdemmodi emendatio item a Wyttenbachio reperta loci qui legitur p. 197. B. τοῦτο γὰρ πολλοὶ τοῦ Διογένους ζηλώσαντες ἐγένοντο παντοραῖκται καὶ μιαροὶ καὶ τῶν θηρίων οὐδὲ ἑνὸς κρείττους. Optime demonstravit in *Epist. Crit.* p. 17. unice veram lectionem esse παντορέκται, quod novicium nomen est παρὰ τὸ πάντα ῥέζειν, id est δρᾶν, formatum et in Cynicos pro maledicto coniici solitum. Itaque nihil causae est cur Wyttenbachio credamus Iulianum quum Cynicos παντορέκτας appellaret *respexisse* ad Porphyrium *de Abstin.* I. 42: τοῦτο καὶ τῶν Κυνικῶν τινας παντορέκτας ἐποίησεν. Porphyrius non primus hoc nomen finxit sed usitato apud omnes usus est. Sequiores ut ex ῥέζειν ipsi ῥέκτης et ῥεκτήριος formarunt pro δρασήριος, sic et παντορέκτης composuerunt, quod est et in Anacreonteis X. 11:

ἀλλ' οὐ θέλω συνεύδειν
Ἔρωτι παντορέκτᾳ.

Addam nunc ipse locos quosdam ubi AI et E confusa caliginem offuderunt. Vide primum p. 116. A: τοσούτων δὲ ἔργων μηδὲν παρασχέσθαι — τεκμήριον καινόν πως εἶναι δοκεῖ καὶ εἰς ἀπιστίαν ἄγειν τὸν ἔπαινον. Quomodo tandem »*novum prorsus et inusitatum*" videri potest id quod multi saepe fecerunt? Non *novum* hoc est sed *vanum*, quamobrem κενόν πως rescribe, et mox εἰς ἀπιστίαν ἄγει, non ἄγειν, nam non *videtur* id minuere fidem, sed sine ulla controversia minuit.

Sequatur locus multiplici labe contaminatus p. 210. C: τὰς ἀναφερομένας δὲ εἰς τὸν Διογένη τραγῳδίας οὔσας μὲν καὶ ὁμολογουμένας, Κυνικοῦ τινος συγγράμματα· ἀμφισβητουμένας δὲ κατὰ τοῦτο μόνον εἴτε τοῦ διδασκάλου τοῦ Διογένους εἰσὶν εἴτε τοῦ μαθητοῦ Φιλίσου, τίς ἐπελθὼν βδελύξαιτο καὶ νομίσαιτο ὑπερβολὴν ἀρρητουργίας οὐδὲ ταῖς ἑτέραις ἀπολελεῖφθαι. In his emenda primum οὔσας μὲν ὁμολογουμένως Κυνικοῦ τινος

συγγράμματα, *ἀμφισβητουμένας δέ κτέ.* tum scribe *Φιλίσκου* pro *Φιλίσου*, deinde corrige et supple: *τίς* (*οὐκ ἄν*) *ἐπελθὼν βδελύξαιτο καὶ νομίσαι ὑπερβολὴν κτέ.* Ultima sic vertunt: »nec *ullum execrandorum flagitiorum* ullis aliis *relictum arbitretur.*" Bellum est et facetum illud *ullis aliis* pro *ταῖς ἑτέραις*. Tu scribe *ταῖς ἑταίραις*, et quid Iulianus dixerit perspicies. *Ne scorta quidem* spurciora hisce ac magis flagitiosa perpetrare posse Iuliano videbantur. *Ἑταῖραι* ab illo eodem contemtu et fastidio appellantur quo Veteres *πόρνας* dicebant. Simillimum est quod dixit in *Caesaribus* p. 322. D. de bello servili: *τὸν δουλικὸν δὲ ἐκεῖνον πόλεμον οὐδὲ πρὸς ἄνδρας γενόμενον ἀλλὰ πρὸς τοὺς χειρίσους τῶν οἰκετῶν*, ubi debuerat dicere *τὰ χείρισα τῶν ἀνδραπόδων*, nam *οἰκέτης* apud Veteres benigne et amanter servus appellatur. Sed in permultis aliis et caeteri omnes *ἀττικίζοντες* et Iulianus in antiquam dicendi proprietatem vehementer peccant, de qua re alias dabitur dicendi locus, nunc ad propositum redeo.

Κε et *καὶ* confusa sunt p. 432. A.

ἄνδρας, οἳ καὶ θεοῖσιν ἀπέχθωντ' ἀθανάτοισιν.

nihil isti sentiunt, ut vides.

Simile mendum exime p. 33. A: *τίς δὲ ἡ πειθὼ τοῖς χείλεσιν ἐπικαθημένη — τὸ κέντρον ἐναπολιπεῖν ἰσχύσαι ταῖς ψυχαῖς*. Ludit in Eupolidis versiculis decantatis de Pericle:

πειθώ τις ἐπεκάθητο τοῖσι χείλεσιν.
οὕτως ἐκήλει καὶ μόνος τῶν ῥητόρων
τὸ κέντρον ἐγκατέλειπε τοῖς ἀκροωμένοις.

Palam est *ἴσχυσε* pro *ἰσχύσαι* emendari oportere.

Soloeca forma ex eadem observatione removebitur p. 216. A: *εἰ τὰς ἡμέρας λογίσεσθε*. Faex Graeculorum dicebat *λογίσομαι*, *ψηφίσομαι*, *χαρίσομαι*, *ἀγωνίσομαι*, et *νομίσω*, *χρονίσω*, *ἀφανίσω*, et sim. omnia, quae vitia ex plebis *συνηθείᾳ* saepiuscule in Veterum Atticorum et Atticistarum orationem irrepserunt. Iuliano redde *λογίσαισθε*. Futurum *βαδιεῖ* pro *βαδιῇ* restituendum est p. 382. A. et *ἀγωνιουμένους* p. 24. B. et *ἀφανιεῖ* p. 88. C. et *χρονιῶν* p. 374. C, ubi exstant formae vitiosae *ἀγωνισομένους* et *ἀφανίσει* et *χρονίσων*.

Factum est in nonnullis ut AI in E depravato vel contra error errorem novum pareret, cuius rei luculentum exemplum

habes p. 78. C. ubi Iulianus dixerat: *εἰσὶ γὰρ αἱ τούτων ὑπολήψεις ἀγαθῶν πέρι καὶ φαύλων ταῖς ὑμετέραις ξυγγενεῖς*, sed peccavit scriba in ΚΑΙΦΑΤΑΩΝ substituens ΚΕ pro ΚΑΙ, unde nata est portentosa Codicum omnium scriptura: *ἀγαθῶν περὶ κεφαλῶν*. Substituunt enim homunciones nihili *vocabulum bene Graecum*, sententiam loci nihil curant. Ex huius rei animadversione emendari poterit locus p. 278. B: *αὐτὸς ξὺν ὀλίγοις ἀποκεκλεισμένος εἶτα παρὰ τῶν πλησίον πόλεων ἐπιθεὶς ἐπικουρίαν ὧν εἶχον τὸ πλεῖσον ἐκείνοις δοὺς αὐτὸς ἀπελείφθην μόνος*. In his manifesto mendosum est *ἐπιθείς*, sed res est tam perspicua ut manifesta emendatione locus in integrum restitui possit. Scribe AI pro E et nullo negotio ex ΑΙΠΙΘΕΙΣ erues Iuliani manum. Petavius reddidit: »*vicinis urbibus auxilium petentibus*" et luce clarius est huiuscemodi sententiam depravatae scripturae subesse. Ecce emicat vera lectio: *παρὰ τῶν πλησίον πόλεων αἰτηθεὶς ἐπικουρίαν*. Notum est passivum *αἰτεῖσθαι*, *αἰτηθῆναί τι ὑπό τινος*, ut ex Plutarcho affertur in Themist. cap. 5: *αἰτηθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεμιστοκλέους πῶλον*, et saepius iam ostendimus Iulianum *παρά τινος* pro *ὑπό τινος* lubentissime usurpare. De sexcentis locis paucos adscribam: p. 102. A: *ὅ τι ἂν τύχοι τις παρὰ τοῦ πέλας εὖ παθών*, p. 118. A. *τὴν οἰκίαν καταληφθεῖσαν παρά του τῶν δυναστῶν*, p. 228. C: *ἀποσυληθέντα τῶν ἀναθημάτων ἃ τέθειτο παρὰ πολλῶν*, vitiose admodum pro *ἃ ἀνέκειτο ὑπὸ πολλῶν*, et paulo ante p. 228. B: *πατρῷα μὲν ἱερὰ κατεσκάπτετο παρὰ τῶν παίδων*, pag. 233. A: *παρὰ μὲν τῶν ἐπιεικῶν μὴ φιλεῖσθαι, παρὰ δὲ τῶν νομιζομένων φίλων εἰς τὰ μέγιστα ἀδικεῖσθαι*, quibus similia in Iuliani scriptis omnibus frequenter occurrunt.

Percurram nunc Iuliani *Epistolam ad Senatum Populumque Atheniensem* datam et non uno nomine lectu utilissimam. Huius quoque Epistolae emendata scriptura e solo Codice Vossiano aut constituta est aut constituenda: itaque totam ordine recognoscam.

Ubi Vossiani libri lectiones a Spanhemio recte et diligenter enotatae sunt nihil admonere opus est. Admonebo omnibus locis ubi quid ab eo peccatum esse videro.

In Codice est p. 268. B. *ἵνα μὴ μεμνημένος ἔπειτα ἀντι-*

παραβάλλων ἢ προτιμᾶν ἑτέρας ἑτέραν ἐν αἷς διαμφισβητοῦσι νομισθείην, recte omnia et meliora vulgatis ἀντιπαραβάλλειν et ἑτέρας ἑτέραις et ἀμφισβητοῦσι. Spanhemius supersedit enotare ἑτέρας ἑτέραν, quae unice vera lectio est, pro ἑτέρας ἑτέραις. Scriptum est perspicue ἑτέρ cum compendio syllabae αν.

Conspirat Vossianus in mendo vulgatae p. 268. C: τοῦτο ἐθέλω φράσαι μόνον ὑπὲρ ὑμῶν ὃ μὴ δὲ ἀντίπαλον ἔχομεν ἐξευρεῖν παρὰ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν, ubi emenda: ᾧ μηδὲν ἀντίπαλον. Omnino utrum οὐδὲ an οὐδέν, μηδέ (libri fere semper μὴ δὲ) an μηδέν legendum sit nostri est ubique iudicii. Codices omnes in talibus perpetuo fluctuant.

Pag. 269. A. Codex ἐν ὑπερβοραίοις, in quo latet Ὑπερβορέοις, quae est genuina huius nominis forma. Post pauca pro οὐ ῥᾴδιον εἰπεῖν requiro id quod in tali re solemne est οὐ ῥᾴδιον εὑρεῖν. Loquitur enim non de ea re quae vulgo ignoretur, sed de ea quae *rara* sit *admodum* et singularis.

Repone p. 269 C. in verbis προὐβάλλετο μὲν ὁ δῆμος τὸν Ἀριστείδην, aoristum προὐβάλετο. Caeterum notabis quam negligenter *populus ipse* dicatur προβαλέσθαι τινά, quasi id verbum ἑλέσθαι significaret. Sed non est Iulianus in talibus diligentior et rerum atque verborum antiquorum peritior quam reliqui sequiores. Ostendimus in *Variis Lectt.* quanta sit Plutarchi, quanta Luciani in huiusmodi rebus ac verbis incuria et ἀκυρολογία. In eo quoque Iulianus fallitur quod scribit Themistoclem volvisse in animo λάθρᾳ καταφλέξαι τὰ νεώρια τῶν Ἑλλήνων. Nihil ille minus cogitabat quam »*in* navalia *Graecorum ignes coniicere.*" ipsas *navales copias* sociorum flammis delere parabat, ut nemo nescit. Fefellit Iulianum sententia verborum Plutarchi, quem in talibus auctorem habere solet, in vita Aristid. cap. 22.

Reddet nobis Iuliani manum liber Vossianus p. 270. A. ubi editur: οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐστὶν ὡς τὸ δίκαιον ἀδελφὸν ἀγαθὸν φρονήσει. Codex exhibet τὸ δίκαιον ἀγαθὸν φρονήσει, sed scriba ἀγαθὸν punctis circumdedit, (περιέγραψεν) et sic expungendum esse ostendit ac supra scripsit ἀδελφὸν. Scribae apographorum fecerunt quod assolent, utramque lectionem stolide con-

iunxerunt. Nos nunc dittographia manifesto deprehensa ἀγαθὸν delebimus.

Indignabundus scripserat Iulianus p. 270. C. non quod editur: ὁ φιλανθρωπότατος οὗτος βασιλεὺς ἃ εἰργάσατο, sed οἷα εἰργάσατο.

Impeditissimus locus est p. 270. D. ubi de Constantio ita dicit: »*patrem meum occidit*, inquit, *et fratrem meum natu maximum: me quoque et alterum fratrem meum occidere constituerat, sed tandem relegavit:* τέλος δὲ ἐπέβαλε φυγήν· ἀφ' ἧς ἐμὲ μὲν ἀφῆκεν, ἐκεῖνον δὲ ὀλίγῳ πρότερον τῆς σφαγῆς ἐρρύσατο τὸ τοῦ Καίσαρος ὄνομα. Haec quidem perspicua admodum verba sunt sed id significant quod historiae apertissime repugnat et plane contrarium quam id quod Iulianum dixisse apparet. »*Servavit eum a caede nomen Caesaris*" inquit: sed constat inter omnes eum postquam esset Caesar appellatus crudeliter esse interfectum. Audi modo ipsum Iulianum de illa caede flebiliter eiulantem p. 272. D: (Constantius) τὸν ἀνεψιὸν, τὸν Καίσαρα, τὸν τῆς ἀδελφῆς ἄνδρα γενόμενον, τὸν τῆς ἀδελφιδῆς πατέρα — κτεῖναι παρέδωκε τοῖς ἐχθίστοις. Quid igitur faciemus? Inseramus censeo negationem sic: ἐρρύσατο (οὐδὲ) τὸ τοῦ Καίσαρος ὄνομα. Videbimus etiam alibi non raro apud Iulianum οὐ et μή cum sententiae exitio a scribis alias res agentibus omissa esse.

Legitur in Codice ad p. 271. B. compendium scripturae quod expedire non possum. Scriptum est: τὸν μὲν ἀπὸ τρα (et supra α acutus) φυγῆς ἀνακαλεσάμενοι. Quaerant acutiores. Deinde scribe: πῶς ἂν ἐνταῦθα φράσαιμι περὶ τῶν ἐξ ἐνιαυτῶν, οὓς ἐν ἀλλοτρίῳ κτήματι διαγαγόντες ὥσπερ οἱ παρὰ τοῖς Πέρσαις ἐν τοῖς φρουρίοις τηρούμενοι — διεζῶμεν: Codex et Editt. ὡς ἐν ἀλλοτρίῳ et ὥσπερ ὃν παρὰ τοῖς πέρσαις exhibent sine sensu.

Adverbium in adiectivi locum surrepsit p. 271. D: δικαίως οὖν οἶμαι καὶ ταύτην ἔχειν τὴν αἰτίαν ὁ ταύτης ἡμῖν πρὸς βίαν μεταδοὺς τῆς τροφῆς. Ecquid potest esse certius quam sic legendum esse: δίκαιος οὖν — ταύτην ἔχειν τὴν αἰτίαν ὁ μεταδούς κτἑ. quomodo et Veteres omnes et ipse Iulianus saepissime loqui solent. Adscribam unum tantum locum Demo-

sthenis ex oratione *περὶ τοῦ στεφάνου* p. 227, 2: *τούτου τὴν αἰτίαν οὗτός ἐστι δίκαιος ἔχειν ὁ τοιοῦτον ἀγῶνα ἐνεηκάμενος.* Utiliter notabis quam saepe apud Iulianum, ut apud reliquos quoque, librarii soleant adiectivis adverbia substituere, cuius rei lubet exempla complura sub uno conspectu ponere. Primum omnium inspice mihi locum ex *Misopogone* p. 338. D: *ὑμεῖς δέ φατε δεῖν καὶ σχοινία πλέκειν ἐνθένδε (ἐκ τοῦ πώγωνος) καὶ ἑτοίμως παρέχειν ἔχω ἣν μόνον ἕλκειν δυνηθείητε.* In Vossiano est: *καὶ ἑτοίμως παρέχειν* (omisso verbo *ἔχω*) *ἣν μοῦνον*, in quibus haec latet genuina scriptura: *καὶ ἕτοιμος παρέχειν ἣν μόνον.* Imitatus manifesto est Iulianus Atticos, qui lubenter *ἕτοιμος* pro *ἑτοιμός εἰμι* dicebant noto et frequenti usu, de quo diligenter annotarunt Heindorf. ad Platonis Phaedr. p. 252. A. et Valckenaer. ad Euripidis Phoenissas vs. 976. Postquam igitur *ἕτοιμος* in *ἑτοίμως* abierat sciolus nescio quis de suo *ἔχω* addidit idque alieno loco.

Pag. 38. C: *πάλιν ἐφεισήκεις δεινῶς τῷ τυράννῳ*, quis admonitus dubitabit *δεινός* substituere? idque ipsum in Vossiano Codice exstare video.

Pag. 197. A: *ἔχουσι γὰρ ἄνθρωποι φύσει πρὸς ἀλήθειαν οἰκεῖον*, imo vero *οἰκείως*. Si quis forte non meminit Graece dici *πρός τινα* vel *πρός τι οἰκείως ἔχειν* hos mihi Iuliani locos inspicito: p. 183. A: *ἅπαντα ταῦτα φαίνεται πρὸς ἄλληλα καὶ μάλα οἰκείως ἔχοντα*, et p. 230. B: *καὶ γὰρ εἶχεν οἰκείως πρὸς αὐτόν*, et p. 300. A: *ἡ τῶν ἀνθρώπων ψυχὴ οἰκειότερον ἔχει πρὸς τοὺς θεούς.*

Pag. 239. B: *τούτοις μὲν οἷς ἀξίως τοῦ μυηθῆναι βεβίωται καὶ μὴ μυηθεῖσιν οἱ θεοὶ τὰς ἀμοιβὰς ἀκεραίως φυλάττουσι*, non sic, sed *ἀκεραίους* Iulianum scripsisse certus loquendi usus demonstrat, et diserte in Vossiano *ἀκεραίους* (*ους* noto compendio) scriptum est.

Rescribe p. 241. C: *πάντων γὰρ ἀθρόως εἰσήει με μνήμη*, pro librorum lectione *πάντως*.

Tralaticium scribarum mendum obsidet locum p. 272. B: *τοὺς ἀφαιρεθέντας τιμὰς — ἀκρίτως φησὶ δεῖν ἀναιρεῖσθαι*, unice verum est *ἀκρίτους*. Ubicumque legitur *ἀκρίτως ἀποθανεῖν* vel *ἀποκτεῖναι* vel simile quid, scito eiusdemmodi mendum subesse, quod saepius sustulimus etiam ex scriptoribus

Atticis. Emendate legitur apud Iulianum in eadem oratione p. 270. C: *πατέρα δὲ ἐμὸν — ἀδελφόν τε πρεσβύτατον ἀκρίτους κτείνας.*

Recte emendarunt viri docti p. 306. B. *λέγοις ἂν καὶ μάλα ἀσμένῳ* pro *ἀσμένως*, quod sententiam loci corrumpit.

Egregiam opem tulit Codex Vossianus loco, qui legitur p. 327. D: *οὐ γὰρ ἀποθνήσκειν ἀλλὰ μετοικίζεσθαι νομίζοντες ἑτοιμοτέρους αὐτοὺς ποιοῦσιν ἢ τὰς ἀποδημίας ὑπομένουσιν*, rectissime enim Codex exhibet: *ἑτοιμότερον αὐτὸ ποιοῦσιν*, unde vides etiam contrario errore peccari et adverbia perperam in adiectiva refingi: quod iterum factum est p. 222. A: *ἴσως μὲν καὶ ζῶντες, πάντες δὲ καὶ ἀπαλλαγέντες τοῦ σώματος*, imo vero: *πάντως δὲ καὶ κτέ.* quod Codex Vossianus confirmat. et tertium p. 248. C: *μεγαλόφρων ἀνὴρ καὶ τραφεὶς ἐλεύθερος ἐν ἐλευθέρᾳ τῇ πόλει*, nam facile dabis mihi *τραφεὶς ἐλευθέρως* reponi oportere.

Affine mendum est p. 309. C: *σεμνὸς τὰ πρόσωπα καὶ βλοσυρὸς σώφρων τε ἅμα καὶ πολεμικὸν βλέπων*, nam *σῶφρόν τε ἅμα καὶ πολεμικόν* verum esse quis admonitus negabit?

Turpiter adiectivum in adverbium depravatum est p. 329. C: *τῷ δὲ ἦν οὗτος προεκτήσατο χώραν ἀναλαβεῖν ἴσως οὐκ ἂν ἀπεικότως νομιζοίμην.* Recte Petavius: »*haud abs re* par *iudicarer*" et quantocyus *ἴσος* pro *ἴσως* revoca. Praeterea emenda *προσεκτήσατο* pro vulgata *προεκτήσατο.* Certam in talibus sedem habent *προσκτᾶσθαι* et *ἐπικτᾶσθαι*: itaque verbum *προκτᾶσθαι* ex hoc solo loco vitiato notum obiter e Lexicis exime. Utrum *προ* — an *προσ* — in verbis compositis scribendum sit ex libris Mss. sciri non posse neminem nunc esse suspicor qui nesciat.

Addo unum locum quia iocularis admodum in eo commissus error est p. 373, C: *οἶμαι δέ σε καὶ νυμφῆς ἐρωτικῆς περιέχεσθαι καὶ πειρᾶσθαι μόλις ὁπόσα δύναται πόθος.* Mirifice Petavius: »*credo te* a Nympha quapiam amica *detineri.*" Nihil in talibus vident monachi etiam acutiores. Fortasse credidit homo *νύμφην ἐρωτικήν scortum* esse. Sponsus erat is cui Iulianus scribebat et iamiam uxorem ducturus, quamobrem Princeps iocans addidit: *καί σε θᾶττον προσείποιμι καὶ παῖδων πατέρα.* Emendemus igitur: *οἶμαι δέ σε καὶ νύμφης ἐρωτι-*

κῶς περιέχεσθαι. Nunc illuc unde digressus sum redeo.

Foedum soloecismum Editores invexerunt p. 272. A. ἐπειδὰν πρῶτον αὐτῷ περιέθηκεν ἀλουργὲς ἱμάτιον, recte Codex ἐπειδή.

Post pauca inserta copula legendum: ἀκρατέστερον μὲν (καὶ) ἥκιστα βασιλικῶς ἐφῆκε τῷ θυμῷ, et in sqq. sic distinguendum: πῶς γάρ; οὐχ οὗτός ἐστιν κτέ.

Quod addit Iulianus p. 272. C: τὸν γὰρ ἐχθρὸν ὑπ' ὀργῆς εἰκός τι καὶ ποιεῖν, εἴρηται καὶ πρόσθεν, intelliges ubi memineris Demosthenis eam sententiam esse in *Midiana*.

Vitiosa verborum compositio scioli cuiusdam emblema arguit p. 273. A: εἰ μὴ θεῶν τις ἐθελήσας με σωθῆναι τὴν καλὴν καὶ ἀγαθὴν (scrib. κἀγαθὴν) τηνικαῦτά (Codex recte τοτηνικαῦτα, ut Iulianus solet) μοι παρέσχεν εὐμενῆ [τὴν τούτου γαμετὴν] Εὐσεβίαν οὐδ' ἂν ἐγὼ τὰς χεῖρας αὐτοῦ διέφυγον. Interposita τὴν τούτου γαμετήν inepte verborum compositionem perturbant. Perspicuum est Iulianum τὴν καλὴν κἀγαθὴν Εὐσεβίαν coniunxisse. Scilicet opus erat Athenienses admonere illam Eusebiam fuisse Constantii uxorem! Graeculis fortasse erat opus: habeant igitur sibi serventque sepulchro: nos his ineptiis non utimur.

Litterae unciales male lectae monstrum lectionis pepererunt p. 273. B: πατρῷον γὰρ οὐδὲν ὑπῆρχέ μοι οὐδ' ἐκεκτήμην ἐκ τοσούτων θεῶν εἰκὸς ἦν πατέρα κεκτῆσθαι τὸν ἐμὸν οὐκ ἐλαχίστην βῶλον. Aestimari potest quantum sit in scribis inscitiae atque stuporis, qui pro ΟCΩN dare potuerunt ΘЄΩN. Emenda enim ἐκ τοσούτων ὅσων εἰκὸς ἦν. Etiam alibi OCOC et ΘЄOC confusa vidi, nusquam autem absurdius quam in fragmento Timoclis apud Athen. p. 570. F:

θεὸν τὸ μεταξὺ μετὰ κορίσκης ἢ μετὰ
χαμαιτύπης τὴν νύκτα κοιμᾶσθαι.

ubi tandem intellectum est: ὅσον τὸ μεταξύ a Comico profectum esse. Sunt apud Iulianum etiam alii foedissimi errores eodem modo nati confusis inter se litterarum uncialium formis propemodum iisdem, cuius rei unum luculentum exemplum statim expromere iuvat. Absurde legitur pag. 39. B. ἔμελλε δὲ βραχείας ἀνακωχῆς τυχὼν οὐδέν τι μεῖον τῶν ἔμπροσθεν δράσειν. οὕτως οὐδὲν πρὸς πονηρίαν ψυχῆς ἄνθρωπος, ἀλλ'

ὁ θεὸς ἐξεῦρε καθάρσιον διὰ τοῦ σώματος. Manifesto mendosum est ἀλλ' ὁ θεός, sed non memini me videre infeliciorem correctiunculam, quam quae in ora libri apponitur: ἀλλ' οὐ θεός. Tu vero emenda: ἄνθρωπος ANOCIOC: hoc ipsum Iulianus dicere debebat: οὐδὲν πρὸς πονηρίαν ψυχῆς ἄνθρωπος ἀνόσιος ἐξεῦρε καθάρσιον διὰ τοῦ σώματος. Praeterea redde Iuliano Atticam formam ἀνοκωχῆς, quae cum reliquis compositis διοκωχή, κατοκωχή, συνοκωχή, παροκωχή, μετοκωχή caett. perpetuo a Graeculis sic solet vitiari. Obiter redde Hesychio: Περιοκωχή: περιοχή, pro περιωπή.

Pergit Iulianus sic p. 273. B: »*mihi praeclarus ille Constantius patrimonium omne eripuit* ἐμοί τε, ὅπερ ἔφην, οὔτε γρῦ μετέδωκεν αὐτῆς. Emenda: οὐδὲ γρῦ et animadverte Iuliani errorem, qui iocosam locutionem Atticam ad ea transtulit quibus per naturam suam accommodari non potest. οὐδὲ γρῦ λέγειν, dicitur ut οὐδὲ γρύζειν, et οὐδὲ γρῦ ἀποκρίνεσθαι et sim. in quibus *multiendi* significatio servatur. Sed quam improprie quis τῆς πατρῴας οὐσίας dicatur οὐδὲ γρῦ μεταλαμβάνειν vel μεταδιδόναι quid attinet multis ostendere? Licuit Antiphani semel in comica scurrilitate ὄψου μηδὲ γρῦ dicere apud Athenaeum p. 342. F. non licebat Iuliano in gravi ac seria oratione idem ponere. In animo est alio loco complura exempla colligere similis ἀκυρολογίας, quam si hoc ages frequenter in Iuliani scriptis deprehendes. Deinde scribe καὶ τἀδελφῷ τὠμῷ τῶν πατρῴων μετέδωκεν ὀλίγα, pro τῷ ἀδελφῷ τὠμῷ: de crasi Attica a scribis apud Iulianum saepe obliterata alio loco dicam.

Triplex vitium inquinat vicina p. 273. C: ὅσα μὲν οὖν ἔπραξε πρός με πρὶν ὀνόματος μεταδοῦναί μοι τοῦ σεμνοτάτου, ἔργῳ δὲ εἰς πικροτάτην καὶ χαλεπωτάτην ἐμβαλὼν δουλείαν εἰ καὶ μὴ πάντα τὰ πλεῖστα γοῦν ὅμως ἀκούσατε. Restitues simul et sententiam loci et veteris compositionis nitorem sic scribendo: πρὶν ὀνόματος (μὲν) μεταδοῦναί μοι τοῦ σεμνοτάτου, ἔργῳ δὲ εἰς πικροτάτην καὶ χαλεπωτάτην ἐμβαλεῖν δουλείαν. In tam acri oppositione inter ὄνομα et ἔργον vocula μέν omitti nullo modo potest. Iuvabit comparasse locum in *Misopogone* p. 343. D: ὦ τὰ μὲν ὀμματα πραότατε, πικρότατε δὲ τὰ ἔργα, ubi res ipsa hanc esse veram lectionem indicat: ὦ τὰ μὲν ὀνό-

ματα πραότατε. Ubi semel in ὀνόματος μέν et ἔργῳ δέ oppositio clare apparet, continuo sequitur μεταδοῦναι et ἐμβαλεῖν esse exaequanda. Sed tertium superest vitium ridiculum prorsus ac ioculare: ἠκούσατε Iulianus dederat, scribae ἀκούσατε substituerunt. Relege modo locum et non dubitabis. Pergit enim ea narrare Iulianus quae *postquam est Caesar appellatus* acciderunt. Itaque ineptissime nunc de quibus dicendi finem fecerat, de iis se dicit *dicturum*.

Post pauca pessime mulcatus locus conspicitur p. 273. C: συκοφάντης τις ἀνεφάνη περὶ τὸ Σίρμιον, ὃς τοῖς ἐκεῖ πράγμασιν ἔρραψεν ὡς νεώτερα διανοούμενος. Emendandum esse censeo: ὃς τοῖς ἐκεῖ πράγματα ἔρραψεν ὡς νεώτερα διανοουμένοις. Dixit Iulianus πράγματα ῥάπτειν, ut alii olim δόλον ῥάπτειν, φόνον ῥάπτειν et sim. Eodem modo Iulianus locutus est p. 285. A: ἐπιβουλήν μοι ῥάπτουσιν αὐτίκα. Scribae, ut solent, vicina vicinis accommodarunt et τοῖς ἐκεῖ πράγματα in πράγμασιν stolide converterunt, quo facto nihil aliud supererat quam ut διανοουμένοις in διανοούμενος depravarent: itaque sic fecerunt.

Frustra quaesivi quid lateat p. 273. D. in his: ἤγγειλεν ὅσον οὔπω τοῦ Νείλου κἂν ἐν αὐτῷ πόλεμον ἀναφανεῖσθαι, sed neque sensum ullum probabilem nedum verba Iuliani indagare potui praeter hoc unum πολέμιον pro πόλεμον esse corrigendum. Bellum enim non ἀναφαίνεται, sed quem quis amicum fidum ac certum esse credidisset is saepe necopinato πολέμιος ἀναφαίνεται. Sic legitur p. 274. B: ὥκνει γὰρ μὴ — πιστὸς ἀναφανεὶς ἐπιτραπείην τι, nam Iulianus adhuc Constantio erat suspectus.

Pag. 274. A. recipe ex Codice: οὔπω πρότερον τεθεαμένος pro οὐ πρότερον, et invito Codice rescribe: ὑπέσχετό με θεάσεσθαι pro θεάσασθαι. Bis in ea re verbo θεᾶσθαι Iulianus abusus est, quasi in se conspiciendo Constantius *oculos pascere* potuisset. Nihil minus cogitavit, sed ἑορακώς et ὄψεσθαι volebat dicere. Praeterea Codex servat: τὴν αὐτὴν αὐτῷ πόλιν ἐξ ἧκησα μηνῶν (pro μῆνας), quod quamquam est vitiose dictum tamen recipiendum est, quoniam Iulianus et sequiores in ea re saepissime ita peccant. Multis id exemplis in Philostrato declaravimus: Iuliani vel hoc unum inspice ex hac

ipsa Epistola sumtum p. 272. D: *ἐμὲ δὲ ἑπτὰ μηνῶν ὅλων ἑλκύσας τῇδε κἀκεῖσε.*

Fallitur Spanhemius p. 274. B. in verbis *τὸ κεφάλαιον ἐκεῖνος ἦν*, pro *ἐκεῖνος* tamquam e Vossiano afferens *ἐκεῖνο*. In Codice est *ἐκεῖν*, et *ο* superscriptum ubique pro *-ος* ponitur, unde multi errores suscepti. Sic natum vitium est p. 120. A: *ἅτε αὐτὸ οἶμαι ξὺν τέχνῃ τοῦτο δρῶν*, nam *αὐτὸς οἶμαι* necessarium esse vides.

In sqq. Codex dedit: *τὰ περὶ σιλουανὸν ἐπέπρακτο λοιπὸν*, non *τὸ λοιπὸν*, et *οὐδὲν γάρ μοι — ἤρμοζεν* pro *οὐδὲ*. Recte.

Recte etiam *οὖν* interponit p. 274. D: *τότε μὲν (οὖν) αὐτοῖς παρέσχον γέλωτα.*

Alia vocula in vicinia videtur excidisse ubi editur: *ὑπώπτευον δὲ οὐκ εἰς μακρὰν ἐπιβουλεύσοντας καὶ ἐμοί.* Ne enim soloece coniungantur *ὑπώπτευον ἐπιβουλεύσοντας* emenda: *ὑπώπτευον δὲ (ὡς) — ἐπιβουλεύσοντας.*

Inepte scribae pro *ἱκέτης* nescio quomodo *οἰκέτης* dare solent. Hinc legitur p. 275. A. in Codice et Editt. *σώζειν τὸν οἰκέτην* et *οὐ προὔδωκεν ἡ θεὸς τὸν οἰκέτην.* Petavius nil suspicatur mali et vertit: »*ut me* famulum *servaret suum*" et »servum *illa suum non dereliquit.*" Tu bis *ἱκέτην* emenda ac scito saepissime idem mendum in libris Mss. occurrere.

Difficile est non subridere ad ea quae addidit homo superstitiosus et fanaticus: »*non destituit me supplicem Minerva nec prodidit, namque se ducem mihi ubique praebuit* καὶ *παρέσχεν ἀπανταχόθεν τοὺς φύλακας ἐξ Ἡλίου καὶ Σελήνης ἀγγέλους λαβοῦσα.* Dixerit aliquis: si ipsa Dea *praesens adfuit* (*παρέσχεν*), ut olim Ulyssi *ἐν πάντεσσι πόνοισι παρίστατο*, quid erat aliis custodibus opus? Removebit hanc difficultatem Codex, in quo diserte *παρέσχεν* est scriptum, rectissime, ut vides.

Vocabula quaedam transposita obscurant et vitiant loci sententiam p. 275. B: »*degebam*, inquit, *Mediolani in suburbano quodam: ἐνταῦθα ἔπεμπεν Εὐσεβία πολλάκις πρός με φιλοφρονουμένη καὶ γράφειν κελεύουσα καὶ θαρρεῖν ὑπὲρ ὅτου ἂν δέωμαι.* Res ipsa hunc verborum ordinem verum esse docet: *καὶ θαρρεῖν κελεύουσα καὶ γράφειν ὑπὲρ ὅτου ἂν δέωμαι.* Saepissime

in libris Mss. verborum ordo mutatur, in poëtis ruente met[illegible]ro. Saepe scribae perturbatum ordinem supra scriptis notis [illegible]u-meralibus α, β, γ, restituunt ipsi. Dabo luculentum exe[illegible]m-plum verborum disiectorum, quoniam evidenti emendati[illegible]ne verus ordo ibi potest revocari. Legitur in *Caesaribus* p. 5[illegible] 28. D: ἔδοξε δὴ οὖν ὁ Μάρκος — σοφὸς διαφερόντως ἅτε οἶμαι [illegible]ια-γινώσκων λέγειν θ' ὅπη χρὴ καὶ σιγᾶν ὅπου καλόν. In his [illegible]gi-tur λέγειν et σιγᾶν sedem inter se debent permutare, ut le-gatur: σιγᾶν θ' ὅπου χρὴ καὶ λέγειν ὅπου καλόν. *Cur?* inqu[illegible]es: *quasi vero non plane eodem redeat hoc an illo modo ea verba constituantur.* Rediret plane eodem si Iuliani haec esset ora-tio et metro soluta, sed Euripidea oratio est versu senario ligata:

Σιγᾶν θ' ὅπου χρὴ καὶ λέγειν ὅπου καλόν.

itaque vides non esse perinde utrum constent an non numer[illegible]i, nam σιγᾶν priorem producit, ut opinor. Notissimus locus e[illegible]st ex Euripidis Inone apud Stob. Floril. 89, 9:

Ἐπίςαμαι δὲ πάνθ' ὅσ' εὐγενῆ χρεὼν
σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ καὶ λέγειν ἵν' ἀσφαλές.

Iulianus locum memoriter afferens in exitu verba poët[illegible]a nonnihil mutavit. In iis, quae apud Iulianum continuo s[illegible] quuntur p. 275. B. inserta vocula οὖν et coniunctis quae mal[illegible] diremta sunt sic legendum: γράψας (οὖν) ἐγὼ πρὸς αὐτὴν ἐπ[illegible] ςολὴν — ἐκεῖνο ὑπειδόμην ὡς οὐκ ἀσφαλές κτέ. Deinde pr[illegible] πέμπειν — τὸ γραμμάτιον, quae inepta scriptura est, *mitte[illegible] litterulas*, rescribe τὸ γραμματεῖον, *tabellas*. Tum δέ pro [illegible] repone in verbis: ὡς δ' ἀληθῆ ταῦτα γράφω καλῶ τοὺς θεο[illegible] ἅπαντας μάρτυρας, quae adumbrata sunt ex Oratorum Attic[illegible]rum locis apud quos saepe legitur: ὡς δ' ἀληθῆ ταῦτα λέγ[illegible] κάλει μοι τοὺς μάρτυρας.

Pag. 276. C. pro ἕτοιμος οὖν εἰ καὶ θωπεῦσαι καὶ κολακεῦσα[illegible], repone γοῦν pro οὖν ex Codice et scribe εἶ pro εἰ.

Contra sententiam p. 277. C. Cod. et Editt. exhibent [illegible]αὶ μάλα ἑκών, repone καὶ μάλ' ἄκων ἐκώλυον. Misere cupie[illegible]bat Iulianus amicos ad se admittere, sed malum iis metuens c[illegible]on-venire se volentes invitissimo animo prohibebat.

Mirum est fugisse Criticos vitium quo obscuratur lo[illegible]cus p. 278. C: οὐ γὰρ ᾤμην δεῖν ζυγομαχεῖν οὐδὲ παραςρατηγεῖν εἰ

μή πού τι τῶν λίαν ἐπικινδύνων ἑώρων· ἢ δέον γενέσθαι παρορώμενον ἢ καὶ τὴν ἀρχὴν μηδὲ γενέσθαι γιγνόμενον. In Codice est μὴ δέ (cum accentu gravi) γενέσθαι, id est μὴ δέον γενέσθαι, quod etiam absque Codicis auxilio facile reperiri ac restitui potuisset. Compendium syllabae ον accentus gravis est, unde sexcenties factum est ut ον vel oscitanter omitteretur vel stolide pro gravi adderetur: sic δέ et δέον et alia permulta confundi solent. Sic apud Suidam v. Περίθετος legitur: ἥδιον μὲν οὖν pro ἡδὺ μὲν οὖν, et apud Dionem Chrysost. II. p. 113. ἐναντίον πάντων pro ἐν ἀντὶ πάντων, et in Bekkeri Anecdot. p. 476, 11. ἀώριον pro ἀωρὶ. Ridicule apud Hesychium legitur Αἴγαρον: εἴθε γάρ, pro Αἰ γὰρ ex Homero, et in v. Ἐξερίην non minus inepte ἐκπομπήνον pro ἐκπομπὴν. Similia passim colligas. Contra in Euripidis Rheso vs. 327. libri dant οὐπὶ θυσέλας pro τοὐπιὸν θεοῦ σέλας. Pro πατρὶ recte πάτριον eponit Theod. Canterus in Var. Lectt. I. 10. Hic quoque ervulgatus scribarum error est.

Post pauca lege τούτων — κύριος pro τούτῳ.

Pap. 279. C. pro ἐπὶ τάδε δὲ τοῦ Ῥήνου in Codice est ἐπὶ αδε τοῦ ῥήνου, verum est: ἐπὶ τάδε τοῦ Ῥήνου: mox invito odice emenda καὶ τεῖχος Ἀργεντόρατον πλησίον pro vulgata Αγέντορα, et quod sequitur: πρὸς ταῖς ὑπωρείαις αὐτοῦ τοῦ αρσέγου item manifesto mendosum est, nam requiritur id uod Petavius dedit »ad Vosegi *radices*" τοῦ Βοσέγου.

Pag. 279. C. expunge scioli emblema οὐδεὶς ἐκώλυε, nam uae praecedunt διὰ πάσης αὐτὸν ἄγων τῆς Κελτίδος ταῖς πόλεσιν ἐπιδεικνύειν pendere a κύριος ἦν demonstrat nominativus γων. Si οὐδεὶς ἐκώλυεν addidisset, ἄγοντα legeretur. Sciolus ui loci compositionem non perspexerat dum vult subvenire c fulcire, compositionem prorsus pervertit. In fine paginae ege ἀπὸ τῆς Βρεττανίδος, pro γῆς.

Frequens error commissus est p. 281. A. ubi scribe ἐγκαεῖ μοι et ἀναπλάττει pro ἐγκαλεῖν μοι et ἀναπλάττειν, deinde Codice recipe κατέσχες pro κατέσχεν.

Exciderunt p. 281. D. quinque verba, quae ex Codice reoca: ὁ μὲν εἷς ὁ πονηρότατος καὶ μάλα ἀσμένως ὑπήκουσεν (οὐδεὶς δὲ ἡξίου τῶν ἄλλων) ἄνδρα δίδωσιν ἄκων ἐμοί κτέ. Verba uae supplevimus in Codice et expalluerunt et detrita sunt,

ut admodum difficulter legantur. Itaque qui apographa confecerunt ea omiserunt nec Spanhemius animum vel oculos intendit. Habebat igitur Iulianus duos viros in consilio Pentadium et Sallustium, quorum hunc faciebat maximi, illum pessime oderat. Constantius (ut poterat exspectari) plane contra. Audi nunc quid scribat Iulianus p. 281. D: καὶ βλέπων τῷ μὲν (Pentadio) ἄγειν αὐτὸν (Constantium) πιστεύοντα τῷ δὲ (Sallustio) οὐδ' ὅλως προσέχοντα, in his quid sibi vult, quaeso, ἄγειν? Ridicule Petavius: »*illum quidem* a quo regeretur *fidentem.*" Quin tu emendas: τῷ μὲν ἄγαν αὐτὸν πιστεύοντα: in utroque Constantius excedebat modum: illi *nimium* tribuebat, huic nihil.

His scriptis iterum Codicem inspicio ac video non ἄγειν sed ἄγαν in eo scriptum esse. Nisi diligenter hoc ages videberis tibi videre ἄγ cum duobus acutis, quae est pervulgata nota syllabae ειν. Sed in ἀγ non additur accentus et quos putaveris duos acutos esse eorum alter est compendium *l* αν significans. Itaque recte Codex ἄγαν servavit, quod etiam invito Codice reponi debuerat.

Vitiose abundat praepositio p. 282. A: οὐ μὴν δίκαιον ἐν τούτοις ἐπιτετράφθαι τὰ ἐμὰ ἢ τὰ τούτων ἡμῖν συγκινδυνεῦσαι. Emendaverim: οὐ μὴν δίκαιον ἢ τούτοις κτἑ.

Post pauca lege μηδένα ἀπειθήσειν pro μηδέν. Causa in aprico est.

Pro Λουκιανὸν p. 282. C. Codex habet. Λουκιλιανὸν, quod recipiendum. Idem liber mox διὰ τὰς πλεονεξίας ἃς ἐναντιούμην pro αἷς. Legerim: (πρὸς) ἃς ἠναντιούμην, ut mox recte editur: ὡς ἂν πρὸς μηδὲν ἐναντιωθείην. In fine paginae Codex exhibet εἴποιμ' ἄν pro εἴποιμι ἄν, recte.

Scribere non potuit Iulianus ut editur p. 283. C: ἔλεγον πάντες τοὐναντίον ὃ δεῖ ποιεῖν: dederat, credo, τοὐναντίον δεῖν ποιεῖν. Tum scribe: οὐ σοὶ τοῦτο ἀλλ' ἐκείνοις λογιεῖται, pro οὔ σοι. Multo gravius mendum latet in vicinia p. 283. D. ἐσκόπουν μὲν ἐνταῦθα ποίαν ὁδὸν αὐτοὺς χρὴ βαδίζειν διττῆς οὔσης. Sensus postulat: ἐσκοποῦμεν ἐνταῦθα, vide modo quae sequuntur: ἐγὼ μὲν ἠξίουν ἑτέραν τραπῆναι, οἱ δὲ αὖθις ἀναγκάζουσιν ἐκείνην ἰέναι. Deinde corrige μὴ — ταράξωσιν pro ταράξουσιν, et insere articulum in his: αὐτίκα (τὰ) βασίλεια κατείληπτο. In

sqq. pag. 284. B. inepte *ἐπί* legitur pro *ἔτι* in verbis: *ἔτυχον γὰρ ἐπὶ τῆς γαμετῆς ζώσης μοι ἀναπαυόμενος ἰδίᾳ.* Recte Petavius: „*vivente* adhuc *coniuge*" *ἔτι τῆς γαμετῆς ζώσης μοι.*

Diligenter considera lectionem Codicis p. 284. C. ubi editur: *ᾐτεόμην τὸν θεὸν δοῦναι τέρας αὐτὰρ ὅγε ἡμῖν ἔδειξε καὶ ἠνώγει πεισθῆναι καὶ μὴ προσεναντιοῦσθαι*, sed in Codice est: *αὐτὰρ ὅγ' ἡμῖν δεῖξε.* Leve esse dices ac vix memorabile. Minime esse contemnendum docebit Homerus Odyss. Γ. 173:

ᾐτέομεν δὲ θεὸν φῆναι τέρας· αὐτὰρ ὅγ' ἡμῖν
δεῖξε καὶ ἠνώγει πέλαγος μέσον εἰς Εὔβοιαν
τέμνειν.

vides enim Iulianum, ut alibi sexcenties, prisca verba Poëtae suis admiscere. Reddiderim Iuliano ex Homero *φῆναι τέρας* pro *δοῦναι*, quod egregie confirmatur verbis Iuliani huc respicientis p. 285. A: *χρῆν δήπουθεν πιστεύοντα τῷ Φήναντι θεῷ τὸ τέρας θαρρεῖν.*

Etiam *ᾐτέομεν* ex Homero reddendum Iuliano est pro *ᾐτεόμην*, nam *ἡμῖν δεῖξε* requirit praecedentem pluralem *ᾐτέομεν*, non *ᾐτεόμην*, et si quid Iulianus mutasset non esset forma Ionica et Homerica *ᾐτεόμην* usus. Quod scribit Wyttenbachius in *Epist. Crit.* p. 29. „*Homericas etiam allusiones Doctissimos viros latere posse.*" compluribus aliis Iuliani locis comprobari possit. Duos nunc expromam. Quod legitur p. 59. A: *οὐ γὰρ δὴ ἴσμεν ὅ τι ποτὲ παθὼν ἢ δράσας ᾤχετο ἄϊστος ἄφαντος*, sumtum est manifesto ex Odysseae A. 242:

οἴχετ' ἄϊστος ἄπυστος, ἐμοὶ δ' ὀδύνας τε γόους τε
κάλλιπεν.

ubi haud scio an *ἄφαντος* melior scriptura sit quam *ἄπυστος*, quod praeter hunc locum bis apud Homerum legitur pro *μὴ πεπυσμένος* Odyss. Δ. 675. et E. 127. Ἄφαντος cum exitii mentione coniungitur Iliad. Z. 60:

Ἰλίου ἐξαπολοίατ' ἀκήδεστοι καὶ ἄφαντοι,

et Υ. 303:

ὄφρα μὴ ἄσπερμος γενεὴ καὶ ἄφαντος ὄληται.

Alter Iuliani locus, ubi allusio Homerica viros doctissimos latuit, legitur in *Caesaribus* p. 335. B: *ἀλλ' ἢ τραπεζίτης θέλων εἶναι ἐλελήθεις σεαυτὸν ὀψοποιοῦ καὶ κομμωτρίας βίον ἔχων. ᾠνίττετο δὲ αὐτὰ πάλαι μὲν ἥ τε κόμη καὶ τὸ εἶδος ἀτὰρ*

νῦν καὶ ἡ γνώμη σου κατηγορεῖ. Petavius vertit: »*olim tua coma et* vultus *satis indicabant*," sed quis non mirabitur τὸ εἶδος eo sensu positum? Vossianus fert opem exhibens: ᾗ τε κόμη τό τε εἶδος, nam Homeri haec sunt ex notissimo loco Iliad. Γ. 55:

οὐκ ἄν τοι χραίσμῃ κίθαρις τά τε δῶρ' Ἀφροδίτης
ᾗ τε κόμη τό τε εἶδος ὅτ' ἐν κονίῃσι μιγείης.

Praeter hos locos alii sunt plurimi, ubi Iulianus versibus Homericis scite et eleganter utitur ac ludit, cuiusmodi est quod scribit p. 227. C. fabellam narrans: πλουσίῳ ἀνδρὶ πρόβατα ἦν πολλὰ καὶ ἀγέλαι βοῶν καὶ αἰπόλια πλατέ' αἰγῶν, ἵπποι δὲ αὐτῷ πολλάκις μυρίαι ἕλος καταβουκολέοντο. Agnoscisne Homerica αἰπόλια πλατέ' αἰγῶν Iliad. B. 474, Λ. 678. et Odyss. Ξ. 101, 105. et locum Iliad. Υ. 221:

τοῦ τρισχίλιαι ἵπποι ἕλος κάτα βουκολέοντο.

Plura daturus alias nunc ad reliqua pergo.

Duae vocales transponendae sunt p. 284. D: οὐκ εἶξα ἑτοίμως ἀλλ' ἀντέσχον εἰς ὅσον ἠδυνάμην καὶ οὔτε τὴν πρόσρησιν οὔτε τὸν στέφανον προσιέμην. Pro *imperfecto aoristus* requiritur προσείμην.

Ut saepe alibi οὐδέ et οὔτε confusa sunt p. 284. D. ἐπεὶ δὲ οὐδὲ εἷς τῶν πολλῶν ἠδυνάμην κρατεῖν οἵ τε τοῦτο βουλόμενοι γενέσθαι θεοὶ τοὺς μὲν παρώξυνον ἐμοὶ δὲ ἔθελγον τὴν γνώμην, nam certum est dedisse Iulianum: ἐπεὶ δὲ οὔτε εἷς — οἵ τε κτέ. ut solent omnes Graeci et Romani orationem bipartito divisam, in qua alterum negatur, affirmatur alterum, per οὔτε — τε vel οὔτε — καί, *neque — et* connectere. Scriba qui οὔτε εἷς coniuncta esse ineptus putavit communem formam οὐδὲ εἷς de suo substituit.

Soloecismus inquinat orationem p. 285. B: βοᾶν ἤρξατο κατὰ τὴν ἀγοράν· Ἄνδρες στρατιῶται καὶ ξένοι καὶ πολῖται, μὴ προδοτε τὸν Αὐτοκράτορα. Graecum et genuinum est: μὴ προδῶτε. Saepe Graecis in ore est μὴ προδῷς. Idem mendum exime ex Demosthenis Orat. XXV. p. 786. fin. μὴ τοίνυν μηδὲ τούτῳ δότε νῦν, imo vero δῶτε. Recte editur in Midiana p. 566. ὑβρίζειν δὲ μὴ δῶτε. Soloece in oratione *de Fals. Legat.* p. 365: μὴ δότω δίκην, ubi μὴ διδότω emendandum.

Insere consonantem p. 285. C: ἄλλος ἄλλοθεν περιέβαλε»

καὶ περιέπλεκον καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων ἔφερον. Satin certum est περιέβαλλον a Iuliano scriptum esse? Quod continuo sequitur καὶ ἦν ἴσως τὸ πρᾶγμα θέας ἄξιον, ἐνθουσιασμῷ γὰρ ἐῴκει. Nil vidi magis importunum quam est in hoc loco vocula ἴσως, *fortasse*. Sedulo cavit Petavius ne eam retineret, nam si vertisset: »*Erat* fortasse *digna spectaculo res et divini cuiusdam afflatus ac furoris similis*." quis risum tenere potuisset? Nunc Graeca oratio est tam inepta, cui subveniendum. Confundi solent in libris Mss. antiquioribus ICΩC, TϵΩC et ΠΩC, idque nunc quoque factum esse suspicor et emendandum: καὶ ἦν πως τὸ πρᾶγμα θέας ἄξιον, quae oratio colorem quemdam habet Platonicum, id quod Iulianus sedulo venatur. Vidimus ΠΩC in ICΩC depravatum in Xenophontis Memorabilibus I. IV. 13, de quo loco diximus in *Nov. Lectt.* p. 651. Τέως et ἴσως confusa sunt apud Lucianum XLI. 10. Similiter ICΩC et TϵΩC confusa sunt apud Iulianum p. 45. B: ὅσην εὔνοιαν τοῖς ὑπηκόοις ἐνειργάσω βραχέα διελθεῖν τέως οὐκ ἄτοπον. Nihil enim significat τέως sic positum; contra ἴσως in tali re prope solemnem sedem habet, ut p. 76. B: ἑνὸς δὲ ἴσως ἐπακούειν οὐ χαλεπόν, p. 110. A: τοσοῦτον δὲ ἴσως οὔτ' εἰπεῖν οὔτε ἐπακοῦσαι πολὺ καὶ ἐργῶδες, p. 205. C: μικρὰ δὲ ὑπὲρ τοῦ μύθου — ἴσως οὐκ ἀνάρμοστον ἐμοί τε φάναι ὑμῖν τε ἀκοῦσαι, et multis aliis locis.

Male composita oratio est p. 285. D: πέπεικα τοὺς κρατιώτας δμόσαι μοι μηδενὸς ἐπιθυμήσειν εἴπερ ἡμῖν ἐπιτρέψειεν ἀδεῶς οἴκεῖν τὰς Γαλλίας τοῖς πεπραγμένοις συναινέσαι. Petavius copulam inseruit de suo: »*et* rata quae gesta erant haberet." Tu scribe: τοῖς πεπράγμένοις συναινέσας.

Praepositiones quae assolent inter se permutatae sunt pag. 286. B: καὶ γὰρ ἃς γέγραφεν ἐπιστολὰς ὑπὲρ τῶν βαρβάρων κομισθείσας ἐδεξάμην, emendandum esse apparet: ὑπὸ τῶν βαρβάρων κομισθείσας.

Emblema nos ludificatur p. 286. C: ἐγὼ δὲ τοὺς μὲν ὅρκους αὐτοῦ τὸ τῆς παροιμίας οἶμαι δεῖν εἰς τέφραν γράφειν. [οὕτως εἰσὶ πιστοί]. Multum delectati sunt Graeci senario quodam Comici poëtae, qui cum plurimis aliis in proverbium abiit:

ὅρκους ἐγὼ γυναικὸς εἰς ὕδωρ γράφω.

quod alius iocans sic extulit:

ὅρκους ἐγὼ γυναικὸς εἰς οἶνον γράφω.

alius:

ὅρκους δὲ μοιχῶν εἰς τέφραν ἐγὼ γράφω,

vide quae de ea re scripsit Photius in Biblioth. p. 530, 15. sed nemo umquam illo proverbio usus frigide addidit quidquam ut diceret huiusmodi iurisiurandi fidem *levem* sibi ac *sublestam* videri. Satis superque id ipsum iam in iocosis proverbii verbis inerat. Sciolus aliquis addidit de suo *οὕτως εἰσὶ πιστοί*, quod eum sibi habere iubemus. Caeterum non admodum facete Iulianus Constantii fidem elevans illius iuraiuranda dixit *εἰς τέφραν γράφειν* oportere, quod in *moechos* salse dicitur (vide Aristophanem in *Nubibus* vs. 1083), in *perfidos* non item.

Articulus in pronomen relativum depravatus mirifice perturbavit locum p. 287. A: *ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ Κελτῶν ἔθνους, ὃ δὴς ἤδη τοῖς πολεμίοις ἐξέδωκεν, οὔτε τῶν προγονικῶν φεισάμενος τάφων, ὃς τοὺς ἀλλοτρίους πάνυ θεραπεύων.* Emenda: *ὃ δὴς ἤδη τοῖς πολεμίοις ἐξέδωκεν οὐδὲ τῶν προγονικῶν φεισάμενος τάφων ὁ τοὺς ἀλλοτρίους πάνυ θεραπεύων*: in quibus quanta sit acrimonia latet neminem. Gallias bis hostibus prodidit, inquit, in qua re ne maiorum quidem suorum monumentis pepercit *is qui aliena sepulchra studiose colit ac veneratur.* Aculeus est in Christianum. Vulgata nullo modo ferri potest.

Pecuniam se collegisse scribit Iulianus p. 287. A. *ἐξ ἀργυρίων καὶ χρυσίων.* Auri argentique metalla appellantur Graece *ἔργα ἀργύρεια καὶ χρύσεια.* Saepe *ἔργα* omittitur: librarii autem de more — EIA in *-ια* depravant. Redde igitur Iuliano: *ἐξ ἀργυρείων καὶ χρυσείων.*

Perineptus librariorum error imposuit et caeteris et Petavio p. 287. B: *ᾠήθην δεῖν — ὅ τι ἂν ᾖ τοῖς θεοῖς φίλον παρασχεῖν ἢ πράττειν ὡς αἰσχρὸν ἀνανδρίᾳ ψυχῆς καὶ διανοίας ἀμαθίᾳ ἢ πλήθει δυνάμεως ἀσθενέστερον αὐτοῦ φανῆναι.* Miror quomodo Petavius acuto vir ingenio vertere potuerit: »statui — id omne *agere* vel praestare quod Diis libitum fuerit." Sed *παρασχεῖν* non est *agere*, et nihil interest in tali re inter *agere* et *praestare*, et male copulantur aoristus et praesens *παρασχεῖν ἢ πράττειν*, et oppositio quaedam requiritur. Quid multa? Iulianus dederat: *πάσχειν ἢ πράττειν*, quae in tali

re perpetuo inter se opponi solere quis tandem est qui nesciat? Ostendimus iam alibi πάσχειν et παρασχεῖν in libris confundi. Sed res est manifesta nec pluribus verbis opus. Etiam in vicinis manifestum mendum tenemus in αἰσχρόν, nam clamat sententia αἴσχιον esse verum, quod nisi restitueris numquam te expedies. Hoc quoque est solemne in libris vitium ut AICXION in αἰσχρόν abeat.

Novum statim mendum in vicinia diligenter legentem advertet in verbis: εἰ δὲ ἐν ταῖς Γαλλίαις περιμένοντά με καὶ τὸ ζῆν ἀγαπῶντα καὶ διακυλίοντα τὸν κίνδυνον ἀπανταχόθεν περικόψας κατέλαβε κτέ. ubi caetera omnia expedita et plana sunt, sed quid est tandem διακυλίοντα τὸν κίνδυνον? Nihil est, mihi crede, aliud quam dormitantis Graeculi hallucinatio, et nihil minus rei convenit quam διακυλίνδω, sive sequiorum forma διακυλίω. Quid igitur scripsit Iulianus? Nempe id quod significat periculo *se subducere*, periculum *evitare*, διακλίνοντα τὸν κίνδυνον. Dabo duos Plutarchi locos, qui dubitationem omnem ac scrupulum evellant. Plutarchus in Antonio cap. 12. postquam narraverat Antonium in Lupercalibus Caesaris capiti diadema imposuisse addit: ἐκείνου δὲ θρυπτομένου καὶ διακλίνοντος ἡσθεὶς ὁ δῆμος ἀνεκρότησεν, et in vita Pauli Aemilii cap. 10: ὁ δὲ κατ' ἀρχὰς μὲν ἐθρύπτετο πρὸς τοὺς πολλοὺς καὶ διέκλινε τὴν σπουδὴν ὡς μὴ δεόμενος τοῦ ἄρχειν. Viden simillima esse διακλίνων τὸν στέφανον, τὴν σπουδήν, τὸν κίνδυνον? Διακλίνειν in his est ἐκκλίνειν, φεύγειν, *subducere se* alicui rei, eamque *recusare* vel *evitare*. Hoc igitur Iuliano reddamus censeo. Pro διακλίνειν et alii omnes et Iulianus saepissime utitur verbo ἐκκλίνειν. Pauca haec ex Iuliano exempla vide: p. 25. C: ἐκκλῖναι τὸν χειμῶνα, p. 239. A: εἰ μὴ ἐξέκλινε τὸ ὑποθεῖναι νόμοις ἑαυτόν, p. 416. C: τὴν μέμψιν ἐκκλίνειν.

Eleganter admodum et ingeniose ad Athenienses scribit Iulianus p. 287. C: τὸ παθεῖν τε οἶμαι τὰ ἔσχατα προσῆν καὶ ἔτι ἡ τῶν πραγμάτων αἰσχύνη οὐδεμιᾶς ἐλάττων ζημίας τοῖς γε σώφροσι. Nemo enim etiamtum, credo, vivebat Athenis paullo humanior et eruditior, qui non statim veteris civis nobilissimam et generosi animi sententiam agnosceret depromptam ex prima Olynthiaca pag. 17, 5: καὶ πρόσεσθ' ἡ ὕβρις καὶ ἔτι ἡ

τῶν πραγμάτων αἰσχύνη οὐδεμιᾶς ἐλάττων ζημία τοῖς γε σώφροσι, unde Iuliano redde ζημία pro ζημίας. Non poterat Iulianus venustius et ingeniosius quam sic verba Demosthenis suis intexere, neque erat olim quisquam elegantiorum, quem allusiones et imitationes huiusmodi fugerent. Scatet talibus Iulianus, quem nemo nescit ex optimo quoque scriptore antiquo sic flosculos decerpere, quibus suam orationem exornet. Multi multa de genere hoc indicaverunt et appositis locis, quos Iulianus sic expresserit, clara luce eius scripta illustrarunt. Supersunt etiamnunc multa, quibus tamquam gemmulis quidquid scripsit distinxit, et lumina sunt illa orationis, quae sic optime splendent, ubi commode memineris unde quodque sit sumtum et a Iuliano praesenti rei accommodatum. Ut quisque plurima legit ac meminit ita frequentissime has imitationes deprehendet, sed est in ea re scopulus quidam multorum naufragiis infamis, cui multi praesertim mei populares, eruditissimi viri, adhaeserunt, qui quidquid simile et affine aut sententia aut verbis apud duos scriptores legatur continuo de industria factum esse clamant ut alter alterum fuerit imitatus. Itaque quandoquidem, ut ille ait,

nihil est iam dictum quod non sit dictum prius,

fieri non potest quin quidquid attigeris imitatio esse videatur. Nemo nescit qui sint, quos in ea re modum excessisse dicam. Meros Litterarum principes dico, quos etiamnunc me Dius fidius

μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται.

Satis etiam notum est in quam invidiam et contemtum illi modum omnem excedendo et veras imitationes falsis permiscendo illud observationum genus adduxerint. Et hercle difficile est nonnumquam risum continere, ubi Iulianum nescio quos locos Libanii aut Themistii imitatum esse asseverant. *Iulianus solos antiquos scriptores imitatur:* scatet locis Tragicorum, Lyricorum, Comicorum: innumerabiles sunt loci Homerici, quos in suam rem converterit: passim Platonis vestigia clara cernuntur, multa habet Isocratis, plura etiam Demosthenis, compluscula Xenophontis. Nonnumquam Herodoteae imitationes pellucent et complures Thucydideae. Ex minus antiquis Callimachum et Theocritum saepiuscule in rem suam lepide con-

vertit. Haec omnia sic comparata sunt ut ab erudito lectore statim animadvertantur ac sentiantur. Loci sunt noti ac nobiles, insunt sententiarum lumina et verborum, quae saepius antea admiratus fueris, namque omnino quicumque luculentum antiqui scriptoris locum imitatur *hoc agit, hoc cupit, ut ea res aliqua pelluceat.* Ne intelligi quidem possunt loci nonnulli nisi ab eo qui meminerit quorsum tandem respiciatur: in aliis multis non satis senties quantum insit leporis ac venustatis nisi cognoveris quae verba cuius antiqui scriptoris vel poëtae a Iuliano scite suis intexta sint. Nobilis est et notus omnibus locus Demosthenis *περὶ στεφάνου* p. 269, 26: *Σοὶ δὲ ἀρετῆς, ὦ κάθαρμα, ἢ τοῖς σοῖς τίς μετουσία; ἢ καλῶν ἢ μὴ τοιούτων τίς διάγνωσις; κτἑ.* cuius loci qui non recordatur intelligere non potest verba Iuliani p. 235. D: *Σοὶ δὲ ἀρετῆς ἢ τοῖς σοῖς ἀδελφοῖς ... ἀφελὼν δὲ τὸ δύσφημον* (id est *ὦ κάθαρμα*) *τὸ λειπόμενον* (id est *τίς μετουσία;*) *αὐτὸς ἀνάπλήρωσον.* Vides Iulianum verba Demosthenis ut omnibus nota ac statim unicuique occurrentia adhibere. Et norant haec omnia et in promtu habebant eruditiores, quemadmodum hodieque haec facile agnoscimus qui in Veterum scriptis diu multumque versati sumus. Iuvabit inter se componere veram imitationem et fictam ab iis qui ubique imitationes somniant. Ubi Iulianus scribit p. 246. C: *τὸν ἄριστον τῶν ἑταίρων οὐκ ὀψόμεθα δι' ὃν ἠχθόμην μὲν τῇ νυκτὶ ὅτι μοι τὸν φίλον οὐκ ἐδείκνυεν, ἡμέρᾳ δὲ καὶ ἡλίῳ χάριν ἠπιστάμην ὅτι μοι παρεῖχον ὁρᾶν οὗ μάλιστα ἤρων*, agnoscet unusquisque flosculum e Xenophontis Symposio IV. 12: *ἄχθομαι δὲ καὶ νυκτὶ καὶ ὕπνῳ ὅτι ἐκεῖνον οὐχ ὁρῶ, ἡμέρᾳ δὲ καὶ ἡλίῳ τὴν μεγίστην χάριν οἶδα ὅτι μοι Κλεινίαν ἀνεφαίνουσιν.* Res est manifesta, sententia minime vulgaris verbis iisdem e Xenophonte translata est; fortasse paullo ineptius Iulianus adolescentuli amore insanientis inflammata verba ad Periclem et Periclis erga Anaxagoram caritatem transtulit, sed transtulit. Haec igitur est vera imitatio, rectissime a Wyttenbachio indicata in *Epist. Crit.* p. 22. sed vide quid addat: »*Ceterum idem imitatus est Longus* Pastor. II. p. 50: *ἐπιθυμοῦμεν ἀλλήλους ὁρᾶν καὶ διὰ τοῦτο θᾶττον εὐχόμεθα γενέσθαι τὴν ἡμέραν.*" Si hoc est Xenophontem imitari, omnes qui ubique sunt Xenophontis imitatores erunt, etiam qui

Xenophontem ne natum quidem esse norunt. Non satis reputarunt docti homines, qui in his modum omnem excesserunt, alia esse in verbis sententiisque singularia, alia omnibus communia. Qui ita dicit: »*nemo natus mortem effugere potest*" aut »*hominibus omnibus moriendum est*" aut quidquid est eiusmodi ut id omnes perinde et sciamus et sentiamus, stulte videbitur id ex alterius imitatione dixisse, nisi quid addiderit quod novum sit ac singulare et noto loco a nobili scriptore dictum, veluti *κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὐτὸν καθείρξας τηρῇ*, quae verba Demosthenis in ea re multorum imitatione celebrata sunt. Tenendum in genere hoc omnino id est quod paulo ante diximus, *eum qui sic aliena verba admisceat suis et cupere et dare operam ut ea imitatio aliqua appareat et pelluceat et agnoscatur*; haud secus atque is qui poëtae versiculum *παρῳδεῖ* perdit operam apud eum qui *τὸν παρῳδούμενον εἶχον* aut ignorat aut non meminit. Quantum igitur venustatis et leporis (ut redeam illuc unde digressus sum) peribit ei, qui non commode meminerit Demosthenis esse verba: *καὶ ἔτι ἡ τῶν πραγμάτων αἰσχύνη οὐδεμιᾶς ἐλάττων ζημία τοῖς γε σώφροσιν*, quibus nil ingeniosius et elegantius Iulianus in illa praesertim fortuna sua, in tanto discrimine, ad Athenienses scribens excogitare potuit.

Caeterum non est illud novum ac recens eruditorum vitium. Unum ex antiquioribus *γεύματος χάριν* apponere iuvat. Archinus dixerat: *Πᾶσι μὲν ἀνθρώποις ὀφείλεται ἀποθανεῖν πρότερον ἢ εἰς ὕστερον*. Arguitur furti a Clemente Alexandrino Stromat. VI. p. 749. Potter. quia Homerus dixerat prior:

Μοῖραν δ' οὔτινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν.

In idem crimen rapitur ab eodem Demosthenes, qui ab Homero *furatus est*, si Musis placet, hanc sententiam: *Πᾶσι μὲν γὰρ ἀνθρώποις τέλος τοῦ βίου θάνατος*. I nunc et quidquid dixeris cave ne id, ut caeteris placet, *imitatus*, ut Clementi videtur, *furatus* esse videaris.

In fine Epistolae unus locus superest qui labem concepisse videtur p. 287 D: *ταῦτα τοῖς τε στρατιώταις τοῖς ἐμοῦ διῆλθον καὶ πρὸς κοινοὺς τῶν πάντων Ἑλλήνων πολίτας γράφω*. Nihil esset quod reprehenderes in hac scriptura: *καὶ πρὸς (ὑμᾶς ὡς πρὸς) κοινοὺς τῶν πάντων Ἑλλήνων πολίτας γράφω*, vel: *καὶ*

πρὸς κοινοὺς — πολίτας (ὑμᾶς) γράφω, sed ὑμᾶς omitti nullo modo potest: »et apud milites meos *disserui et* ad vos *scribo, qui communes Graecorum omnium cives estis.*" Quod eodem sensu dictum est atque id quod ab initio scripserat p. 270. B: Βούλομαι ὑμῖν τὰ κατ' ἐμαυτὸν ἀπαγγεῖλαι, ὅπως ὑμῖν τε καὶ δι' ὑμῶν τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι γένοιτο γνώριμα.

Transeo ad alium Iuliani librum, quem et ipsum soli Codici Vossiano debemus. Est in Editis Oratio VII, quae in Codice pag. 205. sic inscribitur:

Ἰουλιανοῦ αὐγούστου πρὸς ἡράκλειον κυνικὸν περὶ τοῦ πῶς κυνιστέον καὶ εἰ πρέπει τῷ κυνὶ μύθους πλάττειν: —

Gravi mendo laborat locus p. 204, B: τῶν συνειλεγμένων χάριν ὑπέμεινα· μᾶλλον δὲ ἡμῶν αὐτῶν ἕνεκα καὶ τοῦ δοκεῖν ὑπὸ δεισιδαιμονίας μᾶλλον ἢ διανοίας ἀσεβοῦς καὶ λελογισμένης ὥσπερ αἱ πελειάδες ὑπὸ τῶν ῥηματίων σοβηθεὶς ἀναπτῆναι. In Codice est διανοίας εὐσεβοῦς, non ἀσεβοῦς, sed ευ scriptum noto nexu, nisi hoc agis, α esse videtur, ut visum est illis qui apographa confecerunt et Codicem conferenti Spanhemio. Saepissime ita peccatum est et apud alios et in ipso Iuliano. Nihil est tam absurdum quod scribae non concoquant, veluti p. 17. D. ubi Iulianus clades commemorat quas Romani in bellis Parthicis acceperunt: postquam Antonium et Crassum nominasset ita pergit: τί δὲ χρὴ τῶν δευτέρων ἀτυχημάτων μεμνῆσθαι καὶ τῶν ἐπ' αὐτοῖς τοῦ καιροῦ (egregie Petavius τοῦ Κάρου) πράξεων, ὥσπερ (leg. ὅσπερ) μετὰ τὰς συμφορὰς ἡρέθη στρατηγός. Quid igitur eo facias qui illo loco pro ἀτυχημάτων dare potuerit εὐτυχημάτων, quod Spanhemius affert? Omnino ubi ἀ et εὐ confunduntur ubique necessario sententia fit absurda et in contrarium vertitur praeter scriptoris mentem. Itaque confidenter ubicumque sententia ευ pro α requirit contemnes librorum testimonia. Sed residet in iisdem verbis alterum mendum: iterum Iulianus contrarium quam quod dixerat a scribis coactus est dicere. Emenda enim: ἡμῶν αὐτῶν ἕνεκα τοῦ (μὴ) δοκεῖν — ὑπὸ τῶν ῥηματίων σοβηθεὶς ἀναπτῆναι, deleta vocula καὶ post ἕνεκα et inserta negatione μή, quam et alibi saepius intercidisse sententia clamat. Bis in versione verum restituit Petavius, »nostra potius causa — ac *ne* superstitione magis quam *pia* et cogitata ratione commotus viderer — evo-

lasse." qui tamen vitiosum καὶ in ἕνεκα καὶ retinuit, quasi non *una* causa sed *duae* redderentur. Continuo sequitur in Edilt.: ἔμελλον δὲ ἐκεῖνο πρὸς ἐμαυτὸν εἰπεῖν, ridicule. Vera lectio in Codice est: ἔμενον — εἰπών. Spanhemius εἰπὼν vidit, ἔμενον pro ἔμελλον non vidit. Deinde e Codice recipe: ἀνάσχου (καὶ) κυνὸς ληροῦντος, sed nil iuvat liber in verbis mendosis: οὔ πρῶτον ἀκούεις τῶν θεῶν βλασφημουμένων. Repone: οὐ νῦν πρῶτον ἀκούεις.

Pag. 205. B. editur ὁποίας καὶ τίνας χρὴ ποιεῖσθαι τὰς ὑποθέσεις τῶν μύθων, sed in Codice est τὰς διασκευὰς τῶν μύθων, sed prope evanida scriptura est, quam quum non expediret is, qui olim Codicem descripsit, ὑποθέσεις de suo supposuit. Tum corrige: εἴ τι ἄρα καὶ φιλοσοφία προσδεῖται τῆς μυθογραφίας, pro εἴ τις, quod in Codice liquido scriptum est. Trita sunt προσδεῖσθαί τι et προσδεῖσθαι οὐδέν.

Lepide excogitavit Iulianus quod legitur p. 205. C: οὐ μᾶλλον εὕροι τις ἂν ἢ εἴ τις ἐπιχειρήσειε τὸν πρῶτον σπαρέντα ἢ χρεμψάμενον ἀναζητεῖν. Quam multa eruditi sedulo indagant quae non minus frustra quaeruntur. Manifesto mendosum est σπαρέντα, et ridiculus est Spanhemius qui sanum esse credens ita vertit: »quis primus *sementem fecerit*" pueriliter confundens ὁ σπαρείς et ὁ σπείρας. Wyttenbachius in *Epist. Crit.* p. 17. πτάραντα apud Suidam repertum *veriorem* lectionem esse scribit. Est certe aliquanto verae lectioni propior sed non vera, quia πτάρας barbarum est pro πταρών, quod repone: τὸν πρῶτον πταρόντα ἢ χρεμψάμενον. Graeca sunt πτάρνυμαι et ἔπταρον et ἐπιπτάρνυμαι, ἐπέπταρον, sed multae sunt formae vitiosae a Graeculis et semidoctis formatae πταίρω, πτάρομαι, πτάρνομαι, πτάρνυμι et sim. quae omnia non sunt unius assis. Saepissime peccatur in participio. Solum Graecum est πταρών, sed depravatur in παρών, πταρέντος, πτάραντος et σπαρέντος, quae merae sunt scribarum hallucinationes aut Graeculorum antiquam formam ignorantium παραδιορθώσεις. Lepidum est Diogenis dictum qui superstitioso homini minitanti: μιᾷ πληγῇ τὴν κεφαλήν σου διαρρήξω, respondit: ἐγὼ δέ γε πταρὼν ἐξ ἀριστερῶν τρέμειν σε ποιήσω, apud Diog. Laërt. VI. 48. ubi libri tantum non omnes παρὼν habent sine sensu.

Ineptam lectionem p. 205. D: ἡμεῖς ἐν Θράκῃ pro ἱππεῖς docti homines castigarunt. Quam nihil cogitat qui pro ἱππεῖς in tali loco ἡμεῖς dare potest. Post pauca Codex τό γε ἐξ ἀρχῆς servat pro τότε. Recte. Deinde εὕρημα dederat Iulianus, non εὕρεμα. Graeculi sic grassantur, ut in Bekkeri Anecdot. p. 58, 5. dederunt Παλαμηδικὸν τοὐξεύρεμα, sed Eupolis, unde haec sumta sunt, recte dederat:

Παλαμηδικόν γε τοῦτο τοὐξεύρημα καὶ σοφόν σοι,

apud Athenaeum p. 17. D.

Nondum explere possum lacunas loci p. 206. C. quoniam nunc Chemicorum venenis oblita verba nullo modo dispici possunt: sed ὁ τρώσας καὶ ἰάσεται et futurum esse spero ut eadem arte vetus scriptura in lucem revocetur. Hoc solum video ἀντὶ τῆς θεοῦ pro ἀντὶ τοῦ θεοῦ liquido scriptum esse, praeterea τὰ ὑπ(ηνέμια) quodammodo pellucet.

Quum haec scriberem cum paucis libris rusticans Suidae inspiciendi non erat copia. Suidas huius orationis locos compluisculos servavit integriores, in his hunc quoque in v. Ὑπηνέμια. Recte vidi ὑπηνέμια in Codice Vossiano latere: reliqua sic supplenda sunt: γίγνεται γὰρ ἐντεῦθεν αὐτῷ τὰ ὑπ(ηνέμια καὶ τερατώδη) ταυτὶ τῆς ἀληθοῦς ἐπιστήμης οἷον εἴδωλα ἄττα καὶ σκιαί. (πράττουσι γοῦν) πρὸ τῆς τῶν ἀληθῶν ἐπιστήμης τὰ ψευδῆ. Reliqua ex ipso Codice aliquando resarcientur.

Expunge praepositionem praepostere insertam p. 207. A: τῷ μὴ πρὸς παῖδας ἀλλὰ πρὸς ἄνδρας πεποιῆσθαι καὶ μὴ [πρὸς] ψυχαγωγίαν μόνον ἀλλὰ καὶ παραίνεσιν ἔχειν τινά.

Appellatur Aesopus p. 207. C: δοῦλος οὐ τὴν τύχην μᾶλλον ἢ τὴν προαίρεσιν. Nil mali suspicatus Petavius vertit: »*non fortunae conditione magis quam ingenio servus.*" Res ipsa tantum non clamat Iulianum *plane contrarium* debuisse dicere. Quis fuit umquam minus *ingenio servus* quam Aesopus? Eximie quantocyus absurdam negationem et sic locum refinge: δοῦλος τὴν τύχην μᾶλλον ἢ τὴν προαίρεσιν. Deinde lacunas duas ex Codice sic exple: οὐκ ἄφρων μὲν οὐδὲ κατ' αὐτὸ (τοῦτο) ἀνήρ. ᾧ γὰρ ὁ νόμος οὐ μετεδίδου παρρησίας τούτῳ προσῆκον ἦν (ἐκκιαγραφημένας) τὰς συμβουλὰς καὶ πεποικιλμένας ἡδονῇ καὶ χάριτι παραφέρειν. Scriptura Codicis olim sic expalluerat ut

ἐσκιαγραφημένας vix appareret et a describentibus omissum etiam a Spanhemio negligeretur.

Hic quoque locus apud Suidam v. Αἴσωπος servatus est integer. Σάμιος δοῦλος οὐ τὴν τύχην μᾶλλον ἢ τὴν προαίρεσιν usque ad κολακεύειν ἅμα καὶ θεραπεύειν τὸν δεσπότην ἀναγκαζόμενος. Suidae lectiones omnes ad amussim cum Codice Vossiano conveniunt.

Novum socordiae specimen videbis p. 208. A. in verbis τοῦ προσλαβεῖν τι παρὰ τοῦ ὠνησαμένου κακόν. Petavius τὸν ὠνησάμενον *herum* esse putavit, qui suis sibi nummis servum emisset, namque apud sequiores ὠνήσασθαι ponitur pro πρίασθαι, ἀγοράσαι. Non cogitavit sic perfectum requiri ὁ ἐωνημένος, ut *hera* appellatur ἡ κεκτημένη. Aristophanes Pluti initio:

τοῦ σώματος γὰρ οὐκ ἐᾷ τὸν κύριον
κρατεῖν ὁ δαίμων ἀλλὰ τὸν ἐωνημένον.

In Vossiano est παρὰ τοῦ ὀνηναμένου, quod stulte nescio quis in ὠνησαμένου depravavit. Emenda παρὰ τοῦ ὀνιναμένου, id est παρὰ τοῦ ὠφελουμένου, *ab eo cui prosit*. Infelix in libris verbum est ὀνίνημι et ὀνίναμαι et multis corruptelis obnoxium.

Dele articulum p. 208. C: ἴσως ὁ μὲν λόγος οὗ φησι δεῖν — [ἡ] συνήθεια δὲ αὐτῷ (lege αὐτῶν) γέγονεν. Et ratio et usus loquendi articulum respuunt.

Supple lacunam p. 209. A: Εἰ δ' Ἀντισθένης — ἔνια διὰ τῶν μύθων ἀπήγγελλε (μή τοι) τοῦτό σε ἐξαπατάτω. Vix apparet in Codice μήτοι: lege μή τι.

Pessima scriptura est p. 209. D: ἆρ' οὐ τοὺς ταῦτα ἐπαινοῦντας — ἐχρῆν οὐ θύσθλοις πολεμουμένους — λίθοις δὲ βαλλομένους ἀπολωλέναι; Quis in tali re ferre potest πολεμεῖσθαι? Unum tantum est verbum Graecum huic rei appositum, quod sic reposuerim: οὐ θύσθλοις παιομένους — λίθοις δὲ βαλλομένους.

Novum et inauditum est quod legitur p. 210. B: οἱ δ' ἀναπατοῦσιν ἐν τῷ μέσῳ. Credisne ἀναπατεῖν pro περιπατεῖν, περινοσεῖν poni posse? Mira et portentosa narrant Grammatici: ἀναπατεῖν esse ἄνω που οἰκήματος ἀργοῦντα κεῖσθαι, itaque nihil minus quam *ambulare*: alii ἀναπατεῖν idem quod

καταπατεῖν narrant significare. Vid. Dindorf. ad Steph. Thes. in v. Merae hae nugae sunt. Apud Iulianum excidisse quaedam suspicor in hunc modum supplenda: οἱ δ' ἀνα(ϛρέφονται καὶ περι)πατοῦσιν ἐν τῷ μέσῳ.

Locum vicinum pessime mulcatum tractavimus supra p. 381.

Quod Spanhem. p. 211. A. e Vossiano affert ἐπ' ἐκείνοις fallitur: conspirat cum vulgata sed ἐν ἐκείναις, nempe ταῖς τραγῳδίαις, verum est.

Intelligi non possunt verba p. 211. C: καὶ τρόπον εἰρῆσθαι τὸ παραχάραξον τὸ νόμισμα διὰ τῆς τοῦ γνῶθι σαυτὸν ἀποφάνσεως. Intelligam locum sic scriptum: τρόπον εἰρῆσθαι· τοῦ παραχαράξαι τὸ νόμισμα et (deleto τοῦ) διὰ τῆς γνῶθι σαυτὸν ἀποφάνσεως i. e. ὁ θεὸς ἀποφηνάμενος Γνῶθι σεαυτὸν εἴρηκε τίνα τρόπον δέοι παραχαράξαι τὸ νόμισμα.

Post pauca p. 211. D. scribe: ὅς γε αὐτῷ πεισθείς, pro ὅϛε.

Pro ἐρρέθη p. 212. C. in Codice etiam peius ἐρέθη scriptum est. Unice verum et Graecum est ἐρρήθη. Faex Graeculorum ἐρρέθην coepit dicere. Decepit istos, credo, fallax quaedam analogiae species in ἠρέθην et εὑρέθην. Post pauca pro: Ἀλέξανδρῳ δὲ καὶ ἥκειν κέλευε παρ' ἑαυτὸν εἰ οὕτω ὁ Δίων, in Codice scriptum est: ἀλέξανδρον δὲ ἥκειν ἐκέλευε παρ' ἑαυτὸν εἴ τῳ πιϛὸς ὁ Δίων, sed verba εἴ τῳ πιϛὸς vix amplius apparent: deinde pro: ἃ δὲ πρὸς Ἀλέξανδρον γέγραφεν in Codice perspicue scriptum esse video: ἃ δὲ πρὸς Ἀρχίδαμον γέγραφεν. Tum expunge γάρ in verbis: ἀλλὰ [γὰρ] καὶ ἐν τοῖς ἔργοις.

Manifesto mendosum locum infeliciter homines docti tentarunt p. 213. D: πᾶσαι γὰρ ἑκατόμβαι τῆς ὁσίας εἰσὶν ἀντάξιαι, ἣν καὶ ὁ δαιμόνιος Εὐριπίδης ὀρθῶς ὕμνησεν εἰπών·

Ὅσια ποτνία θεῶν, ὁσία.

quid enim prodest scribere: (οὐκ) εἰσὶν ἀντάξιαι, quum non sit illa Graeca oratio: πᾶσαι ἑκατόμβαι τῆς ὁσίας οὐκ εἰσὶν ἀντάξιαι pro »nullae hecatombae cum sanctitate comparandae sunt" ut vertit Petavius. Correcta una litterula lege: πόσαι γὰρ ἑκατόμβαι, quemadmodum et supra vidimus πόσης in πάσης depravatum. Euripidis locus exstat in Bacch. 370:

Ὅσια πότνια θεῶν, Ὅσια δ' ἃ κατὰ γᾶν
χρυσέαν πτέρυγα φέρεις κτέ.

Lineola omissa turpe vitium peperit p. 214. A: *τοιούτῳ δὲ τῷ ἄνδρε τώδε γενομένῳ τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς οὐκ ἀκροατήρια συνεκροτεῖτο οὐδὲ — δι' εἰκόνων — τοῖς φίλοις συνεγίγνεσθον.* Vera lectio est ΣΥΝΕΚΡΟΤΕΙΤΟ̄, id est *συνεκροτεῖτον*, ut statim *συνεγίγνεσθον*. Ne dubites memento *συγκροτεῖσθαι* pro *συγκροτεῖν* non minus esse barbarum quam *τῷ ἄνδρε τώδε συγκροτεῖ* pro *συγκροτεῖτον*. Restituta iam Iuliani manu gravis error notandus est quem adversus antiquae linguae Atticae usum Iulianus commisit. Videtur sibi Iulianus quum frequentissime *dualibus* utitur purus putus Atticus. Dualium usus olim apud Atticos frequentissimus, apud reliquos Graecos praeterquam in paucissimis formis plane ignotus, lapsu temporis prorsus erat intermissus. Nemo de populo has formas usurpabat aut noverat. Eruditi ex scriptis Veterum dualium usum *recoquebant*, et Iulianus ubi dicit: *τῷ ἄνδρε τώδε γενομένῳ τοιούτῳ* utitur oratione dudum intermortua *καὶ ὡς ἐπὶ Περικλέους διαλέγεται.* Istiusmodi lingua artificialis et ex antiquorum sedula lectione conflata non semper sibi cavet ab erroribus quibusdam nonnumquam perineptis, ubi seri imitatores priscae linguae, quam referre satagebant, usum ac rationem non satis perspexissent. Ostendimus istiusmodi errores saepe apud alios, ostendemus alio tempore complures apud Iulianum, nunc hunc ipsum errorem animadverte. Dicebant Attici in praesenti tempore *φατόν*, *φατόν*: *συγκροτεῖτον*, *συγκροτεῖτον*: *λέγετον*, *λέγετον*, et similiter in futuris et perfectis: *ὀλεῖτον*, *ὀλεῖτον*: *ἴσον*, *ἴσον*: *τέθνατον*, *τέθνατον*. Utriusque personae *una et eadem forma est* in — *τον* exiens. Eodem modo in imperfectis, aoristis et plusquamperfectis *una est atque eadem* utriusque personae *forma* exiens in *-την*, *ἐλεγέτην*, *ἐλεγέτην*: *εἰχέτην*, *εἰχέτην*: *εἰπέτην*, *εἰπέτην*: *ἧστην*, *ἧστην* et sim. Huius rei notio et observatio per multa saecula intermissa perierat, et nata erat opinio perversa, quam pueri omnes imbibimus, secundas personas in imperfectis, aoristis et plusquamperfectis in — *τον* exire, tertias in — *την*. Antiquior etiam est opinionis error eorum qui utrique personae terminationem utramque — *τον* et — *την* communem esse putabant, in quem errorem Iulianus ipse est implicitus, quum scriberet: *τῷ ἄνδρε τώδε — συνεκροτεῖτον καὶ συνεγίγνε—*

σθον, quae formae sunt (quod cum Iuliani pace dictum esto) prorsus barbarae et a Graecorum usu alienae. Athenienses dicebant συνεκροτείτην et συνεγιγνέσθην, non tantum in *tertia* persona sed etiam in *secunda*, ut primus omnium acutissime animadvertit et luculenter demonstravit Petrus Elmsleius ad Aristophanis *Acharnenses* vs. 733.

Ne quid tamen dissimulem, est aliquid rationis cur credamus non semel sed bis Iuliani scripturam depravatam esse et olim ΣΤΝΕΚΡΟΤΕΙΤΗΝ et ΣΤΝΕΓΙΓΝΕΣΘΗΝ fuisse in libris, deinde invectum — ΕΙΤΟΝ et — ΕΣΘΟΝ, et sic demum neglecta lineola συνεκροτεῖτο esse natum. Nam primum caeteris omnibus locis apud Iulianum occurrit terminatio *tertiae* personae in — την et — σθην, veluti p. 229. B: ἀλλὰ τούτου μὲν εἰπέτην (ἡ Ὁσιότης ξὺν τῇ Δίκῃ), ὦ πάτερ, αὐτὸς εἶ κύριος, et p. 253. C: ἐν ᾗ πρότερον Ἡρακλῆς καὶ Διόνυσος ἐγενέσθην, et p. 318. C: τοῦ ὑμετέρου πόματος ἐραςαὶ τὼ ἄνδρε ἐγενέσθην, ubi emenda πώματος et ἐραςά. Simili p. 107. A: Φίλιππος καὶ ὁ τούτου παῖς ἀρετῇ διηνεγκάτην πάντων, et p. 335. D: τὸν Καίσαρα ὁ μέγας Ἄρης ᾗ τε Ἀφροδίτη παρ' ἑαυτοὺς ἐκαλεσάτην. Praeterea et in *Caesaribus* p. 308. A. ubi editur χρυσοθρόνω δὲ παρ' ἑκάτερον ἐκαθιζέτην, in Vossiano est, non quod Spanhemius narrat ἐκάθεζον, sed ἐκαθέζετον. Itaque probabile esse iure dixeris etiam illo loco sic esse erratum et Iulianum dedisse τὼ ἄνδρε — συνεκροτείτην καὶ συνεγιγνέσθην.

Emenda p. 214. B: αὐτοὶ πρῶτοι ἐφαίνοντο pro πρῶτον. Sine vitio legitur statim: πρῶτοι τὴν εὐτέλειαν ἤσκουν, et: ᾤκουν αὐτοὶ πρῶτοι τὰς ἀγοράς, et omnino in talibus quamquam necessario requiritur adiectivum, librarii πρῶτον supponere assolent.

Non est in Codice p. 215. B. τῇ προαιρέσει τὸ συνεχές, ut Spanhem. refert, nam scriba suprascriptis notis numeralibus β, α correxit errorem.

In iis quae continuo sequuntur duplex vitium inest. Editur: περὶ τοῦ ποδαπούς εἶναι χρὴ τοὺς πλαττομένους τὸν μῦθον ἐφεξῆς σκοπῶμεν. Nil suboluit Petavio quum verteret: »consideremus cuiusmodi *illos* esse deceat *qui fabulam comminiscuntur*." Ne dicam non esse hoc considerandum, sed *quales*

esse *fabulas* oporteat *quae fingantur*, duplex gravis error contra dicendi usum ea verba obsidet. Non enim πλάττεσθαι μύθους sed πλάττειν Graece dicitur, et *fabulam fingere* Graece sonat πλάττειν μῦθον, non τὸν μῦθον. Lenissima medicina utrique malo medebitur: emenda τοὺς πλαττομένους τῶν μύθων, *fabulas quae fingantur*, id ipsum enim postulat loci sententia. Praeterea ποδαπούς non est sanum. Sequiores pro ποῖος dicebant ποταπός, quod passim scribae in veterem formam ποδαπός refingere consuerunt. Ποδαπός summa constantia dicitur ubi de patria quaeritur unde quis sit oriundus, *cuias?* Ποταπός est plane idem quod ποῖος, sed non est illud vocabulum antiquum et apud solos sequiores frequentissime occurrit. Pauca ex Iuliano exempla haec inspice: p. 59. C: ποταπὴν γνώμην εἶχεν ὑπὲρ τῶν παρόντων; p. 96. A: ποταπὸν δὲ χρῆμα λοιδορία; p. 232. A: ποταπὸς οὖν τίς σοι ὁ κληρονόμος φαίνεται; ποταποὶ δ' αὖ οἱ ποιμένες τε καὶ βουκόλοι; p. 240. C: ποταποὺς εἶναι χρὴ τοὺς λόγους οἳ τὰς ἀλγηδόνας ἀφαιρήσουσι τῶν ψυχῶν; p. 262. C: ποταπόν ἐστι τὰδίκημα τεθεαμένος. p. 291. B: φοιτᾷ πρὸς τὸν νεών. μετὰ ποταποῦ συνειδότος; Idem in ποδαπός depravatum est p. 236. D: ποδαπὸς δ' ἦν ἐν τούτοις Ἀριστοτέλης; et in *Caesaribus* p. 306. C: τίς δὲ καὶ ποδαπὸς ὁ μῦθος; et in Iuliani fragmento apud Cyrillum p. 86. A: ποδαπῇ τινι φήσομεν χρῆσθαι διαλέκτῳ; ἆρα ἀνθρωπείᾳ; et ibid. p. 57. E: τίνα καὶ ποδαπὴν ποιεῖται δημιουργίαν ὁ θεός. Caeterum vide Phrynichum verissima praecipientem p. 56. Lob., ex cuius reprehensione apparet in vitiosam Graeculorum συνήθειαν irrepsisse ποδαπός pro ποῖος; id quod ex Codicum vitiis confirmatur. Cavendum est autem diligentissime ne Graeculorum errores affricentur antiquioribus, quorum scripta isti ad suum loquendi genus refingebant. Parum cavisse videri Lobeckium lecta eius annotatione non dubitabis pronuntiare.

Scio esse qui nuper demonstrare sategerint ποδαπός pro ποῖός τις recte dici et etiam apud Veteres eo sensu positum occurrere. Quando Latine *cuias* pro *qualis* dici potuisse demonstratum erit, Graece quoque ποδαπὸς εἶ; pro ποῖός τις εἶ; credam a sano scriptore esse dictum. Non cogitarunt qui hanc perversam opinionem exemplis quibusdam munire conati sunt in

nonnullis genus et indolem ex patria cognosci, veluti in *vinis* quaeri solet: ποδαπὸς ὁ Βρόμιος; Χῖος ἢ Λέσβιος; cuius rei exemplum est apud Alexidem Athenaei p. 431. A.

ἡδύ γε τὸ πῶμα. ποδαπὸς ὁ Βρόμιος; Τρύφη.
— Θάσιος.

Nemo umquam esset abusus loco ex oratione I. κατ' Ἀριστογείτονος (quae mihi semper Hyperidis oratio esse visa est) p. 782, 8, si huius rei memor fuisset. Verba Oratoris haec sunt: τί οὖν οὗτός ἐστι; κύων νὴ Δία, φασί τινες, τοῦ δήμου. ποδαπός; οἷος οὓς μὲν αἰτιᾶται λύκους εἶναι μὴ δάκνειν, ἃ δέ φησι φυλάττειν πρόβατα αὐτὸς κατεσθίειν. Scilicet ut in *vinis* sic in *canibus* quoque apud Graecos indoles e patria cognoscebatur. Luculenter hoc intelligitur e ioco Diogenis, qui interrogatus: ποδαπὸς εἶ κύων; respondisse fertur: πεινῶν Μελιταῖος, χορτασθεὶς δὲ Μολοττικός, apud Diogenem Laërtium VI. 55. Praeterea quis tam hospes est in Graecorum litteris ut nesciat certos mores, certa vitia certis regionibus, oppidis et in Attica certis δήμοις popularibus iocis attribui solere, et quia quisque patriam resipere creditur ποδαπὸς εἶ; vel ποδαπὸς οὑτοσὶ ἄνθρωπος; et similia passim ita quaeruntur ut ex patria mores et ingenium colligantur. Scatent exemplis Comici, sed satius est haec verba Dicaearchi apponere ex *Descriptione Graeciae* (Tom. I. p. 104. in Mulleri Geogr. Minor.) ἰσοροῦσι δ' οἱ Βοιωτοὶ — τὴν μὲν αἰσχροκέρδειαν κατοικεῖν ἐν Ὠρωπῷ, τὸν δὲ φθόνον ἐν Τανάγρᾳ, τὴν φιλονικίαν ἐν Θεσπιαῖς, τὴν ὕβριν ἐν Θήβαις, τὴν πλεονεξίαν ἐν Ἀνθηδόνι, τὴν περιεργίαν ἐν Κορωνείᾳ, ἐν Πλαταιαῖς τὴν ἀλαζονείαν, τὸν πυρετὸν ἐν Ὀγχηστῷ, τὴν ἀναισθησίαν ἐν Ἀλιάρτῳ. Hinc igitur tam saepe ποδαπὸς τὸ γένος; vel ποδαπὸς εἶ; cum irrisione quadam quaeritur. Audi modi Alexidem apud Athen. pag. 386. A:

τί λέγεις σύ; ποδαπὸς οὑτοσὶ
ἄνθρωπος; οὐκ ἐπίστασαι ζῆν.

quibus similia apud Aristophanem occurrunt. Perspicuum est in his omnibus ποδαπός naturam suam non exuere sed ubique primitivam significandi potestatem retinere.

Post pauca p. 215. B. scribe ὁποίᾳ τινὶ Φιλοσοφίᾳ προσήκει ἡ μυθογραφία pro προσῆκεν.

Editorum incuria excidit negatio p. 215. B. *ὀλίγοι δὲ καὶ τῶν μετ' ἐκεῖνον*, Codex *οὐκ ὀλίγοι δὲ καὶ*. Expalluit *οὐκ*, sed nullo negotio tamen cernitur.

Excidit *προσήκει* p. 216. D: *Φανεροῦ δὲ ἤδη γενομένου τίνι καὶ ποίῳ Φιλοσοφίας εἴδει καὶ μυθογραφεῖν ἔσθ' ὅτε * *. πρὸς γὰρ τῷ λόγῳ μαρτυρεῖ κτἑ.* Nullum est in Codice lacunae indicium, sed facile senties ad sententiae integritatem *προσήκει* addi oportere.

Recipe ex Codice p. 217. A. *μετά τινος ἐμμελείας* pro *ἐπιμελείας* et *ἐχρῆν* pro *ἔχρην*. Vitiose, ut passim alibi, in Cod. et Editt. scribitur *ἡρακλέος* pro *ἡρακλέους*.

Flosculus ex Homero periit p. 217. B. *ὃν ἐγὼ μετὰ τοὺς θεοὺς ἐξίσης Ἀριστοτέλει καὶ Πλάτωνι ἄγαμαι τέθηπά τε*. Ex Odyss. Z. 168:

ὥς σε, γύναι, ἄγαμαί τε τέθηπά τε δειδιά τ' αἰνῶς.

emenda: *ἄγαμαί (τε) τέθηπά τε.*

In explicandis fabulis oportere scribit Iulianus p. 217. C: *μὴ τοῖς αὐτόθεν γενομένοις πιστεύειν ἀλλὰ τὰ λεληθότα περιεργάζεσθαι.* Non dices facile quae sint in fabulis *τὰ γενόμενα*, quibus non sit credendum. Si non statim reperis quid corrigendum sit facile id expiscaberis ex p. 219. A: *ὑπὸ τῶν ἐν αὐτῷ λεγομένων τῷ μύθῳ διδασκόμενοι κτἑ.* nempe *τοῖς αὐτόθεν λεγομένοις πιστεύειν.*

Revoca ex Codice particulam p. 218. A. *ἀλλά μοι θεοὶ μὲν ἐκείνων καὶ ὑμῶν (δὲ) τοῖς πολλοῖς κτἑ.*

Eximia lectio a Spanhemio neglecta est p. 219. A: *ὡς ἂν — ὑπὸ τῶν ἐν αὐτῷ λεγομένων τῷ μύθῳ διδασκόμενοι τὸ λανθάνον μυοῦσθαι καὶ πολυπραγμονεῖν — προθυμηθεῖεν.* Nihili est *μυοῦσθαι*. Liquido in Codice scriptum est *μῶσθαι*, quod verbum priscum et cascum pro *ζητεῖν* et aliunde satis notum est et e Platonis Cratylo p. 406. A. Vera lectio exstat apud Suidam v. *Μῶσθαι*.

Ut saepius alibi reponendum est p. 219. B: *ὥσπερ — οὕτω δή* pro *οὕτω δέ*. Eadem medicina utendum p. 225. C. et p. 237. C.

Pag. 220. A. recipe ex Cod. *ἐμοί τε καὶ ὑμῖν ἵλεως Ἡρακλῆς εἴη*, pro *ἔμοιγε — Ἡρακλῆς ἵλεως.*

Pag. 220. B. Codex *τεμὼν τὸν αὐτοῦ μηρὸν * * ράπτει*, in

qua lacuna latet *ἐρράπτει*, *insuit*. Deinde ita scriptum est: *τὸ λιθύραμμα* (sic) *δὲ αὗται προσεπῴδουσαι τὸν διθύραμβον ἡμῖν εἰς Φῶς προήγαγον*. Tum: *εἵποντο γοῦν οὐ ναῦς αὐτῷ καθάπερ ἡρακλεῖ οὐδὲ ἰλεὸς οὐδ' ὁ τελαμὼν οὐδ' ὕλλας οὐδ' ἄβδηρος ἀλλὰ σάτυροι κτἑ.* quae sic leviter emendanda sunt: *οὐδὲ Ἰόλεως — οὐδ' Ὕλας*. Nihil vidit in his Spanhemius, qui pro *προσεπά | δουσαι* sibi visus est *προσκυε | δουσαι* videre, nec reliqua expedire potuit.

Nonnihil video pellucere p. 221. C: nempe *τὴν κύησιν* pro *τὴν κύουσαν*, et: *τὸ ἀκριβὲς τυχὸν δὲ καὶ οὐκ ἐθέλοντα τὸν κρύφιον ἅμα καὶ φανερὸν θεὸν ὥσπερ ἐν θεάτρῳ προβάλλειν ἀκοαῖς ἀνεξετάστοις καὶ διανοίαις κτἑ.* Deinde p. 221. D: *τάς τε ἐμὰς καὶ (τὰς) ὑμετέρας ἐκβακχεῦσαι φρένας*. Vix apparet *τὰς* in extremo versu. Necessarium esse evincit loquendi usus.

Conspirat Codex cum vulgatae vitio p. 222. C: *ἀλλά με πάλιν οὐκ οἶδ' ὅσις θεῶν ἐπὶ ταῦτ' ἐβάκχευσεν οὐ προειδόμενον*. Vera lectio est *οὐ προελόμενον*.

Pag. 223. A. in Codice apparet: *τὴν τελεστικὴν καὶ μυσαγωγὸν φιλοσοφίαν τὰ * * * * παντὸς μᾶλλον κτἑ.* nullo negotio expleri lacuna potest *τὰ (μὲν ῥήματα) παντὸς μᾶλλον κτἑ.* Recte etiam servat Codex p. 223. D: *οἱ δι' ὑμᾶς* pro *οἱ δ' ὑμᾶς*.

Emenda p. 224. A. *νυνὶ δὲ αὐτὸ ἔοικα καὶ γράψειν* pro *γράΦειν*. In *ἀποτακτισὰς* macula obscurat quatuor ultimas litterulas: *ἀποτακτ* tantum liquido legitur.

Errore perridiculo scribitur p. 224. C: *τί χρηστὸν ἐκ τούτων ὑμῖν ἐγένετο, μᾶλλον δὲ καὶ ἡμῖν τοῖς ἀνθρώποις*; quod ita dicitur quasi isti non essent et ipsi *homines*. Emenda: *καὶ ἡμῖν τοῖς ἄλλοις*; Facile *ἄλλοις* in *ἀνοις* id est *ἀνθρώποις* abire alibi non semel ostendimus.

Misere laborat interpunctio et egregia Codicis lectio a Spanhemio est praetermissa p. 225. B. ubi sic lege: *Πῶς δὲ καὶ γέγονεν ὑΦ' ὑμῶν εὐκαταΦρόνητος ἡ φιλοσοφία; Τῶν ῥητορικῶν οἱ δυσμαθέστατοι καὶ οὐδ' ὑπ' αὐτοῦ τοῦ βασιλέως Ἑρμοῦ τὴν γλῶτταν ἐκκαθαρθῆναι δυνάμενοι, Φρενωθῆναι δὲ οὐδὲ πρὸς αὐτῆς τῆς Ἀθηνᾶς σὺν τῷ Ἑρμῇ*. Pro *Φρενωθῆναι* editur nullo sensu *Φανερωθῆναι*. Diserte et liquido scriptum est in Codice Φρενω supra *θν* cum circumflexo.

Pag. 225. B. pellucet *θράσος * * της * * ἁπλῶς τὰ τοιαῦτα*,

deinde *ἐπὶ τὴν ἀρετὴν * * ὄφελον καὶ ὑμεῖς*. Quod editur *ἐπὶ τὴν ἀρετὴν (εἰσιοῦσιν)* de nihilo fictum est. Deinde apparet: *ῥᾷον ἂν δι' ἐκείνης ἢ * * * * ἤλθετε*, excidisse patet *διὰ ταύτης*.

Pag. 226. B: *ἐπιβλέπει τοὺς ἄλλους*

Ἄτης ἐν λειμῶνι κατὰ σκότον ἠλάσκονται.

nil mutat Codex, sed manifesto requiritur: *ἠλάσκοντας*, id est *πλανωμένους*. Versus est Empedocleus apud Karstenium p. 88.

Pag. 226. C. pellucet *καὶ νομίζειν αὐτὸ κατὰ τὸν ἡράκλειτον * * * ἐκβλητότερον*, nihil aliud excidit quam *κοπρίων*. Notum est omnibus Heracliti dictum: *νέκυες κοπρίων ἐκβλητότεροι*, quod Iulianum in suam rem convertisse ex reliquiis scripturae manifestum est. In sqq. haec tantum elicio: *ἀποπληροῦν ἕως ἂν * * * * ὥσπερ ὀργάνῳ τῷ σώματι κτέ*. Tum liquido scriptum est: *ἐπανάξω (δὲ) ὅθεν ἐξέβην*, deinde non difficulter elicui: *ἐπειδὴ γὰρ τοὺς μύθους προσήκει πρὸς παῖδας ἤτοι τῷ φρονεῖν κἂν ἄνδρες ὦσιν*.

His demum scriptis Suidam inspicere licuit qui in v. *Ἡράκλειτος* locum Iuliani integriorem attulit: *ὅτι Ἡράκλειτος ἔφη ὀλιγωρεῖν πάντη τοῦ σώματος καὶ νομίζειν αὐτὸ κοπρίων ἐκβλητότερον, ἐκ τοῦ ῥᾴστου δὲ αὐτῷ τὰς θεραπείας ἀποπληροῦν ἕως ἂν ὁ θεὸς ὀργάνῳ τῷ σώματι χρῆσθαι ἐπιτάττῃ*, unde et reliquam loci labem resarcias.

Pag. 227. D: *ἐγένοντο δὲ αὐτῷ καὶ γυναῖκες πολλαὶ καὶ [παῖδες] ἐξ αὐτῶν καὶ θυγατέρες*: nullo modo *παῖδες* in Codice cerni potest. Res ipsa loquitur *υἱοὶ — καὶ θυγατέρες* veram lectionem esse. Post pauca recte Codex exhibet: *ὅπως ἄν τις δύναιτο τὰ τοιαῦτα κτᾶσθαι*, sine sensu editur *ὅπου ἄν τις*.

Verum vidit Wyttenbachius p. 228. A. ubi editur: *προσαπέλαβον δὲ καὶ οἱ ξυγγενεῖς — τῆς τῶν παίδων ἀνοίας καὶ ἀμαθίας ἀνέχεσθαι*. Nil iuvat Codex, sed verissimum est quod Wyttenbachius in *Epist. Crit.* p. 20. docuit *προσαπέλαυον* pro *προσαπέλαβον* restitui oportere, quo facto ultro excidit *ἀνέχεσθαι*, quod corrector nihili ad fulciendam sententiam de suo supposuit. Scribitur *β* in Codd. antiquioribus ea forma (*ꞵ*) ut *β* et *υ* vix nisi hoc agas distinguere possis, quae res plurimos peperit errores, etiam in Iuliani Codice in quo saepis-

sime β illa forma scribitur, ut in hoc ipso verbo προσαπέλαβον. Deinde in Codice recte legitur ἐπίμπλατο Φόνων πάντα pro Φόνου, et vitiose θνητῷ σιδήρῳ διελάγχανον pro θηκτῷ, quod sumtum esse ex Euripidis Phoenissis vs. 68:

θηκτῷ σιδήρῳ δῶμα διαλαχεῖν τόδε.

primus monuit Wyttenbachius. In Codicibus paulo antiquioribus η et κ simillimo ductu scribuntur, unde magna errorum multitudo nata est. Ex uno Hesychio vis exemplorum colligi possit. Inspice mihi Valckenaerii *Observationes ad aliquot Hesychii* λέξεις Ὁμηρικάς in *Miscellan. Observatt. Crit.* Tom. VIII. p. 157. sqq. ubi pro Ἐνιῆλαι: ἐμποδίζειν emendavit Ἐνικλᾶν et multa similia collegit. Hesychius in littera H suo loco posuit: Ἤρινε: χώριζε pro κρῖνε. Non miraberis amplius μυρίηαι pro μυρῖκαι et δάηε pro δάκε scribi potuisse, et ἐνίημον pro ἔνικμον v. Ἐρσήεντα, et Κρυερόν: Φριητόν pro Φρικτόν, et multa eiusdemmodi menda ab iis commissa qui quae legunt non intelligunt, nam oculis quidem ineruditis η et κ distingui non possunt. Iuvat his unum ex ipso Iuliano addere. Legitur p. 132. B: ποιησόμεθα τῷ θεῷ τὰ ἐγκώμια. ῥητέον δ' ἔνθεν, sed legendum ἀρκτέον δ' ἐνθένδε. Recte Petavius: »*hinc igitur dicendi* sumamus exordium." hoc ipsum nunc Iuliano reddidimus.

Pag. 228. C. legitur quidem in Codice, ut Spanhem. refert μνημάτων δεήσει sed non vidit notas numerales β et α a librario supra scriptas, quibus ea verba transponenda esse monuit. Post pauca emenda: βεβηλουμένων ὁμοῦ τοῖς θείοις τῶν ἀνθρωπίνων, male Codex et Editt. τοῖς θεοῖς exhibent. Deinde corrige: ὅς σε ἀπολιπών pro ἀπολείπων.

Non expedio scripturam Codicis p. 229. A. ubi editur: ἔλαττον εἶναι ταύτης αἴτιον αὐτοῦ τῆς ξυμφορᾶς, sed in Codice est: ἔλαττον εἶναι * * τε αἴτιον κτέ. duae vel tres litterulae in macula latent, τε liquido apparet.

Saepe in accentuum ratione peccavit scriba in vicinis pag. 229. B. nam ὑπεικάθειν dedit et ὦ πότνια Φάτον. Editores ὦ ποτνία, Φατόν, correxerunt, sed retinuerunt ὑπεικάθειν, quia nemo ante Elmsleium intellexit ἠμύναθον, ἐδιώκαθον, ὑπείκαθον, παρείκαθον, ἤλκαθον aoristos esse. Iulianus ipse id non nesciebat, ut liquido apparet ex p. 234. A: μήτε ἑαυτοῦ μήτε ἐκεί-

νων ταῖς ἐπιθυμίαις δουλεύων ὑπεικάθῃς, quod esset solocecum ni ὑπεικάθῃς esset aoristus, ut vitiosum est μὴ πρίω pro μὴ πρίῃ. Itaque rescribe: ἐκέλευσας ὑπεικαθεῖν, et post pauca: ἐρέσθαι pro ἔρεσθαι.

Exemta litterula scribendum p. 230. D. προῆγεν εἰς τὸ πρόσω, non προσῆγεν. Requiritur enim *progredi*, non *prope accedere*.

Difficile est non subridere p. 231. A. ubi quum Iulianus solemniter Iovem invocasset: ὦ Ζεῦ πάτερ, ἢ ὅ τι σοι φίλον ὄνομα καὶ ὅπως ὀνομάζεσθαι, perridicule additur: τουτὶ γὰρ ἔμοιγε οὐδὲν διαφέρει, sed sunt haec verba huiusmodi ut ab aliquo scurra Christiano addita esse videantur. Quo animo Veteres in Deorum invocationibus solerent verba sic concipere et quae esset eorum εὐλάβεια περὶ τὰ τῶν θεῶν ὀνόματα unus omnium optime docet Platonis locus ex *Philebo*, quo Iulianus ipse utitur in sqq. p. 237. A. similia de Pythagora et Aristotele memorans. Quid igitur potest esse absurdius quam istud: τουτὶ γὰρ ἔμοιγε οὐδὲν διαφέρει, ex ipsius Iuliani persona dictum?

Sequitur in Codice: περιβάλλων δὲ τοῖς γόνασι τοῦ ἡλίου τὰς χεῖρας * * * εἶχετο σώζειν ἑαυτὸν δεόμενος. Atra caligo abscondit veterem scripturam, in qua nihil aliud latere suspicor quam (ἀπρὶξ) εἶχετο. Praeterea scribe περιβαλών. Ἀπρὶξ ἔχεσθαι omnium usu tritum est. Recurrit apud Iulianum p. 417. D: ἀπρὶξ εἰχόμην ὥσπερ δεδιὼς μὴ λάθῃ με ἀποπτάν, et iterum p. 335. D: ἀπρὶξ εἶχετο τοῦ Διός. In sqq. vera lectio ex Codice emersit. Editur: ἐκέλευσε πρῶτον διακρίνειν αὐτόν, sed diu rimatus tandem vidi ἀνακρίνειν scriptum esse, quod unice verum est.

Iterum emergit vera lectio ex Codice p. 233. D: ubi editur: ἡμεῖς γάρ σοι πανταχοῦ συνεσόμεθα — ὡς τά τε πρὸς ἡμᾶς ὅσιος ᾖς, sed recte Codex: ἕως ἂν τά τε πρὸς ἡμᾶς κτἑ.

Supra p. 233. B: τὸ λίαν [ἄγαν] εἶναι καταπλῆγα inepte abundans ἄγαν reseca.

Pag. 234. A. in Codice est: μήτε ταῖς ἑαυτοῦ μήτε ἐκείνων ταῖς ἐπιθυμίαις δουλεύων ὑπεικάθῃς. Editur μήτε μὲν ἑαυτοῦ: obscuratum est ταῖς, sed liquido tamen apparet. Post pauca emendandum: ταυτησὶ δὲ Ἀθηνᾶς pro ταύτης.

Consentit Codex p. 235. C. in turpi errore *ἀπηλαύσαμεν* pro *ἀπελαύσαμεν*, quod pervulgatum est librorum vitium. Forma *ἀπήλασα* Graeculos in istum errorem induxit. Deinde Codex vitiose: *σὺ δὲ ἀρετῆς ἢ τοῖς σοῖς ἀδελφοῖς* pro *σοὶ δὲ ἀρετῆς ἢ κτέ.* quae ex Demosthene sumta esse supra vidimus. Non minus saepe *υ* et *οι* permiscentur in libris atque *ει* et *ι*, *αι* et *ε* et sim. Hinc apud Iulianum mendose scribuntur *δοιοῖν*, *συνδοιάζειν*, alia.

Nil iuvat Codex p. 236. D. in verbis: *καὶ γὰρ οὐ τὸ ὄνομα θεῶν ἐν τῇ σφραγῖδι φορεῖν ἐπέτρεπεν οὐδὲ τῷ ὅρκῳ χρῆσθαι προπετῶς τοῖς τῶν θεῶν ὀνόμασιν*, sed facile apparet sic esse scribendum: *οὔτε τὸ ὀνόματα θεῶν — οὔτε τὸ ὅρκῳ χρῆσθαι κτέ.* Graeculi non concoquunt *τὸ ὀνόματα* et *τὸ ὅρκῳ*, ita *corrigunt* mortalium ineptissimi *τὸ ὄνομα* et *τῷ ὅρκῳ*. Lepidum imprimis est *τὸ ὄνομα θεῶν*, *nomen Deorum*, ut vides.

Excidit aliquid p. 237. C. inter *βούλει* et *τὸ μετὰ τοῦτο*, quod nullo modo expedire possum. Suspicor *δῆτα* latere. Deinde si legeris *(τὸν τῷ ἀπόλλ)ωνι καὶ ταῖς μούσαις φίλον* melius hians spatium expleveris quam si cum vulgata omiseris *τῷ*. Tum liquido scriptum est: *εἰ δὲ ἀνεγνώκεις τὸν ἀσατικὸν αὐτοῦ * * * * ὥσπερ τῆς πλάτωνος οὕτω δὲ* (lege *δὴ*) *καὶ τῆς ἐκείνου διατριβῆς προὐγέγραπτο*. Inter *αὐτοῦ* et *ὥσπερ* septem circiter litterulae atra macula absconduntur. Pro *ἀσατικόν*, quod nihili est, suspicor *συσατικόν* verum esse et excidisse *(λόγον ὃς) ὥσπερ κτέ.* Inscribebant olim talia auditoriis suis philosophi, ut impares et imparatos arcerent, cuiusmodi est nota auditorii inscriptio:

Μηδεὶς ἀγεωμέτρητος ἐνθάδ' εἰσίτω.

Idem vitium quod multis aliis locis eluimus obsidere videtur locum p. 237. D: *ἔγνως ἂν ὅτι — διὰ πάντων τῶν μαθημάτων ἤχθαι τοῖς εἴσω τοῦ περιπάτου βαδίζουσι προηγορεύετο*, nam una litterula exemta *προηγόρευτο* a Iuliano scriptum esse probabile est.

Et frequens et certum mendum deprehenditur p. 238. A: *ὅπως μὴ — προσβαλὼν ὥσπερ τι μορμολύκειον ἐκφοβήσῃς*, nam *ὅπως* et *ὅπως μή* sic posita futurum postulant, quare *ἐκφοβήσεις* scribendum. Sexcenties talia in libris confunduntur. Recte editur p. 230. D: *ὅπως αὐτὸν ὡς εὐαγέσατα προσ-*

κυνήσεις, sed in Codice vitiose προσκυνήσης legitur. Diligenter alibi de hoc genere mendorum exposuimus.

In vicinia est vitiorum seges: οὐ γὰρ ἐμυήθη (ὁ Διογένης) ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν τρεπόμενον ἐκμυηθῆναι· Γελοῖον, εἶπεν, ὦ νεανίσκε, εἰ τοὺς μὲν τελώνας οἴει ταύτης ἕνεκα τῆς τελετῆς κοινώσειν τοῖς θεοῖς τῶν ἐν ᾅδου καλῶν, Ἀγησίλαον δὲ καὶ Ἐπαμεινώνδαν ἐν τῷ βορβόρῳ κεῖσθαι. In Codice nihil est praesidii: fideliter enim servat vitiosa omnia praeter unum: κοινωνήσειν recte dedit pro κοινώσειν. Iure offenderunt homines docti in τρεπόμενον, cui προτρεπόμενον substituerunt. Plane assentior: sed quid est ἐκμυηθῆναι? Quis Veterum dixit umquam vel dicere potuit ἐκμυεῖσθαι pro μυεῖσθαι? Faex Graeculorum, ut docent Lexicorum Conditores, potuit dicere figurate ῥητορείαν ἐκμυηθῆναι pro ἐκδιδαχθῆναι, sed nihil hoc ad nostrum locum. Nihil aliud superest quam ut expuncta praepositione legamus πρὸς τὸν προτρεπόμενον μυηθῆναι. In frequentissimo usu et rei et verbi nemo umquam aliter dixit quam μυηθῆναι, et Iulianus passim verbo simplici utitur. Magis etiam absurdum est quod Diogenes ipse dicit: οἴει τοὺς τελώνας κοινωνήσειν τοῖς θεοῖς τῶν ἐν ᾅδου καλῶν. Quid? an *Deos* ipsos bonorum quae apud inferos sunt participes fuisse putemus? Petavius callide in versione τοῖς θεοῖς omisit. Sed longa dies callidorum hominum commenta refutat et delet: nil durare potest quod non sit verum. Quid igitur hoc loco verum sit quaeramus. Nempe θεοῖς, ut saepius alibi apud Iulianum, natum est ex θείοις, et in θείοις latet ipsa Iuliani manus quae haec est: κοινωνήσειν τοῖς ὁσίοις τῶν ἐν ᾅδου καλῶν. Quam facile ΟCΙΟC et ΘЄΙΟC confundantur in *Variis Lectt.* plurimis exemplis demonstravimus. Quam bene οἱ ὅσιοι hoc loco commemorentur demonstrare nil opus est. *Piorum* animas post mortem aeterna felicitate frui communis omnium hominum semper fuit et erit sententia: οἱ ὅσιοι igitur ex Graecorum opinione τῶν ἐν ᾅδου καλῶν ἀπολαύουσι, non οἱ θεοί, ut opinor. Sed ut in re manifesta verbis et exemplis parco. Unum mendum restat: ut κοινωνήσειν sic κείσεσθαι Iulianus scripserat, non κεῖσθαι. Superstites erant, credo, Agesilaus et Epaminondas, duo Graeciae lumina, quum haec Diogenes dicebat. Compara idem dictum apud Diog. Laërt. VI. 39: Γελοῖον, ἔφη, εἰ Ἀγησίλαος

μὲν καὶ Ἐπαμεινώνδας ἐν τῷ βορβόρῳ κείσονται, εὐτελεῖς δέ τινες μεμυημένοι ἐν ταῖς μακάρων νήσοις ἔσονται.

Caeterum frustra Iulianus aculeum dicti Diogenis retundere nititur et comminiscitur rationes quasdam absurdas, quales fanatici homines solent, ne is qui hoc dictum iecerit mysteria Eleusinia contemsisse videretur. Scilicet Diogenes *noluit civis Atticus fieri* quoniam se *mundi civem* esse arbitrabatur. Est in verbis Graecis vitium: συνεὶς ὅτι τὸν μυούμενον ἐχρῆν πολιτογραφῆναι πρότερον καὶ Ἀθηναῖον — γενέσθαι, τοῦτο ἔφυγεν οὐ τὸ μυηθῆναι, νομίζων αὐτὸν εἶναι τοῦ κόσμου πολίτην. Barbarum plane est πολιτογραφῆναι. Codex Iuliani manum servat πολιτογραφηθῆναι, quod scriptum est πολιτογραφη supra θν cum circumflexo, ut supra φρενωθῆναι scriptum esse vidimus, ac passim in iis formis scribi assolet. Πολιτογραφεῖν nemo umquam dixit veterum ac probatorum scriptorum, sed sequiores in ea re non alio quam hoc verbo utuntur.

Non Iuliano sed scribis imputaverim formam quae legitur p. 239. B: ἐπὶ δὲ τῷ μεμυῆσθαι μεγαλοφρονοῦντα, nam Veterum exemplo Iulianus μέγα φρονεῖν et μεῖζον φρονεῖν usurpare solet, idque Graeculi, ut etiam in Atticis scriptoribus ostendimus, depravant in μεγάλα φρονεῖν et μείζω φρονεῖν et μεγαλοφρονεῖν. Eadem opera corrige locum p. 409. D. παραιτησόμεθα μετρίως αὐτοὺς μὴ τῶν πατέρων φρονεῖν μείζονα, imo vero μεῖζον. Sine vitio legitur p. 45. D: τίς γὰρ ἔγνω μεῖζον ὑπὸ τῆς εὐτυχίας φρονήσαντα; et aliis locis.

(*Continuabitur*).

C. G. COBET.

MISCELLANEA.

FRAGMENTA COMICORUM APUD ORIGENEM CONTRA CELSUM LATENTIA.

Fugerunt Meinekii diligentiam quum quidquid ubique est fragmentorum Comoediarum Graecarum colligeret hi duo loci apud Origenem contra Celsum: p. 310: εἰ δ' ἄρα μηδὲν νοήσας Μωυσῆς ἀνέγραψε ταῦτα ἀλλὰ παραπλήσιόν τι ποιῶν οἷς παίζοντες οἱ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιηταὶ ἀνεγράψαντο:

Προῖτος ἔκτεινε (al. ἔγημε)
Βελλεροφόντην, ὁ δὲ Πήγασος ἦν ἐξ Ἀρκαδίας (ἐπίκουρος).
ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν γελωτοποιεῖν ἐθέλοντες τοιαῦτα συνέταττον
De meo inserui ἐπίκουρος propter Hermippi versiculum
Athen. p. 27. E:

ἀνδράποδ' ἐκ Φρυγίας, ἀπὸ δ' Ἀρκαδίας ἐπικούρους.

Alter locus est p. 329. ex Celso descriptus: εἴπερ ἐβούλ
ὁ θεὸς ὥσπερ ὁ παρὰ τῷ κωμῳδῷ Ζεὺς ἐκ τοῦ μακροῦ ὕπνου δ
πνίσας ῥύσασθαι τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἐκ κακῶν, τί δήποτε
μίαν γωνίαν ἔπεμψε τοῦτο ὅ φατε πνεῦμα; — ἀλλ' ὁ μὲν κωμ
δὸς ἐν τῷ θεάτρῳ γελωτοποιῶν συνέγραψεν ὅτι Ζεὺς ἐξυπν
σθεὶς Ἀθηναίοις καὶ Λακεδαιμονίοις τὸν Ἑρμῆ
ἔπεμψε, σὺ δὲ οὐκ οἶει κτέ. quae verba sic repetit Origene
p. 330: ὁ μὲν οὖν κωμῳδὸς γελωτοποιῶν τὸν Δία κοιμώμενον π
ποίηκε καὶ διυπνιζόμενον καὶ πέμποντα πρὸς τοὺς Ἕλληνας τ
Ἑρμῆν.

ANTIPHONTIS LIBRI Περὶ Ἀληθείας.

In eodem Origenis libro est testimonium de Antiphontis li
bris Περὶ Ἀληθείας haud contemnendum, sed omissum ab ii
qui Antiphontis fragmenta composuerunt. Legitur p. 176
Ἀντιφῶν ῥήτωρ νομιζόμενος εἶναι καὶ τὴν πρόνοιαν ἀναίρων (leg
ἀναιρῶν) ἐν τοῖς ἐπιγεγραμμένοις Περὶ Ἀληθείας παραπλησία
τῇ Κέλσου ἐπιγραφῇ. Non aliunde constabat Antiphontem i
illis libris *Providentiam sustulisse.*

Πρόρρησις IN SACRIS.

Nota est in Graecorum mysteriis *Praefatio*, πρόρρησις, qu
Hierophanta indignos arcebat. De ea sic Iulianus p. 259. C
ὁ ἱεροφάντης προαγορεύει ὅσις χεῖρα μὴ καθαρὸς καὶ ὄντ
να μὴ χρὴ τούτοις ἀπαγορεύων μὴ μυεῖσθαι. Reliquis de e
praefatione testimoniis accedat locus Celsi apud Origenem p. 147
οἱ μὲν εἰς τὰς τελετὰς καλοῦντες προκηρύττουσι τάδε· Ὅς
χεῖρας καθαρὸς καὶ φωνὴν συνετός. καὶ αὖθις ἕτερο
Ὅσις ἁγνὸς ἀπὸ παντὸς μύσους καὶ ὅτῳ ἡ ψυχὴ ο
δὲν σύνοιδε κακὸν καὶ ὅτῳ εὖ καὶ δικαίως βεβίωτα

C. G. C.

ATAKTA.

(*Continuantur ex* VIII. *pag.* 309).

§ 12.

Ad Xenophontis Hellenica redituro, ante vindicare mihi lubet Aeschinis orationem. Etenim quum exquisitas Hamakeri mei observationes de corrigenda Ctesiphontea percurrerem (Mnemos. VIII. 1.) incidi in § 21, in cuius verbis (*ἀρχὴν ὑπεύθυνον, φησὶ, μὴ ἀποδημεῖν*) ideo interpolatum putat voc. *ἀρχήν*, quod eo servato, »lex ad eos tantum pertineret qui munere etiam fungerentur," quum contra complecteretur eos quoque, qui dudum magistratu abiissent. Aliquanto liberius hoc postremum dici mihi videtur; si quidem et ratio suadet, et historia docet rationes gesti muneris profiteri debuisse *τοὺς ἄρξαντας* intra breve tempus, ex quo magistratu abiissent: nec dubito affirmare legem illam spectasse annuos magistratus, quorum et illa, et aliis cautionibus, non tantum *οὐσίας*, sed personas quoque *ἐνεχυριάζει ὁ νομοθέτης, ἕως ἂν λόγον ἀποδῶσι τῇ πόλει*. Si ad extraordinarias quoque potestates, verbi causa ad legatos aut ad praetores ea lex pertinuisset, quorum *εὐθῦναι* non nisi extraordinaria actione exigi solebant, satis ridicule istud *ἐνεχυριάζειν* in infinitum tempus prolatum esset. Difficile adeo est concedere Meiero, qui, Lit. Att. p. 221. sq., suspicatur *ὑπεύθυνον* mansisse quem per integrum annum, a quo tempore munere abiisset. Sed falli videtur mihi Hamakerus, quum putat *ὑπεύθυνον*, apud Aeschinem, adiectivum cum subst. *ἀρχήν* iungendum esse, ut esset *magistratum ὑπεύ-*

Προῖτος ἔκτεινε (al. ἔγημε)
Βελλεροφόντην, ὁ δὲ Πήγασος ἦν ἐξ Ἀρκαδίας (ἐπίκουρος).
ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν γελωτοποιεῖν ἐθέλοντες τοιαῦτα συνέταττον κτέ.
De meo inserui ἐπίκουρος propter Hermippi versiculum apud Athen. p. 27. E:

ἀνδράποδ' ἐκ Φρυγίας, ἀπὸ δ' Ἀρκαδίας ἐπικούρους.

Alter locus est p. 329. ex Celso descriptus: εἴπερ ἐβούλετο ὁ θεὸς ὥσπερ ὁ παρὰ τῷ κωμῳδῷ Ζεὺς ἐκ τοῦ μακροῦ ὕπνου διυπνίσας ῥύσασθαι τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἐκ κακῶν, τί δήποτε εἰς μίαν γωνίαν ἔπεμψε τοῦτο ὅ φατε πνεῦμα; — ἀλλ' ὁ μὲν κωμῳδὸς ἐν τῷ θεάτρῳ γελωτοποιῶν συνέγραψεν ὅτι Ζεὺς ἐξυπνισθεὶς Ἀθηναίοις καὶ Λακεδαιμονίοις τὸν Ἑρμῆν ἔπεμψε, σὺ δὲ οὐκ οἶει κτέ. quae verba sic repetit Origenes p. 330: ὁ μὲν οὖν κωμῳδὸς γελωτοποιῶν τὸν Δία κοιμώμενον πεποίηκε καὶ διυπνιζόμενον καὶ πέμποντα πρὸς τοὺς Ἕλληνας τὸν Ἑρμῆν.

ANTIPHONTIS LIBRI Περὶ Ἀληθείας.

In eodem Origenis libro est testimonium de Antiphontis libris Περὶ Ἀληθείας haud contemnendum, sed omissum ab iis qui Antiphontis fragmenta composuerunt. Legitur p. 176: Ἀντιφῶν ῥήτωρ νομιζόμενος εἶναι καὶ τὴν πρόνοιαν ἀναίρων (lege ἀναιρῶν) ἐν τοῖς ἐπιγεγραμμένοις Περὶ Ἀληθείας παραπλησίως τῇ Κέλσου ἐπιγραφῇ. Non aliunde constabat Antiphontem in illis libris *Providentiam sustulisse.*

Πρόρρησις IN SACRIS.

Nota est in Graecorum mysteriis *Praefatio*, πρόρρησις, qua Hierophanta indignos arcebat. De ea sic Iulianus p. 259. C: ὁ ἱεροφάντης προαγορεύει ὅσις χεῖρα μὴ καθαρὸς καὶ ὄντινα μὴ χρὴ τούτοις ἀπαγορεύων μὴ μυεῖσθαι. Reliquis de ea praefatione testimoniis accedat locus Celsi apud Origenem p. 147: οἱ μὲν εἰς τὰς τελετὰς καλοῦντες προκηρύττουσι τάδε· Ὅσις χεῖρας καθαρὸς καὶ φωνὴν συνετός. καὶ αὖθις ἕτεροι· Ὅστις ἁγνὸς ἀπὸ παντὸς μύσους καὶ ὅτῳ ἡ ψυχὴ οὐδὲν σύνοιδε κακὸν καὶ ὅτῳ εὖ καὶ δικαίως βεβίωται.

C. G. C.

ATAKTA.

(*Continuantur ex* VIII. *pag.* 309).

§ 12.

Ad Xenophontis Hellenica redituro, ante vindicare mihi lubet Aeschinis orationem. Etenim quum exquisitas Hamakeri mei observationes de corrigenda Ctesiphontea percurrerem (Mnemos. VIII. 1.) incidi in § 21, in cuius verbis (*ἀρχὴν ὑπεύθυνον, φησὶ, μὴ ἀποδημεῖν*) ideo interpolatum putat voc. *ἀρχήν*, quod eo servato, »lex ad eos tantum pertineret qui munere etiam fungerentur," quum contra complecteretur eos quoque, qui dudum magistratu abiissent. Aliquanto liberius hoc postremum dici mihi videtur; si quidem et ratio suadet, et historia docet rationes gesti muneris profiteri debuisse *τοὺς ἄρξαντας* intra breve tempus, ex quo magistratu abiissent: nec dubito affirmare legem illam spectasse annuos magistratus, quorum et illa, et aliis cautionibus, non tantum *οὐσίας*, sed personas quoque *ἐνεχυριάζει ὁ νομοθέτης, ἕως ἂν λόγον ἀποδῶσι τῇ πόλει*. Si ad extraordinarias quoque potestates, verbi causa ad legatos aut ad praetores ea lex pertinuisset, quorum *εὐθῦναι* non nisi extraordinaria actione exigi solebant, satis ridicule istud *ἐνεχυριάζειν* in infinitum tempus prolatum esset. Difficile adeo est concedere Meiero, qui, Lit. Att. p. 221. sq., suspicatur *ὑπεύθυνον* mansisse quem per integrum annum, a quo tempore munere abiisset. Sed falli videtur mihi Hamakerus, quum putat *ὑπεύθυνον*, apud Aeschinem, adiectivum cum subst. *ἀρχήν* iungendum esse, ut esset *magistratum ὑπεύ-*

θυνον, quod ipsum ne Graecum quidem est, sed postulatur ἀρχὴν ἄρχοντα, et diversi generis est id, quod deprehenditur in Platonis Epist. VIII. p. 355. E, ἀρχὴ ὑπεύθυνος βασιλική. Nam exacto demum munere quis fit ὑπεύθυνος eius potestatis quam tenuerit, aut eius pecuniae quam tractaverit (διαχειρίσῃ): itaque recte apud Demosthenem (quamquam in dubiae fidei ὅρκῳ ἡλιαστῶν) Timocrat. p. 747, 1. dicitur ὑπεύθυνος ὢν ἑτέρας ἀρχῆς, i. e. qui nondum rationes reddidisset. Estne propterea delendum istud ἀρχήν, quoniam et statim post, sine illo substantivo, et multis aliis locis simpliciter ὑπεύθυνος appellatur? Non est: neque istud ἀρχήν quidquam aliud est nisi *omnino*, quod cum negatione coniungi solet, ut h. l. μὴ ἀποδημεῖν. Vix operae pretium est istius adverbii, quo Aeschines utitur quoque § 117, exempla colligere post Hermannum ad Vigerum: accedant tamen haec duo, alterum Platonis Apolog. Socrat. p. 29. C, alterum Xenophontis Anab. VII. 7. 28. ἀρχὴν μὴ πλουτῆσαι. Video nunc hanc interpretationem iam Tayloro placuisse, frustra dissentiente Orellio, qui dubitabat an hoc loquendi genus legis formulae aptum esset, neque attendebat istam asseverandi formam Oratoris esse, non e legis verbis sumtam, idemque valere in § 31, ubi lex dicitur ἀπαγορεύειν ἀρχὴν ὑπεύθυνον μὴ στεφανοῦν.

Alterum, de quo dubitationem meam Hamakeri prudenti iudicio proponere lubet, illud est, quum in his verbis § 62. μετὰ ταῦτα ἐπῆλθεν ὁ χρόνος, Θεμιστοκλῆς ἄρχων, ineptissime interpolata esse dicit verba ἐπῆλθεν ὁ χρόνος. Primum quaero, rectene dici potuerit, istis sublatis, μετὰ ταῦτα Θεμιστοκλῆς ἄρχων, de quo vehementer dubito, neque eo referri poterat ἐνταῦθα. Tum, in illa temporum computatione, quam istic persequitur Orator, postquam notasset quid Ol. 108, 1. (Theophilo arch.) factum esset, nihil aliud subiungere voluit nisi id, quod Latine diceretur *secutus est annus, archonte Themistocle:* sed Graeci in eiusmodi definitione uti solent appositione, non tantum in hoc, ἡ βουλὴ οἱ πεντακόσιοι, et ἐν δικαστηρίῳ ἐν δισχιλίοις, apud Lysiam, similibusque, sed in temporis quoque accurata designatione, ex quo genere memini me nonnulla explicuisse Scholic. Hypomn. IV. p. 23. — In Thucydide VIII. 67. novimus ἐπειδὴ ἐφῆκεν ἡ ἡμέρα.

Ne hoc quidem reticendum est, dubitare me an satis diligenter attenderit Hamakerus locum, qui est § 195, cuius verba sic eduntur apud Bekkerum: *Ἀρχῖνος γὰρ ὁ ἐκ Κοίλης ἐγράψατο παρανόμων Θρασύβουλον τὸν Στειριέα γράψαντά τι παρὰ τοὺς νόμους, [σεφανοῦν] ἕνα τῶν συγκατελθόντων αὐτῷ ἀπὸ Φυλῆς.* In his suspicatur interpolata esse verba *γράψαντά τι παρὰ τοὺς νόμους*, quae, inquit, ridicule subiiciuntur post illa *ἐγράψατο παρανόμων*. Sed ita magis ridiculum hoc oritur, ut Thrasybulus nunc appelletur *εἷς τῶν συγκατελθόντων ἀπὸ Φυλῆς*. Hoc, puto, si attendisset, vix dubito quin agnovisset et *τι* secundum nonnullos Codd. delendum, et *σεφανοῦν* retinendum esse.

§ 13.

Sed veniamus aliquando ad Hellenica. Primum incido in locum nobilissimum ubi Trigintaviri creati commemorantur, II. 3. 2: *ἔδοξε τῷ δήμῳ τριάκοντα ἄνδρας ἑλέσθαι, οἳ τοὺς πατρίους νόμους συγγράψουσι καθ' οὓς πολιτεύσουσι.* Ex ipsa rerum gestarum serie nihil magis perspicuum est, quam Trigintaviros novam civitatis disciplinam ac descriptionem condere voluisse, quae sublata *τοῦ δήμου* nimia potestate, magis cum Spartanorum ingenio congrueret, itaque recte accepit Grotius Histor. Graec. Vol. VIII. p. 237. Simile quid factum erat, septem annis ante, quum Quadringenti rerum potiebantur, sicut auctor est Thucydides VIII. 67. cuius verba attendenda sunt: *καὶ πρῶτον μὲν τὸν δῆμον ξυλλέξαντες εἶπον γνώμην δέκα ἄνδρας ἑλέσθαι ξυγγραφέας αὐτοκράτορας, τούτους δὲ ξυγγράψαντας γνώμην ἐσενεγκεῖν ἐς τὸν δῆμον ἐς ἡμέραν ῥητὴν, καθ' ὅ τι ἄριστα ἡ πόλις οἰκήσεται.* Neque ullo alio exemplo opus est ut demonstrem istud *συγγράφειν* de novarum legum auctore et inventore dici, sicut Hellen. I. 7. 12. *παράνομα συγγράφειν* dicitur (id quod disputavi Scholic. Hypomn. IV. p. 11), totumque diversum esse ab eo, quod *ἀναγράφειν νόμους* est, cognitum e Nicomachi causa apud Lysiam et e Tisameni psephismate apud Andocidem Myster. § 83. Hinc efficio ridiculum esse, quum dicitur Trigintaviris commissum esse *τοὺς πατρίους νόμους συγγράφειν*, tum quod ita evertitur istius verbi potestas,

tum quod totum hoc adversatur historiae: restitutis demum exsulibus Thrasybulus auctor esse poterat populo τοῖς ἀρχαίοις νόμοις χρῆσθαι (ibid. II. 4. 42.) qua in re nullo opus erat συγγραφεῖ. Nec Thucydides πατρίους νόμους appellans VIII. 76, quidquam intelligit praeter democratiam. Et hoc postremum dicitur πολιτεύεσθαι κατὰ τὰ πάτρια, in illo Tisameni psephismate, et Solon apud Aristotelem Polit. II. 12. dicitur δημοκρατίαν καταςῆσαι τὴν πάτριον. Sed quid opus pluribus? In illo Hellenicorum loco manifestum est delendum esse τοὺς πατρίους. Diserte καινοὶ νόμοι a Critia appellantur § 51. conf. Lysias Eratosth. § 73. Sed apud eundem, Ergocl. § 5, ἀρχαῖοι νόμοι videntur ad oligarchiam pertinere.

Offendor II. 3. 15. quum Theramenes dicit, ἐπεὶ καὶ ἐγὼ καὶ σὺ πολλὰ δὴ τοῦ ἀρέσκειν ἕνεκα τῇ πόλει καὶ εἴπομεν καὶ ἐπράξαμεν. In talibus constans usus requirit τῷ πλήθει, pro τῇ πόλει. Tamen idem recurrit ibid. 35, ἔδοξα τῇ πόλει εἰκότα λέγειν· quamquam in ipso illo certamine I. 7. 12. πλῆθος quoque appellatur.

Ubi Theramenes Critiae criminationibus respondet II. 3. 37. de hoc, inquit, ei assentior, qui praesens imperium tollere velit, eosque qui nobis insidientur validos reddere, hunc extremo supplicio multandum esse: ὅςις μέντοι ὁ ταῦτα πράττων ἐςὶν οἶομαι ἂν ὑμᾶς κάλλιςα κρίνειν τά τε πεπραγμένα καὶ ἃ νῦν πράττει ἕκαςος ἡμῶν εἰ κατανοήσετε. Perspicua demum erit oppositio quae requiritur, si corrigetur τὰ τότε πεπραγμένα. Conf. supra § 27. sq. — Aliquanto post § 42. haec dicit: non sibi placuisse praesidiarios mercede conducere, ἐξὸν αὐτῶν τῶν πολιτῶν τοσούτους προσλαμβάνειν ἕως ῥᾳδίως οἱ ἄρχοντες ἐμέλλομεν τῶν ἀρχομένων κρατήσειν. Corrigendum suspicor primum τῶν ὁπλιτῶν. conf. 4. 6. et 9: tum ὅσοις ῥᾳδίως.

Omitto inconstantiam in minutis, quum v. c. modo πολιτεύειν, modo πολιτεύεσθαι editur, et modo λυμαίνεσθαί τι, modo λ. τινι, tum modo ἄρξαι, modo ἄρξασθαι. Sed quum alia complura colligi possunt, quibus quis utatur ut ostendat Hellenicorum orationem non ad eam ἀκρίβειαν esse elaboratam, quam in reliquis voluminibus Xenophonteis deprehendamus, tum eius negligentiae, qualem supra § 11. in II. 2. 7. indicavi, subiecti mentio ut omissa esset, innumerabilia sunt

exempla. Veluti III. 4. 8: *ἐπεὶ δὲ καὶ ἤρξατο προσάγειν τινὰς τῷ Ἀγησιλάῳ ὁ Λύσανδρος, πάντας οἷς γνοίη αὐτὸν συμπράττοντά τι ἡττωμένους ἀπέπεμπεν*, addendum erat *ὁ Ἀγησίλαος*. — Sic IV. 2. 10. *ἐπεὶ δ' ἐξῆεσαν μὲν οἱ Λακεδαιμόνιοι, συνειλεγμένοι δ' ἦσαν οἱ ἐναντίοι, συνελθόντες ἐβουλεύοντο*, in quo postremo requiritur *οὗτοι*, nempe adversarii. — In V. 4. 25. aliquanto durius omittitur *ὁ Σφοδρίας*, post *δεινὰ γὰρ ἐδόκει πεποιηκέναι*. — Manifesto VI. 4. 3. post *ἐπεὶ οὖν ἥσθετο*, requiritur *ὁ Κλεόμβροτος*. — Nec minus VI. 4. 20, in verbis *ἔνθα δὴ ἀναμείνας*, abest significatio subiecti, nempe Archidami. Atque ita VI. 5. 49. subiecto caret verbum *παρήγγειλεν* sc. *ὁ Ἰφικράτης*. Sed non attinet plura excitare: tantum dico, istam negligentiam aut numquam, aut perraro in aliis voluminibus deprehendi.

Non eiusdem generis quidem, sed tamen vitium brevitatis notandum in his, quae legimus III. 1. 1. ubi narratur Cyrus legatos misisse Lacedaemonem, et a Lacedaemoniis petivisse, *οἵδπερ αὐτὸς Λακεδαιμονίοις ἦν ἐν τῷ πρὸς Ἀθηναίους πολέμῳ, τοιούτους καὶ Λακεδαιμονίους αὐτῷ γίγνεσθαι*, post quae diligens scriptor addidisset *ἐν τῷ πρὸς βασιλέα πολέμῳ*. — Mox, ibid. *κἀκεῖνος μέντοι*, corrigendum *κ. μέν*, eodemque modo § 22, tum V. 4. 63.

Aliquid excidisse manifestum est in his III. 1. 5: *καὶ σὺν μὲν ταύτῃ τῇ στρατιᾷ ὁρῶν Θίβρων τὸ ἱππικὸν εἰς τὸ πεδίον οὐ κατέβαινεν*. Nullum equitatum is habebat praeter illos trecentos equites Athenienses, de quibus dicitur § 4. Igitur Tissaphernis magno equitatui impar erat, siculi postea Agesilaus, de quo III. 4. 15, idem sensit. Propterea credibile est Xenophontem scripsisse *οὐχ ἱκανὸν ὁρῶν τὸ ἱππικόν*.

Ubi narratur de Lysandro III. 4. 2. voluisse eum in Asia *τὰς δεκαρχίας τὰς καταστάθείσας ὑπ' ἐκείνου ἐν ταῖς πόλεσιν, ἐκπεπτωκυίας δὲ διὰ τοὺς ἐφόρους, οἳ τὰς πατρίους πολιτείας παρήγγειλαν, πάλιν καταστῆσαι*, non immerito Schneiderus dixit sibi durum videri verbum *παραγγέλλειν*. Sed voluisse videtur Xenophon *κατὰ τὰς πατρίους πολιτείας πολιτεύεσθαι παρήγγειλαν*.

Iphicratis nobile facinus morae Spartanorum caesae, narratur IV. 5. 11. sqq. De consilio eius dicitur § 13. *εἰ μὲν γὰρ*

πορεύοιντο (Spartani) τῇ ὁδῷ, ἀκοντιζομένους ἂν αὐτοὺς εἰς τὰ γυμνὰ ἀπόλλυσθαι, εἰ δ' ἐπιχειροῖεν διώκειν, ῥᾳδίως ἂν ἀποφυγεῖν πελτασταῖς τοῖς ἐλαφροτάτοις τοὺς ὁπλίτας. Notandum in his ἀποφυγεῖν, contra constantem sermonis consuetudinem, dici pro *effugere*: sollemni potestate verbum usurpatur infra V. 4. 24. Sed constructio laborat per illum dativum πελταστaῖς, et infinitivus postulat accusativum; tum artic. τοῖς hinc alienum est. Ut brevi comprehendam, locus sic videtur corrigendus esse, — ἀκοντιζομένους ἂν αὐτοὺς εἰς τὰ γυμνὰ ἀπολέσθαι, εἰ δ' ἐπιχειροῖεν διώκειν, ῥᾴδιον αὖ ἀποφεύγειν πελτασταῖς ἐλαφροτάτοις οὖσι τοὺς ὁπλίτας. conf. § 15. init. — In fine § 14. vix verum videtur τοὺς προειρημένους.

Agesilaus, traiectis copiis in Acarnaniam, minabatur Acarnanibus IV. 6. 4. ὡς εἰ μὴ παυσάμενοι τῆς πρὸς Βοιωτοὺς καὶ Ἀθηναίους συμμαχίας ἑαυτοὺς καὶ τοὺς συμμάχους αἱρήσονται, δῃώσει πᾶσαν τὴν γῆν αὐτῶν κτἑ. Deleam καὶ τούς.

Quid sibi velit coni. τοίνυν, in his VI. 1. 6. assequi non possum: καὶ τοίνυν τῶν παρ' αὐτῷ πεῖραν λαμβάνει καθ' ἑκάστην ἡμέραν. Polydamantis Pharsalii verba sunt, de Iasone, quem is modo praedicaverat ipsum εὔρωστον et φιλόπονον esse. Scripsisse credo Xenophontem καὶ ξένων τῶν παρ' αὐτῷ.

Ubi Iason suadere conatur Thebanis, ne, victoria reportata, porro aggrediantur Lacedaemonios, VI. 4. 23. οἴεσθαι οὖν χρή, inquit, καὶ Λακεδαιμονίους ἄν, εἰ ἀναγκάζοιντο ἐκγενέσθαι τοῦ ζῆν, ἀπονοηθέντας διαμάχεσθαι. Absonum est istud ἐκγενέσθαι, mutandum in ἔχεσθαι.

Recte quidem Dindorfius vidit, in his verbis VII. 2. 6. ἐξαλλομένων κατὰ τοῦ τείχους τοῦ εἰς τὸ ἄστυ ὁρώντων τῶν ἡμεροφυλάκων, corrigendum esse ὁρῶντος. Sed praestabat totum hoc delere, quum, nisi me omnia fallunt, in ea formula quodvis participium omitti soleat, sicuti supra VII. 1. 18. ἰόντι iure deletur.

§ 14.

Quum nuper in Academia Scientiarum demonstrarem Madvigium quamvis acutis observationibus nihil prorsus obtinere in dirimenda controversia de Orationibus Catilinariis, utrum

verae essent an mentirentur Ciceronis nomen, et quum alia frustra ab eo defendi, tum imprimis in eo labi virum praestantissimum, quum doceret e diligentiore Codicum collatione ita emendari textum posse, ut omnia faciem et speciem vere Tullianam prae se ferrent; hoc contendebam, fracta et exclusa, quaecumque afferretur, externa auctoritate, totius rei iudicium pendere ex accurata exploratione ipsius orationis tam in singulis verbis loquendique formis quam in sententiarum comprehensione. Itaque non nisi methodum disputandi in hoc quaestionis genere tum attingebam, quo mihi aditum pararem ad eam demonstrationem, quam absolvere destinabam, in ipsa quoque prima Catilinaria, de qua nemo hucusque palam dubitasset, ne unam quidem periodum indicari posse, in qua non vel linguae ingenium verborumque proprietas iugularetur, vel perpetua Tulliani sermonis consuetudo turpiter negligeretur. Sed in illa, quae mihi cum Madvigio contentio erat, (quem ne opportunis quidem Mureti aut Ernestii — at, quam admirabilis sagacitatis virorum! — dubitationibus de pertinacia deiectum esse miror qua usus est in defendenda vetusta sane et antiqua sententia), exemplis nonnullis usus sum e tribus postremis Catilinariis, in quibus prorsus caecutiisse mihi ille videretur. Non attinebat tum singula cum pulvisculo explorare, quum affluerem exemplis depravati et perversi sermonis quae ei obiicerem. Nunc, animi causa, unum alterumque eorum, quae tum digito tantum monstrabam, enucleatius exponere lubet.

Veluti in his, Catilin. III. § 26: *quibus pro tantis rebus, Quirites, nullum ego a vobis praemium virtutis, nullum insigne honoris, nullum monumentum laudis postulo, praeterquam huius diei memoriam sempiternam*, postrema quam inepte dicerentur, tum exposui: sed videamus singula inde ab initio. *Quae tantae res* Latinum est: sed in praepositionis anastrophe statim huic substantivum subiici oportere, non interposito adiectivo, et ratio monet, et, nisi me omnia fallunt, nullo contrario exemplo evertitur. Si eiusmodi *αὔξησις* requireretur, dicendum fuisset *quibus pro rebus tantis ac tam admirabilibus*. — Praeterea ferri non potest in Cicerone, ut *res* simpl. dicatur pro *res gestae*, quas tamen hic intelligendas esse con-

stat: quamquam de historia *res* dicuntur, sed addito pronomine, ut *res nostrae*, ad Div. V. 12. 1. et in Bruto § 262, Caesar dicitur commentarios scripsisse *rerum suarum*, et *res populi Romani* apud Livium, et *res gestas meas* appellat Sull. § 27 et 67 et 83. Sed ne *tantas* quidem appellare eas res hominis est non stolide arrogantis: modestius certe ipse Cicero in Epistola ad Pompeium, ad Div. V. 7. 3, *res eas gessi* cet. — Porro, si recte dicitur *praemium postulare pro rebus gestis*, ut *pro pietate* Tusc. I. § 113, inepte tautologum est si additur *praemium virtutis*, quo uno defungitur v. c. ad Div. X. 13. 1. Cf. Orat. II. § 347. Sed consulere voluisse videtur huius Orationis scriptor concinnitati: sequitur enim, *insigne honoris, monumentum laudis:* de quorum utroque nunc dicamus. Primum, *insigne* quum sit signum externum quo quid illustratur et ornatur, quod sine eo minus conspicuum esset, recte quidem tum *dignitati* aut *potentiae* conceditur, sicut in fascibus et securibus, ad Quint. fr. I. 1. 13, tum *summo imperio*, ut Sest. § 17. Sic ad Plancum scribens, appellat tum *splendoris* tum *gloriae insignia*, ad Div. X. 12. 5 et 13. 2. Quid igitur reprehendendum in eo, quod dicitur *insigne honoris?* Adscribam locum e Sullana § 26, opportune cum illo conferendum: *ego, tantis a me beneficiis in re publica positis, si nullum aliud mihi praemium a Senatu populoque Romano, nisi honestum otium postularem, quis non concederet? Sibi haberent honores, sibi imperia, sibi provincias, sibi triumphos, sibi alia praeclarae laudis insignia: mihi liceret eius urbis, quam conservassem, conspectu, tranquillo et quieto animo frui! Quid? si hoc non postulo, — si me non modo rerum gestarum vacatio, sed neque honoris, neque aetatis excusatio vindicat a labore* cet. In his primum *tanta* beneficia appellantur propter moderationem praemii quod postulabat; sicut iure suo gloriari poterat ad Quint. fr. scribens I. 1. § 43. Tum, *beneficiorum* facta mentione, simpliciter appellat *praemium* nullo adiecto Genitivo. *Insignia laudis*, i. e. virtutis, ea dicuntur, quae praemii loco a Senatu aut populo decernuntur. Sed *insigne honoris* nihil aliud est nisi id, quod necessario et ex lege et instituto cum ipso honore coniunctum est, itaque non opus erat a populo postulare. Apparet hoc ex alio loco Sullanae

§ 88: *omnia haec amissa sunt; omnia generis, nominis, honoris insignia atque ornamenta unius iudicii calamitate occiderunt;* amiserat haec Sulla iudicio ambitus damnatus, atque ea antea praemii loco obtinuerat: conf. ibid. § 50; eodemque modo *ornamenta* dicuntur ibid. § 81. In Cicerone igitur *insigne honoris*, aut melius *insignia h.* tum nihil aliud erant nisi ea ornamenta quae cum consularis viri dignitate per se coniuncta erant, quaeque ideo nullo modo *postulare a populo* cogitare poterat. *Monumentum laudis* per se quidem recte dicitur: sed, primum, quum *laus* h. l. eadem sit quae *virtus*, putida eius fit mentio post *praemium virtutis;* tum alio modo inter se permutantur *insignia* et *monumenta*, Invent. II. § 70, in primis Pison. § 92, quam in his, quae isto Catilinariae loco subiiciuntur, *in animis ego vestris omnes triumphos meos, omnia ornamenta honoris, monumenta gloriae, laudis insignia condi et collocari volo.* Si quis putet scriptorem *monumentum* appellasse quod literis constaret, verbi causa aliquo honorifico decreto Senatus, qualia commemorantur Sull. § 85. conf. in primis Sest. § 129. (nam a populo huiusmodi quid exspectare non licebat), respuunt eam interpretationem ea quae sequuntur, *nihil me mutum potest delectare, nihil tacitum* (quorum etiam adiectivorum prorsus nova et sine ratione coniunctio est;) et quamquam per figuram dicebatur *legem esse mutum magistratum*, Legg. III. § 2, tamen *literarum monumenta* minime omnium muta habebantur, ideoque ad Lucceium scribens Cicero septem post consulatum annis, ad Div. V. 12. 1. *cupio*, inquit, *res nostras monumentis commendari tuis*, additque § 9. *ut nosmet ipsi vivi gloriola nostra perfruamur.* Quale igitur *monumentum laudis* a populo Romano vel exspectare, vel postulare poterat Cicero? aut quomodo quodvis *monumentum* seiungi poterat a *sempiterna memoria*, quum et saepe alia, et in Sest. § 27. Senatus decretum vestis mutandae dicat sibi esse *ad posteritatis memoriam gloriosum?*

Donec mihi quis demonstraverit ista omnia et prudenter cogitata, et sana ac diligenti oratione propriisque verbis enunciata esse, tuebor sententiam meam talia a Cicerone proficisci nullo modo potuisse, sed ab aliquo, qui eius volumina, ut fit, pervolutasset, indeque verborum turbam retinuisset qua sine

delectu uteretur, ignarus quo fundamento niterentur admirabiles illae sermonis Tulliani virtutes.

Nihil attinet delectum facere: sunt cuncta eiusdem generis, et ex eadem inscitia verique sermonis ignorantia profecta. Forte incido in Orationis Tertiae § 3, ubi narrare instituit Orator ea, quae modo in Senatu exposuisset. *Principio*, inquit, *ut Catilina paucis ante diebus erupit ex urbe, — semper vigilavi et providi, quemadmodum — salvi esse possemus.* In *paucorum dierum* intervallo manifestum est per insignem abusum usurpari adv. *semper:* nec minus ridiculum, quod paullo post in eadem re dicitur § 4, *in eo omnes dies noctesque consumsi.* Quanto aptius Muren. § 78. *totos dies atque noctes de re publica cogitare.* Quis autem hoc probare potest, ut Catilina dicatur *erupisse ex urbe?* quo eodem verbo perquam ridicule utitur in principio Secundae Orationis. Constat enim (neque opus est exemplis) ea *erumpere* dici, vel quae vi retinebantur, quo minus prodirent, vel mala quae hucusque latuissent. Quid igitur hoc est, in Muren. § 51. de Catilina, *tum erupit e Senatu?* Ideo scilicet recte dictum, quod Cicero addit eum *omnino vivum illinc exire non oportuisse.* Quo verbo in ea re utendum esset, nosse poterat scriptor e Sull. § 17: *eiecto sive emisso iam ex urbe Catilina*, (quod quamquam inscite secutus est scriptor Catilin. II. 1 et 15.) Pison. § 5. *Catilinam — egredi ex urbe iussi.* Philipp. XIV. § 14. *Catilinam — sustuli, everti, afflixi:* Flacc. § 5. de se, *qui Catilinam ex urbe expulit.* Tam igitur improprium est si dicitur Catilinam *erupisse ex urbe*, quem consul nullo modo retinere studebat, quam quum in Ia Catilin. § 30. *se eiicere* dicitur, quod quo sensu proprie dicatur novimus ex Coel. § 75. Nec latebat scriptorem proprium verbum, qui Ia Catilin. § 27. dixerit *emissus ex urbe.* Sed, quod in multis aliis animadvertere licet, ut verbis quibusdam stolide delectetur, eaque ubique inculcet, ita hoc eodem verbo *erumpendi* inscite utitur ibid. § 27.

Sed progredi non licet nisi hoc eventu, ut ubique in luto et sordibus stupidae ignorantiae pes haereat. Sequitur enim hoc: *quum sceleris sui socios, huiusce nefarii belli acerrimos duces Romae reliquisset.* Post *sceleris* imperite inculcatum est pronomen. Quam saepe haec, *scelus*, *furor*, *audacia*, *coniura-*

tio, in harum rerum historia dicantur, cognitum est, sed erant ea omnium sociorum, non propria unius, itaque *societas sceleris*, (non *Catilinae sceleris*) intelligenda Sull. § 16 et 52. et rectius Catilin. I. § 8. *eiusdem amentiae scelerisque socii.* Sed, ubi nulla facta sociorum et coniuratorum mentione, de uno Catilina sermo est, recte pronomen additur, ut Muren. § 83: *petunt illius rationes — ut minuatur contra suum furorem imperatorum copia:* et concedi potest *furor tuus* in I. Catilin. init. et § 15. — Porro non dicam nunc ridicule omnes istos, quos Catilina socios sceleris Romae reliquisset, *belli duces* appellari: sed *acerrimos duces* appellari non patitur Latinitas. Neque *imperator*, neque *dux*, neque *auctor*, neque *princeps* (conf. Catilin. I. § 27.) cuiuscumque rei *acer* appellari potest, propterea quod istud adiectivum non nisi iis tribui solet, in quibus vis quaedam et intentio ad agendum inesse cogitari possit: igitur et *acre ingenium*, et *acres oculi* dicuntur et *acer hostis*, aut *inimicus*, et *acris pugna*, non item ii *acres* dicuntur qui designantur dignitatis vocabulis, ut Consul, ut imperator, ut belli dux. Hinc defendi potest id, quod fortasse miretur quis, Sull. § 52. *noctem acerrimam* dici (non tantum *acerbissimam*, ut ad Att. X. 8. 7.) si quidem *noctis* vocabulo istic consilia et decreta intelliguntur de quibus convenisset inter coniurationis socios ad rem publicam evertendam, quorum ea nocte animi certe acerrimi fuissent. —

Ex Ciceronis consuetudine perpetua dici poterit quis *providere quid*, aut *alicui rei*, aut *ut* et *ne* quid fiat; non item *quemadmodum*, quod apte demum coniungitur cum verbis *videndi*, *intelligendi*, *consulendi*, *deliberandi*, similibusque. — Nec probari posse puto *in insidiis salvum esse.* Dici poterat *ex insidiis salvum evadere*, quoniam *salvus* in ipso eventu dicitur: sed requiritur *inter insidias tutum esse.* — Postremo, ut aliquando finem quaerendi faciamus, quis umquam aut *tantas*, aut *tam absconditas insidias* dici audivit? *Tot insidias* novimus, non *tantas*, quoniam non cernuntur magnitudine. Neque *absconditae* ut dicantur probari potest, quasi insidiator non per se operam det ne appareant, ne emineant insidiae. Dixit sane Cicero de Rulli consilio, Leg. Agrar. II. § 49, *pa-*

tefacio vobis, quas isti penitus abstrusas insidias se posuisse arbitrantur contra Cn. Pompeii dignitatem. Sed lex ipsa patebat, nec abscondebatur: interpretando tantum eo pervenerat Orator, ut ostenderet, quod fortasse plerosque latuisset, quodque propterea *abstrusum* appellat, id lege contineri, quo isti tamquam *insidiari* Pompeii dignitati dicendi essent.

Sequitur: *nam tum, quum ex urbe Catilinam eiiciebam (non enim iam vereor huius verbi invidiam, quum illa magis sit timenda, quod vivus exierit,) sed tum, quum illum exterminari volebam, aut reliquam coniuratorum manum simul exituram, aut eos, qui restitissent, infirmos sine illo ac debiles fore putabam.* De *eiiciendi* verbo modo vidimus: sed error notandus est quum id permutatur cum verbo *exterminandi*, quod in abusu potestatis usurpari solet, sicut cognita exempla eviuncunt; ne dicam inepte in hoc quoque variari, quod *exterminari volebam* ponitur pro *exterminabam.* Utrumque autem quum facto constet, quid est hoc, quod dicit se non vereri *verbi invidiam?* quae nulla alia esse potest praeter eam, quam quis verbo pronunciando concitet; conf. Planc. § 75. Pison. § 72: contra, rei gestae invidiam timere poterat, sicut harum Orationum scriptor ipse significat Catilin. I. § 28, quam istic tamen inscite *invidiam potestatis* appellat. Sed magis etiam ridicula *illa invidia, quod vivus exierit:* quasi invidia cui nasci posset ex eo, quod alius faciat: debuisset saltem dicere, se *inde* invidiam timere, quod vivum exire passus esset, qualem Catilin. I. § 29. *inertiae invidiam* appellat. Neutrum tamen recte nec verbi ingenio convenienter. Omnium sane factorum et vitiorum reprehensio est: sed invidia non nisi in nimia potestate eiusque abusu ponitur, tum in superbia et audacia severitate, quod servare videtur scriptor in Catilin. I. § 23 contra, aliena est ab inertia aut modestia aut lenitate aut negligentia. Tum *reliqua coniuratorum manus* in primis imprprie dicitur de *reliquis coniuratis* qui in urbe manserant, quniam *manus* non nisi de copiis comparatis ad vim et ad impetum faciendum usurpari solet, quo nomine Sest. § 42, illis temporibus recte dicitur, *coniuratorum veteres copias, fusam illam Catilinae manum importunam — esse renovatas*, nempe quae proelio illo fusa et exstincta fuerat: recte

ibid. § 79. *manus Clodiana* appellatur. Omitto reprehendere, quod *reliquam* manum dicit: et concedendum Suetonio, qui Octavian. 3. scripsit *residuam Spartaci et Catilinae manum.* Sed damnanda certe Lambini correctio est in Sest. § 11, ut legatur *reliquaeque coniurationis impetus et conatus*, pro *reliquique.* Quorsum deinde pertinet illa disiunctio, ut a *reliqua manu* distinguantur *ii qui restitissent?* quos quum dicit *infirmos fore* se tum putavisse, quid attinebat, quod statim subiicit, *in eo omnes dies noctesque consumere, ut quid agerent — sentiret?* Sed in his ipsis verbis est, quod iure quis reprehendat. Nolo hoc urgere, in tam exiguo temporis intervallo inde a Catilinae discessu usque ad suspicionem de Allobrogum legatis, aliquanto liberius commemorari *omnes dies noctesque:* sed ipsum istud *omnes* et usui et rationi repugnat, et de continuo vel labore, vel molestia, non nisi *dies atque noctes* perferri eam dicitur: exempla attulit Madvigius ad Fin. I. 51. p. 102: quique locus ab eo omissus est, Planc. § 99. quod huc non pertinebat, multum diversam rationem habet, quoniam istic de certo numero dierum noctiumque sermo est, quibus Plancius Ciceronem Dyrrhachio Thessalonicam perduxerat, igitur commemorato die, quo primum Plancius in eum inciderat, recte subiicit, *o reliquos omnes dies noctesque.*

Notabilis porro error hic est, quod ista, *omnes dies noctesque consumpsi*, subiicit his, *ut vidi*; quoniam, ut constare arbitror, post eiusmodi loquendi formam, unius aut facti aut capti consilii mentio requiritur, non eiusmodi actionis quae non statim absolvatur.

Sed taedet continuo in illo luto volutari: quamquam hoc etiam notemus, iugulari Latinitatem quum dicat, coniuratos *mobiscum esse;* si quidem *esse cum aliquo* constanter apud Ciceronem usurpatur in sententiarum consiliorumque communione et societate, aut in quacunque necessitudine animorum, quemadmodum, ut uno exemplo defungar, Rabir. Perd. § 24. *cum Saturnino, cum bonis, cum consulibus esse:* et alio modo, Brut. § 309, *eram cum Stoico Diodoto*, i. e. utebar eius disciplina.

I. Bake.

AD GALENUM.

Dittographiae in Codicibus antiquis. — Μέτωπα et *μετώπια* margines *Codicum.* — *Antiquissimi Hippocratis Codices aetate Galeni.* — *Correctorum levitas.* — διφθέραι et διάφοροι *confusa.*

Duo sunt apud Galenum loci admodum memorabiles ubi docet quomodo dittographiae in Veterum libris nasci soleant. Alter legitur in Commentario ad Epidem. libr. I. Tom. IX. p. 30. Charter. his verbis: *μία μὲν αὕτη παραμυθία τῆς κατὰ τήνδε τὴν ῥῆσιν ἐπαναλήψεως* —, *ἑτέρα δὲ, ἣν ἴσμεν πολλάκις γιγνομένην ἐπὶ πολλῶν συγγραμμάτων· ἐνίοτε γὰρ ὑπὲρ ἑνὸς πράγματος διττῶς ἡμῶν γραψάντων εἶτα τῆς μὲν ἑτέρας γραφῆς κατὰ τὸ ὕφος οὔσης, τῆς δ' ἑτέρας ἐπὶ θατέρα τῶν μετώπων ὅπως κρίνωμεν αὐτῶν τὴν ἑτέραν ἐπὶ σχολῆς δοκιμάσαντες, ὁ πρῶτος μεταγράφων τὸ βιβλίον ἀμφότερα ἔγραψεν εἶτα μὴ προσσχόντων ἡμῶν τῷ γεγονότι* (vitiose editur *παρασχόντων ἡμῶν τὸ γεγονὸς*) *μηδὲ ἐπανορθωσαμένων τὸ σφάλμα διαδοθὲν εἰς πολλοὺς τὸ βιβλίον ἀνεπανόρθωτον ἔμεινεν.* De eadem re scribit in Commentario ad Hippocratis librum *κατ' ἰητρεῖον* Tom. XII. p. 91. Charter.: *συμβαίνει δὲ ἐν τοῖς βιβλίοις — ἄλλως καὶ ἄλλως ἐνίοτε τὸν γραφέα* (*auctorem* libri sic appellat) *τὰ αὐτὰ πράγματα γράφειν* (*καθ'*) *ἑαυτὸν σκοπούμενον ἢ τινι λέξει χρήσηται μᾶλλον, εἶθ' εὑρόντα τὸν βιβλιογράφον ἐνίας μὲν αὐτῶν ἐν τοῖς μετώποις γεγραμμένας, ἐνίας καὶ κατὰ τοῦ μετώπου πάσας ἐγγράψαι* (vitiose editur *ἔγραψε*) *τῇ ἐδάφει τοῦ συγγράμματος ἐν ᾗ κάλλιστα τάξει δόξουσιν εὐλόγως κεῖσθαι.* Quem usum habeat huius rei observatio, quam Medicorum eruditissimus *scire se* scribit *in multis libris saepe usu venire* (*ἣν ἴσμεν πολλάκις γιγνομένην ἐπὶ πολλῶν συγγραμμάτων*), alias ostendam et in aliis quibusdam et in Dione Chry-

stomo, qui saepe in Codicis sui marginibus rem eandem o atque alio modo formavit, postea optimam orationis for- am (ut Galeni verbis utar) ἐπὶ σχολῆς δοκιμάσων, sed qui odicem descripserunt ἀμφότερα ἔγραψαν et quod in textu et od in margine erat scriptum. Notum est *textum* appellari ὕφος et τὸ ἔδαφος τοῦ συγγράμματος: *margines* librorum τωπα et μετώπια appellantur, cuius rei duo exempla e Ga- no proferam. In Commentario ad Epidem. lib. III. Tom. IX. 249. Chart. ita scribit: δῆλον ὅτι παρεγγέγραπται τοῦτο ὸς τινος, οὐχ ὑΦ' Ἱπποκράτους αὐτοῦ γέγραπται. Τάχα δέ ς καὶ προσέγραψεν ἕνεκεν ἑαυτοῦ καθάπερ εἰώθαμεν ὑπόμνησιν ι τοῖς μετωπίοις τὰ τοιαῦτα προσγράΦειν. εἶτά τις τῶν εταγραΦόντων τὸ βιβλίον ὡς αὐτοῦ τοῦ συγγραΦέως ὂν εἰς τὸ Φος αὐτὸ μετέθηκεν, ubi suppleverim: εἰώθαμεν (εἰς) ὑπόμνη- ν — τὰ τοιαῦτα προσγράΦειν. Alterum exemplum est in ommentario ad Epidem. lib. IV. Tom. IX. p. 499. Chart.: λλ' οὔτε τῶν ἄλλων ἀντιγράΦων εὗρον ἔν τινι ταύτην τὴν γρα- ὴν οὔτε τις τῶν ἐξηγητῶν οἶδεν αὐτὴν πλὴν ὅτι Διοσκορίδης αὐ- ὸς ἐν τῷ μετώπῳ τοῦ βιβλίου προσέγραψεν ἐν δύο μόνοις ντιγράΦοις εὑρηκὼς (εὑρηκέναι) ὠδί πως ἔχουσαν τὴν λέξιν. Est perae pretium videre in iis quae continuo sequuntur quanti boris esset illis temporibus cognoscere quae esset in scri- tura controversa et incerta librorum auctoritas. Sic enim ergit Galenus: οὐ μὴν ἡμεῖς γε ἐν δυοῖν ἀλλ' ἐν πᾶσιν οἷς γνωμεν οὕτως ἔχουσαν εὕρομεν τὴν λέξιν ἐξεπίτηδες ἅπαντα ὲν ἰδόντες τὰ κατὰ τὰς δημοσίας βιβλιοθήκας, ἅπαντα δὲ τὰ ρὰ τοῖς Φίλοις. Permulta leguntur apud Galenum testimo- ia unde discas quam parum fidei iam tum Codicibus haberi oluerit utpote neque antiquissimis neque diligenter descri- tis sed omni genere oscitantiae et temeritatis aut corruptis ut interpolatis. Passim apud Galenum de interpolatorum im- udentia ac levitate querelae leguntur, ex quibus unam audi t Comment. ad Epidem. lib. VI. Tom. IX. p. 521. Chart.: ινιγματωδέστερον ἡ λέξις σύγκειται καὶ διὰ τοῦτο καὶ γραΦὰς ὑτῆς πλείονας ἐποιήσαντο καὶ ταῖς γραΦαῖς οἰκείας ἐξηγήσεις· ληθέστερον δ' ἂν εἴποι τις ὅτι οὐ ταῖς γραΦαῖς τὰς ἐξηγήσεις λλὰ ταῖς ἐπινοηθείσαις ἐξηγήσεσι προσαναπεπλάκασι τὰς γραΦάς. uamquam hoc omnes Critici in loco pessime depravato faci-

mus ut excogitata prius necessaria verborum sententia, si ipsam scriptoris manum ex vitiata lectione indagemus, sed aliud est sollerter et acute id facere, aliud impudenter quod libet comminisci.

De antiquis Hippocratis Codicibus luculentum est Galeni testimonium in Commentario ad Hippocratis librum κατ' ἰητρεῖον Tom. XII. p. 2. Chart.: τινὲς καὶ πάνυ παλαιῶν βιβλίων ἀνευρεῖν ἐσπούδασαν πρὸ τριακοσίων ἐτῶν γεγραμμένα τὰ μὲν ἔχοντες ἐν τοῖς βιβλίοις, τὰ δὲ ἐν τοῖς χάρταις, τὰ δὲ ἐν διαφόροις φιλύραις, ὥσπερ τὰ παρ' ἡμῖν ἐν Περγάμῳ, quem locum insigni errore liberare iuvat. Non enim illi antiquissimi libri scripti erant ἐν διαφόροις φιλύραις, neque ea verba significant: »*in tiliaceis membranis*" ut Interpreti visum est quod mihi quidem novum et inauditum membranarum genus esse videtur. Nihil huc facit vetus mos scribendi in tabellis tiliaceis, quae apud Dionem Cassium 72, 6. appellantur γραμματεῖα οἷα ἐκ φιλύρας ποιεῖται; vide Fabricium ad Dionem Cassium 67, 15. ubi legitur: καὶ σφῶν τὰ ὀνόματα εἰς σανίδιον φιλύρινον δίθυρον ἐγγράψας. Scripti erant Hippocratis vetustissimi libri in *membranis*, ut opinor, id est in *pellibus*, quod dubitare non sinunt verba Galeni ὥσπερ τὰ παρ' ἡμῖν ἐν Περγάμῳ. Quid igitur scripsit? Nempe τὰ δὲ ἐν διφθέραις ὥσπερ τὰ παρ' ἡμῖν. Ubi semel διφθέραις corruptum est in διαφόροις sciolus de suo φιλύραις inseruit. Διφθέραι *libri in membranis scripti* et olim in Ionia appellabantur, teste Herodoto V. 58 et notum est vetus proverbium:

ὁ Ζεὺς χρόνιος κατεῖδεν εἰς τὰς διφθέρας.

et post Cratetis tempora pervulgatus est usus, ut apud Ciceronem ad Att. XIII. 24: *Quatuor* διφθέραι *sunt in tua potestate.*

Haec igitur erant antiquissima Hippocratis volumina, quae multo studio tum reperiri potuerunt, πρὸ τριακοσίων ἐτῶν γεγραμμένα, ut Galenus testatur. Longe longeque antiquiora suspicatus fueris tum superesse, sed secus esse vides.

(*Continuabitur*).

C. G. C.

VERISIMILIA.

CAPUT I.

Ciceronis Orationes, quas summa cum voluptate legere soleo, multorum et magnorum virorum curis et lucubrationibus aliquanto nunc minus corruptas in manibus nostris esse, quam Aldi temporibus circumferrentur, non est qui negare sustineat. Multa in novissima editione, quam Orellii morte interruptam continuarunt Baiterus et Halmius recte emendata sunt; pluraque recte cognitis et bene digestis novis subsidiis ab iis collatis, corrigi poterunt; at alia etiam multa supersunt emendanda, ubi contra scriptoris usum sermonisque rationem peccatum est et peccatur, membranis omnibus amice conspirantibus.

Utriusque errorum generis exempla non pauca deprehendisse mihi videor; nonnulla nunc expromere in animo est; quae si non prorsus displicuisse harum rerum iudicibus idoneis cognovero, huic tirocinio propediem plura addam.

Initium faciam ab duobus locis in Orat. pro S. Roscio Amerino, qui adhuc interpretes et editores luserunt, sed qui levissima medicina ex codicum scriptura emendari posse videntur. Alter est c. 5. § 11. ubi Cicero haec verba ad M. Fannium, qui quaestioni praeerat, facit:

»Te quoque magnopere, M. Fanni, quaeso ut qualem te iam antea Populo Romano praebuisti, cum huic eidem quaestioni iudex praeesses, talem te et nobis et reipublicae hoc tempore impertias. Quanta multitudo hominum convenerit ad hoc iudicium vides; quae sit omnium mortalium exspectatio,

quae cupiditas, ut acria et severa iudicia fiant, intelligis. Longo intervallo iudicium inter sicarios hoc primum committitur, cum interea caedes indignissimae maximaeque factae sunt; omnes hanc quaestionem te praetore manifestis maleficiis quotidianoque sanguine dimissius sperant futuram," —

Quo loco monstrum ali sub vocabulo *dimissius* editores, ni fallor, omnes agnoverunt. Quid mutare voluerint vide sis apud Halmium. Unius Madvigii, quem honoris causa nomino, quique mihi in his rebus primo fere loco est, sententiam proferam; ex eo quod ille divinavit, colligatur quid ceteri peccaverint. Coniecit vir eximius in editione tertia Orationum Selectarum: »Omnes hanc quaestionem te praetore *e* manifestis maleficiis quotidianoque sanguine *dimissui* sperant futuram."

Mitto quod huius dativi *dimissui* apud Ciceronem nec vola est nec vestigium; sed illud quaero, quid significare possit et debeat. Etenim sententia postulat ut Orellii verbis utar: »Omnes hanc quaestionem te praetore manifestis maleficiis quotidianoque sanguini finem et modum tandem sperant futuram." Madvigius interpretatur illud *dimissui* ita ut sit *liberationi*, igitur active. At age nunc converte te ad analoga huius dativi in *ui* exempla et in alia omnia te devenire senties, non solum apud Ciceronem (cuius in scriptis admodum rarus huius formae usus est) sed apud quoslibet auctores Latinos. Exemplo esto Caesar de B. C. II. 15: »Suam virtutem *irrisui fore* doluerunt." — Favorinus apud Gellium N. A. III. 1. »Quorum avaritia animam tenuit et corrupit, quique sese quaerundae undique pecuniae dediderunt eos plerosque tali genere vitae occupatos videmus, ut sicut alia in his omnia prae pecunia ita labor quoque virilis exercendique corporis studium *relictui* sit." — Sallustius Bell. Iug. c. 46: »Neque Metellus idcirco minus sed pariter ac si hostes adessent munito agmine incedere, late explorare omnia, illa deditionis *signa ostentui credere* et insidiis locum temptari." — Tacitus (ut ex multis apud eum exemplis unum adscribam) in vita Agricolae c. 39:" »Inerat conscientia *derisui fuisse* nuper falsum ex Germania triumphum", et ut tandem ad Ciceronem revertamur, in Orat. p. Flacco 27. § 65: »Quid porro in Graeco sermone tam tritum atque celebratum est, quam si

quis *despicatui ducitur* ut Mysorum ultimus esse dicatur." — Haec omnia indicant dativum in *ui* fere sic cum verbo *esse* coniungi ut passive de subiecto intelligantur (Madvig. praef. ed. III^ae^ Oratt. Select.). At loco nostro a Madvigio mutato active de subiecto intelligendum hoc est, deficiente obiecto plane necessario, quo indicetur, quinam liberentur vel dimittantur. Quod in codicibus est: *dimissius*, *dimissm*, *demissm* similia, natum est ex *demfine* vel *demfin* coniunctim scriptum. Legendum autem est: »Omnes hanc quaestionem te praetore manifestis maleficiis, quotidianoque sanguini *demum finem* sperant *facturam*." Huiusmodi dictionem apud Ciceronem saepius inveniri apparebit ex Oratt. in Verr. II. II. 48 § 118. »Nos modum aliquem et *finem orationi nostrae criminibusque faciamus*;" II. III. 7. § 14: »Difficile est enim *finem facere prétio*, si *libidini non feceris*; II. IV. 40. § 87. »Neque tamen *finis huic iniuriae crudelitatique fiebat*."

Alterius loci in Rosciana ratio si fieri potest etiam facilior est. Legitur enim c. 37. § 107: »At qui venit ei (Chrysogono) in mentem praedia concupiscere hominis ignoti, quem omnino numquam viderat? Soletis cum aliquid huiuscemodi auditis, iudices, continuo dicere: necesse est aliquem dixisse municipem aut vicinum; ii plerumque indicant, per hos plerique produntur. Hic nihil est quod † *suspicionem hoc* putetis. Non enim ego ita disputabo, verisimile est Roscios istam rem ad Chrysogonum detulisse; — ipsos certo scio non negare ad haec bona Chrysogonum accessisse impulsu suo."

Vitium non latet in voc. *suspicionem*, ut multis visum est. Neque opus est eorum coniecturis qui voluerunt *suspicioni esse locum putetis*, vel *suspicione nili hoc putetis*, ut Halmius, quod, ut ait, ad litterarum ductus proxime accedit, vel *suspicioni esse opus putetis*, ut Baiterus quod § 114. legitur: »inque eam rem fidem suam, si quid opus esse putaret, interponeret" vel *suspicione occupetis* ut Madvigius; multo facilius et certius Ciceronis manus restitui potest. Etenim in codicibus *habet* scribitur $\overline{ht}$, *habemus*, $\overline{hemus}$, *habuisset* $\overline{huisset}$, *habere* $\overline{hre}$, quod siglum non intellectum ab eo qui locum describebat, mutatum est in *hoc*. Itaque Cicero scripsit: Hic nihil est quod suspicionem *habere* putetis," ut scripsit

pro Cluentio 62. § 174: »Tamen ea res propter multorum eiusmodi casum minime *firmam veneni suspicionem haberet.*' et ibid. § 175: »Mortis ratio, iudices, eiusmodi est ut aut *nihil habeat suspicionis*, aut *si quid habet* id intra parietes in domestico scelere versetur."

In Ciceronis oratione pro P. Quinctio 17. § 54, quo in loco orator exponit quam multa Naevio facienda fuissent antequam honeste possessionem bonorum Quinctii a praetore postulare posset, vitiose nunc editur: »Postulone a praetore ut eius bona mihi possidere liceat, an cum Romae domus eius, uxor, liberi sint, domum potius denuntiem? Quid est quod hac tandem de re vobis possit videri? Profecto si recte vestram bonitatem atque prudentiam cognovi, non multum me fallit, si consulamini, quid sitis responsuri: primum exspectare, deinde si latitare ac diutius ludificari videatur, amicos convenire, quaerere quis procurator sit, domum denuntiare. Dici vix potest, quam multa sint, quae respondeatis ante fieri oportere, quam ad hanc rationem extremam *necessariam* devenire."

Varie locum tentando medicinam afferre conati sunt critici. — Pluygersio placuit *necessario;* ni fallor rem acu tetigit. Nam si necessario ad eam rationem deveniebat Naevius, quid quaeso erat quod Cicero hoc ei obiiceret? Quid enim minus alicui vitio verti potest, quam fecisse id, quod necessarium esset?

De eo quod Halmius proposuit: *necessarium sit*, ne verbum quidem dicendum esse arbitror nisi quod non sit necessarium. Etenim quid magis a Ciceronis usu abhorrere potest quam eiusmodi sententia: »Dici vix potest quam multa sint quae respondeatis *ante fieri oportere*, quam ad rationem extremam *necessarium sit devenire?* At levis mutatio est. Non oppugno, dummodo πειθανάγκη insit. Illud commendat quidem emendatiunculam: proxime accedit ad litterarum ductus, sed eam non probat. Legendum vero h. l. est:" Dici vix potest quam multa sint, quae respondeatis ante fieri oportere, quam ad hanc rationem extremam *inimicissimamque* devenire." — Quo vocabulo Cicero utitur de eadem re 21. § 66: »ne quid atrocius in P. Quinctium absentem sine causa conetur (Naevius),

sin autem *inimicissime* et infestissime contendere perseveret" cett. et 15. § 48: »Ilicone ad praetorem ire convenit? continuone verum fuit postulare ut ex edicto bona possidere liceret? ad haec *extrema et inimicissima iura* tam cupide decurrebas," eodem etiam hoc loco usus est.

Requiritur obiectum verbo *dicendi* initio c. 2. orationis pro Quinctio ubi haec nunc leguntur: »*Non eo dico*, C. Aquilli, quo mihi veniat in dubium tua fides et constantia aut quo non his, quos tibi advocasti viris lectissimis civitatis, spem summam habere P. Quinctius debeat." Etenim *non eo dico* esset: »non eo verba facio pro P. Quinctio", sed *non eo id dico* (id quod ex coniectura facillimo negotio reponendum esse censeo) est: »non eo *dico ea quae praecedunt*: »Quod si tu iudex nullo praesidio fuisse videbere contra vim et gratiam solitudini atque inopiae, quo mihi in dubium veniat tua fides et constantia," eodem modo ut scriptum est in oratione pro S. Roscio Amerino: 18. § 51: »Neque ego *haec eo* profero, quo conferenda sint cum hisce de quibus nunc quaerimus." Quae quum ita sint facile obtinebo orationem pro Coelio c. 9. § 21. vitium contraxisse. — Legitur enim eo loco: »*Neque id ego dico* ut invidiosum sit in eos, quibus gloriosum etiam hoc esse debet" pro: »*Neque id ego eo dico* ut invidiosum sit" cett., quam emendatiunculam nunc video a Schuetzio mihi esse praereptam.

Frequentes si animum attendas sunt errores ex dittographia orti. Exemplum praebet Oratio in Pisonem c. 27. § 65: »Fac huius odii tanti ac tam universi periculum, si audes. Instant post hominum memoriam apparatissimi magnificentissimique ludi, quales non modo nunquam fuerunt, sed ne quo modo fieri quidem posthac possint, possum ullo pacto suspicari. Da te populo, *committe* ludis. Sibilum metuis? Ubi sunt vestrae scholae? Ne acclametur times? Ne id quidem est curare philosophi. Manus tibi ne afferantur? Dolor enim est malum ut tu disputas; existimatio *dedecus*, infamia, turpitudo verba atque ineptiae." Ubi altero *de* voc. *dedecus* eiecto tu scribe: »existimatio, decus, infamia, turpitudo", ut existimatio infamiae, decus turpitudini opponatur. Totum locum idcirco adscripsi ut eodem negotio egre-

giam Ernesti emendationem in memoriam revocarem, quae, nescio cur, ab editoribus, sine causa, contemta esse videatur. Correxit enim: da te populo, *committe te* ludis. Licet res certa sit, nemo adhuc quod sciam recte monenti obtemperavit. Iuvat hic etiam alio apud Ciceronem loco syllabam fugitivam ex fuga retrahere, in libro de Officiis I. c. 11. § 37: »Popilius imperator tenebat provinciam, in cuius exercitu Catonis filius tiro militabat. Cum autem Popilio videretur unam dimittere legionem, Catonis quoque filium, qui in eadem legione militabat, dimisit. Sed cum amore pugnandi in exercitu remansisset, Cato ad Popilium scripsit, ut si eum pateretur in exercitu remanere, secundo eum obliget militiae sacramento: quia, *priore amisso*, iure cum hostibus pugnare non poterat."

At sacramentum militare neque ab imperatore, si quid video, neque a milite *amittitur* — qui enim hoc fieri potest? — sed remittitur ab imperatore i. e. miles ab eo solvitur sacramento illo, quo se obligavit. Ex vocabulo *priore* ultima syllaba repetita scribendum est: »Cato ad Popilium scripsit, ut si eum pateretur in exercitu remanere, secundo eum obliget sacramento, quia, *priore remisso*, iure cum hostibus pugnare non poterat."

Sed ad Quinctianam redeo. Ridiculum et absurdum glossema est in c. 11. § 37. quod a nullo adhuc deprehensum esse satis mirari non possum. Causa enim in tres partes divisa, initium facit orator demonstrando, quod primo loco posuerat, non fuisse causam cur Naevius postularet possessionem bonorum Quinctii; nam P. Quinctium neque ex societatis ratione neque privatim quidquam Sex. Naevio debuisse. Demonstraturus igitur nihil deberi Naevio narrat quid ab initio in societate factum sit (societatem autem inierat cum C. Quinctio): »Annum et eo diutius *post mortem C. Quinctii* fuit in Gallia tecum Quinctius. Doce te petisse ab eo istam nescio quam innumerabilem pecuniam. Moritur C. Quinctius, qui tibi, ut ais, certis nominibus grandem pecuniam debuit. Heres eius P. Quinctius in Galliam ad te ipsum venit" cett. Quis igitur est ille Quinctius quocum Naevius annum et eo diutius in Gallia fuit? Caius, ni fallor, quocum societatem iniit, quocum

aliquamdiu in Gallia fuit, non opinor, *post eius mortem.*" Etenim sedulus interpolator non de Caio sermonem esse, sed de P. Quinctio eius herede putabat. Qui error infelici additamento, quod nunc quidem, ut spero, relegabitur, ansam dedit. Fuisse autem Naevium cum Caio Quinctio in Gallia efficitur ex iis quae leguntur c. 4. § 14: »Moritur in Gallia Quinctius cum adesset Naevius et moritur repentino." In flagranti igitur, ut dicitur, deprehendimus interpolatorem et si adhuc argumentis in hac re opus est, (quamquam non credo quemquam inveniri qui semel admonitus vitium non perspiciat) legat mihi haec verba ex c. 12. § 41. ubi paucis repetit orator, quae supra exposuit: »Debuit tibi C. Quinctius; numquam petisti; mortuus est ille. Res ad heredem venit. Cum eum quotidie videres, post biennium denique appellas."

Ipse se prodit interpolator in eadem oratione c. 3. § 12. loco, quo additamentum invexit: »Quinctius fecit ut dixi societatem earum rerum, quae in Gallia comparabantur. Erat ei pecuaria res ampla et rustica sane bene culta et fructuosa. Tollitur ab atriis Liciniis atque a praeconum consessu *in Galliam* Naevius et trans Alpes usque transfertur." Videsne verba *in Galliam* Ciceroni non deberi?

Inscite itidem interpolatum est initium c. 37. orationis pro Sex. Roscio Amerino, ab eo qui alios non intelligere arbitraretur, quid praepositio *ad* significet nominibus urbium apposita. Ponuntur autem *ad urbem esse*, *ad urbem venire* similia, alio sensu quam *in urbem venire*, *in urbe esse*, eodem discrimine, quo dicitur *ab urbe discedere* et *ex urbe exire*. — *Ad urbem*, id quod nos diceremus *ante urbem*, erant v. c. in coniuratione Catilinae Q. Marcius Rex et Q. Metellius Creticus, imperatores impediti ne triumpharent, calumnia paucorum (Sall. Bell. Catil. 50.) et Cato a Cicerone inducitur in Catone Mai. 4 § 10. haec dicens: »Adolescentulus miles profectus sum *ad Capuam* i. e. in castra quae circa Capuam erant. Sic apud Caesarem Bell. Gall. VII. 59. »Caesar *a Gergovia* discessit" non indicat eum ex illa urbe discessisse, sed eum fuisse circa eam urbem, quippe quam obsessisset. »Hanc praepositionum vim non perspiciens interpolator ad Ciceronis l. l. *Ad Volaterras* mors Sex. Roscii quatriduo, quo is occisus est, Chrysogono nuntia-

tur," adscripsit: *in castra L. Sullae*, quae verba quantocius reiicienda sunt, ut simile glossema apud Livium VII. 16: »Ab altero consule (Cn. Manlio, cui provincia obvenerat ut cum Faliscis bellum gereret, quod non reddidissent eos, qui Falerios perfugerant, repetentibus Fetialibus Romanis) nihil memorabile gestum; nisi quod legem novo exemplo *ad Sutrium in castris* tributim de vicesima eorum, qui manumitterentur tulit."

Multa leguntur in oratione pro Sex. Roscio Amerino, quae ex rhetorum potius scholis Caesarum temporibus, quam ex Ciceronis optimi artificis officina profecta esse videantur, quod neminem fugit qui, ut uno exemplo utar, vel leviter inspexerit c. 26. de parricidarum supplicio; nam omnia hic expromere longius foret, nec opus est ea indicare, quae unicuique in promptu sunt. Plurimae inveniuntur comparationes, multaque de L. Sulla leguntur, quae vel temporum causa dicta sunt, vel oratoris aetati sunt condonanda, quibusque Tullius postea abstinuit. — In ipso enim Cicerone factum est quod de alia re dicit pro Caelio: »ut ea quae ratione antea non perspexerat, satietate abiecisse, vel experiendo contempsisse videatur."

Ex eo genere est quod scripsisse mihi videtur in oratione pro Sex. Roscio 8. § 22. ubi dicit Sexti Roscii patris nomen in proscriptorum tabulas relatum, bonaque eius quae sexagies erant, Chrysogono empta duobus millibus nummum, imprudente L. Sulla, haec subiungens: »Neque enim mirum cum eodem tempore et ea quae praeterita *sunt et* ea quae videntur instare praeparet, cum et pacis constituendae rationem et belli gerendi potestatem solus habeat, cum omnes in unum spectent, unus omnia gubernet — si aliquid non animadvertat" cett. quo loco *praeparet* vehementiore zeugmate, quod dicunt, referri *ad ea quae praeterita sunt*, perspexerunt editores; quomodo vero vulnus sanandum esset non viderunt. Etenim quid sententia postulet, recte vidit Ravius, quem multa docte et eleganter in »Variis Lectionibus" adnotasse, omnes agnoscimus, inserens *curet* post voc. *tempore*, mihi tamen non probans sic Ciceronis manum esse restitutam. Verbum excidisse apparet; sedes huius verbi ni fallor fuit post

sunt ante *ei*; neque a vero aberrare mihi videor rescribens: Neque enim mirum cum eodem tempore et ea quae praeterita *sunt sanet et* ea quae videntur instare praeparet, cum et pacis constituendae rationem et belli gerendi potestatem solus habeat — si aliquid non animadvertat" cett. Hic si mihi aliquis exsistit, *qui praeterita sanari* non posse contendat, eum exemplis certe non obruam; nullum enim ad manum est; sed ea »quae videntur instare praeparare" eiusdem monetae est, et aeque bene, vel si malis, aeque vitiose dicitur. A Cicerone autem scriptum esse Sullam *praeterita sanare* ut significaret: Syllam mederi vulneribus quae reipublicae bello civili essent inflicta, nullus dubito. Quomodo autem Sulla praeterita sanare et quae videbantur instare praeparare posset indicatur iis, quae statim sequuntur: »Cum et pacis constituendae rationem et belli gerendi potestatem solus habeat."

Quae loco de quo diximus copiose exponit de Sulla multis et magnis negotiis districto, ita ut omnibus rebus ipse vacare non possit, immo multa aliis relinquere et committere debeat, (haec autem ita narrat ut potenti viro parcat neque in eum pessimorum facinorum illius nomine perpetratorum culpam transferat) ea repetit c. 45. § 130. his verbis: »Quae omnia si quemadmodum solent liberti nequam et improbi facere in patronum suum voluerit conferre (Chrysogonus) nihil egerit. Nemo est enim, qui nesciat propter magnitudinem rerum multa multos *partim* imprudente Sulla commisisse:" — quo loco pro *partim*, quod certe huius loci non est, rescribendum esse arbitror: *praesertim*. »Non enim agitur h. l. nisi de iis, quae »indigna et intolerabilia" videbantur; quae etiam *partim* L. Syllae adscribere et adspergere abhorret ab ea prudentia, qua semper de Sylla in hac oratione Cicero loquitur. In codicibus inter utriusque vocabuli scripturam si quod, certe perparvum discrimen intercedere neminem fugit.

Itidem in codicibus nihil quidquam interest utrum scribatur *bona* an *hominum*: certe tam parvo discrimine depinguntur ut ab eo qui aliud agit facile confundi immo ne distingui quidem possint. Utrum vero eodem redeat quid in editionibus scriba-

tur non est difficile diiudicare. Legitur v. c. in Oratione pro Q. Roscio Comoedo 14. § 44: »Quid exspectas quam mox ego Luscium et Manlium dicam ordine esse senatores, aetate grandes natu, natura sanctos et religiosos, copiis rei familiaris locupletes et pecuniosos? Non faciam: nihil mihi detraham, cum illis exactae aetatis severissime fructum, quem meruerunt, retribuam. Magis mea adolescentia indiget illorum *bona* existimatione, quam illorum severissima senectus desiderat laudem meam." Audacter rescribe: »Magis mea adolescentia indiget illorum *hominum* existimatione, quam illorum severissima senectus desiderat laudem meam."

Non dissimili errore aliud in eadem oratione natum est vitium, siglo quodam male intellecto. — Cicero enim expositurus, quid intersit inter iudicium et arbitrium c. 4. § 10. scribit: »Ad iudicium hoc modo venimus ut totam litem aut obtineamus aut amittamus; ad arbitrium hoc animo adimus ut neque nihil, neque tantum quantum postulavimus consequamur. Eius rei ipsa verba formulae testimonio sunt. Quid est in iudicio? Directum, asperum, simplex. SI PARET HS. IↃↃↃ DARI [OPORTERE]. Hic nisi planum facit HS. IↃↃↃ ad libellam deberi causam perdit. Quid est in arbitrio? Mite, moderatum. QUANTUM AEQUIUS ET MELIUS SIT DARI. Ille *tamen* (l. *autem*) confitetur plus se petere, quam debeatur, *sed* satis superque habere dicit quod sibi ab arbitro tribuatur." Quae in ultima sententia sit oppositio non video. Nam Cicero dicit Fannium plus petere quam debeatur; venit enim ad arbitrium. Sic recte illud quod voluit, si quid video orator potuit demonstrare; non autem hoc modo: »confitetur Fannius plus se petere quam debeatur; *sed* satis superque habere dicit, quod sibi ab arbitro tribuatur." Pro *sed*, vel ut in codicibus vulgo est: *set*, reponendum est *scilicet* quod in libris manuscriptis saepe sic scribitur: *sct*, *slt*, (vide Io. Nicolai Tractatus de Siglis Veterum p. 75.) nonnunquam etiam *s*. — Nostri igitur arbitrii et iudicii est, non scribarum dormitantium et titubantium, diiudicare quid scribendum sit. *Scilicet* autem saepe initio sententiae legi apparebit ex Cic. Or. p. Sylla 24. § 67. Philip. X. 8. § 17. in Verr. II. I. 54. § 142. 58. § 153. II. II. 58. § 142. ad Fam. X. 26. § 2.

In eodem verbo peccatum est in contrariam partem apud Ciceronem ad Fam. VII. 23. § 3: »Quod tibi destinaras τραπεζοφόρον, si te delectat habebis; sin autem sententiam mutasti ego habebo *scilicet*. Ista quidem summa nae ego multo licentius emerim diversorium Tarracinae ne semper hospiti molestus sim." Sententia loci, nisi omnia me fallunt, haec est: Si te non delectat illud τραπεζοφόρον, ego emam, at minore pretio, quam tu. Ista summa, i. e. quam tu licitus es non emam, nam possum emere tanta pecunia diversorium Tarracinae, quod libentius faciam ne semper hospiti molestus sim. Non scripsit igitur Tullius »ego habebo *scilicet*," quod quid hoc loco significare possit alii videant, verum: »Quod tibi destinaras τραπεζοφόρον, si te delectat habebis; sin autem sententiam mutasti ego habebo. *Sed* ista quidem summa nae ego multo libentius emerim diversorium" cett.

In nobilissimo et notissimo loco de mandatu apud Ciceronem pro S. Roscio Amerino c. 38. § 112. sic editur: »Quid recipis mandatum si aut neglecturus aut ad tuum commodum conversurus es? cur mihi te offers ac meis commodis officio simulato officis et obstas? Recede de medio, per alium transigam. Suscipis onus officii, quod te putas sustinere posse; quod *minime* grave videtur iis, qui minime ipsi leves sunt."

Zumptius suspicatus est *maxime grave* legendum esse, quod Klotzius recepit, aliis v. c. Halmio, Freudenbergio vulgatam defendentibus. Quod Zumptio placuit, id iam Dobraeus proposuit in Advers. II. p. 375. — At *maxime grave* vereor, ut defendi possit pro *gravissimum*; praeterea, id quod a Freudenbergio observatum est, lusum inter *grave* et *leve* maximam partem perit illa coniectura, »quod iam grave non proprio sed translato intellectu pro *magnum*, *non contemnendum* esset accipiendum." Id vero quod Halmius excogitavit, loci sententiam hanc esse: »onus officii non grave videbitur iis, qui ipsi graves et constantes sunt" melius opinor tacuisset. — Roscius mandatum recipiens et fidem fallens iure opinor levis dicitur; eo ipso quod levis erat, putabat se onus illud sustinere posse; nam onus illud iis solum grave videtur, qui minime ipsi leves sunt. Quod si mihi dederis, nec est quod repugnes, etiam dabis in voc. *minime* esse peccatum. Repo-

nendum autem est: »Suscipis onus officii, quod te putas sustinere posse, quod *nimirum* grave videbitur iis, qui minime ipsi leves sunt."

Infeliciter cessit Halmio emendatio eius loci in Orat. p. S. Roscio ubi Cicero disputat de Roscii servis in quaestionem postulatis, sed recusatis. »Servos ipsos" dicit orator, »quod ad me attinet neque arguo neque purgo; quod a vobis oppugnari video, ne in quaestionem dentur, suspiciosum est: quod vero apud vos ipsos in honore tanto sunt, profecto necesse est sciant aliquid, quod si dixerint perniciosum vobis futurum sit. »In dominos quaerere iniquum est." At non quaeritur. Sex. enim Roscius reus est. Neque enim cum de hoc quaeritur [in dominos quaeritur]; vos enim dominos esse dicitis. »Cum Chrysogono sunt. Ita credo," cett.

Varias multorum coniecturas exhibet Orelliana ed. altera. Halmius de suo invexit et Ciceroni obtrusit verba; *in dominos quaeritur*, quae codices omnes omittunt. — Mihi quidem locus hoc modo constituendus videtur: »In dominos quaeri de servis iniquum est." At non quaeritur; Sex. enim Roscius reus est. Cum Chrysogono sunt. Ita credo" cett. eiectis iis, quae in editionibus interponuntur et quae ego supra interposui. Etenim in fictis illis altercationibus Cicero solet brevissimis uti sententiis ab utraque parte, ut est v. c., ut unum exemplum laudem in Oratione pro Murena in celeberrimo loco c. 30. § 62. de Stoicorum praeceptis. Hic contra interpositis verbis: »Neque enim cum de hoc quaeritur, vos enim dominos esse dicitis" tota loci vis perit, praesertim quum haec vocabula plane idem contineant quae superiora: »At non quaeritur. Sex. enim Roscius reus est." Novae porro et inauditae elegantiae est ista particulae *enim* repetitio in eodem responso: »Sex. *enim* Roscius reus est; neque *enim* cum de hoc quaeritur, vos *enim* dominos esse dicitis." Praeterea gravissimum vitium suppositis verbis inest contra constantem Ciceronis scribendi dicendique usum. Legitur enim saepe: *quaestionem habere de servis*, *de servis quaeri*, *ex servis quaeri*, *quaestio est de servis*, *quaeritur ex servis de aliqua re*, *quaestio habetur de servis mortis paternae*, *in dominum*, *in reum*, *in filii caput*; vide exempli causa: Cic. p. Sex Rosc.

Am. 28. § 77. 78. 41. § 119. 42. § 123. p. Milone 22. § 59. pro Deiot. 1. § 3. pro Cluent. 63. § 176. 64. § 181, 65. § 182. 183. et alibi; sed *quaeri de aliquo* eo sensu ut significet: *qnaestionem habere de servis in aliquem*, nusquam quod sciam apud Ciceronem legitur. Neque est quod miremur hanc dictionem non inveniri; nam quaestio non est de persona sed de facto, ut Cicero ipse ait pro Milone 21. § 57. »*facti in eculeo quaestio est;*" *de re* igitur quaeritur. Omisso igitur inutili et futili additamento legamus apud Ciceronem illud quod supra scripsi.

Lenissima medicina auxilium ferendum est iis, quae leguntur p. S. Roscio 53. § 153: »Cavete per deos immortales, iudices, ne nova et multo crudelior per vos proscriptio instaurata esse videatur. Illam priorem, quae facta est in eos, qui arma capere potuerunt, tamen senatus suscipere noluit, ne quid acrius, quam more maiorum *comparatum est* publico consilio factum videretur," ubi requiritur *comparatum esset*, quia non ex sua persona rationem addit Cicero, sed quid Senatui visum fuerit refert. Ponuntur igitur haec in oratione, ut aiunt, obliqua et necessario in coniunctivo.

Non deterreor verbis C. A. Schmidtii scribentis ad Ciceronis orationem pro Q. Roscio Comoedo, se, »codicibus quoad id quidem fieri potest, delectari magis quam coniecturis," quin auxilium feram depravato loco in Oratione laud. l. 18. § 56, ubi Fannius petit a Roscio dimidiam partem eius pecuniae, quam hic a Flavio acceperat; respondetur, eam partem non deberi videri quoniam Roscius sibi, non ex societate peticrit et Fannio integram actionem reliquerit, ut is quoque, si ita videretur alteram partem dimidiam, sibi debitam, posset petere. Fannius autem a Roscio petebat, ut quod ille a Flavio abstulisset, secum partiretur; commune enim factum esse societatis, quod Roscius sibi exegisset. Inter ea quae de hac re a Cicerone disputantur haec leguntur § 56: »Quemadmodum suam partem Roscius suo nomine condonare potuit Flavio ut eam tu non peteres; sic cum exegit suam partem et tibi integram petitionem reliquit, tecum partiri non debet, *nisi forte tu perverso modo, quod huius est ab alio extorquere non potes huic eripere potes.*" Haec, si quid intelligo non Da-

vus, sed ne Oedipus quidem expediet, sicuti nunc editur. At si perspexeris quid Orator velit, (neque hoc admodum difficile est intellectu) cum explicatione eodem fere negotio emendationem habebis. Nempe dicit Cicero perverso more a Fannio id agi ut quum quod suum esset a Flavio non posset extorquere, id conaretur Roscio eripere. — Rescribe igitur: »Tecum partiri non debet, nisi forte tu perverso modo *si quod tuum est ab alio extorquere non potes, id huic eripere potes.*" De re ne verbum quidem addendum videtur; dictionis exemplum unum et alterum ex infinita copia, quae apud Ciceronem invenitur, commode potest subiungi. Legitur v. c. in Verr. II. II. 18. § 45. Neque enim permissum est ut impune nobis liceat, *quod* alteri eripuimus, *id* alteri tradere, 44. § 109: »*Quod* illi iudices multo in leviore causa statuerunt aequitatem secuti, vos *id* statuere in gravissima causa, praesertim aliorum auctoritate iam confirmatum, dubitabitis? et 61. § 150. Verum esto: alio loco de aratorum animo et iniuriis videro: nunc, *quod* mihi abs te datur, *id* accipio." In Graeco sermone idem dicendi usus est.

Vitium contraxisse videntur quae leguntur in Orat. p. Q. Roscio 5. § 14: »Pecunia petita est certa; *cum tertia parte* sponsio facta est." Sponsionem facimus *cum eo*, quem contra ad iudicem venimus, non opinor *cum pecunia*. Correctionem, petas ex c. 4. § 10. huius orationis: »Pecunia tibi debebatur certa, quae nunc petitur per iudicem; *in qua* legitimae partis sponsio facta est" nostroque loco legas: »Pecunia petita est certa: *in tertia parte* sponsio facta est."

Quam relegavimus praepositionem *cum* ex Rosciana, eam introducendam esse censemus in Divin. in Caecilium c. 15. § 50. ubi Cicero disputat de adiutoribus quos secum Caecilius esset in iudicium adducturus, si accusatio ad eum esset delata. »Quartum quem sit habiturus non video, nisi quem forte ex illo grege moratorum, qui subscriptionem sibi postularunt, cuicunque vos delationem dedissetis. *Ex* quibus alienissimis hominibus ita paratus venis, ut tibi hospes aliquis sit recipiendus." Quomodo Caecilius veniat *ex* illis hominibus alienissimis, ipse videat; non absurdum mihi videtur ipso, Tullio auctore, reponere, »*Cum* quibus alienissimis hominibus ita

paratus venis" cett., quemadmodum de eadem re initio huius capitis 15 legitur: »Esto, ipse nihil est, nihil potest; at *venit paratus cum subscriptoribus* exercitatis et disertis." »Ex quibus verbis ineptum et si verborum significationem attendas subobscoenum additamentum *nihil potest* (qua de re castus interpolator ne cogitavit quidem) eiicias. Etenim *nihil est*, quid sit, non opus est ut iis explicetur qui praecedentem sententiam inspexerint, ubi legimus: »Sin mecum in hac prolusione *nihil fueris*, quem te in ipsa pugna cum acerrimo adversario fore putemus?" Age nunc finge tibi aliquem respondentem his verbis: »*Esto. ipse nihil est; nihil potest*," et gloriare vetustissimis tuis membranis fide dignissimis! In § 49. eadem ratione est: »Iam hoc considerate cuiusmodi accusatores in tanto iudicio simus habituri, cum et ipse Alienus ex ea facultate, si quam habet, aliquantum detracturus sit et Caecilius tum denique *se aliquid futurum* putet si Alienus minus vehemens fuerit." cett.

Prava interpunctione pessumdata est oratoris manus pro Q. Roscio 15. § 46. »Relictum est ut Cluvium falsum dixisse Luscio et Manlio contendat: quod si facit, qua impudentia est, *eumne* testem improbabit, quem iudicem comprobarit? ei negabit credi oportere, cui ipse crediderit? eius testis ad iudicem fidem infirmabit, cuius propter fidem et religionem iudicis testes compararit? quem ego si ferrem iudicem, refugere non deberet *cum* testem producam, reprehendere audebit?" quae omnia affirmantis sunt, nequaquam interrogantis. Posuit enim Orator conditionem, *quod si facit*;" qua conditione accepta qui locus interrogationi esse potest? Importunum *ne* post *eum* ex dittographia litterae *m* ortum est. In ultima sententiae parte obtemperatum oportuit Lambino certa emendatione corrigenti: »Quem ego si ferrem iudicem, refugere non deberet, *cum cum* testem producam, reprehendere audebit."

Miserum in modum depravata est § 14. c. 4. Divinationis in Caecilium: »Omnium civitatum totius Siciliae legationes adsunt, praeter *duas civitates*, quarum *duarum* si adessent, duo crimina vel maxima minuerentur, quae cum his civitatibus C. Verri communicata sunt."

Quid enim absurdius cogitari potest quam illud, quod nunc omnes edunt et concoquunt: »Omnium civitatum legationes adsunt, sed duae civitates non adsunt." Scilicet bonus interpolator non capiens genitivum post *praeter* positum, inseruit *duas civitates*, quod praeterquam quod absurdum est, etiam ingratissimum auribus accidit. Fuit autem antea et erit ut spero etiam postea hoc in editionibus: »Omnium civitatum totius Siciliae legationes adsunt *praeter duarum, quarum* si adessent, duo crimina vel maxima minuerentur" cett.

Genitivum post *praeter* a praepositione non regi intellexit interpolator: quomodo genitivus explicandus esset nesciebat: ventum igitur est ad solemne remedium: neque indocti solum in istiusmodi locis haerebant. Sic v. c. Sallustii verba in Bell. Catil. 36: »Senatus Catilinam et Manlium hostes iudicat; ceterae multitudini diem statuit ante quam sine fraude liceret ab armis discedere, *praeter* rerum capitalium *condemnatis*," grammaticorum pravis interpretationibus locum dederunt. Priscianus enim annotavit l. XVII. 21. 161. p. 85. Kr. »Diversi quoque casus, vel casus pro casibus figurate tam a nostris quam a Graecis saepissime ponuntur ut Sallustius in Catilinario: *praeter rerum capitalium condemnatis* pro *condemnatos*, et Cledonius Grammaticus ap. Putsch. p. 1933. *Praeter* vero lecta est et ablativo iuncta ut Sallustius; *praeter rerum capitalium condemnatis*. Maxime miror ex iis locis ubi praepositiones ut *praeter* apud auctores Latinos adverbialiter usurpantur, hunc Livii locum sedulorum correctorum manus evasisse, salvumque ad nos pervenisse, in l. III. c. 15: »Exsules, servique *ad quatuor millia hominum et quingenti* duce Ap. Herdonio Sabino, nocte Capitolium atque arcem occupaverunt."

Vitio laborat ut mihi videtur initium huius Divinationis cuius § 3. haec habet: »Cum quaestor in Sicilia fuissem iudices, itaque ex ea provincia decessissem, ut Siculis omnibus iucundam *diuturnamque* memoriam quaesturae nominisque mei relinquerem, factum est" cett.

Qui enim fieri potuit ut Cicero decedens relinqueret *diuturnam* memoriam nominis sui? Futuro certe opus est, quod habebis si reposueris: »itaque ex ea provincia decessissem ut

Siculis omnibus iucundam *duraturamque* memoriam quaesturae nominisque mei relinquerem" cett.

Nomen proprium interpolatum est in eadem oratione c. 2. § 5: »Quo in negotio tamen illa me res, iudices, consolatur, quod haec quae videtur esse accusatio mea non potius accusatio, quam defensio est existimanda. Defendo enim multos mortales, multas civitates, provinciam *Siciliam* totam." Quae omnia cum in universum dicuntur, demonstrant *Siciliam* a nescio quo explicandi gratia additum esse.

Orationi pro Caelio prodesse poterunt quae leguntur in Divinat. in Caec. 6. § 22. »Nam te actore quem eorum adfuturum putas, quos intelligis, non ut per te alium, sed ut *per alium aliquem* te ipsum ulciscantur, laborare." In Caeliana, eo loco quem volebam, Cicero disputat de L. Lucceii testimonio, cuius servi ut hospitem suum interficerent subornati dicebantur a M. Caelio; deinde sic pergit: c. 22. § 55. Sed cur diutius vos, iudices, teneo? Ipsius iurati religionem auctoritatemque percipite atque omnia diligenter testimonii verba cognoscite. RECITA L. LUCCEII TESTIMONIUM. Quid exspectatis amplius? An *aliquam vocem* putatis ipsam pro se causam et veritatem posse mittere? Haec est innocentiae defensio, haec ipsius causae oratio, haec una vox veritatis." Si quid video ea quae disputantur ab oratore post testimonium recitatum L. Lucceii, ad testimonium illud pertinent; nec quidquam magis absurdum et ineptum cogitari potest quam illa rogatio, utrum causa et veritas vocem aliquam mittere possint. Hoc agendum est oratori ut iudices et auditores quam faveat L. Lucceii sanctissimi hominis gravissimique testis testimonium M. Caelio perspiciant. Idcirco dixit testimonio recitato: »An *aliam aliquam* putatis ipsam pro se causam et veritatem posse mittere? Haec est innocentiae defensio, haec ipsius causae oratio, haec una vox veritatis."

Scripsi Lugduni Batavorum
mense Quinctili MDCCCLIX. S. H. RINKES.

Emblemata quaedam ex Cicerone sublata.

Qui aegre ferunt Criticos ex Veterum libris removere additamenta olim a sciolis in margine adscripta, deinde a librariis oscitanter in textum recepta, perpendant verba Galeni in Commentario ad Hippocratis Epidem. libr. VI. (Tom. XI. p. 397. Charter.) ubi docet verba οἷον ὀδύνη ὀδύνην παύει olim a nescio quo *exempli causa* (ἐν παραδείγματος μοίρᾳ) in margine adscripta, deinde a librario in textum recepta esse. Φαίνεται μὲν γάρ, inquit, ὡς ἐπ' ἐξηγήσει προσγραφὲν ὑπό τινος, αὖθις δὲ εἰς τοὔδαφος ὑπὸ τοῦ βιβλιογράφου μετατεθεῖσθαι. Vides non heri aut nudius tertius eam librorum fraudem esse natam. Lubet me nunc indicare emblemata quaedam, quae Ciceronis ad Atticum Epistolis ὡς ἐπ' ἐξηγήσει προσγραφέντα αὖθις ὑπὸ τοῦ βιβλιογράφου εἰς τοὔδαφος μετετέθη. In libro VIII. Epist. 7. § 2. »Quod enim tu meum laudas et memorandum dicis, malle [*quod dixerim*] me cum Pompeio vinci quam cum istis vincere, cett." valde frigidam ἐξήγησιν vides et alieno loco insertam. In libro I. Epist. 16. § 5: Quorum Catulus quum vidisset quemdam: »Quid vos, inquit, praesidium a nobis postulabatis? an, ne nummi vobis eriperentur [*timebatis*]"? Non hoc Catulus volebat, sed *praesidium postulabatis*. In eadem epistola § 12: »Atque in eo neque auctoritate neque gratia pugnat, sed quibus Philippus omnia castella expugnari posse dicebat [*in quae modo asellus onustus auro posset ascendere*]. Apertum est *quibus* cett. esse *nummis*. Adscriptum est in margine: *Philippus omnia castella — ascendere*, quorum verborum pars stulte Tullianis agglutinata est.

In sequenti Epistola I. 17. § 10. legitur: »Lucceium scito [*consulatum*] habere in animo statim petere: duo enim soli dicuntur petituri." Potuitne insulsius quidquam et alieniore loco interponi quam illic *consulatum?*

Etiam magis absurdum est IV. 3. § 3: »Ex Anniana [*Mi-*

domo Q. Flaccus eduxit viros acres." An tu aequo
ferre posses *ex Tulliana Ciceronis epistola?*
le deprehenditur interpolatio in libro VIII. Epist. 11.
affertur litterarum tuarum exemplum quas tu ad Len-
misisses. Hae scriptae sic erant: Litteras tibi a L. Do-
ı. d. xiii. Kal. Mart. allatas esse (earumque exemplum
pseras) magnique interesse reip. [*scripseras*] omnes co-
imo quoque tempore in unum locum convenire." Quo-
nanifestum est verba *earumque exemplum subscripseras*
ou posita fuisse, ultro excidit *scripseras.*
pistolis ad Familiares I. 9. § 20. ecquis est qui ferre
»repentinam eius defensionem Gabinii, quem proximis
oribus] diebus acerrime oppugnasset"?
antem Ciceronis locum scioli foeda macula inquinarunt
st. ad Famil. III. 12. § 3. »Vides sudare me iamdu-
laborantem] quomodo ea tuear quae mihi tuenda sunt
non offendam." Comparari possunt et alia et Aristo-
verba in Nubibus vs. 1391:

οἶμαί γε τῶν νεωτέρων τὰς καρδίας
πηδᾶν ὅ τι λέξει.

terea insere copulam: »quo modo (*et*) ea tuear" cett.
ibro IV. Epist. 4. initio: »Accipio excusationem tuam
sus es] cur saepius ad me litteras uno exemplo dedis-
blega in marginem puero dignam annotatiunculam.
is etiam puerile est emblema in Caelii Epistola VIII. 13.
»Stomacho est scilicet [*Pompeius*] Magnus nunc ita lan-
ut vix id quod sibi placeat reperiat." Editores etiam
iti a Lambino nil sentiunt.
de magistello nomen proprium in libro XII. 10. § 3:
lare viceramus, nisi spoliatum, inermem, fugientem
s recepisset [*Antonium*]." vel hoc unum cogita quam
uno loco sit illud nomen positum.
demmodi emblema est in libro eodem Epist. 14. § 4.
llam in verbis: »spero etiam confectum esse iam et op-
m [*Dolabellam*]. Lege modo quae praecedunt.
ro creditur Bruto scripsisse Libro XIII. Epist. 11. init.:
lubito quin scias — quam diligenter soleam meos mu-
[*Arpinates*] tueri." Tu non credes, sat scio.

Multa sunt sciolorum additamenta in libris Tusculanarum Quaestionum olim ab acutioribus deprensa et magnam partem nunc ab Editoribus omnibus eiecta. In alia quaedam veluti digitum intendam. In libro I. 8. § 16. »Iam istud quidem nihil negotii est: [*sed*] etiam maiora molior," sine mora particulam adversativam expunge, cui nullus hic locus est.

Post pauca haec leguntur: »Quia, quoniam post mortem nihil est mali, ne mors quidem est malum; cui proximum tempus est [*post mortem*] in quo mali nihil esse concedis." Miror quomodo quis verba *post mortem* sine risu legere possit.

In vicinia insulsum fulcrum scioli de suo orationi, quae nihil istiusmodi desiderabat, supposuerunt I. 12. § 26: »Expone igitur, nisi molestum est, primum animos [*si potes*] remanere post mortem: tum, si minus id obtinebis (est enim arduum) [*docebis*] carere omni malo mortem." Spurium esse *docebis* et verba *carere omni malo mortem* perinde atque *animos remanere post mortem* pendere a verbo *expone* perspicue docet loci compositio. Graece pro *primum* et *tum si minus id obtinebis* dici solet μάλιστα μέν et εἰ δὲ μή, quae ex uno eodemque verbo, quod praeponitur, suspendi solent. Simul intelligitur *si potes* insiticium esse.

Quaeritur adhuc vera lectio in Tusculanarum libro II. 18. § 42. »Ego illud — tantum esse quantum videatur non puto — doloremque *eius* omnem esse tolerabilem." Mihi verum esse videtur: »doloremque *viro* omnem esse tolerabilem." Conf. II. 21. § 40: »haec ut imperet illi parti animi, quae obedire debet, id videndum est *viro*."

Onerat et corrumpit orationem male repetitum *pluribus* II. 20. § 46: »Hisce ego [*pluribus*] nominibus unam rem declarari volo, sed utor ut quam maxime significem pluribus."

Non premam suspicionem quae mihi in mentem venire solet quoties relego locum in Tusculan. III. 1. § 1. »Quidnam esse causae putem cur — corporis curandi tuendique [*causa*] quaesita sit ars." Interpolatum est *causa*, et *corporis curandi tuendique ars* coniungenda sunt.

Plura addere volentem non me dies, sed charta deficit.

C. G. C.

MNEMOSYNE.

BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

SCRIPSERUNT ET COLLEGERUNT

C. G. COBET, T. J. HALBERTSMA, H. G. HAMAKER, H. VAN HERWERDEN, E. J. KIEHL, E. MEHLER, S. A. NABER, W. N. DU RIEU, S. H. RINKES.

VOLUMEN NONUM.

1860.

LUGDUNI BATAVORUM,
E. J. BRILL.
1860.

INDEX

VOLUMINIS NONI.

DISPUTATIONES.

Annotationes Criticae et Palaeographicae ad Iulianum.
Scr. C. G. Cobet. . . . . Pag. 1—21.
Aristaeneti (ad), quem vocant, Epistolas.
Scr. C. G. Cobet. . . . . » 148—170.
ΑΤΑΚΤΑ. Scr. I. Bake. . . . p. 171—224, 225—243, 299—308.
Babrii Fabulae. Impostoris Graeculi fraus deprensa.
Scr. C. G. Cobet. . . . . p. 278—287.
Galenum (ad). Scr. C. G. Cobet. . . . . p. 21—48.
Herodotea. Scr. C. G. Cobet. . . . . p. 287—298.
Hippocratem (ad). Scr. C. G. Cobet. . . . . » 68— 86.
Isaei oratio I. nonnullis locis emendata.
Scr. C. G. Cobet. . . . . p. 438—445.
Iuliani (ad) *Συμπόσιον ἢ Κρόνια*, vulgo *Caesares*.
Scr. C. G. Cobet. . . . . p. 249—278.
Lectiones Tullianae. Scr. W. G. Pluygers. . . . . p. 323—335.
Observationes Criticae in Cornelii Taciti libros.
Scr. W. G. Pluygers. . . . . p. 49—67.
Photii (ad) Lexicon. Scr. C. G. Cobet. . . . . p. 399—437.
Platonica. Scr. C. G. Cobet. . . . . » 337—389.
Stobaei (ad) Florilegium. Scr. C. G. Cobet. p. 86—112. 113—148.
Themistii loci aliquot emendantur. Scr. C. G. Cobet. p. 243—249.

INDEX.

MISCELLANEA.

ARISTOPHANES. Pax vs. 15—20. Scr. W. G. PLUYGERS. . . p. 67.
CICERO pro Murena XIII, 29. XIII, 40 et XXII, 46.
Scr. C. G. C. . . . . p. 336.
DIONYSIUS Halicarnassensis aliquoties emendatus.
Scr. C. G. C. . . . . p. 315—323.
Emblema e DEMOSTHENE sublatum. Scr. C. G. C. . . . p. 394.
Emendatur locus XENOPHONTIS in Hellen. VI. 5, 39.
Scr. C. G. C. . . . . » 393.
Epigramma vetus emendatur. Scr. C. G. C. . . . . » 314.
HERACLITI Ephesii locus restitutus. Scr. C. G. C. . . . p. 457.
HOMERI locus in Iliad. IX. 240. correctus. Scr. C. G. C. p. 392.
Interpunctio in libris Mss. et editis vitiosa. Scr. C. G. C. » 448.
IOHANNIS CHRYSOSTOMI locus correctus. Scr. C. G. C. . . » 48.
ISAEI locus restitutus. Scr. C. G. C. . . . . p. 396.
LIVIUS nonnullis locis emendatus. Scr. C G. C. . . . . p. 298.
Loci aliquot apud THEMISTIUM emendati. Scr. C. G. C. . p. 170.
Locus in Actis Apostolorum VII, 20. tentatus.
Scr. C. G. C. . . . . » 389.
PAULI Apostoli locus in Epistola ad Hebraeos IX. 4. tentatus. Scr. C. G. C. . . . . p. 308.
PAULI locus in Epistola I. ad Cor. II. 4. ex Origene restitutus. Scr. C. G. C. . . . . » 315.
Ridiculus error e PLATONE remotus. Scr. C. G. C. . . . p. 398.
SOPHOCLIS locus in Oedip. Colon. vs. 378—381. tentatus.
Scr. C. G. C. . . . . » 445.

ANNOTATIONES

CRITICAE ET PALAEOGRAPHICAE

AD

IULIANUM.

(*Continuantur e Vol.* VIII. *pag.* 419).

Percurram nunc Epistolam ad Sallustium datam, *cuius emendatio*, ut reliquorum librorum quos adhuc recensuimus, *tota pendet a Codice Vossiano*, cuius apographa sunt reliqui Codices omnes, quorum salvo archetypo nulla prorsus ratio est habenda.

Inscribitur in Codicis pag. 195:

Ἰουλιανοῦ καίσαρος ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ τοῦ ἀγαθωτάτου σαλουστίου παραμυθητικὸς εἰς ἑαυτόν: —

Omiserunt apographa et Spanhemius verba εἰς ἑαυτόν, quae in Codice expalluerunt, sed tamen nullo negotio legi possunt. Eadem de causa omiserunt σε p. 240. A. in verbis ἐπειδή σε βαδίζειν ἐπυθόμην χρῆναι παρ' ἡμῶν.

Vitiosum est quod editur p. 240. B: εὑρίσκεσθαι χρὴ — παιωνικὸν ἄκος. Vitiosius etiam Codex: παιονικὸν ἄκος. Veram scripturam παιώνιον restituit G. Dindorf. ad Steph. Thes.

Post pauca recte Codex: καὶ γάρ πως ἔοικεν ἡδονὴ καὶ λύπη τῆς αὐτῆς κορυφῆς ἐξῆφθαι. Editur καὶ γὰρ πῶς. Notissima haec sunt verba Platonis in Phaedone pag. 60. B.

Pag. 241. B. corrige invito Codice τὸν πάντα χρόνον νοσηλευομένοις pro νοσηλευόμενοι.

Sequens lacuna ex Codice explenda est in hunc modum: *ὅσοι μὲν οὕτως ἐπεμελήθη(σαν ὥςε οὐ παντάπασι πονήρως) ἔχειν ἀλλ' ὑγιαίνειν μετρίως.* Deinde pro absurda scriptura *μηδὲ τὴν Πολέμωνος εὐπάθειαν* accipe a Codice veram lectionem *ἀπάθειαν*, quam etiam absque hoc auxilio unusquisque ex ipsa loci sententia excogitare potuisset. Quo sensu apud philosophos *ἀπαθής* et *ἀπάθεια* dicatur optime docebit Iulianus ipse p. 192. A: *Ἀπάθειαν γὰρ ποιοῦνται τὸ τέλος. τοῦτο δὲ ἴσον ἐςὶ τῷ θεὸν γενέσθαι.* vide et quae illic sequuntur.

Recte Codex p. 241. C. pro *πάντως γὰρ ἀθρόως εἰσήει με μνήμη* exhibet *πάντων.*

Mendosum est p. 241. D: *τῆς πρὸς τοὺς πονηροὺς ἰσορρόπου τε καὶ ἀμεταμελήτου προθυμίας τε καὶ ῥώμης*: quamquam nil iuvat Codex audacter restitue *ὁρμῆς* pro *ῥώμης*. Scire pervelim quae sit *ῥώμη ἀμεταμέλητος.*

Latet Homeri flosculus p. 241. D: *μετ' ἀλλήλων ἔςημεν πολλάκις Ἶσον θυμὸν ἔχοντες*, quod sumtum est ex Iliad. N. 704:

ἀλλ' ὥς τ' ἐν νειῷ βόε οἴνοπε πηκτὸν ἄροτρον
Ἶσον θυμὸν ἔχοντε τιταίνετον.

unde Iuliano, qui ipsa verba poëtae servare solet, *ἔχοντε* reddiderim.

Recte Codex p. 242. D: *ἀεὶ ταὐτὰ νοοῦντες καὶ προαιρούμενοι*, ubi editur *ταῦτα*. Post pauca dedit: *χρηςὸν δὲ εἶτι κτέ.* quem locum supra emendavimus. In vicinia pro: *εἰ μὲν οὖν εἰκότως ἀλγῶ* optime servat Codex *ὡς μὲν οὖν*, sed vix multo labore *ὡς* agnovi in macula absconditum. Continuo sequitur: *οὐ Φίλου μόνον ἀλλὰ καὶ συνεργοῦ πιςοῦ οἶδεν ὁ δαίμων καὶ πρὸς ὀλίγον ἀπαλλαττόμενος.* Quid significet *οἶδεν ὁ δαίμων* ne Apollo quidem intellexerit. Noli quaerere: reperi in Codice veram lectionem: *δοὴ ὁ δαίμων.* Praeterea Codex non *ἀπαλλαττόμενος* servat sed *ἀπαλαττόμενος.* Quid id nostra refert? dixerit aliquis. Tu ipse in superioribus contendebas perinde esse utrum consonans in libris geminaretur nec ne. In loco corrupto nihil oportet contemni quod in Codice archetypo legatur. Quid hoc, quaeso, est: *ἀλγῶ Φίλου ἀπαλλαττόμενος*? Num tu putas esse, »doleo quod *ab amico divellor*" ut visum est Petavio? Fieri non potest, nam *ἀπαλλάττομαι*

est *liberor* aut re molesta aut homine importuno, itaque absurdum est φίλου ἀπαλλαττόμενος. Scin quid Iulianus scripserit? non est admodum difficile ad inveniendum, nam nulla datur optio, unicum tantum verbum est huic rei accommodatum, quod sic repone: εἰκότως ἀλγῶ φίλου — ἀπολειπόμενος. Utitur iterum hoc ipso verbo Iulianus in eadem Epistola p. 245. C: καὶ ὁ Σκηπίων ἤχθετο μὲν ἀπολειπομένου τοῦ φίλου οὐ μὴν ἀπαραμύθητον αὐτῷ τὸ πάθος ἦετο. qui locus alio quodam genere erroris laborat, quem unusquisque statim deprehendere poterit. Laelius Romam proficiscitur Scipione in Africa remanente. Uter igitur ἀπολείπεται? Res est perspicua. Itaque emenda: ἤχθετο μὲν ἀπολειπόμενος τοῦ φίλου, planissime ut illo loco: ἀλγῶ οὐ φίλου μόνον ἀλλὰ καὶ συνεργοῦ πιστοῦ — ἀπολειπόμενος.

Duo vocabula exciderunt p. 243. B: τί χρὴ προσδοκᾶν ἡμᾶς τοὺς πλέον ἀπολειπομένους τῆς ἐκείνου συνέσεώς τε καὶ γνώμης ἢ ἐκεῖνος τοῦ θεοῦ. In Codice est προσδοκᾶν ἡμᾶς (ὑπὲρ αὐτοῦ) τοὺς πλέον κτἑ. Praeterea ἢ 'κεῖνος habet pro ἢ ἐκεῖνος. Noli putare hanc esse vetustissimam crasin per scribarum manus feliciter ad nos propagatam. Saepe in Vossiano Codice κεῖνος legitur aut 'κεῖνος etiam ubi praecedit consonans et crasi nullus est locus. Fefellit in talibus scribas uncinus pro ε sequenti consonanti adhaerens, cuius erroris multa exempla sunt, quorum unum proferam ut eadem opera Iuliani locum inepto errore liberem. Editur p. 194. C: ἤρκει λοιπὸν ὥσπερ τὰ λοιπὰ ζῷα τοῖς σωματικοῖς ἀρκεῖσθαι πλέον κτήμασιν. In κτήμασιν uncinus ille negligenter omissus turpe mendum peperit, nam luce clarius est πλεονεκτήμασιν Iulianum scripsisse, ut recte legitur p. 235. B: ἐγὼ δὲ καίπερ, ὡς οἶσθα, τοῖς ἔξωθεν πλεονεκτήμασιν ἐπτερωμένος ὑπέταξα ὅμως ἐμαυτὸν τῷ καθηγεμόνι, ubi obiter emenda: τοῖς ἔξωθεν πλεονεκτήμασιν ἀνεπτερωμένος. Noto usu differunt πτεροῦν et ἀναπτεροῦν. Apud Atticos et Atticorum imitatores πτεροῦν proprie dicitur *alas addere*, ἀναπτεροῦν et saepissime ἀνεπτερῶσθαι figurate *elatum esse*.

Impeditus et male compositus locus est p. 243. B: ἐμοὶ δὲ — δάκνομαί τε καὶ δέδηγμαι τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν. Videntur excidisse nonnulla: vitiosa sunt manifesto καὶ τῆς μονῆς.

ἀεὶ δέ μοι θαλπωρῆς κτέ. Nihil est in Codice praesidii. Ultima verba sumta sunt ex Aristophanis Acharnensibus vs. 1:

ὅσα δὴ δέδηγμαι τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν.

Verba quae leguntur p. 243. D: ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐκ τῆς σῆς Φιλίας τὸ ὄνειδος ἐκαρπωσάμην si sana sunt, non intelligo, si mendosa, emendare non possum. Nullo autem negotio emendari possunt ea quae sequuntur, quibus perridiculus scribarum error caliginem offudit. Editur: τοσούτων δὲ ὁμοῦ ἐςερημένος τίνων ἂν εὐπορήσαιμι λόγων; οἶμαι διὰ τὸν σὸν πόθον σά τε μήδεα σήν τ' ἀγανοφροσύνην αὐτὴν προέσθαι τὴν ψυχὴν κινδυνεύοντα πείσουσιν ἀτρεμεῖν καὶ Φέρειν ὅσα δέδωκεν ὁ θεὸς γενναίως. Pro OIMAI scribe OIME, ut passim οἴονται pro οἷόν τε in libris scribitur, et nihil difficultatis supererit: τίνων ἂν εὐπορήσαιμι λόγων, οἵ με — πείσουσιν ἀτρεμεῖν. Simillimus locus est in Epistolae initio p. 240. C: ἀλλὰ ποταποὺς εἶναι χρὴ τοὺς λόγους, οἳ τὰς μὲν ἀλγηδόνας ἀφαιρήσουσι τῶν ψυχῶν, εὐφροσύνης δὲ καὶ γαλήνης αἴτιοι κατας ήσονται; Lepide Iulianus suis intexuit Homerica ex Odyss. Λ. 202:

ἀλλά με σός τε πόθος, σά τε μήδεα, Φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ,
σή τ' ἀγανοφροσύνη μελιηδέα θυμὸν ἀπηύρα.

eodem modo in extremis verbis pellucet celebratissimus Demosthenis locus plurimorum imitatione decantatus ex oratione περὶ τοῦ ςεφάνου p. 258, 23: δεῖ δὲ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐγχειρεῖν μὲν ἅπασιν ἀεὶ τοῖς καλοῖς τὴν ἀγαθὴν προβαλλομένους ἐλπίδα, Φέρειν δ' ὅ τι ἂν ὁ θεὸς διδῷ γενναίως. quem locum iterum expressit p. 459. D: ἡμεῖς δὲ ὅ τι ἂν ὁ θεὸς διδῷ γενναίως οἴσομεν.

Incuria Editoris excidit οὕτω p. 243. D: ταῦθ' (οὕτω) νυνὶ βουλεύσασθαι.

Pag. 244. A. ubi editur: Τί ποτε οὖν ἄρα χρὴ καὶ τίνας ἐπῳδὰς εὑρόντα πεῖσαι, in Codice inter χρὴ et καὶ τίνας verba quaedam in atra macula latent, quae nullo modo oculis dispici nunc possunt. Chemica ars dabit aliquando lucem. Sententia postulat: τί ποτε — (φάρμακον τεμόντα) καὶ τίνας ἐπῳδὰς εὑρόντα κτέ. Statim post editur: καὶ ἐκθρυλλεῖν τὰς ἐπῳδὰς ἃς Ἀθήναζε Φέρων ὁ Σωκράτης κτέ. Quamquam expeditum luit scriptura tamen nullo negotio in Codice legitur: καὶ τὰς ἐκ Θρᾴκης ἐπῳδὰς pro καὶ ἐκθρυλλεῖν ἐπῳδάς. Qui apog[illegible]a-

pha confecerunt quum non satis evanidam scripturam assequerentur temere et stolide τάς omiserunt et ἐκθρυλλεῖν de suo commenti sunt. Spanhemius, ut solet, nil vidit. Caeterum locus nunc male compositus sic constituendus esse videtur: Ἀρ' ἡμῖν οἱ Ζαμόλξιδός εἰσι μιμητέοι λόγοι, λέγω δὲ τὰς ἐκ Θρᾴκης ἐπῳδάς κτἑ. quemadmodum Iulianus scripsit p. 243. A: ἐξ ὧν ἐκεῖνον γνωρίζομεν, λέγω δὲ τῶν Πλάτωνος λόγων, et saepe multi alii dixerunt. Vulgo pro λόγοι λέγω δέ legitur λόγοι καί.

Quod continuo sequitur p. 244. B: ἀλλ' ἐκ τῶν ἔμπροσθεν ἔργων ὧν ἐπυθόμεθα τὰ κλέα sumtum est ex Homeri Iliad. I. 524:

οὕτω καὶ τῶν πρόσθεν ἐπευθόμεθα κλέα ἀνδρῶν,

quamobrem Iuliano redde formam Homericam ἐπευθόμεθα pro ἐπυθόμεθα.

Pag. 245. A: ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται λέγων ἀντὶ τοῦ νοήσει πάνθ' ἑαυτῷ. In Codice est πείθηται manifesto errore. Sic passim scribae solent aoristum πιθέσθαι in praesens πείθεσθαι depravare, etiam apud poëtas iugulato metro. Praeterea ipsa Hesiodi verba reposuerim ἀντὶ τοῦ αὐτῷ πάντα νοήσῃ.

Pag. 245. D. unice vera est Codicis Vossiani lectio ἐπεπαίδευτο γὰρ ὑπ' ἐκείνῳ pro ὑπ' ἐκείνου. Saepe legitur ὑπό τινι τρέφεσθαι vel παιδεύεσθαι. Peridoneum exemplum est p. 107. B: ὁ τούτου δὲ αὖ παῖς ὑπὸ τῷ Σταγειρίτῃ σοφῷ τρεφόμενος κτἑ.

Pervulgato errore legitur p. 246. A. ἔφερε — τὴν ἄγνοιαν τῶν ἑαυτοῦ πολιτῶν pro τὴν ἄνοιαν, quod recte docti viri reponendum censuerunt.

In sqq. conspicitur ridiculum et manifestum scioli additamentum: [ἀκούειν δὲ χρὴ τῶν ἑξῆς ὡς τοῦ Περικλέους αὐτοῦ], de quo memini me alio loco annotasse. Emblema est evidens, si quod aliud usquam. Non erat magnopere metuendum ne quis in tali loco: (ὁ Περικλῆς) τῇ πατρίδι — εἶκειν ᾤετο χρῆναι ταῦτα ὡς εἰκὸς λογιζόμενος· Ἐμοὶ πόλις μέν ἐστι καὶ πατρὶς ὁ κόσμος, ultima verba et quae deinceps sequuntur legens non intelligeret ipsum Periclem haec dicentem induci. Complura alia sciolorum emblemata Iuliani libros obsident. Aperuimus iam nonnulla, alia in sqq. aperiemus. Nonnumquam

Graeculi, qui Iulianum pessime oderant et maledicis annotatiunculis insectari solebant *τὸν ἀποσάτην*, *τὸν μιαρόν*, *τὸν κατάρατον*, odiose et petulanter adscripserunt nonnulla, quae nunc in ipsam Iuliani orationem invecta quam putas mirifice sententiam onerant et perturbant. Huiusmodi est quod interpolarunt p. 251. A: *ὦ Ζεῦ πάτερ ἢ ὅ τι σοι φίλον ὄνομα καὶ ὅπως ὀνομάζεσθαι* [*τοῦτ' γὰρ ἔμοιγε οὐδὲν διαφέρει*], quae verba scurriliter adscripta esse ad deridendum Iulianum unusquisque admonitus intelliget. Addam aliud ex *Misopogone* p. 337. B: ubi dixerat Iulianus: »Alcaeus et Archilochus eos a quibus iniuriam accepissent maledictis proscindebant, *ἐμοὶ δὲ ἀπαγορεύει ὁ νόμος ἐπ' ὀνόματος αἰτιᾶσθαι τοὺς ἀδικουμένους μὲν οὐδὲν, εἶναι δ' ἐπιχειροῦντας δυσμενεῖς*. Annotavit nescio quis in margine: *ὥσπερ οἶμαι καὶ ἅπασι τοῖς ἄλλοις*, quae nunc sic in Iuliani orationem irrepserunt ut vulgo legatur: *ἐμοὶ δὲ ἀπαγορεύει ὁ νόμος ἐπ' ὀνόματος* (*ὥσπερ οἶμαι καὶ ἅπασι τοῖς ἄλλοις*) *αἰτιᾶσθαι κτέ.* quae verba dubites utrum a proposito Iuliani alieniora an ineptiore loco posita dicas. Caeterum ea quae Iulianus Periclem ipsum inducit loquentem, ut vere dicam, parum Pericle digna sunt neque satis eius personae conveniunt: veluti quod primum dicit: *Ἐμοὶ πόλις μέν ἐστι καὶ πατρὶς ὁ κόσμος*, quantum est a Periclis ingenio et temporibus alienum! Fractis Graeciae viribus, quum omnes bonae artes in tristi servitute languerent et consenescerent, ista nata oratio est et ab exsulibus potissimum, qui sine lare inopes vagabantur. Diogeni erat *πόλις καὶ πατρὶς ὁ κόσμος* ex quo nullo amplius civitatis iure tenebatur quum patriam philosophiae ineptam et infestam contemnere coepisset, esset que, ut ipse dictitabat:

ἄπολις, ἄοικος, πατρίδος ἐστερημένος,
πτωχὸς, πλανήτης, βίον ἔχων τοὐφήμερον.

et, ut Iulianus ipse loquitur p. 195. B: *οὐκ ὀβολὸν οὐ δραχμὴν οὐκ οἰκέτην ἔχων*. Sed ridiculum est Socratem *κόσμου πολίτην* facere velle, magis etiam est ridiculum Pericli istam noviciam sapientiam obtrudere. Verum Iulianus non quid Pericli conveniret potissimum spectabat, sed quid ipse sentiret ex Periclis persona pronuntiare malebat. Admodum ridicule, ut dicam quod sentiam, inducit Periclem p. 246. C. ita dicentem: *νῦν ἀπαλλάττεσθαι τὸν Ἀναξαγόραν ἀφ' ἡμῶν κελεύει*

καὶ τὸν ἄριστον οὐκ ὀψόμεθα (lege οὐκέτ' ὀψόμεθα). τῶν ἑταίρων, δι' ὃν ἠχθόμην μὲν τῇ νυκτὶ ὅτι μοι τὸν φίλαν οὐκ ἐδείκνυεν, ἡμέρᾳ δὲ καὶ ἡλίῳ χάριν ἠπιστάμην ὅτι μοι παρεῖχεν ὁρᾶν ἅ (Codex recte οὗ) μάλιστα ἤρων. Ne dicam ineptum esse Periclem utentem facere verbis Xenophontis (ex *Sympos.* IV. 12), qui natus est eo ipso anno quo Periclem pestilentia absumsit, quantum abhorret a Periclis ingenio oratio adolescentuli perdite amantis et ex eo amore tantum non insanientis. Non sic Anaxagoram Pericles amabat. Saniora et veriora ex Plutarchi vita Periclis Iulianus didicerat, quae argumento serviens: nunc sciens ignorat.

Sciendum est ὁρᾶν οὗ vix in Codice legi posse: itaque in apographis omissa sunt et Spanhemius soloece ὁρᾶν ὃν recepit.

Mirum est quod Pericles dicens inducitur p. 246. C: εἰ μὲν ὄμματά σοι δέδωκεν ἡ φύσις μόνον ὥσπερ τοῖς ὄρνισιν, quasi vero solae *aves* oculos haberent, sed ratione carerent. Debuerat dicere: ὥσπερ τοῖς ἀλόγοις ζῴοις vel aliud quid eiusdemmodi.

Exstat vera et genuina scriptura in Codice ubi male editur p. 247. C: οὐχὶ σαρκία καὶ νεῦρα καὶ μορφῆς τύπωμα στέρνων τε ἐξείκασμα πρὸς ἀρχέτυπον σώματος. In Parisino Codice, qui ex Vossiano descriptus est, legitur * * * ἐξείκασμα, Spanhemius tamquam e Vossiano edidit στέρνων τε ἐξείκασμα, temere et imperite. Quamquam enim maculatus locus est tamen pellucet haec scriptura: στέρνα τὲ ἐξεικασμένα. Scribitur ἐξεικασμ cum compendio syllabae εν, supra α, iuxta acutus. Itaque de huius lectionis fide liquido constaret etiam absque Euripidis auxilio, apud quem in Phoenissis legitur vs. 165:

ὁρῶ δῆτ', οὐ σαφῶς. ὁρῶ δέ πως
μορφῆς τύπωμα στέρνα τ' ἐξεικασμένα.

Itaque ἐξείκασμα ut ex errore natum obiter e Lexicis eximemus.

Latet Tragici cuiusdam, Euripidis ut opinor, versiculus p. 248. A: τυχὸν οὐκ ὀνείρων νυκτερινῶν ἐνδάλμασι προσέξομεν οὐδὲ κενὰ καὶ μάταια προσβάλλει τῷ νῷ τὰ φαντάσματα κτλ. Si composueris cum his locum Diogenis Laërtii VI. 95:

(Μητροκλῆς) τὰ ἑαυτοῦ συγγράμματα κατακαίων ἐπέλεγε·

τα δ' ἓς' ὀνείρων νυκτέρων φαντάσματα,

agnosces eundem senarium a Iuliano respici, nisi quod uno vocabulo mutato sic conceptus erat:

τάδ' ἓς' ὀνείρων νυκτέρων ἰνδάλματα.

Itaque Iuliano redde νυκτέρων pro νυκτερινῶν. Adscripsi et reliquam loci partem quo melius appareret προσβαλεῖ, non προσβάλλει, esse scribendum.

Et mendosus est et nonnullorum omissione laborans locus p. 249. A: ἢ τοῦτο μέν ἐϛι * * ἤδη καὶ προσόμοιον τῷ γράφειν ἐφ' ὕδατος καὶ τὸν λίθον ἕψειν καὶ τῶν * * * ὀρνίθων ἑρευνᾶν ἴχνη τῆς πτήσεως. Videor mihi videre καὶ τῶν πτηνῶν ὀρνίθων, sed non est satis certa haec scriptura. Hoc vero sat certum est scribi oportere: καὶ τῷ λίθον ἕψειν καὶ τῷ * * ὀρνίθων ἑρευνᾶν ἴχνη.

Homerica verba insunt in his p. 249. B: ἀλλ' αὐτοῦ καὶ ὁ θεὸς χεῖρα ἐὴν ὑπερέσχε καὶ θάρσος ἔδωκε καὶ μένος ἐμπνεῖ. cui non nota ex Homero: χεῖρα ἐὴν ὑπερέσχε et δῶκε μένος καὶ θάρσος?

Non est Graecum quod editur p. 250. B: ἀπείρῳ γὰρ ὡς οἱ Λαιϛρυγόνες καὶ Κύκλωπες ἦσαν αὐτοῦ κρείττους. Nil iuvat Codex: emenda: ἀπείρῳ γὰρ ὅσῳ — κρείττους.

Facile emendari potest locus p. 251. C: ἡμεῖς δὲ τοῖς παροῦσιν ἀγαπῶντες ἀεὶ καὶ τῶν ἀπόντων ἥκιϛα μεταποιούμενοι ϛεργόμενοι ὁπόταν ὁ κήρυξ ἐπαινῇ. Pro ϛεργόμενοι repone ϛέργομεν, contenti sumus, et omnia habebunt optime.

Post pauca pro ἀρκεῖ δὲ ἡμῖν καὶ φίλον ὁμολογεῖν μόνον in Codice est καὶ φίλοιν ὁμολογεῖν, in quo quid lateat haud difficulter eruas: nempe hoc: ἀρκεῖ δὲ ἡμῖν καὶ φιλεῖν ὁμολογῶν μόνον, ἐϛ δὲ τἆλλα σιωπηλότερος ὢν καὶ τῶν Πυθαγόρᾳ τελεσθέντων. Quod sequitur σιωπηλότερος ὤν demonstrat participium ὁμολογῶν praecessisse. Deinde recte Codex dedit: ἐκείνων ταῖς ψυχαῖς ἐναπολέλειπται ἔρως ἡμῶν pro ἀπολέλειπται. Saepe in talibus ἐν neglectum periit.

Unum superest p. 252. D: τὴν οἴκαδε πορείαν ἀσφαλῆ παρασκευάσοι καὶ ταχεῖαν. Nil mutat Codex, sed perspicuum est παρασκευάζοι requiri.

Accedo ad Orationem III, quae in Codice pag. 104. inscribitur:

Ἰουλιανοῦ καίσαρος εὐσεβίας τῆς βασιλίδος ἐγκώμιον: —

In ipso exordio haerebis. Orditur p. 102. Spanh. his verbis: Τί ποτε ἄρα χρὴ διανοεῖσθαι περὶ τῶν ὀφειλόντων μεγάλα καὶ ὑπὲρ μεγάλων. Haec ita dicuntur quasi quis etiam ὑπὲρ μικρῶν posset μεγάλα ὀφείλειν, quod non est sanum nec recte cogitatum. Equidem ὑπέρ vitiosum esse suspicor et Iulianum exquisite et concitate dixisse μεγάλα καὶ πέρα μεγάλων, ut apud Demosthenem et alios: δεινὰ καὶ πέρα· δεινῶν, et sim. Etiam alibi πέρα apud Iulianum legitur, veluti p. 210. D: ἀρρήτων ἀρρητότερα καὶ κακῶν πέρα, et in *Misopogone* p. 350. C: τὸ γὰρ καὶ ἰχθύων καὶ ὀρνιθίων λόγον ποιεῖσθαι πέρα τρυφῆς εἶναι, ubi Marcianus vitiose πέρας τρυφῆς exhibet.

Salutem affert Codex Vossianus loco, qui legitur p. 103. A: ἢ γὰρ οὐ συνιέντες ἀναίσθητοι λίαν εἰσὶν ὧν οὐδαμῶς ἀναίσθητον εἶναι ἐχρῆν· ἢ συνιέντες ὧν ἐχρῆν εἰς ἅπαντα μεμνῆσθαι τὸν χρόνον. Nil mutat Codex Marcianus 366, quocum hanc orationem contuli, sed locus mutilus est et propterea intelligi non potest. En veram lectionem a solo Vossiano servatam: ἢ συνιέντες (ἐπιλήσμονες) ὧν ἐχρῆν εἰς ἅπαντα μεμνῆσθαι τὸν χρόνον. Nunc demum recte *tertium* additur hoc: μεμνημένοι δὲ καὶ ἀποκνοῦντες δι' ἃς δή ποτ' οὖν αἰτίας. Aut *non intelligunt*, inquit, aut *non recordantur*, aut servantes beneficii memoriam tardi sunt ad referendam gratiam. Perspicue ἐπιλήσμονες in Codice legitur, neque expalluit neque charta perrosa est aut maculata, sed alias res, ut videtur, Spanhemius in conferendo Codice agebat. Praeterea notandum a prima manu in Codice scriptum esse δι' ἀσδηποτοῦν, deinde veterem Correctorem οἰασδηποτοῦν substituisse. Deinde e Voss. recipe: ἄκουσμά τέ ἐσιν pro ἄκουσμά τί ἐσιν, et ex utroque πειθοῖ καὶ βίᾳ pro πείθει, et τῶν προλαβόντων pro τῶν παραλαβόντων. Lubenter Iulianus participio οἱ προλαβόντες utitur pro οἱ πρότεροι. Tum unice vera est Vossiani scriptura: τοὺς δὲ ἐπὶ τὸ ζηλοῦν (editur ἐπιζηλοῦν: tacet Spanhemius) ἐκεῖνα πειθοῖ καὶ βίᾳ παρώρμησεν. Post panca scribe p. 103. D: ἀλλ' οὐδὲ ὑποσχὼν τὼ χεῖρε ὑποδέξαιτ' ἄν τις ἐν ὀφθαλμοῖς πάντων, quo-

rum ὑποσχὼν pro ὑποσχεῖν Vossianus dedit, in vitiosa lectione vulgata ὑπεδέξατο ἄν τις uterque liber conspirat.

Gravissimo errore legitur p. 104. A: Ξενοφῶν δὲ (ἐπῄνει) Κῦρον τὸν Πέρσην, οὐχὶ τὸν ἀρχαῖον ἐκεῖνον μόνον ἀλλὰ καὶ ᾧ συνεστρατεύετο ἐφ' Ἑλλάδα. Ferri non posse vides imperfectum συνεστρατεύετο, sed quid est facilius quam veram scripturam συνεστράτευτο reperire? Contra nullis machinis ἐφ' Ἑλλάδα tueri ac defendere poteris. Callide Petavius: »quocum ex *Graecia profectus* expeditionem susceperat," sed nihil nos callida commenta iuvant. Nihil aliud admittit sententia quam ᾧ συνεστράτευτο ἐπὶ βασιλέα.

Multis modis corrupta sunt quae sequuntur pag. 104. B: Ἐμοὶ δὲ θαυμαστὸν εἶναι δοκεῖ εἰ τοὺς ἄνδρας γε τοὺς καλοὺς ἐπαινεσόμεθα, γυναῖκα δὲ ἀγαθὴν τῆς εὐφημίας οὐκ ἀξιώσομεν, nam necessarium plane est ita scribere: εἰ τοὺς μὲν ἄνδρας τοὺς καλούς τε κἀγαθοὺς ἐπαινεσόμεθα: est enim γε in tali re tam absurdum atque *viros praeclaros* appellare ἄνδρας καλούς. In sqq. hoc solum video ἐκείνῃ pro ἐκείνην corrigendum esse et εἶτα inserendum sic: πάντα ὡς ἔπος εἰπεῖν ὑπάρχειν ἐκείνῃ οἰόμενοι χρῆναι τὰ τοιαῦτα (εἶτα) τῶν ἐπὶ τοῖς ἔργοις ἐγκωμίων ἀφαιρησόμεθα;

Pag. 105. A. pro Ὀδυσσεῖ ἡγήσασθαι τῆς περὶ τὰ βασίλεια φερούσης ὁδοῦ recte uterque Codex exhibet ὀδυσσεῖ (μὲν) ἡγήσασθαι, sed male servat uterque: περὶ τὰ βασίλεια. Manifesto enim requiritur: τῆς ἐπὶ τὰ βασίλεια φερούσης ὁδοῦ. Alio modo in iisdem verbis peccatum est p. 114. A: τῶν μειρακίων τῶν ἐπὶ τῇ βασιλίδι κωμαζόντων ἐκράτει, ubi Vossianus habet veram lectionem ἐπὶ τὰ βασίλεια κωμαζόντων. Praeterea Marciani scriptura σύμβουλον δὲ αὖ explenda est αὐτῷ et demonstrat quomodo vitiosum αὐτοῦ in Vossiano nasci potuerit.

Expunge molestum articulum p. 105 A: καθάπερ τινὰ ῥήτορα ξὺν [τῇ] τέχνῃ τέλειον ἅπασι βασιλίδος ἐγκώμιον, nam et ratio docet et usus confirmat ξὺν τέχνῃ verum esse, vide Iulianum ipsum in hac ipsa oratione p. 111. D, p. 113. A, p. 120. A, p. 124. B.

Mendosa et sensu vacua scriptura circumfertur p. 105. C: ἤδη δὲ φρονήσει καὶ διαλύειν τὰ πρὸς ἀλλήλους ἐγκλήματα. Pro verbis

nihili ἥδη δὲ φρονήσει in Marciano est ἥδη δὲ εὐφροσύνῃ et in Vossiano ἥσειν δὲ εὐφροσύνη. Scribitur: ἧσ cum compendio syllabae ειν. Nil opus est diu te torquere ad eliciendam ex his Iuliani manum: satis est meminisse verborum Homericorum, quae Iulianus suis intexuerit ex Odyss. H. 74:

οἵσίν τ' εὖ φρονέῃσι καὶ ἀνδράσι νείκεα λύει.

Itaque apertum est verba οἵσιν δ' εὖ φρονέῃσι corrupta esse in ἥσειν δ' εὐφροσύνῃ primum, deinde in ἥδη δὲ εὐφροσύνη, denique in ἥδη δὲ φρονήσει.

Pag. 106. C. pro ὀλίγον δὲ εἰπεῖν τῶν πᾶσι γνωρίμων, recte Codex uterque ὀλίγα δὲ εἰπεῖν servavit. Praeterea ex utroque recipe οὐδ' ἄπο τοῦ παρόντος λόγου pro ἀπὸ τ. π.

Sine Codicum auxilio redintegrandus nobis erit locus p. 107. D: θυγάτηρ γάρ ἐστιν ἀνδρὸς ἀξίου νομισθέντος τὴν ἐπώνυμον τοῦ ἔτους ἀρχὴν πάλαι μὲν ἰσχυρὰν καὶ βασιλείαν ἀτεχνῶς νομιζομένην μεταβαλοῦσαν δὲ διὰ τοὺς οὐκ ὀρθῶς χρωμένους τῇ δυνάμει τὸ ὄνομα. Vehementer ea verba Petavium exercuerunt. »*Perplexe et implicate dictum*, inquit. *Hoc enim sibi vult:* regiam apud Romanos potestatem commutato dumtaxat nomine penes Coss. resedisse. *At illud verba ipsa significant*: Consulari potestati nomen aliud inditum. *Quod falsum est.*" Emendata scriptura dabit lucem et omnem difficultatem removebit. Hanc tu ita mecum quaere: unde pendet τὴν ἐπώνυμον — ἀρχήν? Nempe ex infinitivo, qui ex ἀξίου νομισθέντος suspensus fuerat sed oscitantia scribarum intercidit. Nihil est autem facilius quam eum revocare in lucem quoniam unum tantum est in Graecitate verbum huic rei accommodatum, nempe ἄρχειν. Nonne tu statim perspicis sic locum suppleri oportere: ἀξίου νομισθέντος τὴν ἐπώνυμον τοῦ ἔτους ἀρχὴν (ἄρχειν)? Eadem opera perspicis cur exciderit. Consideremus nunc reliqua. Non potuit umquam Iulianus dicere: *Consulari potestati nomen aliud esse inditum.* Namque falsum hoc esse num tu Iulianum nesciisse putas? Nugae hae sunt. Indagemus sanam ac veram lectionem. Opponuntur nunc inter se: πάλαι μὲν βασιλείαν ἀτεχνῶς νομιζομένην et μεταβαλοῦσαν δὲ τὸ ὄνομα. Estne haec, quaeso, sana oppositio? Ubi sequitur μεταβαλοῦσα δὲ τὸ ὄνομα, certum est et evidens in praecedentibus *pristinum nomen* commemoratum fuisse. Nihilne etiam animadvertis? Cor-

ruptum est νομιζομένην. Emenda βασιλείαν ἀτεχνῶς ὀνομαζομένην et locus erit luce clarior. Iulianus Consulatum extollens illud ipsum dixerat quod Petavius requirebat: Regiam apud Romanos potestatem *mutato dumtaxat nomine* penes Consules resedisse, quod verum est. Itaque non Consulari potestati nomen aliud inditum, sed Regiae potestati, idque διὰ τοὺς οὐκ ὀρθῶς χρωμένους, id est propter Tarquinios. Nihil quidquam in his inest quod perplexe et implicate dictum sit. Nemo mirabitur veram scripturam ὀνομαζομένην in νομιζομένην esse depravatam qui meminerit in libris Mss. sexcenties ὀνομάζειν et νομίζειν inter se permutare locum, cuius rei et ipsi alibi complura exempla expromsimus, quibus aliunde alia permulta addere facile est. Ex hac copia unum proferre iuvat ex Aristophane. In *Nubibus* vs. 847. Strepsiades filio gallum gallinaceum ostentans quaerit:

Φέρ' ἴδω, σὺ τουτονὶ τί νομίζεις; εἰπέ μοι.

an dubitabis praesertim admonitus emendare: σὺ τοῦτον τί ὀνομάζεις; ut statim recte legitur:

ἀλλὰ τήνδε μὲν καλεῖν
ἀλεκτρύαιναν, τουτονὶ δ' ἀλέκτορα.

Pag. 108. C. e Vossiano recipe: οὔτε ἰδιώτης οὐδεὶς οὔτε βασιλεύς, pro οὐδὲ βασιλεύς. Idem liber eximiam lectionem servat in sqq. ubi editur: λίαν ἐξαπατώμενος οὐ λανθάνει, sed οὐ μανθάνει lubenter e Voss. restituemus. Uterque Codex consentit in lectione: ἢ λαβεῖν παρὰ τῶν προγόνων, pro vulgato παραλαβεῖν.

Destituunt nos Codices in loco depravato p. 108. D: πόλεως μείζους οἰκισὴν γενέσθαι κρεῖττον ἢ πολίτην· καὶ λαβεῖν ὁτιοῦν ἀγαθὸν ἢ τὸ πάντη καταδεέστερον. Spanhemius, qui tot bonas lectiones in Codice liquido scriptas neglexit, nunc tamquam e Vossiano affert διδόναι, cuius verbi in Codice non est vola nec vestigium. In Vossiano legitur: ὁτιοῦν ἀγαθὸν ἢ τὸ πάντ καταδεέστερον, in Marciano: ὁτιοῦν ἀγαθὸν ἢ τῷ παντὶ καταδεέστερον. Equidem locum sic in integrum restituerim: καὶ λαβεῖν ὁτιοῦν ἀγαθὸν (τοῦ δοῦναι) τῷ παντὶ καταδεέστερον, qu et optime Graece dictum est et sententiae unice convenit.

Articulum bene dant Codd. in sqq. καὶ (οἱ) πολῖται πα- πόλεων.

Duo vocabula mirifice transposita sunt p. 108. D: *οὗτος οὐδενὶ καταλείπει πρὸς εὐγενείας ἄμιλλαν λόγον*, imo vero *πρὸς εὐγενείας λόγον ἄμιλλαν*. Dictum est *πρὸς εὐγενείας λόγον* eodem modo quo p. 195. B: *οὐδὲ τῶν θεῶν φησιν εἰς εὐδαιμονίας λόγον ἐλαττοῦσθαι*, et p. 14. C: *καὶ οὐδὲν διάφορον προσῆν εἰς παιδείας λόγον τοῖς ἡγεμόσι τῶν ἄλλων*, ad quem locum plena manu exempla attulit Wyttenbachius in Biblioth. Crit. X. p. 8 sqq.

Pag. 109. C. *ἓν μὲν γὰρ τούτων οὐδὲν ἐξαρκεῖν δοκεῖ*, Vossianus *οὐδὲ ἓν* habet, Marcianus *ἐξαρκεῖ*.

Pag. 110. A. recte uterque Codex *καί* omittit in verbis: *φαίην ἂν εἰκότως* [*καὶ*] *πολλάκις βουλευσάμενον ἐλέσθαι τὸν γάμον*. Deinde Vossianus *ὅσα ἐχρῆν* exhibet, non *ἔχρην*.

Non est Graecum quod legitur p. 110. A: *καθάπερ οὐκ ἔχοντας ἴδιον ἐγκώμιον ὑπὲρ ἧς ὁ λόγος διελθεῖν*. Graeca tum demum erit oratio si articulum inserueris in hunc modum: *ἐγκώμιον* (*τῆς*) *ὑπὲρ ἧς ὁ λόγος διελθεῖν*.

Contra expunge pronomen p. 110. C: *τῇ δὲ ἀνὴρ οὐδεὶς καλὸς καὶ μέγας — καὶ πλούσιος* [*ὃς*] *ὑπὲρ τούτων εἰς λόγους ἐλθεῖν ὑπέμεινέ ποτε*. Deinde scribe: *τὴν θυγατέρα δὲ — ἀξίαν ἔκρινε* pro *ἄξιον*.

Pag. 111. C. lege cum utroque Codice: *εἰ τοὺς τρόπους τῆς μουσικῆς διαφθείροι* pro *εἴ τις τοὺς τρόπους*, et *ὁρῶν δὲ ἐμμένοντα* pro *τε*.

Pag 112. A. lege cum Marciano *ἀντιταττόμενον τῇ Φειδίου τέχνῃ* pro *ἀντιπραττόμενον*, quae barbara scriptura diserte in Vossiano legitur. Deinde cum utroque expunge copulam in verbis: *ὅρμων τε καὶ στεφάνων* [*καὶ*] *κατάλογον — ᾄδοντες*. Eandem post pauca p. 112 B. ex utroque Codice revoca: (*καὶ*) *πολλὰ δὴ μᾶλα τὸ ἐντεῦθεν*. Recte Vossianus servat in sqq. *ὅσα ἐκείνῃ φρόνησιν — ἐξεμαρτύρησε* pro *ἐκείνης*, et recte ambo omittunt *καί* p. 112. D. in verbis; *τὸν ἄνδρα λίαν* [*καὶ*] *ἔπεισθε στέργειν καὶ ἀγαπᾶν*.

Pag. 113. A. *καὶ ἐτεθήλει περὶ τὴν οἰκίαν ἡμερὶς ἠβῶσα σαφυλῆς οἷμαι τῆς γενναίας βριθομένη τοῖς βότρυσι*, repone formam Homericam *ἡμερὶς ἠβώωσα* ex Odyss. E. 69:

ἡμερὶς ἠβώωσα, τεθήλει δὲ σαφυλῇσι,

non enim extra linguam Homericam usitatum erat ἠβᾶν ita usurpare.

Post pauca p. 113. C. ubi editur: σὺ δὲ — τοσούτους αὐτῷ προστέθεικας πόνους οὐδὲ ἐν τῇ δὴ Σχερίᾳ καταμεῖναι ἐθέλησας, in Vossiano est: ἐν τῇ δυσχερείᾳ καταμεῖναι ἐθελήσας, in Marciano: ἐν τῇ σχεδία καταμείνας ἐθελήσας, sed supra δί in σχεδία scriptum est ρι, quae est unice vera lectio: οὐδὲ ἐν τῇ Σχερίᾳ καταμεῖναι ἐθελήσας. Haeserunt olim imperiti Graeculi in antiqua scriptura ENTHIΣXEPIAI neque agnoscentes Homericam Σχερίην, ὅθι Φαίηκες γεγάασιν (Odyss. N. 160.), male sanis correctiunculis ludere coeperunt. Quid esse potest insulsius quam ἐν τῇ δυσχερείᾳ, quod sciolus de suo substituit? Verum vidit Petavius nisi quod δή otiosum et iners addidit.

Pro τοσούτους αὐτῷ προστέθεικας πόνους in Vossiano est σεαυτῷ. Apud Iulianum autem parum refert hoc an illo modo scribatur. Caeterum referunt haec verba versiculum Menandri quem nullo labore elicies ex *Misopogone* p. 342. A: οὕτω μὲν οὖν ἐγὼ κατὰ τὸν τοῦ Μενάνδρου Δύσκολον αὐτὸς ἐμαυτῷ πόνους προσετίθουν. Ipse Δύσκολος sic dixisse videtur:

αὐτὸς δ' ἐμαυτῷ προστίθημι τοὺς πόνους.

Ridicula lectio p. 114. A: τῶν μειρακίων τῶν ἐπὶ τῇ βασιλίδι κωμαζόντων e Vossiano emendanda, in quo recte ἐπὶ τὰ βασίλεια scriptum est. Natus est stolidus error ex compendio βασι male expleto, quum in articulo de more sola consonans τ praecedenti praepositioni superimposita fuisset.

Iterum articulus concepit vitium p. 115. A: πείθει τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ δέησιν προσθεῖσα — ἀφεῖναι πάντως τὰς αἰτίας, imo vero τῆς αἰτίας. Iudex qui reum absolvit non τὴν αἰτίαν ἀφίησι, sed τὸν φεύγοντα ἀφίησι τῆς αἰτίας. Sed quid ego haec conicio, inspecto iterum Codice video liquido τῆς αἰτίας in eo scriptum esse: τ cum compend. syllabae ης, quod de more coaluit cum circumflexo. Deinde in Vossiano est: καθάπερ ὅμηρος φησὶν ἐκβιαζόμενον παρὰ τῆς γαμετῆς ὁμολογεῖν ὅτι ξυγχωρεῖ pro vulgatis ἐκβιαζόμενος et ὁμολογεῖ. Recipiendam esse Codicis lectionem vel solum ξυγχωρεῖ arguit, quod si vulgatam retinebis loci compositionem vitiabit et soloecam

let: sed ut recipi possit revoca fugitivum nomen et sic
ple: Ὅμηρός φησι (τὸν Δία) ἐκβιαζόμενον παρὰ τῆς γαμετῆς
Locus Homeri Iliad. Δ. 43. dubitationem omnem exi-

n sqq. uterque Codex servat veram scripturam πατρῷον pro
τον. In Vossiano est πατρῶον, in Marciano compendium
ον.

lormitavit Petavius p. 115. D. in verbis: καὶ ταῦτα οὐκ
ὅσις ἐμὲ ψεύδεσθαι τῶν ἁπάντων φήσει εἰ καὶ ὀνομας τοὺς
ας καταλέγοιμι. Vertit enim: »tametsi nominatim singu-
enumerem," sed *plane contrarium* sententia manifesto pos-
t: »Nemo omnium me mendacii insimulabit *etiamsi nemi-*
nominavero." Hoc ipsum est in Marciano: εἰ καὶ ὀνομας
; ἄνδρας (μὴ) καταλέγοιμι, itaque parco pluribus.

n sqq. p. 116. A. κενόν pro καινόν reponendum et ἄγει pro
ν supra iam admonuimus.

Excidit vocabulum p. 116. A. ἐπὶ μειζόνων ἄγουσα πράξεων,
niro enim accusativum ex ἐπὶ suspensum, unde genitivus
όνων πράξεων regatur. Petavius recte vertit: »ad maio-
munerum *administrationem* provehens." Itaque aut sic
lendum est ἐπὶ μειζόνων ἄγουσα πράξεων (διοίκησιν), aut
d quid eiusdemmodi interponendum.

lisere corruperunt Graeculi locum exquisita elegantia ad
icorum exemplum a Iuliano compositum, sed fraus perpluit
antiquae compositionis venustas certa emendatione potest in
grum restitui. Haec est vulgata scriptura p. 116. C: καὶ
τοῖς ξυγγενέσι μόνον τοσαῦτα ἔδρασεν ἀγαθὰ, ξενίαν δὲ ὅτῳ
ς τοὺς ἐκείνης πατέρας ὑπάρξασαν ἔγνω οὐκ ἀνόητον ἀφῆκε
; κτησαμένοις, τιμᾷ δὲ οἶμαι καὶ τούτους καθάπερ ξυγγε-
:. Aliquid iuvant libri, sed compositionis vitium neque ar-
int neque sanant. In utroque Codice est οὐ τοὺς ξυγγε-
ς μόνον τοσαῦτα ἔδρασεν ἀγαθά, pro τοῖς ξυγγενέσι, deinde
νητον pro ἀνόητον: rectissime utrumque. Graeculi, qui sole-
it ipsi dicere δρᾶν s. ποιεῖν τινὶ ἀγαθόν τι pro τινά, saepius
m loquendi formam antiquioribus affricuerunt, cuiusmodi
nda multis adhuc Atticorum locis corrigenda supersunt.
his est Aristophanis locus apud Athenaeum p. 372. B:

κἄγωγε ταῖς ἄλλαις πόλεσι δρῶ ταῦτα πλὴν Ἀθηνῶν,

cui redde τὰς ἄλλας πόλεις. Apud Iulianum scriptura οὐκ ἀνόητον ipsa ἀνόητος est et stulta ac stolida, si qua alia, sed saepius impingunt sequiores in ὀνίνημι, ἀνόνητος cett. quoniam haec omnia olim usu populi exemta in desuetudinem abierant. Receptis igitur τοὺς ξυγγενεῖς et ἀνόνητον animadvertamus reliquam loci labem. De sententia verborum nulla potest esse dubitatio. Iulianus hoc dixerat: οὐ μόνον τοὺς ξυγγενεῖς τοσαῦτα ἀγαθὰ ἐποίησεν ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἐκείνῃ πατρικὸς ξένος ἐγένετο ὠφέλησεν, sed pro εἴ τις ἐκείνῃ ἐγένετο ξένος πατρικός venuste et exquisite dixit: ὅτῳ πρὸς τοὺς ἐκείνης πατέρας ξενίαν ὑπάρξασαν ἔγνω, et pro ὤνησε sive ὠφέλησεν eleganter substituit: τὴν ξενίαν τοῖς κτησαμένοις οὐκ ἀνόνητον ἀφῆκεν. Quomodo autem haec composuit? Si praemisisset: καὶ οὐ τοὺς ξυγγενεῖς μόνον τοσαῦτα ἔδρασεν ἀγαθά, non potuisset addere ξενίαν δὲ ὅτῳ κτέ. Si οὐ μόνον genuinum est pro δέ necessario requiritur ἀλλὰ καί. Contra si ξενίαν δὲ ὅτῳ a Iuliano scriptum est, praecedere debuit non οὐ — μόνον, sed οὐ — μέν. Hoc ipsum est verissimum. Iuliani manus est: οὐ τοὺς ξυγγενεῖς μὲν τοσαῦτα ἔδρασεν ἀγαθὰ, ξενίαν δὲ ὅτῳ πρὸς τοὺς ἐκείνης πατέρας ὑπάρξασαν ἔγνω [οὐκ] ἀνόνητον ἀφῆκε τοῖς κτησάμενοις, τιμᾷ δὲ οἶμαι καὶ τούτους καθάπερ ξυγγενεῖς. Agnoscimus Atticam componendi formam οὐ — μὲν — δέ cum negatione, cuius permulta exempla attulimus ad Philostrati libellum περὶ Γυμναστικῆς p. 50, et luce clarius est οὐκ in [οὐκ] ἀνόνητον a stolido Graeculo esse interpolatum. Quam facile et quam saepe μόνον in hac loquendi forma pro μέν irrepat diligenter ostendimus ad Hyperidis λόγον ἐπιτάφιον p. 35. Quum constet denique Atticistas illa antiqua compositione οὐ (οὐ γάρ οὐ γὰρ δή) . . . . μὲν . . . . δέ — οὐ impense delectari et locus ipse sic restitutus clara veritatis specie niteat non attinet verbum amplius addere. Hoc tantum non abs re erit adicere eiusdem compositionis duo alia exempla apud Iulianum exstare p. 128. A: οὐ γὰρ δὴ τείχους μὲν αἵρεσιν — ἐπεισάγε διενοεῖτο τῇ ποιήσει —, τοῦτο δὲ ὀλιγώρως οὕτω παρέλιπεν, p. 272. B: οὐ γὰρ δὴ τοὺς μὲν λῃστὰς ὁ νόμος ἀπαγορεύει δήσαντι κτείνειν, τοὺς ἀφαιρεθέντας δὲ τιμὰς — ἀκρίτως (ἀκρίτους) φησὶ δεῖν ἀναιρεῖσθαι.

Non uno modo vitiatus est et perturbatus locus p. 116. D.

ubi *ὑπειδόμενοι*, quod barbarum est, in *ὑπιδόμενοι* refinge et ex Codice Vossiano recipe *ὅπως — μήποτε — διαταράττησθε* pro *διαταράττοισθε*. Ipsius Iuliani vitium est *ὄμνυμι ὑμῖν ὡς — ἐρῶ* pro *ὄμνυμι ὑμῖν ἐρεῖν*. Saepe in libris scriptis et editis recurrit forma *ὑπειδόμενος*, quae non minus est vitiosa ac si quis *ὑπειδών* pro *ὑπιδών* vellet dicere. Continuo sequitur: *ὑμεῖς δὲ καὶ ἀνωμότῳ πιστεύσετε πάντα οὐ κολακείας ἕνεκα λέγοντι*, ubi in Vossiano est *πιστεύσατε*. Sana erit sententia ubi sic correxeris: *ὑμεῖς δὲ κἂν ἀνωμότῳ ἐπιστεύσατε πάντα — λέγειν*. Qui modo fidem iureiurando obstrinxerat dicere non potuit: »*credetis* mihi etiam iniurato." sed »*credidissetis*." Deinde *ἐπιστεύσατέ μοι λέγειν* quid sit mirantes Graeculi contra sententiam *λέγοντι* substituerunt. Diligenter ostendimus alibi quam saepe hoc loquendi genus in libris interpolatum sit.

In iis quae continuo sequuntur p. 117. A. Vossianus exhibet: *αὐτῆς τὲ οἶμαι* (pro *αὐτοῦ τε οἶμαι*) *καὶ αὐτῆς ταύτης ξυμπροθυμουμένης*. Marcianus cum vulgata conspirat, sed *ταύτης* omittit. Aliquid vitii latet in *αὐτῆς τε*, nam *αὐτοῦ τε* ferri non potest, sed nihil extundo quod plane satisfaciat. Post pauca pro *ἅπαντα ἀφίη* (sic Voss. *ἀφίει* Marc.) *ῥήματα*, emenda *ἀφείη*.

Recte articulum omittit Vossianus p. 117. A. [*τῆς*] *εὐγνωμοσύνης μὲν ἐμαυτοῦ σημεῖον*.

Quamquam uterque Codex p. 117. D. tuetur vulgatam: *τί ποτε οὖν ἐγὼ τοιοῦτον εὖ παθεῖν φημι*, tamen pro *τοιοῦτον* requiri apparet *τοσοῦτον*, id est *οὕτω μέγα*.

Duplex mendum obsidet Codicem Vossianum p. 118. B: *μὴ πρότερον πρόσεσθαι μὴ δὲ ἐνδείξασθαι ψευδῆ καὶ ἄδικον διαβολήν*. Recte editur *προσέσθαι*, tum pro *ἐνδείξασθαι* accipe a Marciano veram lectionem *ἐνδέξασθαι*.

Male legerunt Codicem qui dederunt p. 120. A: *ἅτε αὐτὸ ξὺν τέχνῃ τοῦτο δρῶν*, nam scriptum in eo est *αὐτ* id est *αὐτὸς*. Deinde pro *πρᾶος γέγονεν*, quod in Vossiano est, recte Marc. *προσγέγονεν* servat. Post pauca *μέν* pro *δέ* repone in his: *ἀγαπήσαντι μὲν εὖ μάλα τὸ ἔργον — ἀπολειφθέντι δέ κτέ*.

Male Spanhemius enotavit Vossiani scripturam p. 120. C.

ubi edidit: *οὐ τὸν ὑπὸ γῆν καὶ ἐπὶ γῆς χρυσὸν ἀντάξιον*, et in Vossiano esse narrat *ἐπὶ γῆν καὶ ὑπὸ γῆς*. Liquido scriptum est *οὐ τὸν ἐπὶ γῆς καὶ ὑπὸ γῆς χρυσόν*, quae verissima scriptura est ex notissimo Platonis loco sumta *de Legibus* V. p. 728. A: *πᾶς γὰρ ὅ τ' ἐπὶ γῆς καὶ ὑπὸ γῆς χρυσὸς ἀρετῆς οὐκ ἀντάξιος*, quae ipsa verba ex Platone affert Iulianus p. 81. A. Hinc facile est emendare verba Iuliani p. 387. B: *ὁ χρυσὸς ἐπὶ γῆς κρυπτόμενος ἢ φεύγων τὴν ὄψιν*, ubi manifesto requiritur *ὑπὸ γῆς*. Eadem opera corrige dictum Aristidis apud Plutarchum in vita Arist. cap. 10: *οὐκ ἔστι χρυσοῦ τοσοῦτον πλῆθος οὔθ' ὑπὲρ γῆν οὔθ' ὑπὸ γῆν ὅσον Ἀθηναῖοι δέξαιντο ἂν πρὸ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας*, ubi repone *ὑπὲρ γῆς* et *ὑπὸ γῆς*.

Accusativus necessario in genitivum convertendus est ut recte procedat sententia p. 121. C: *μήτε — ἀτιμάσαι τὸν τοσαῦτα ἐργασάμενον ἀγαθὰ τὴν ἀναγκαίαν αἴτησιν*. Omnia erunt expedita ubi rescripseris: *τοῦ τοσαῦτα ἐργασαμένου*.

Non est in Vossiano p. 122. A, ut Spanhemius refert, *καὶ εἶτα ἀναγκαζομένῳ*, sed *κα εἶτα*, in quo latet *κἄτα*, quod reponendum. Exhibet deinde *ἐγκρατῶς πάντων*, sed supra scriptis notis numeralibus *β*, *α*.

Unice verum est p. 122. C: *διὰ τέλους χαλεπαῖνον*, ut in Vossiano est, pro *χαλεπαίνοντα* quod editur et *χαλεπαίνων*, ut Marcianus habet. Deinde scribe *σολὴν γοῦν ἡνιοχικήν* pro *οὖν*.

Pag. 123. A. pro *περισκοποῦμενος* non est in Vossiano *ἐπισκοπῶν*, ut refert Spanhemius, sed *ἐπισκοπούμενος*. Idem habet Marcianus. Deinde p. 123. C. pro *διηγησόμεθα* coniunctivo opus est *διηγησώμεθα*, et p. 123. D. ipsa Homeri verba repone: *δέκα δὲ χρυσοῖο τάλαντα αἴθωνας δὲ λέβητας ἑείκοσι*, tum in fine paginae ex utroque Codice scribe *ξυγγραφέων* pro *συγγραφέων*.

Pag. 124. B. corrige *οὐκ ἔστιν ὅπως ἐπιλανθάνωμαι* pro *ἐπιλανθάνομαι* et ab utroque Codice accipe optimam lectionem *ἴν γέ τι* pro *ἔν γέ τοι*.

Scite Iulianus suis verbis intexuit senarium Euripideum ex Phoenissis p. 124. C: *τὴν ἐμπειρίαν δι' ἣν ὁ πρεσβύτης ἔχει τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον*.

Fallitur Spanhemius p. 124. C: οἷον ἀρχέτυπα προτιθέμενος δημιουργὸς e Vossiano enotans δημιουργὰ. Scriptum est in Codice δημιουργ. Saepius factum est ut ὸ et α sic confunderentur.

Recte uterque Codex p. 125. B. καὶ οἱ βότρυες ἐπηρτημένοι servat ἐξηρτημένοι. Conspirant ambo in vulgatae vitio p. 125. C: ὑφ' ὧν αὐτῷ διεσώθη ἀπολλύμενα ἂν ἄλλως τὰ θρέμματα. Necessario requiritur aoristus ἀπολόμενα ἄν. Passim et in aliis libris et in Vossiano permiscentur ἀπολόμενος, ἀπολλόμενος (sic) et ἀπολλύμενος.

Triplex mendum eluendum est p. 125. D. ex verbis: ὅτις οὖν — δεόμενος τροφῆς πολλῆς καὶ καθαρᾶς τῆς ἐκ τῶν παλαιῶν γραμμάτων εἶτα ἀθρόως πάντων δεηθείη, ἆρα ὑμῖν μικρᾶς δεῖσθαι βοηθείας δοκεῖ ἢ μικρῶν αὐτῷ γέγονεν ἄξιος ὁ πρὸς ταῦτα συμβαλλόμενος; Pro δεηθείη facile apparet emendandum esse ϛερηθείη. Praeterea pro γέγονεν sine ulla dubitatione γεγονέναι rescribi oportere clamat loci compositio. Et δεῖσθαι et γεγονέναι pariter ex verbis ἆρα ὑμῖν δοκεῖ suspensa esse perspicuum est. Denique pro συμβαλλόμενος Vossianus συλλαμβανόμενος exhibet, quod verum esse videtur.

Retrahe fugitivam praepositionem p. 126. A: οὐδ' ὑμᾶς δὴ ὑπὲρ τούτων ἡδέως ἂν ὀχλήσαιμι, imo vero ἡδέως ἂν ἐνοχλήσαιμι ex constanti omnium usu. Statim post ubi legitur: λόγον δὲ ὑμῖν εἰπεῖν ἐθέλω μάλα δή τινος ὑμῖν ἀκοῆς ἄξιον, emenda μάλα δή τι, nam ridicule coniunguntur τινὸς ἀκοῆς ἄξιον. Magis etiam ridicula coniunctio est verborum τῶν ῥηθέντων ἀκροᾶσθε p. 126. B. ubi in utroque Codice est: τυχὸν γὰρ (vulgo δὲ) οὐδὲν (Marc. οὐδὲ) τῶν ῥηθέντων ἀκροᾶσθε ξὺν (vulgo σὺν) ἡδονῇ. Ex ipsa rei natura sequitur dicendum esse τῶν λεγομένων ἀκροᾶσθαι s. ἀκούειν, sed τῶν ῥηθέντων ἀκοῦσαι (ἀκηκοέναι) sive ἀκροάσασθαι (ἠκροᾶσθαι). Quis sine risu legere potest ἀκούετε τῶν ῥηθέντων, auditis quae dicta sunt? Itaque *perfectum* reponamus: τυχὸν δὲ οὐδὲ τῶν ῥηθέντων ἠκροάσασθε ξὺν ἡδονῇ. Recipiendum est e Marciano οὐδέ pro οὐδέν, quoniam sic inter se τὰ ῥηθέντα et τὰ ῥηθησόμενα componuntur.

In una litterula tralaticio errore peccatum est p. 126. C: ὅτι ἆρα μικρὰ καὶ φαῦλα πράγματα ἀναδεξάμενος ὡς δή

τι σεμνὸν ὑμῖν ἀπαγγέλλω. Alienum prorsus abs re est verbum ἀναδέχομαι. Emenda ἀναλεξάμενος. Criminabantur eum quod quum res quasdam exiles ac parvi pretii *collegisset* deinde eas auditoribus pro magnificis venditaret.

Pag. 127. A. sine mora e Vossiano recipe optimam lectionem βασίλεια ᾠκοδόμησεν ὑπὸ γῆς πάγκαλα pro ἐπὶ γῆς. Hoc ipsum erat admirabile regiam *subterraneam* a Semiramide aedificatam esse derivato flumine et post absolutum aedificium in veterem alveum iterum immisso.

Pag. 128. A. recte Vossianus ἀνδρός τε (pro δὲ) ἐπ' αὐτῇ καὶ ποταμοῦ μάχην, et uterque Codex ἐπὶ σμικρὸν (vulgo σμικρῶν) μνημονεύειν. Post pauca p. 128. B. pro ἅτε δὲ οἶμαι σοφὸς καὶ θεῖος ποιητής in Vossiano legitur: ἅτε δὴ οὖν σοφός, in quo latet: ἅτε δὴ ὢν σοφός κτἑ. Mox pro τοιοῦτον ἡγεμόνα ποιουμένους Vossianus τοσοῦτον habet et uterque ποιουμένοις. recte. Tum p. 128. C. Vossianus: ὁ δὲ τούτοις (vulgo τοιούτοις) μὲν κτἑ. Reliqua supra emendavimus.

In verbis οὐδὲ ἱμάτιον μέλαν τῶν πολιτῶν (τις om.) περιβαλόμενος explicit Codex Marcianus.

Recte viri docti p. 129. C. pro εἶχου τῶν Γαλατίας ὁρίων coniecerunt ἀγχοῦ. Scribuntur in Codicibus αγ et εγ et ει nexu tam simili ut oculis discerni non possit utrum αγ an εγ an ει sit scriptum. Sententia dat lucem et Graecitatis scientia, verum quid facias homuncionibus minimi pretii qui serio εἶχου τῶν Γαλατίας ὁρίων scribere potuerunt?

Necessarium pronomen periit p. 129. D. in verbis: καίτοι οὐ λέληθεν ἡ τῶν χρημάτων ἐλευθέριος δαπάνη μετέχουσά τινος ἀρετῆς, ubi supplendum καίτοι με οὐ λέληθεν. Sic enim loqui solent pro καίτοι οὐκ ἀγνοῶ et alii et Iulianus ipse saepius, veluti p. 161. B. et 445. D: καίτοι με οὐ λέληθεν ὅτι, et p. 213. B: ἢ τοῦτό σε λέληθεν ὅτι, et aliis locis.

C. G. COBET.

(*Continuabitur*).

AD GALENUM.

(*Continuantur ex Volum.* VIII. *pag.* 436).

dimus antiquissimos Hippocratis Codices (*τὰ παλαιότατα Ἱπποκράτους ἀντιγράφων*), qui Galeni aetate superessent, *annos trecentos* fuisse scriptos (*πρὸ τριακοσίων ἐτῶν γεγραμ-*). Horum librorum scripturas tantum non omnes Gale- vidit conspirare cum iis, quas antiquissimi Hippocratis *ηται* afferrent, quo magis se mirari scribit eorum teme- em, qui recentissima memoria Hippocratis libros ita edi- nt ut passim veteres lectiones ex sua lubidine interpola- . Ipsa Galeni verba audí, quae leguntur in Commentario Iippocratis librum *κατ' ἰητρεῖον* Tom. XII. pag. 2. Charter.: *δωνοῦντα γὰρ ἅπαντα ὀλίγου δεῖν εὗρον ἀλλήλοις τά τε συγ- ιματα καὶ τὰ τῶν ἐξηγητῶν ὑπομνήματα, ὥστε θαυμάζειν θέ μοι τὴν τόλμαν τῶν χθὲς καὶ πρώην τὰ ὑπομνήματα λάντων ἢ πάντων τῶν Ἱπποκράτους βιβλίων ἰδίαν ἔκδοσιν πε- ιένων, ἐξ ὧν εἰσι καὶ οἱ περὶ Διοσκορίδην καὶ Ἀρτεμίδωρον ἐπικληθέντα Καπίτωνα πολλὰ περὶ τὰς ἀρχαίας γραφὰς καὶ- ικήσαντες.* Deinde Galenus enumerat antiquos Hippocratis *ητάς*, quem memorabilem locum et ipsum adscribam. 'eram, inquit, *illas lectiones*, *ἐκείνας τὰς γραφάς*, *ὅσαι* (L. *παρὰ*) *τοῖς ἔμπροσθεν ἐξηγησαμένοις τὸ βιβλίον ὡμολό- αι. τέτταρες δέ εἰσιν. αὐτῶν δύο μὲν εἰς ἅπαντα τὰ βιβλία οκράτους γράφοντες Ζεῦξίς τε καὶ Ἡρακλείδης, οὐκ εἰς πάντα ακχεῖος καὶ Ἀσκληπιάδης.* Ex his Bacchius Aristarcho ae- is fuit, unde de reliquorum aetate coniectura non levis potest, quoniam eorum, quos Galenus sic coniunxit, non

admodum dispar aetas fuisse videtur. De ea re disertum est Galeni testimonium in Praefatione Lexici Hippocrat. p. 404. apud Franzium: τὰς γλώττας ἂν ἐξηγήσαιτο μόνας, ὥσπερ ὁ Ἡρόφιλος ἐποίησε καὶ Βακχεῖος Ἀριστάρχου τοῦ γραμματικοῦ τὸ πλῆθος αὐτῷ τῶν παραδειγμάτων ἀθροίσαντος, ὥς φασιν, ubi emendandum, est: ὥσπερ ὁ Ἡροφίλειος ἐποίησε Βακχεῖος. Satis enim constat fuisse Bacchium ex Herophili schola, sed ipsum Herophilum τὰς Ἱπποκράτους γλώσσας ἐξηγήσασθαι cui credibile est, tacente de ea re Erotiano ubi ordine antiquissimos glossarum Hippocraticarum Interpretes enumerat p. 6? Erotianus Xenocritum ex insula Co primum omnium explicuisse Hippocratis glossas scribit, μεθ' ὃν φασὶ τὸν Ταναγραῖον Βακχεῖον ἐπιβαλεῖν τῇ πραγματείᾳ καὶ διὰ τριῶν συντάξεων πληρῶσαι τὴν προθεσμίαν πολλὰς παραθέμενον εἰς τοῦτο μαρτυρίας ποιητῶν. Hos ei poëtarum locos, ut modo vidimus, Aristarchus suppeditavit, qui et ipse scripta Hippocratis non neglexit, ut diserte testatur Erotianus p. 12. postquam dixerat: τῶν δὲ γραμματικῶν οὐκ ἔστιν ὅστις ἐλλόγιμος φανεὶς παρῆλθε τὸν ἄνδρα. Recurrit idem vitium Ἡρόφιλος pro Ἡροφίλειος etiam manifestius in Galeni Comment. ad Aphorism. Tom. X. p. 333. Chart.: οἱ πρῶτοι τῶν ἐξηγησαμένων τοὺς ἀφορισμούς, ὧν ἐστιν Ἡρόφιλος ὁ Βακχεῖος, Ἡρακλείδης τε καὶ Ζεῦξις οἱ Ἐμπειρικοὶ κτἑ. ubi vel caecus videat scribendum esse ὧν ἐστιν ὁ Ἡροφίλειος Βακχεῖος. Horum igitur Commentarios nactum Galenum et Codices trecentorum annorum cum illis ad amussim conspirantes egregiis subsidiis instructum fuisse facile dixeris ad textum Hippocratis certa fide constituendum et ad redarguendas lectiones vitiosas, quas passim queritur Dioscoridis et Artemidori Capitonis temeritate receptas circumferri. Et horum quidem καινοτομίας ut plurimum admodum inscitas et levissimas passim Galenus acriter reprehendit et refutat, sed (ut verum fatear) plurimum abest ut ipse in Hippocratis scriptura constituenda vel diiudicanda vel emendanda boni Critici mereat laudem famamque qua floret apud eos qui eius scripta non legunt satis tueatur apud eos qui legerunt. Neminem vidi qui Galeni merita in emendandis libris Hippocratis magis extulerit quam fecit vir doct. Gräfenhan in *Historia Philol. Class.* Part. III. pag. 334. cuius ipsa verba apponam: »Bei

Handhabung der Textkritik des Hippocrates stützte er sich einerseits auf die Tradizion der bessten Handschriften, die er *mit der grössten Genauigkeit* verglich, sowie ihn andererseits *die vollkommenste Kenntniss der Sprache seines Autors* bei der Emendazion des Textes unterstützte. Galen wurde für Hippocrates was Aristarch für Homer gewesen." Huic igitur opinioni meam plane contrariam opponam, nam fateor horum me nihil credere. Me iudice, Galenus neque antiquos Codices diligenter contulit neque Hippocratis dictionem satis intelligebat. Itaque nedum cum Aristarcho comparandus est, sed emendationem Hippocratis et olim et nunc impedivit magis quam adiuvit.

Laetus vidi novum Hippocratis Editorem, quo nemo melius Hippocratem et Galenum novit, F. Z. Ermerinsium in Prolegomenis ad Hippocratem de ea re quid sentiat dixisse; nemque ille est non tantum rei, qua de agitur, bene gnarus et intelligens, sed etiam (quod in huiusmodi controversia optimum est) παρρησιαστής et, ut est apud Comicum, *τὴν σκάφην σκάφην λέγων*. Illius igitur de Galeno sententiam referam, deinde quam recte ita sentiat luculentis quibusdam exemplis confirmabo simul demonstraturus in reliquis *ἐξηγηταῖς* si non eandem inscitiam ac levitatem quam in Galeno, saltem talem incuriam et antiquae linguae Graecae ignorantiam deprehendi, quae paene incredibilis videretur nisi eam certissimis indiciis argumentisque teneremus manifestam.

Audiamus igitur Ermerinsium de Galeni opera in Hippocraticis libris explicandis corrigendisque collocata magna cum libertate sententiam dicentem. In Prolegomenis ad Hippocratem p. cxv. lepide et verissime ita pronuntiat: »Mirum est, antiquos maxime videri delectatos esse scribendo commentarios in libros, *quos nemo umquam intellexit, nec propter corruptelam umquam intelliget.* Testes sunt commentarii Galeni in ipsum hunc librum (Epidem. VI.), cuius partes tantum illustrari possunt, et in libellum *de Humoribus*, in quo vel maior corruptorum copia." Non potuit apertius quam sic quid sentiret dicere. Qualem vero tu Interpretem et Criticum esse censes eum qui commentarios scribat in librum, *quem nemo umquam intellexit neque umquam intelliget?* Laciniae sunt la-

cerae ac mutilae plerumque sine sensu, saepe nullo inter se nexu iunctae olim amissis et quae proxime praecesserant et quae sequebantur, quae nunc uno tenore continuatae decurrunt ἀδιανόητοι. Iure queritur Ermerins l. l. »taedium parere talia typis excudenda curare, quae nemo intelligit et unde ad animi fructum nihil proficias." Galenus tamen sedulo in ista spissos commentarios scriptitavit, quos multi cum admiratione non legunt sed spectant. Ea tamen »*quae nemo intelligit*" sedulo explicantur, et Gallice vertuntur et laudantur et commendantur. Scilicet quid sit *aliquid intelligere* non omnes qui eruditi sunt aut haberi volunt perinde intelligunt, unde fit ut istiusmodi librorum fraudes per tot saecula tuto delitescant. Nihil est facilius quam verba sensu vacua interpretari aut Gallice vertere, etiam scite et eleganter, dummodo liceat Graecitatis usum et rationem contemnere et leges nihil curare, quibus verborum Graecorum significatio, proprietas et compositio olim apud Graecos perpetuo omnium usu definitae constitutaeque fuerunt. Mirabuntur, sat scio, plurimi si dixero eandem in Galeno levitatem saepe apparere, qui quum vulgo φιλολογώτατος esse existimatur et in antiqua Graecorum lingua et litteris versatissimus, illa fama indignus esse deprehenditur ab iis qui sibi quam aliis credere malunt et ipsi illius commentarios diligenter inspicere et explorare. Quod quum diu et multum fecisset Ermerins non dubitavit in Prolegom. p. XVIII. palam sic pronuntiare: »Galenus, ut plerique alii sive eiusdem sive recentioris aevi, *linguam Graecam antiquam non satis accurate novit*, in iudicio de verborum singulorum scriptione, significatione, de vocabulorum inter se nexu saepissime est negligens, nonnumquam adeo lapis, ut fidem illi habere sic demum liceat si in te ipse habeas doctrinae copiam et iudicandi facultatem, ad quam perpetuo eius monita exigas, quod nisi facias persaepe una cum illo nubem pro Iunone amplecteris; sunt enim saepius eius observationes aut tam putidae, aut *tam certo falsae, ut ne dignae quidem sint quas serio refutes.*"

Alio loco (in Prolegom. p. XXXIV.) Ermerins demonstrat quam parum instructus necessariis subsidiis ad commentarios scribendos Galenus accesserit. Scriptitabat Romae *libris omnibus*

in Asia relictis. Itaque, ut ipse fatetur, veterum ἐξηγητῶν scripta, quae sibi ad manum non erant, non adhibebat, neque adeo eos redarguebat nisi ubi *memoria teneret* graviorem aliquem errorem ab iis esse commissum. Ipsius verba haec sunt: σπανιάκις ἐν αὐτοῖς (in Commentariis ad Hippocratem) εἶπόν τι πρὸς τοὺς ἐξηγουμένους αὐτά. τὴν ἀρχὴν γὰρ οὐδ' εἶχον αὐτῶν ἐν Ῥώμῃ τὰ ὑπομνήματα, πάντων ὧν ἐκεκτήμην βιβλίων ἐν Ἀσίᾳ μεινάντων. εἴ που τοίνυν ἐμεμνήμην ὑπό τινος αὐτῶν πάνυ τι μοχθηρῶς εἰρημένον — ἐπεσημηνάμην τοῦτο, τὰ δ' ἄλλα πάντα κατὰ τὴν ἐμαυτοῦ γνώμην εἶπον ἄνευ τοῦ μνημονεῦσαι τῶν ἄλλως ἐξηγουμένων. Scripsit haec in libro περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων cap. 6.

Hic igitur ille est quem praedicant ita de Hippocrate emendando meritum ut de Homero Aristarchum. Fide dignior Ermerins ibid. sic iudicat: »Fit interdum ut ipse (Galenus) deteriorem lectionem non solum ab aliis traditam sequatur, sed vel de suo illatam cupiat: itaque *criticam facultatem in Galeno omnino desidero* nec nisi prudenter eius de textu ipso monitis obsequendum est."

Quod autem scribit Galenus: πάντα κατὰ τὴν ἐμαυτοῦ γνώμην εἶπον, est operae pretium de iis quoque Ermerinsii iudicium audire (Proleg. p. XLVIII). »Quae e sua sententia (Galenus) describit saepe parvi sunt pretii; sed praeterea rogantibus, ut ait, amicis obsecutus saepius aliorum sententiam redarguit, eamque talem, quae vix digna sit quam respicias, vel iisdem rogantibus nugas extricat tanto molimine prorsus indignas quasque ipse contemnit adeo ut operam in his positam esse perditam fateatur ultro," quibus post pauca haec addit: »commentarios illos (Galeni) magis propter antiquitatem quam propter praestantiam suam esse pervolvendos nec nisi raro eos vestigia referre acutae illius, quam vulgo Pergameno tribuunt, mentis; scilicet *potius viri garrulitatem in his me advertisse* fateor, quam aut ingenii acumen insigne aut accuratam doctrinam."

Haec omnia plane ex animi mei sententia scripta sunt. Quoties Galeni commentarios pervolvo prorsus eadem mihi solent venire in mentem. Non est illa in Galeno antiqui sermonis Graeci cognitio et intelligentia, ut possit genuina a spu-

riis, antiqua a recentioribus secernere, quamquam toto coelo antiqua (Ionica praesertim) cogitandi scribendique simplicitas et, ut ita dicam, serenitas distat a sequiorum fuco et pigmentis. Ne illa quidem in Galeno est linguae Graecae antiquioris scientia ut vocabula prisca et γλώσσας plane intelligat earumque usum ac potestatem ex Veterum lectione ita collegerit ut ea in tanta librorum Veterum copia certo sciat quae etiam nunc nullo negotio ex paucis qui supersunt *certo sciri* possint. Nempe ut nunc est sic olim quoque fuit res magni laboris *animum et mentem penitus linguae antiquioris et obsoletae intelligentia imbuere.* Non minus quam hodie vivo Galeno erat hoc πολλῆς πείρας τελευταῖον ἐπιγέννημα, et quoniam plerique in Graecia languente ac senescente laborem illum indefessum fugiebant et levi opella defungebantur factum est ut plumbei sint in illis studiis illi ipsi, qui vulgo soli sapere et potuisse et debuisse videantur. Praeterea sequiores Graeci ne sentiebant quidem rei difficultatem, ut sunt in Gallia nonnulli, quibus si bene Gallice scias facillima res videtur esse Latine scire: tantam enim esse utriusque linguae necessitudinem et cognationem. Itaque ut Galli exiguo labore Latina discunt eodem modo Graeculi antiquam Graecitatem discebant, et quemadmodum interdum difficile est ad Latinam Gallorum orationem non subridere, sic ubi Graeculi antiquum dicendi usum aut interpretantur aut imitantur nonnumquam vix tenebis risum, adeo omnia, et saepe diversissima, iocularem in modum confundunt permiscentque aut in ridiculos errores se implicant quoniam in iis quae vix ingenti labore obtineri poterant levi ac desultoria opella defungebantur. Multum abest ut solus Galenus et (ut Ermerins loquitur Prolegom. p. XVIII.) »plerique alii sive eiusdem sive recentioris aevi linguam Graecam antiquam non satis accurate noverint," nam longe antiquiores ἐξηγηταί et λέξεων conditores et Critici saepius eodem modo impingebant in iis, quae nemo paullo antiquior in Graecia natus et educatus nunc plerisque nostrum videtur ullo modo ignorare potuisse. Vix me contineo quin huius levitatis exempla quaedam statim proferam, sed satius est quod de Galeno eram dicturus continuo addere, quibus exempla et indicia certissima horum veluti criminum subiiciam. Galenus igitur

non tantum critica facultate destitutus est et interiore antiquae Graecitatis cognitione, sed etiam in linguae communis et ab omnibus intellectae usu locum mendosum et sensu vacuum ab incorrupto et integro non semper discernit. Certam et evidentem emendationem non tantum non invenit sed ne opus quidem esse emendatione sentit, et quae propter scripturae labem ac vitium intelligi et explicari non possunt ea sibi intelligere videtur et iis aliquam explicationem comminiscitur. Deinde quoniam eiusdem est hominis corrupta utcumque interpretari et sana sed sibi non intellecta in corruptelae suspicionem vocare, sic Galenum saepe videbis et ea quae commode intelligi non possunt confidenter sic afferre quasi nihil omnino haberent difficultatis, et contra subinde ea vitiata esse aut interpolata (*παρεγγεγραμμένα*) affirmare in quibus nulla est vitii aut interpolationis iusta suspicio. Itaque nil prodest in loco impedito et mendoso demonstrare Galenum loco sic scripto usum esse, namque nil mali suspicatur etiam ubi manifesto aliquid monstri alitur. Lacunas (pestem illam librorum etiam vetustissimorum) vel evidentissimas Galenus non animadvertit, quamquam nihil est quod citius hominis paullo acutioris et hoc agentis feriat animum. Derepente enim verborum sententia interrumpitur, deficit et te relinquit hiantem. Non est huius rei aliud luculentius exemplum quam in aureo libello *Περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων* pag. 266. Ermer. ubi ingentem lacunam cum exitio sententiae in antiquissimis libris nescio quo casu natam alias res agens non animadvertit, quem locum nunc satis habeo indicasse. Ex Asia repente in Libyam et Aegyptum delatus quasi eodem loco constitisset nil sensit neque omnia post aliquam caliginem necopinato mutata esse animadvertit. Nae ille non solet inter legendum hoc agere et intendere animum cui in tali loco nihil suboluit.

Quod autem unum omnium gravissimum crimen in Criticum coniici potest, ut locum sanum praepostera correctiuncula ultro depravet inque ea re in Graecitatis ingenium graviter peccet ne eo quidem crimine Galenum vacare primum omnium demonstrabo. Locus est in libro II. *τῶν Ἐπιδημίων* § 20. apud Ermerins I. p. 478. mutilus et corruptus, ubi haec leguntur: *καὶ ἐρυθρὰ ἦει μέχρι τοῦ ἕκτου μηνὸς ἔπειτα*

λευκὰ κάρτα πάντα ἤδη τὸν χρόνον. πρὸς δὲ τὸ ἀφροδίσιον αἱ οὐραὶ ἔβλεπον καὶ οἱ ἄκρητα ἐρυθρὰ ἰκνεύμενα ἦει. Haec omnia sunt huiusmodi ut ea nemo umquam intellexerit neque umquam sit intellecturus. Laciniae sunt lacerae verborum et sententiae olim deperditae nulloque inter se nexu iunctae. Quidquid ex libro vetusto mutilato et perroso legi potuit uno tenore continuatum est dissimulatis lacunis. Vivo Galeno eadem erat loci facies, cuius unam particulam hanc mihi diligenter considera. * * * πρὸς δὲ τὸ ἀφροδίσιον αἱ οὐραὶ ἔβλεπον * * *. Quod praecedebat periit, periit et quod sequebatur. Quod superest absurdum est. Fuerunt tamen olim qui haec quocumque tandem modo interpretarentur, quum Heraclides, quem Galenus (ut vidimus) in antiquissimis Hippocratis ἐξηγηταῖς nominat, de lectionis integritate dubitare coepit. Vitii sedem in AIOTPAI inesse iudicavit, in quo coniecit AIΘTPAI latere, itaque antiquam et sanam lectionem hanc esse αἱ θύραι ἔβλεπον pro αἱ οὐραὶ ἔβλεπον. Deinde demonstravit quam facili errore Θ in O abire potuerit aut erasa aut omissa tenui lineola, quae sola utramque litteram dirimat. Caute admodum et propemodum anxia diligentia certam emendationem undique munivit. Sed ipsa Galeni verba est operae pretium audire, qui bis evidentem correctionem commemoravit: primum in Commentario ad hunc ipsum locum Tom. IX. p. 141. Charter. ubi scribit: ἡ δὲ αὐτὴ λέξις παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἐξηγηταῖς ποικίλως γέγραπται. Διοσκορίδης γὰρ οὕτω γράφει πρὸς δὲ τ' ἀφροδίσια (sic) αἱ οὐραὶ ἔβλεπον. Ἡρακλείδης δ' οἴεται τοῦτο ἀπίθανον εἶναι. διὸ νομίζει ὅτι θύραι ἦν γεγραμμένον διὰ (τοῦ) Θ, τῆς μέσης γραμμῆς ἐν αὐτῇ (L. αὐτῷ) ἡ τῷ χρόνῳ διαφθαρείσης ἢ τοῦ βιβλιογράφου σφαλέντος. Redit ad eandem rem in Prooemio Commentarii ad librum VI. Epidemiorum Tom. IX. p. 354. Chart. ubi questus de Editorum demeritate veteres scripturas ex sua libidine interpolantium pergit: ὥςε ἠναγκάσθην ἐγὼ διὰ τοῦτο τά τε παλαιότατα (in[illegible] editur τήν τε παλαιότητα) τῶν ἀντιγράφων ἐπιζητῆσαι τά τ' ὑπομνήματα τῶν πρώτων ἐξηγησαμένων τὸ βιβλίον, ἐν οἷς [illegible] Ζεῦξίς ἐςιν ὁ Ταραντῖνος καὶ ὁ Ἐρυθραῖος Ἡρακλείδης καὶ [illegible] αὐτῶν Βακχεῖός τε καὶ Γλαυκίας. Deinde eos carpit ut [illegible] nonnumquam veterem scripturam malis coniecturis inutili[illegible]

refinxerunt. Itaque sibi satius esse visum scribit antiquam lectionem retinere et semper studiose dare operam ut eam interpretetur, quod ubi fieri nullo modo possit probabilem loci correctionem instituere: πολὺ βέλτιον ἔδοξέ μοι, inquit, φυλάττοντι τὴν ἀρχαίαν γραφὴν ἀεὶ μὲν σπουδάζειν ἐκείνην ἐξηγεῖσθαι, μὴ δυνηθέντι δέ ποτε τοῦτο πρᾶξαι πιθανὴν τὴν ἐπανόρθωσιν αὐτῆς ποιεῖσθαι. Quis non assentietur recte haec et prudenter a Galeno dici? Audi nunc quid statim addat: καθάπερ ὁ Ἡρακλείδης ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Ἐπιδημίων ἐποιήσατο κατὰ τὴν λέξιν ἐκείνην ἐν ᾗ γέγραπται· πρὸς δὲ τὸ Ἀφροδίσιον αἱ οὐραὶ ἔβλεπον. Ἐπειδήπερ τοῖς ἐξηγησαμένοις τὴν οὐραὶ γραφὴν ἀπιθάνως εἴρηται, τάχα, φησὶ, θύραι μὲν ἦν γεγραμμένον διὰ τοῦ Θ, τῆς μέσης δὲ γραμμῆς ἐν αὐτῷ διαφθαρείσης ἔδοξεν ὁ βιβλιογράφος ΟΤΡΑΙ γεγράφθαι. δυνατὸν γὰρ δὴ οὕτω καὶ λεπτῆς ἰνὸς ἀπολωλυίας συναπόλλυσθαι (L. συναπολέσθαι) τὴν γραμμὴν ταύτην καὶ μιᾶς αὐτὴν ἐκφυγείσης (sic) καὶ κατ' ἀρχὰς εὐθὺς αὐτὴν ἀμυδρὰν γραφεῖσαν ἐξίτηλον αὐτὴν ὑπὸ τοῦ χρόνου γενέσθαι. Vide mihi quantum verborum homo garrulus effundat in re simplicissima. Probat, ut vides, et laudat Heraclidis emendationem, quae scripturam absurdam plane sanavit. Ergo iam illis temporibus in libris vetustis menda tam absurda circumferebantur, ut quum dixisset scriptor: *ad templum Veneris* fores *spectabant*, scriba dederit: *ad templum Veneris* οὐραὶ (caudae) *spectabant*. Ergo non erant *complures* olim Codices, quibus inter se collatis ridiculus error ab *uno* scriba commissus pateret, sed haud secus atque nunc ex *uno libro* manaverat lectio πάντων τῶν ἀντιγράφων. Ergo fuerunt ante Heraclidem Interpretes, qui οὐραί in illo loco *interpretarentur*, quique Heraclidi ἀπιθάνως εἰρηκέναι videbantur, quod facile credimus. Praeterea vide quam caute, quam anxie Heraclides traditam in libris scripturam tentaverit et argumentis palaeographicis simplicem et evidentem correctionem ab omni parte muniverit. Itaque Galeno quidem plane persuasit (ut ex eius verbis certo colligas) qui hoc ipso exemplo manifestae emendationis utitur. Ita videtur, sed ostendam statim Galeni levitatem et inconstantiam ubi prius emendavero eius locum quem priorem apposui ex p. 141: ἡ δὲ αὐτὴ λέξις παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἐξηγηταῖς ποικίλως γέγραπται. Διοσκορίδης γὰρ οὕτω

γράφει πρὸς δὲ τ' ἀφροδίσια αἱ οὐραὶ ἔβλεπον. Ἡρακλείδης δ' οἴεται τοῦτο ἀπίθανον εἶναι. Quid? Heraclidi scriptura Dioscoridis non videbatur probabilis? Sed Heraclides vixit *saeculis* aliquot ante Hadrianum, cui suam Hippocratis editionem Dioscorides dedicavit. Locus est et mendosus et mutilus, quem in hunc modum corrigo et suppleo: Διοσκορίδης γὰρ οὕτω γράφει· πρὸς δὲ τὰ ἀφροδίσια αἱ οὐραὶ (ἔβλαπτον. ἐν δὲ τοῖς παλαιοτάτοις τῶν ἀντιγράφων ἐγέγραπτο· πρὸς δὲ τὸ ἀφροδίσιον αἱ οὐραὶ) ἔβλεπον. Repetitum οὐραὶ, quo describentis oculi aberrarunt, peperit lacunam. Duplex erat lectio, altera vetus et librorum testimoniis nixa, altera bis temere a Dioscoride interpolata qui pro τὸ ἀφροδίσιον (templum Veneris) ut Ἥραιον, Ἀθήναιον, Διονύσιον, Ἀρτεμίσιον, substituit *rem Veneream* (τὰ ἀφροδίσια) et ἔβλεπον de suo refinxit in ἔβλαπτον. Ista impudens interpolatio nunc libros omnes obsidet, quamquam prorsus est sensu vacua. Qualem eum Criticum fuisse putes, qui servatam ab antiquis libris scripturam temere ac proterve ita refinxit ut verba daret absona et absurda. Vel hic solus locus demonstrat quam iustae sint Galeni querelae passim repetitae de Dioscoridis et Capitonis in edendo Hippocrate temeritate et impudentia, veluti in Commentario ad librum VII. Epidem. p. 354. Chart.: πάντων δὲ τῶν ὑπαλλαξάντων τὰς παλαιὰς γραφὰς τολμηροτάτους (Lege τολμηρότατα) τοὺς περὶ Καπίτωνα καὶ Διοσκορίδην εὑρίσκω πράξαντας τοῦτο. Huius levitatis exemplum apud Galenum continuo sequitur quod notasse iuvabit. Apponit p. 355. verba Hippocratis: Ὀκόσῳσι ἐξ ἀποφθορῆς, et de scriptura haec monet: τινὲς μὲν ὅσῳσι διὰ τριῶν συλλαβῶν, ἔνιοι δὲ ὀκόσῳσι διὰ τεσσάρων ἔγραψαν, ἔνιοι δὲ οὐ διὰ τοῦ Κ γράφουσιν ὀκόσῳσι ἀλλὰ διὰ τοῦ Π τὴν δευτέραν συλλαβὴν, καθάπερ ὁ Καπίτων, οὐ τοῦτο μόνον ἀλλὰ καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα. Capito igitur suo Marte non tantum antiquas et probas formas Ionicas sustulit, sed etiam alias substituit *non bonas* et nullius dialecti, veluti ὁπόσῳσι. Quis mirabitur in antiqua sylloge Medicorum dialectum Ionicam in Codicibus nostris pessime interpolatam ac deformatam esse, ubi videt iam tum imperante Hadriano doctos Hippocratis editores illo modo grassari? Non potuerunt tamen sic delere consuetudinis Ionicae

vestigia omnia ut non hic illic e vitiosis Codicum lectionibus pelluceant et si perite admoveris manum veluti renascantur. Luculentum huius rei argumentum et exemplum nuper mihi oblatum est quum in nova Ermerinsii editione relegerem libellum, qui satis insulse inscribitur: Περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων. In eo libro cap. 26. p. 274. Ermer. de Scythis haec leguntur: Ἠὴρ κατέχει πουλὺς τῆς ἡμέρης τὰ πεδία καὶ ἐν αὐτοῖσι διαιτεῦνται, ὥςε τὸν μὲν χειμῶνα αἰεὶ εἶναι τὸ δὲ θέρος ὀλίγας ἡμέρας καὶ ταύτας μὴ λίην. Pro καὶ ἐν αὐτοῖσι διαιτεῦνται in libris est καὶ ἐν νότοισι διαιτεῦνται. Ermerins recepit id quod Littréus, infelix coniector, excogitaverat. Nollem factum, nam quis sic loquitur? Vera lectio est τὰ πεδία ἐν ὅτοισι διαιτεῦνται, quod ubi stupide depravatum est in ἐν νότοισι non defuit praeclarus corrector qui καί adderet. In vetusta corruptela igitur manus Hippocratis tuta latebat donec eam aliquis eliceret foras. Ni ita factum esset olim aut ἐν οἷσι aut ἐν τοῖσι substituissent Veteris dialecti depravatores. Saepe Hippocrates ὅσις Ionum more ponit ubi caeteri ὅς dare solent. Formae antiquae Ionicae ἄσσα, ὅτων et ὅτοισι non facile elabuntur ex correctorum manibus. Ὅσις pro ὅς legitur in hoc ipso libello cap. 6. p. 249: ὁ ἠὴρ — ὅσις τῷ ὕδατι ἐγκαταμιγνύμενος τὸ λαμπρὸν ἀφανίζει. Bis in eodem libro forma ὅτων ambusta est ea quidem sed incolumis tamen evasit. Locus est in cap. 28. p. 276. ubi exhibent libri: διὰ τὴν μαλθακότητά τε καὶ τὴν ψυχρότητα ἀπὸ τῶν ἥκιςα εἰκὸς εἶναι ἄνδρα οἷόν τε λαγνεύειν, verum vidit Coraës ἀπ' ὅτων reponens, nec dubitare debebat Ermerins in cap. 23. p. 270. ubi edidit: ἐκπλήξιες τῆς γνώμης — ἀΦ' ὅτων εἰκὸς τὴν ὀργὴν ἀγριοῦσθαι, quin vera esset Corais emendatio: ἀπ' ὅτων. Utrobique ex aliis libris ἀΦ' ὧν affertur, quod quibus debeatur manifestum est. Ἄσσα ex vetustissimo Codice reponendum est in libro περὶ διαίτης ὀξέων § 51. p. 316. Ermer. καλὰ δὲ ταῦτα τεκμήριά ἐςι — ὁκόσα ἀκαταμάθητα ἦν τοῖσι ἐμεῦ γεραιτέροισι, ubi quum sententia non ὅσα sed ἅ requirat oblatum ab optimo teste ἄσσα receptum oportuit. Praeterea quis veterem formam Ionicam ἄσσα de suo vulgatae substituisset? Itaque quandoquidem sic satis constat ΑΠΟΤΩΝ, ἀπ' ὅτων, ab ipso Hippocrate profectum esse etiam mi-

nus dubitabis ei reddere ἀπίκηται, ἀπικνεόμενον, ἀπ' ὕδατος, ἀπέψεσθαι, κατίζαται, ὑπίζασθαι, ἀπίησι, ἀπ' ὧν, ἀπικνέονται, μετίζαται, quae passim in hoc libro in communem formam reficta occurrunt. Sunt et alia multa eiusdemmodi apud Hippocratem certa ac manifesta scribarum et correctorum flagitia, de quibus alias dabitur dicendi locus: nunc ad Galenum revertor, qui quam Heraclidis emendationem certam et evidentem, ΘΤΡΑΙ pro ΟΤΡΑΙ, ut vidimus, laudasset eandem temere alibi ita reiicit ut lectionem perineptam et male Graecam ei ἀκρίτως πάνυ substituat. Nempe in Commentario ad hunc ipsum locum quum Heraclidis emendationem commemorasset ita pergit (Tom. IX. p. 141. Chart.): ἀλλὰ οὐδετέρα γραφὴ διδάσκει τι τῆς γνώμης ἐχόμενον τοῦ παλαιοῦ, διὸ ἡγησάμην ἐγὼ μᾶλλον ἀπὸ (L. ὑπὸ) τοῦ συγγραφέως οἱ ῥόοι γέγραπται (L. γεγράφθαι) ἢ τι ἄλλο, ἵνα λόγος εἴη (L. ᾖ) περὶ τῶν ῥύσεων τῶν γυναικείων —. αὗται μὲν γὰρ καὶ πάνυ ἐν ταῖς συνουσίαις τὰς γυναῖκας ἐνοχλοῦσιν. Ex novissimis verbis certum est Galenum quum οἱ ῥόοι coniiceret simul probare τὰ ἀφροδίσια pro τὸ ἀφροδίσιον et ἔβλαπτον pro ἔβλεπον, quas lectiones a Dioscoride invectas esse supra me dixi suspicari. Quod si hae quoque sunt ipsius Galeni *correctiones* vel ob hoc egregium criticae facultatis specimen assentiri quis poterit Ermerinsio ad Hippocrat. p. 511. dicenti: »Nolim affirmare Dioscoridem illum, πολλὰ licet καινοτομήσαντα, non fuisse *multo meliorem criticum quam Galenum.*" Nam primum credidit se locum caetera sanum tenere neque vidit et ea quae praecedunt et ea quae continuo sequuntur lacinias esse verborum nihil significantes: deinde (quod etiam peius est) antiquo scriptori affricuit verba et dicendi genus a Graecitatis ratione et usu plane abhorrens. Caute Ermerins: »*non credo* structuram esse Graecam τοῦτο βλάπτει πρός τι." nam poterat dare iusiurandum non esse eam Graecam orationem, sed talem qualem Trillerus, et si qui alii sunt id genus Critici, antiquis scriptoribus invitissimis obtrudebant. Caeterum notandum est absque Galeno fuisset antiquam lectionem sine vestigio fuisse interituram. In omnibus libris Mss. fideli concordia nunc legitur: πρὸς δὲ τὰ ἀφροδίσια οἱ ῥόοι ἔβλαπτον, quae est ipsa, ut vides, futilis Galeni coniectura inconsulto ab omnibus recepta. Miror denique quo

pacto Ermerins refutata Galeni correctiuncula addere potuerit, »Quid vero in corruptis lateat non assequor." Nempe id ipsum quod Heraclides reperit: *πρὸς δὲ τὸ ἀφροδίσιον αἱ θύραι ἔβλεπον, ad templum Veneris fores spectabant*, quae verba olim in alicuius loci ubi aeger decumberet indicatione posita fuerunt, quorum locorum significationes nihil ad seros posteros pertinentes mirificas pepererunt Interpretum opiniones, quas vix sine risu aut fastidio apud Galenum legas.

Constituta igitur sic vera lectione animadvertamus eorum, qui pro Criticis haberi solent, imperitiam. In antiquorum librorum scriptura:

πρὸς δὲ τὸ ἀφροδίσιον αἱ οὐραὶ ἔβλεπον

quae sit vitii sedes non intelligunt et duo vocabula sanissima temere convellunt. Pro *ἔβλεπον* de suo substituunt *ἔβλαπτον* et *τὰ ἀφροδίσια* pro *τὸ ἀφροδίσιον*. Vocabulum corruptum non attingunt. Ex ista duplici *παραδιορθώσει* nascitur sententia nihilo sanior. Accedit Galenus qui servatis verbis interpolatis *αἱ οὐραὶ* confidenter in *οἱ ῥόοι* mutavit et sententiam qualemcumque extudit e verbis cum Graecitatis usu pugnantibus. Vera lectio *Θύραι* pro *Οὐραὶ* olim sagaciter reperta a Galeno commemoratur, laudatur et . . . inconsulto abiicitur. Recipitur in Codices omnes lectio male Graeca tribus locis impudenter vitiata

πρὸς δὲ τὰ ἀφροδίσια οἱ ῥόοι ἔβλαπτον

deletis omnibus antiquae lectionis vestigiis. Componat nunc mihi qui volet Galenum cum Aristarcho.

Dabo alterum locum unde manifesto colligas quam nihil Galeno credi possit in vocabulorum Graecorum interpretatione. Legitur in Epidemiorum libro VI. apud Ermer. p. 563 sq.

Εὐρῦναι ϛενυγρῶσαι τὰ μὲν, τὰ δὲ μή.

Λεπτῦναι, παχῦναι τεῦχος δέρμα σάρκας καὶ τἄλλα [καὶ expunge] *τὰ μὲν, τὰ δὲ μή.*

Λειῆναι τρηχῦναι, σκληρῦναι μαλθάξαι τὰ μὲν, τὰ δὲ μή.

Ἐπεγεῖραι ναρκῶσαι [*καὶ τἄλλα ὅσα τοιαῦτα*]

Dederat nescio quis, cui illa debentur: *Ἐπεγεῖραι ναρκῶσαι τὰ μὲν, τὰ δὲ μή.* sed scribam (ut recte Ermerins iudicat) taedere coepit et ut finem aliquando faceret illa formula usus est. Continuo sequitur:

Παροχετεύειν, ὑπείξαντα ἀντισπᾶν αὐτίκα, ἀντιτείναντα (L. ἀντιτείναντι ut oppositionis ratio constet) ὑπεῖξαι.

Ἄλλον χυμὸν μὴ τὸν ἰόντα ἄγειν, τὸν δὲ ἰόντα συνεκχυμοῦν.

Ἐργάσασθαι τὸ ὅμοιον [οἷον ὀδύνη ὀδύνην παύει] τὰ ἀνόμοια.

De his omnibus idem dicendum est quod vulpes ad personam tragicam dixisse fertur:

O quanta species, inquit, cerebrum non habet.

Magna est verborum pompa omni sensu et significatione destituta. Non potest sat magna gratia Ermerinsio haberi, qui primus omnium ausus est hoc palam profiteri. »Manifesto, inquit, qui haec et similia his scripsit affectatae gravitati operam dedit;" et post pauca: »Equidem his verbis sanum sensum non inesse contendo; frustraque in eorum interpretatione operam consumi." et iterum: »de reliquis non dicam eum non ita scripsisse sed *ipsum non intellexisse quod scriberet.*" Duriter reprehendit Galenus Interpretes Hippocratis, qui scripturae Codicum credentes ea laudabant, quorum partem ne intelligebant quidem, ad Epidem. VI. p. 377. Charter.: ἅπαντες ὁμοίως πιστεύοντες τοῖς γεγραμμένοις οἱ ἐξηγησάμενοι μετὰ τοῦ μηδὲ νοεῖν ὧν ἐπαινοῦσιν ἔνια. Nesciebat mutato nomine de se eadem dici posse. Nota est venustissima fabula de simia animalibus ex vicinia spectacula optica exhibente, quorum nihil a quoquam spectari poterat, quoniam (ut apud poëtam est)

il avait oublié d'allumer sa lanterne.

Considebant tamen taciti et admirabundi donec acutior unus non satis se cernere dixit ea quae spectanda proponerentur. Tum demum intellectum est ab omnibus sedere se in tenebris et nihil a quoquam cerni potuisse. Ecquid prodesse putas praeceptum huiuscemodi:

Ἐπιτεῖναι, ἀνεῖναι τὰ μὲν, τὰ δὲ μή.

vel:

Εἰπεῖν, σιωπῆσαι τὰ μὲν, τὰ δὲ μή.

satius est, ut opinor, tacere quam talia dicere. Nonne sunt eiusdem farinae: Εὐρῦναι στενυγρῶσαι τὰ μὲν, τὰ δὲ μή? aut: Λειῆναι τρηχῦναι, σκληρῦναι μαλθάξαι τὰ μὲν, τὰ δὲ μή? Qui ita scribit aut ludit aut te legentem deludit. Nihil horum Galeno subolet, qui magna gravitate complura commemorat

in quibus τὸ εὐρῦναι et τὸ ϛενυγρῶσαι usum habet, similiterque in caeteris. Hoc modo in illud praeceptum quod ioco finximus:

Εἰπεῖν σιωπῆσαι τὰ μὲν, τὰ δὲ μή.

facile est longos commentarios scribere. Sed volebam ostendere quam sit Galenus in vocabulorum interpretatione plumbeus. In verbis: ἄλλον χυμὸν μὴ τὸν ἰόντα ἄγειν τὸν δὲ ἰόντα συνεκχυμοῦν ἐργάσασθαι τὸ ὅμοιον οἷον ὀδύνη ὀδύνην παύει τὰ ἀνόμοια, neque de lectione neque de compositione inter doctos Interpretes constabat. In tenebris sedere se et nihil dispici posse nemo suspicatur. Comminiscuntur igitur alius aliud. Lectio erat triplex ὀργάσασθαι, ἐργάσασθαι et ὀργίσασθαι. Galenus legebat ὀργάσασθαι, ut manifestum est ex iis quae scribit pag. 397: καί τινες μὲν τὴν δευτέραν συλλαβὴν διὰ τοῦ Γ καὶ Ι γράφουσιν ὀργίσασθαι, τινὲς δὲ τὴν πρώτην διὰ τοῦ Ε καὶ Ρ, τὴν δὲ δευτέραν διὰ τοῦ Γ καὶ Α ἐργάσασθαι τὸ ὅμοιον. Paulo ante dixerat: ἐπεὶ δὲ ἑκατέρως λεγόμενον (quod quid sit statim dicam) οὐδετέρως ἐϛὶ πιθανὸν ἐπὶ τὸ μεταγράφειν αὐτὸ παρεγένοντο πολλοὶ, καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα ὅσα καθ' ἓν ὄνομα τὴν ἀσάφειαν ἔχει. quos quum dicit aut ὀργίσασθαι reposuisse aut ἐργάσασθαι perspicuum est *antiquam* lectionem esse ὀργάσασθαι, quam Galenus ipse in praecedentibus posuit et interpretatus est, non ἐργάσασθαι, quod in eius libris vitio circumfertur. Nempe ita scripsit: τὸ δὲ ὀργάσασθαι (non ἐργάσασθαι) μεμάθηκας ἐπὶ τοῦ μεταλλάττειν (apparebit ex iis quae infra proferam μαλάττειν a Galeno scriptum esse) ἢ μιγνύναι λεγόμενον. Ermerins, qui non animadvertit hunc scribae errorem, exclamat ad haec p. 564: »*Equidem me non* μεμαθηκέναι *profiteor.*" Simul fallitur et non fallitur: nam ubi reposuerit Galeni manum ὀργάσασθαι statim recordabitur Galenum ἐν τῇ τῶν Ἱπποκράτους γλωσσῶν ἐξηγήσει ex hoc ipso loco recepisse pag. 536. Franz.: Ὀργάσασθαι: ἀναμῖξαι, συγκεράσαι, sed iure negabit vel sic se illud μεμαθηκέναι, quia Galenus vehementer fallitur et formae vitiosae interpretationem commenticiam nobis venditat, qua uti non possumus: de qua re statim dicam. Galenus autem ubi τὸ ὀργάσασθαι arbitratu suo interpretatus est ita pergit: ἄδηλον οὖν εἴτε τῷ προειρημένῳ συντακτέον εἴτε τῷ ἑξῆϛ εἰρημένῳ αὐτὸ (τὸ ὀργάσασθαι) προσακ-

τέον (L. προτακτέον). ἑκατέρως γὰρ οὐκ οἰκείως φαίνεται λέγεσθαι. Facile credimus; in quamcumque se dat partem nusquam exitum reperire potest. Deinde ita pergit: Διὸ καί τινες μὲν ὡς ἐπόμενον αὐτὸ τοῖς προειρημένοις ἐκείνοις συνῆψαν εἶτ' ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς· Τὸ ὅμοιον οἷον ὀδύνη ὀδύνην παύει. Illi igitur sic legebant: τὸν δὲ ἰόντα συνεκχυμοῦν ὀργάσασθαι. Τὸ ὅμοιον οἷον ὀδύνη ὀδύνην παύει. I nunc et haec interpretare! Pergit sic: τινὲς δὲ ἀρχὴν ἐποιήσαντο τῶν ἑφεξῆς τὸ· Ὀργάσασθαι (vitiose editur ἐργάσασθαι) τὸ ὅμοιον. Ἐπεὶ δὲ, ὡς ἔφην, ἑκατέρως λεγόμενον οὐδετέρως ἐςὶ πιθανόν et caetera, quae supra descripsimus, de mutatione scripturae ὀργάσασθαι in ὀργίσασθαι et ἐργάσασθαι. Priusquam de his lectionibus quid statuendum sit dicam, proferre iuvat e Galeno exemplum antiquissimae interpolationis, quales plurimas recentiorum temporum Critici ex Veterum libris expulerunt et expellunt. Nempe verba οἷον ὀδύνη ὀδύνην παύει veteres Critici iudicarunt olim a nescio quo in margine adscripta deinde in textum irrepsisse. De ea re Galenus sic scribit: γέγραπται μὲν οὖν τοῦτο (id est οἷον ὀδύνη ὀδύνην παύει) κατὰ πολλὰ τῶν ἀντιγράφων (inepte editur ἀντιγραφέων), ὀρθῶς δὲ ἐν τοῖς κατὰ Διοσκορίδην οὐ γέγραπται. φαίνεται μὲν γὰρ ὡς (ἐπ' adde) ἐξηγήσει προσγραφὲν ὑπό τινος αὖθις δὲ εἰς τοὔδαφος ὑπὸ τοῦ βιβλιογράφου μετατεθεῖσθαι. Quam vellem haec Galeni verba diligenter perpenderent illi qui Criticis irasci solent eiusdemmodi additamenta eodem modo a scribis e margine in textum invecta expungentibus idque ex Codicibus scriptorum Hippocrati aequalium exaratis post Galenum annis *mille* aut paullo minus. Si vivo Dioscoride et Hadriano istiusmodi emblemata in libris deprehendebantur et coarguebantur, quantum novae fraudis commissum esse putes sequioribus saeculis decrescente semper antiquae Graecitatis intelligentia et aucta identidem annotationum copia aut inter versus aut ἐν τοῖς μετωπίοις adscriptarum.

Videamus nunc quantopere caecutiant (dicam enim libere quod sentio) in antiquae Graecitatis ratione et usu et Galenus et alii *eruditi* Hippocratis glossarum explanatores. Notemus primum omnium turpem errorem istius qui ὀργίσασθαι pro ὀργάσασθαι leviter et inconsulto substituit. Credidit homo ine-

ptus ὀργίσασθαι χυμούς esse οἷον εἰς ὀργὴν αὐτοὺς προτρέψαι καὶ ἐπεγεῖραι πρὸς τὴν ἔκκρισιν, teste Galeno p. 397. Est igitur *quasi* humorum iram movere et efficere ut *veluti* irati prorumpant foras. Nugae! Vide autem mihi quam sit vetus hominum imperitorum consuetudo abutendi voculis *quasi*, *veluti*, *tamquam*, *ut ita dicam*, ut suas ineptias quodammodo velent et obumbrent. Non audet dicere homuncio ὀργίσασθαι τοὺς χυμούς esse *iram humorum concitare* vel *movere*, nam risum moveret si humores *irasci* et *excandescere* dicerentur: quid igitur? οἷον addidit, οἷον εἰς ὀργὴν αὐτοὺς προτρέψαι, deinde confidenter addit καὶ ἐπεγεῖραι πρὸς τὴν ἔκκρισιν. Praestigiarum haec similia sunt, nam singulari dexteritate alterum alteri substituitur sic ut ea res et oculos fallat et mentem. Sed Galenus, dicet aliquis, istam scripturam cum fastidio et contemtu abiicit his verbis: ἀλλὰ ταῦτα μὲν εὐκαταφρόνητα καὶ σμικρὰ καθάπερ καὶ πάνθ' ὅσα περὶ τῆς λέξεως (ὀργίσασθαι) ἐξήγηται. Audio, sed his ipsis verbis arguitur illa linguae antiquioris imperitia, quam Galeno obiicimus. Quo pacto? inquis. Nempe ὀργίσαι quid sit scimus, ὀργίσασθαι nemo mortalium aut dixit umquam aut legit, et foedus est barbarismus non minus turpis quam χαίρομαι pro χαίρω, quod rident omnes. Quum sit ea res certa et manifesta homines docti aliud quid excogitarunt: nempe verbum olim fuisse »ὀργίζω *idem quod* ὀργάζω *id est* incito, *unde* ὀργίσασθαι apud Hippocratem." Dindorf. ad Steph. Thes. Dicam primum quid sentiam, deinde id demonstrare conabor. Nulla umquam fuit forma ὀργίζω pro ὀργάζω. Numquam ὀργάζω (ὀργίζω) significat *incito*. Ὀργίσασθαι apud Hippocratem est vitiosa scriptura temere et imperite a nescio quo Graeculo ficta. Galenus ipse de forma commenticia ὀργίζω pro ὀργάζω ne cogitavit quidem, et retulit ὀργίσασθαι ad notissimum ὀργίζειν *iram movere*, ut manifesto apparet ex eius interpretatione οἷον εἰς ὀργὴν αὐτοὺς προτρέψαι. Manifesto igitur confudit ὤργισα et ὠργισάμην, quemadmodum Datis χαίρω et χαίρομαι, et appellat εὐκαταφρόνητον id quod appellare debebat ἄντικρυς βάρβαρον. Unde autem natum est ὀργίζω = ὀργάζω? Ex duobus locis manifesto corruptis, ad quos statim veniam. Dialectus Ionica et ἡ παλαιὰ Ἀτθίς habebant olim verbum ὀργάζω (cum duobus

compositis ἀνοργάζω et ὑποργάζω) et nomen ὀργασμός. Quam rarus fuerit huius verbi usus sic optime apparebit si dixero quam paucis locis legatur in omnibus antiquis litterarum Graecarum monumentis et reliquiis, unde nunc antiquae Graecitatis notitiam sedulo colligimus. Ὀργάζειν *bis* occurrit apud Sophoclem, *semel* apud Aristophanem, Eupolidem, Herodotum, Hippocratem et Platonem. Reliquorum omnium *nemo umquam eo verbo utitur*, nisi quod in Hipponactis fragmento misere corrupto apud Erotianum v. Τράμις legimus: Ἵππωναξ· ἐκτίλλοι τις αὐτοῦ τὴν τράμιν ὑποργάσαι, et in Euripidis loco, de quo post dicemus, restituendum esse videtur. Itaque *septem* sunt omnino loci apud veteres et probatos scriptores unde antiqui verbi notitiam et intelligentiam haurire et colligere possimus. Ὀργασμός ex illo formatum apud solum Hippocratem semel legitur. Accedunt his locis testimonia veterum Criticorum et Atticistarum et eruditorum omne genus, quos caute admodum esse audiendos et aliunde satis constat et in hoc ipso exemplo apparebit. Verbum tam priscum, tam rarum vix umquam e scribarum manibus illaesum evasit. Omnibus modis pessime corrumpitur. Ruhnkenius ad Tim. v. Μετρίως ὠργασμένος exclamat: »*quis non miretur fatalem librariorum in hoc verbo errorem?*" Saepissime ostendimus vocabula vetusta et obsoleta et Graeculis inaudita ubicumque occurrant male mulcata ex scribarum manibus exire. Videbis igitur ὠργασμένος *constanter* depravari in εἰργασμένος, ὠργιασμένος, ὀργασμένως, ὠργισμένος et ὠργημένος, ut fere mirabile sit quo pacto ex his sordibus vera lectio emerserit umquam. Ὀργάζειν depravatur in ὁράζειν, ὀργάσας in ὀργίσας et ὀργήσας, ἀνωργασμένον in ἀνωργισμένον et οὖν ὠργισμένον, ὑπώργασμαι in ὑπείργασμαι, et sunt alia complura, quorum nonnulla infra proferam. Dicam primum quid sit ὀργάζειν. Iudice Ruhnkenio ad Tim. l. l. ὀργάζειν est »*quamlibet materiam subigere, macerare, mollire.*" Veteres Critici esse dicunt μαλάττειν, praeterea δεύειν, τὰ ὑγρὰ τοῖς ξηροῖς μῖξαι καὶ ἀναφυρᾶσαι καὶ οἷον πηλὸν ποιεῖν, alii βρέξαι et διαβρέχειν et ὑγραίνειν et ἀναδεῦσαι, alii παρασκευάζειν, ἑτοιμάσαι, ἕτοιμον παρασχεῖν, alii ἀναμῖξαι, συγκεράσαι, alia. Equidem ex Veterum locis diligenter perpensis et inter se comparatis quid compererim di-

cam. Ὀργάζειν proprie est *subigere* et *mollire* et *macerare* non *quamlibet materiam*, sed τὸν πηλόν, non *lutum*, sed *argillam* aut *caementum* aut *calcem*, quod in aedificando fieri solet, ut apud Aristophanem in Avibus v. 839. ubi nova urbs aedificatur:

χόλικας παραφόρει, πηλὸν ἀποδὺς ὄργασον,

ad quem locum a Scholiasta apponitur Εὔπολις ἐν Προσπαλτίοις·

ἢ πηλὸν ὀργάζειν τινά.

Sic Sophocles dixit ἐν Πανδώρᾳ apud Erotianum v. Ὀργασμός (de quo loco infra dicam)·

καὶ πρῶτον ἄρχου πηλὸν ὀργάζειν χεροῖν.

et apud Etymol. Magnum p. 629, 35:

θέλοιμι πηλὸν ὀργάσαι.

Hinc Phrynichus in Bekkeri Anecd. p. 55, 10. Ὀργάζειν πηλόν interpretatur τὸ διαβρέχειν. οὕτω γὰρ τὸ ὑγραίνειν οἱ ἀρχαῖοι λέγουσιν, et Suidas (Photium describens, cuius Lexici illa pars interiit) in v. Ὡργασμένος: — Ὀργάζειν δὲ κυρίως τὸ ταῖς χερσὶ τὸν πηλὸν ἀναδεύειν καὶ φυρᾶν, et Hesychius v. Ὀργάσαι: ἑτοιμάσαι καὶ τὸν πηλὸν ὀργάσαι φασὶν, ὅ ἐστιν ἑτοιμάσαι, φυρᾶσαι, βρέξαι, ἀναδεῦσαι, et vitiose apud eundem v. Ὡργάσαι πηλόν: ἕτοιμον παρασχεῖν; stulte, ut vides, ὡργάσαι in ordinem recepit pro ὀργάσαι. Eadem inscitia admisit Ὀράζειν: δεύειν, μαλάσσειν, pro Ὀργάζειν. Intelligis cur dicat ὀργάσαι πηλόν esse ἑτοιμάσαι sive ἕτοιμον παρασχεῖν, nempe ὠργασμένος ὁ πηλός est idoneus ad usum. Rectius Herodianus post Moerin p. 468. statuit: Ὀργάσαι ἐπὶ πηλοῦ, μάξαι ἐπὶ μάζης. Recte Pollux VII. 165: κηρὸν τήκειν — ὀργάζειν, μαλάττειν. λέγεται δὲ καὶ πηλὸν ὀργάζειν, qui κηρὸν ὀργάζειν sumsit a Platone in Theaeteto p. 194. C: ὅταν ὁ κηρὸς — λεῖος καὶ μετρίως ὠργασμένος ᾖ, ubi libri omnes εἰργασμένος exhibent, sed vera lectio servata est ex Timaei antiqua λέξει Πλάτωνος duobus locis in v. Ὡργασμένος et Μετρίως ὠργασμένος, ex qua vetus γλῶσσα descripta fuit ab Hesychio, et Photio, quem deinde Suidas, ut solet, descripsit. Quod enim apud hos omnes legitur Ὡργασμένος: μεμαλαγμένος ex eodem fonte manavit et ad illum Platonis locum referendum est, ubi vitio εἰργασμένος scriptum

est in omnibus libris Mss. qui supersunt. Eadem est ratio alterius glossae Ὀργάσας: μαλάξας, quae ex Ἡροδότου λέξει manavit et refertur ad Herodoti locum nunc similiter in omnibus libris corruptum IV. 64: σαρκίσας βοὸς πλευρῇ δέψει τῇσι χερσὶ, ὀργίσας (alii ὀργήσας) δὲ αὐτὸ ἅττε χειρόμακτρον ἐκτηται. Herodotus scripserat ὀργάσας δὲ αὐτό, unde in Herodoteam λέξιν receptum est Ὀργάσας: μαλάξας, quae glossa cum multis aliis Herodoteis irrepsit in Timaei Lexicon p. 162. et hinc in Photii farraginem. Indidem sumsit Hesychius. Hi omnes sine errore ὀργάσας dederunt. In λέξει Herodotea Erotiano subiecta, mendose scribitur: Ὀργίσας: μαλάξας, quem errorem repetit Suidas post v. Ὀργιάζων continuo subiiciens Ὀργίσας: μαλάξας, quum paulo ante ex Photio emendate Ὀργάσας: μαλάξας recepisset. Plus damni attulit Ruhnkenii error (ad Tim. p. 180.) suspicantis ὀργίσας natum esse »ex ὀργήσας, ab ὀργάω, quam formam agnoscit Hesych. v. Τποργηθεῖσα et Ὠργημένον.« Ruhnkenii auctoritatem secuti sunt omnes, perperam, ut mihi quidem videtur. Nihil quidquam ὀργάζειν cum ὀργᾶν habet commune praeter fortuitam formae convenientiam. Verbi ὀργᾶν praeter praesens et imperfectum nihil usitatum est, et Hesychii auctoritas bis Ruhnkenio imposuit. Τποργηθεῖσα librarii error est, ὠργημένον ipsius Hesychii mendosis Hippocratis Codicibus decepti. Inspice modo paulo diligentius Hesychii locum:

Τπορίνους: —
Τποργηθεῖσα: ὑποχρισθεῖσα.
Τπὸ ῥιπῆς: —

violatur enim litterarum series in ὑποργηθεῖσα, quae glossa inter Τπορίνους et Τπὸ ῥιπῆς media collocari non potuit. Nota est enim Hesychii in ea quidem re cura et diligentia. Glossa igitur est corrupta, quam qui poterit emendato, sed nemo ea abuti debet ut ὑποργᾶν pro ὑποχρίειν Graecum esse doceat. Corrupta est altera quoque glossa, unde ὀργῆσαι pro μαλάξαι dici posse Ruhnkenius collegit. Apud Hesychium legitur:

Ὤργατο: κατήπειγε καὶ ἐν ἑτοίμῳ ἦν.
Ὠργημένον: παρεσκευασμένον, ἕτοιμον.
Ὤργητο: ὥρισο, ἐχρῄζεν.
Ὠργιᾶται: χρῄζει, ὁρίζει.

quae ad unum omnia pessime corrupta sunt et stuporem Hesychii palam faciunt, ut paulo ante Ὀργάσαι πηλόν, pro ὀργάσαι, et Ὀργᾷ: οἰστρεῖ pro ὀργᾷ. Est autem ὠργημένον glossa mendosa Hippocratis e libro περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν pag. 543, 51. Foes. ubi sic legitur: πινέτω δὲ χλιαρὸν μελίκρητον ἀλφίτων ἐπιπάστων ὀλίγα ἵνα γοῦν ὠργισμένον τὸ σῶμα ᾖ πρὸς Φαρμακοποσίην. Est autem scriptura duplex, vitiosa utraque, ὠργισμένον et ὠργημένον quam arbitraria et commenticia interpretatione significare statuunt παρεσκευασμένον, ἕτοιμον. Scilicet huiusmodi quid locus Hippocratis postulare videbatur, sed quomodo ὠργημένον eam notionem admittat et omnino unde ea forma orta sit ne cogitant quidem. Veram lectionem Galenus in glossis Hippocratis servaverat, sed scribae eius manum vitiarunt in hunc modum: Ἀνωργισμένον τὸ ἀναμεμαλαγμένον, ἐπειδὴ καὶ τὸ μαλάξαι ὀργάσαι, sed fraus perpluit et vel caecus veram lectionem dispiciat. Nempe si τὸ μαλάξαι est ὀργάσαι, manifestum est τὸ ἀναμεμαλαγμένον esse ἀνωργασμένον, non ἀνωργισμένον, ac tenemus pervulgati erroris novum exemplum. Confidenter igitur cum Foesio Hippocrati reddemus: ἵνα ἀνωργασμένον τὸ σῶμα ᾖ πρὸς Φαρμακοποσίην. Absonum plane est γοῦν in vulgata lectione, contra quam recte ἀνωργασμένον, id est ἀναμεμαλαγμένον, in tali re corpus dicatur docent verba Foesii in Oecon. Hippocr. v. Ἀνωργισμένον: »*Praeparatur corpus ad medicamentum si* praehumectetur *ut pharmacis obediat, quod* προϋγρῆναι *dicit Hippocrates libro* περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν p. 547, 9." Itaque destructo utroque Hesychii testimonio verbum ὀργῆσαι pro ὀργάσαι ut fumus tenues dilabitur in auras.

Manifestum est autem verbum ὀργᾶν *gestire, ardenter cupere*, οἰστρεῖν, nihil cum ὀργάζειν commune habere, et Herodotus aliquando suum ὀργάσας recuperabit. Est sane λέξις Hesychiana inexhaustus antiquae Graecitatis thesaurus, sed non est Hesychio testis levior ubicumque aut suo aut alieno vitio lectiones profert portentose corruptas, quod ei sexcenties accidit. Hesychius, qui se Hippocraticas quoque γλώσσας collegisse in Epistola ad Eulogium scribit, quum incidisset in mendosum Codicem ubi ἵνα γοῦν ὠργημένον legeretur, levissime e verbis vicinis collegit ὠργημένον esse παρεσκευασμένον,

ἕτοιμον πρὸς Φαρμακοποσίην. Non esse eam formam Graecis usitatam non venit ei non mentem. Sed quid in mentem venire potuit homini, qui (ut supra vidimus) ὠργᾷ pro ὀργᾷ et ὠργάσαι pro ὀργάσαι securus dare potuerit? Idem homo nil suspicatus mali potuit describere Ὦρσαι: παρορμῆσαι pro Ὄρσαι, et Ὠπιζόμενος: ἐπισρεφόμενος pro ὀπιζόμενος, et Ὠκείλαντες: ὁρμήσαντες duplici errore pro Ὀκείλαντες: ὁρμίσαντες, et Ὠκαχήμεναι pro Ἀκαχήμεναι, et Ὠλιγγιᾶν pro Ἰλιγγιᾶν, et Ὠννησάμην: ἐμεμψάμην pro Ὠνοσάμην, et Ὦννησις: πρᾶσις, μέμψις, ὠφέλεια, ubi stupide confundit ὦνησις, ὄνοσις et ὄνησις, et praeterea emtionem (ὦνησιν) interpretatur esse venditionem (πρᾶσιν). Contrario errore scribit Ὀρύεται: ὑλακτεῖ pro Ὠρύεται, et Ὀμοβόρος: ὠμοφάγος pro Ὠμοβόρος. Nonne est incredibilis stupor hominis qui serio scribat: Ὀλερόν: βορβορῶδες pro Θολερόν, et Ὄλχον: ἐνέδραν pro Λόχον, et Ὄθριζε: διελέγετο pro Ὀάριζε, et Ὀθῶς: ταχέως, si Musis placet, pro Θοῶς, et Οἰσθλά: ἀγαθά pro Ἐσθλά, et Οἰχετηγός: ὑδραγωγός pro Ὀχετηγός, et Ὀρυγγάνει: ἐρεύγεται pro Ἐρυγγάνει et pro nostro ὀργάζειν, ut vidimus, Ὀράζειν: δεύειν, μαλάσσειν. Inter Μίσχος et Μίτρα apud Hesychium legitur Μιτίτριζον: ἐθρήνουν. Bellissimum verbum vides Μιτιτρίζω et Hesychio dignum, qui confudit N et TI et pro T ut saepe alias T substituit, nam glossa est Homerica, ut viri docti viderunt, ex Odyss. Δ. 719:

οἴκτρ' ὀλοφυρομένη. περὶ δὲ δμωαὶ μινύριζον.

Quid denique eo homine faciès, qui tribus locis serio scribere potuit:

Ἀρίχεται: γλίχεται, ἐπιθυμεῖ.
Ἀρόχεται: γλίχεται, ἐπιθυμεῖ.
Ὀριχᾶται: γλίχεται, ἐπιθυμεῖ.

quum semel scribere debuisset Ὀριγνᾶται. Admonet me huius verbi mentio opinionis Dindorfii, qui ad Stephani Thesaurum v. Ὀργῶ ita tuetur ὠργημένον, ut afferat praesens ὀργῶμαι pro ὀργῶ. Posset profecto Datis apud nos bene Graece loqui videri, qui ὀργῶμαι pro ὀργῶ concoquimus, et (ut alibi ostendi) ἐπιθυμοῦμαι, γηράσκομαι, ἀπέχομαι pro ἀπέχω, aliaque quae non sunt minus ridicula quam illius χαίρομαι. Dindor-

fius Photio credit Ὀργωμένοις esse ἐπιθυμοῦσιν, et Suidae obtrudit Ὀργωμένοις, ἐκτεταμένοις, ἐπιθυμοῦσι pro scriptura Codicum ὀργιωμένοις et ὠργυιωμένοις. Sed facile Dindorfio persuadebo emendari oportere Ὀριγνωμένοις: ἐπιθυμοῦσιν, est enim ὀριγνᾶσθαι tam sanum atque ὀργᾶσθαι vitiosum est. Emendate Suidas alio loco: Ὀριγνηθῆναι ἀντὶ τοῦ ἐπιθυμῆσαι. Vide nunc mihi aliud Hesychii flagitium qui bona fide recepit Ὡριγνώμενον: ὀρεγόμενον pro Ὀριγνώμενον. Sed redeo ad verbum ὀργάζω, quod Euripidi restituendum esse censeo in Hippolyto vs. 504. ubi editur:

καὶ μή σε πρὸς θεῶν, εὖ λέγεις γάρ, αἰσχρὰ δέ,
πέρα προβῇς τῶνδ', ὡς ὑπείργασμαι μὲν εὖ
ψυχὴν ἔρωτι.

Quid, quaeso, est εὖ ὑπείργασμαι ψυχὴν ἔρωτι? Respondet vetus Interpres in Scholiis ὑπείργασμαι esse ἐνθάλπομαι. Nullius pretii commentum vides. Quemadmodum Platonis Codices ad unum omnes conspirant in μετρίως εἰργασμένος pro ὠργασμένος, quod quid esset Graeculi nesciebant, plane eodem errore Euripidi ὑπείργασμαι obtrudunt quum poëta dedisset:

ὡς ὑπώργασμαι μὲν εὖ | ψυχὴν ἔρωτι,

id est ὑπομεμάλαγμαι, quo verbo nihil est rei accommodatius.

Satis nunc verbi ὀργάζειν, ἀνοργάζειν et ὑπορgάζειν rationem et usum aperuisse videor ut Galeni et Erotiani gravem errorem redarguere possim. Uterque enim ὀργάζειν et ὀργᾶν imperite confuderunt, et novo errore ὀργάσασθαι pro ὀργάσαι dici posse opinati sunt. Erotianus ita scribit: Ὀργίσασθαι (alii ὀργήσασθαι, sed ὀργάσασθαι ab eo scriptum esse eius interpretatio demonstrat) τὸ ὁρμὴν ἔχειν πρός τι καὶ ὀργᾶν τὴν γῆν πρὸς τὴν ἐκβολὴν τοῦ καρποῦ. ὀργίσασθαι (L. ὀργάσασθαι) οὖν εἶπε τὸ εἰς παράσασιν ἀγαγεῖν τὰ ὑγρὰ καὶ πρὸς ἔκκρισιν ἑτοιμάζειν. Primum supple pauca verba, quae excidisse apparet, in hunc modum: καὶ ὀργᾶν, (ὥσπερ εἰώθαμεν λέγειν ὀργᾶν) τὴν γῆν κτέ. Repetitum ὀργᾶν, ut vides, peperit errorem. Est autem illa Erotiani interpretatio plane commenticia et de nihilo impudenter ficta. Excogitavit aliquid quod in locum Hippocratis quodam modo quadrare videretur. Locum esse conclamatum et sensu vacuum ne cogitat quidem. Ni-

hil huc facere ἡ γῆ ὀργᾷ πρὸς τὴν ἐκβολὴν τοῦ σίτου non sentit. Eodem iure haec verba composueris cum locutione πηλὸν ὀργάζειν. Tum vide mihi quam lepide rationem concludat: »ὀργάσασθαι, inquit, est ὁρμὴν ἔχειν πρός τι καὶ ὀργᾶν. *Ergo* ὀργάσασθαι *dixit pro* εἰς παράσασιν ἀγαγεῖν (quae verba sunt sensu vacua) et πρὸς ἔκκρισιν ἑτοιμάζειν." Haec certe verba intelligimus, sed quae tandem necessitudo esse potest inter τὸ ὁρμὴν ἔχειν πρός τι et τὸ πρὸς ἔκκρισιν ἑτοιμάζειν? Ineptiae hae sunt et commenta, qualia multa apud eos deprehenduntur, qui vulgo eruditissimi Graecitatis interpretes esse existimantur. Multum vereor ut mihi credatur, sed tot exempla inscitiae et temeritatis et impudentiae congeram ut secus sentientibus ad illud Aristophanis confugiendum sit: οὐ γὰρ πείσεις οὐδ' ἢν πείσῃς. Sat scio neminem esse caeciorem quam eum qui oculis suis uti nolit, sed non deterrebor quo minus id quod verum sit et aperte dicam et omnibus, quibus possim, argumentis confirmem. Compara nunc mihi Erotiani interpretationem cum Galeni qui ita scribit: Ὀργάσασθαι: ἀναμῖξαι, συγκεράσαι. Haec quoque commenticia sunt et de nihilo ficta. Erotianus et Galenus ὀργάσασθαι numquam legerant praeterquam in libro VI. Epidemiorum loco mendoso ac deposito. Unde igitur scire poterant quo sensu diceretur? Nesciebant hercle, sed excogitarunt aliquid quod reliquis loci verbis quodammodo accommodari posset. Quam sit haec interpretandi ratio sana et solida et quam certa pariat unusquisque videt. Ex verbo ὀργάζειν nascitur nomen ὀργασμός analogia tam certa quam frequenti, ut turpissimus sit Galeni error nomen hoc ab ὀργᾶν repetentis. Ὀργασμός *uno* tantum loco occurrit apud Hippocratem περὶ χυμῶν II. 2. ad quem locum optima Erotiani annotatio ex eius λέξει olim elapsa in multis Hippocratis Codicibus reperta est et saepius edita. Ipse olim in Bibliotheca Vaticana reperi Hippocratis Codicem, in quo Erotiani λέξις mendosissime scripta ut in reliquis omnibus praemissa esset, et praeterea complures Erotiani annotationes in ipsa λέξει nescio quomodo omissae in libri ora ad eum Hippocratis locum quo quaeque pertineret essent adscriptae. Easdem postea a se repertas edidit Daremberg in »*Notices et Extraits des Manuscrits Médicaux des principales Bi-*

hèques de l'Europe, p. 198. sqq. Rectissime igitur Erotus ad haec verba Hippocratis p. 47, 36. Foes.: *ὀργας, ἄνοιξις, κένωσις, θάλψις*, annotavit:

ὀργασμός: μαλαγμός. μέμνηται τῆς λέξεως καὶ Σοφοκλῆς ἀνδάρῳ (Πανδώρᾳ) *λέγων·*

καὶ πρῶτον ἄρχον (ἄρχου) *πηλὸν ὀργάζειν χεροῖν.*

Ἀττικοὶ δὲ ἰδίως λέγουσιν ὀργάσαι τὸ τὰ ὑγρὰ τοῖς ξηροῖς καὶ ἀναφυρᾶσαι καὶ οἷον πηλὸν ποιεῖν. Compone nunc cum his Galeni opinionem *ὀργασμός* ab *ὀργᾶν* repetentis, neque per analogiam ullo pacto fieri potest neque per rsissimam utriusque verbi significationem. Deinde reputa n sit inscitum pro *ὀργίσαι* velle *ὀργίσασθαι* substituere et *ργάσαι* colligere *ὀργάσασθαι* quoque recte dici, et fateberis e iudicasse Ermerinsium quum scriberet: »Galenum et osque alios sive eiusdem sive recentioris aevi *linguam cam antiquam non satis accurate novisse.*" Simul vides ista omnia imperite comminisci ac de nihilo fingere ut rpretetur locum pessime corruptum et lumine cassum, n nemo umquam intellexit et nemo umquam est intelle-us.

O curas hominum! o quantum est in rebus inane!

lem locus Hippocratis, de quo agimus, patefacit et in vocabulo prisco levitatem et inscitiam eorum, qui Hipatis *γλώσσας* explanaverunt. Erat in antiquis libris:

Εὐρῦναι *ϛενυγρῶσαι τὰ μὲν, τὰ δὲ μή.*

uaesitum est quid esset *ϛενυγρῶσαι*. Facile apparet, nam- in his contraria contrariis opponuntur *λεπτῦναι παχῦναι*, *ναι τρηχῦναι, σκληρῦναι μαλθάξαι, ἐπεγεῖραι ναρκῶσαι.* madmodum igitur inter se opposita sunt *λεπτός — παχύς*, ς — *τρηχύς, σκληρός — μαλθακός*, sic et *εὐρύς — ϛενυ-*; *latus — angustus.* *Στενυγρός* est forma Ionica vetus *ϛενός* producta ut *πενιχρός* ex *πένης*. Iones dicebant *ϛενυ-*; *ϛενυγρῶσαι, ϛενυγροχωρίη* pro *ϛενός, ϛενῶσαι* et *ϛενοχω-*, ut verissime Galenus docuit et ad hunc ipsum Hippocratis m et ad librum *de Articulis* Tom. XII. p. 525. Chart. ubi *ἐν ταύτῃ τῇ ϛενοχωρίῃ* in suis libris reperit antiquam et bam scripturam *ἐν ταύτῃ τῇ ϛενυγροχωρίῃ*, quam recte ordine interpretatus est. Factum est tamen nescio quo-

modo ut falsa opinio, quam iure Galenus reprehendit, et antiquioribus ἐξηγηταῖς praeplacuerit et ipsi Ermerinsio. Adscribam Galeni nunc quidem verissima monentis annotationem: τὴν δευτέραν συλλαβὴν τοῦ στενυγρῶσαι ψιλοῦντας οὐ δασύνοντας ἀναγνωστέον ἐστίν. οὐ γὰρ ἔγκειται τὸ ὑγρὸν ἐν τῇ λέξει καθάπερ ἄν τις οἰηθείη μὴ γιγνώσκων ὑπὸ τῶν Ἰώνων τὸ στενὸν ὀνομάζεσθαι στενυγρόν. ἀλλὰ τούτου γε μαρτύριόν ἐστιν αὔταρκες τὸ παρὰ τῷ Σιμωνίδῃ γεγραμμένον·

οὐκ ἄν τις οὕτω δασκίοις ἐν οὔρεσιν
ἀνὴρ λέοντ' ἔδεισεν οὐδὲ πάρδαλιν
μοῦνος στενυγρῇ συμπεσὼν ἐν ἀτραπῷ.

Haec ad Epidem. VI. notavit. Similia his ad librum *de Articulis*: οὐκ ἔστι σύνθετον ὄνομα τὸ στενυγροχωρίη ἔκ τε τοῦ ὑγροῦ καὶ τοῦ στενοῦ καὶ τῆς χώρας γεγονός, ὥς τινες νομίζουσιν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ στενυγρὸν ὅπερ οὐδ' αὐτὸ πλέον σημαίνει τοῦ στενοῦ κατὰ παραγωγήν τινα γεγενημένης στενυγροχωρίας μηδὲν πλέον δηλούσης τῆς στενότητος. εὔδηλον δὲ τοῦτο κἀξ ὧν Σιμωνίδης εἶπεν ὧδέ πως ἐχόντων·

οὔπω τις οὕτω κτέ.

apponit eundem locum nisi quod συντυχών pro συμπεσών substituit. Non placet haec interpretatio Ermerinsio; cuius haec verba sunt: »Mihi non persuadet Galenus στενυγρός idem esse quod στενός. Simonidis locus omnino admittit notionem semitae angustae simul *ac madidae*, ita ut in coeno viator pedem figere difficulter possit." Non dicam in Graecia fieri non solere ut in angusta calle δασκίοις ἐν οὔρεσι viatoris pes in luto haereat: utilius demonstrabo στενυγρόν nihil aliud quam *arctum* et *angustum* significare. Proferam, ut hoc vincam, pervetustum Apollinis oraculum, quod eadem opera veteri mendo liberabo. Pertinet ad antiquam Heraclidarum historiam reditum in Peloponnesum molientium, et ab Ephoro (ut satis certum est) sumtum ab Oenomao Cynico nobis servatum est in eo libro, quo oracula derisit, unde excerpsit Eusebius Praepar. Euang. V. 20. Aristomacho Heraclidae oraculum consulenti respondit Apollo:

Νίκην σοι φαίνουσι θεοὶ δι' ὁδοῖο στενυγρῆς.

Aristomachus si accepisset ea verba quemadmodum Ermerins fortasse Peloponneso potiri potuisset. Nunc autem, quo-

niam ὁδὸς στενυγρή nihil aliud significabat quam *via angusta*, per angustas Isthmi fauces irrumpens in proelio cecidit: καὶ ὃς διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ ὥρμησε καὶ μάχῃ τελευτᾷ. Filius Aristomachi novam spem inchoans consulto Apolline idem responsum tulit:

Νίκην σοι Φαίνουσι θεοὶ δι' ὁδοῖο στενυγρῆς,

sed queri coepit et Deo obiicere patrem suum eodem oraculo fretum misere periisse, cui Apollo: οὐ κατὰ γῆν λέγω στενυγρὴν (ut unusquisque ex usu loquendi id vocabulum accepisset) ἀλλὰ κατὰ τὴν εὐρυγάστορα, teste Oenomao l. l. vel, ut apud Apollodorum legitur in Biblioth. II. 8. § 6. Apollo respondit eos τοὺς χρησμοὺς οὐ συμβάλλειν. λέγειν γὰρ στενυρὰν τὴν εὐρυγάστορα. Iure Oenomaus Apollinem increpat his verbis: εἶτ' οὐκ ἠπίστασο ὅτι διαμαρτήσεται τῆς στενυρῆς ὁ τὴν στενυρὴν ἀκούσας; Satis apparet ex his quo sensu ὁδὸς στενυρή a Graecis acciperetur, nempe plane eodem quo ἀτραπὸς στενυρή auctore Galeno apud Simonidem accipiendum est. Simul apparet recte me in oraculo reposuisse δι' ὁδοῖο στενυρῆς pro vulgata lectione δι' ὁδοῖο στενύγρων, quod sensu vacuum est, nam στενυρῆς verum esse verba Oenomai et Apollodori liquido demonstrant. Est igitur στενυρός Ionica paragoge pro στενός, et στενυροχωρίη idem quod στενοχωρία, et στενυρῶσαι idem quod στενῶσαι, id quod vel sola oppositio in Εὐρῦναι στενυρῶσαι satis ostendere poterat. Ad hanc lucem nunc mihi specta levitatem eorum, qui de suo commenti sunt in adiectivo Ionico τὸ ὑγρὸν ἐγκεῖσθαι. Diserte eam opinionem commemorat Galenus in Gloss. Hippocr. p. 566: Στενυγρῶσαι: στενῶσαι. τινὲς δὲ τὸ συναγαγεῖν τῶν ὑγρῶν τὰς διεξόδους καὶ ξηρᾶναι. Audi nunc Erotianum p. 330: Στενυγρῶσαι: ἀποστεγνῶσαι καὶ πυκνῶσαι τόπον τινὰ ἐν ᾧ ἡ ὑγρασία ἐστίν. Vides haec omnia arbitraria et commenticia esse et ex levi suspicione profecta. Referuntur ad *unicum* locum Hippocratis, quem nemo intelligit. Numquam στενυρός aut στενυροῦν eo sensu positum apud quemquam legerant; est enim adiectivi στενυρός tam rarus usus ut praeter oraculum, quod attulimus, et Simonidis senarium a Galeno laudatum *nusquam alibi* occurrat nisi in Hesychii glossa corrupta: Στένυτρον: εὐρυπωδέστερον καὶ συριγγῶδες, quam optime emendavit Bentleius: Στενυρόν: εὐριπῶδες, στενὸν καὶ

συριγγῶδες. Itaque in vocabulo tam raro et paucissimis noto homines eruditi ludebant, ut Cicero alicubi quum temere vocabuli originem finxisset suaviter addit: »*lusisse putemur, si nihil sit.*" Est idem genus praestigiarum, quo etiam nunc multi interpretes abutuntur. Magna dexteritate substituunt alteri alterum, deinde quasi sit idem quidvis ex quovis nullo negotio efficiunt. Στενυγρῶσαι, inquiunt, est συναγαγεῖν τῶν ὑγρῶν τὰς διεξόδους: hoc vero est ξηρᾶναι: ergo στενυγρῶσαι est ξηρᾶναι. Eodem modo eos audivimus dicentes: ὀργίσασθαι τοὺς χυμούς est οἷον εἰς ὀργὴν προτρέψαι, hoc vero est πρὸς ἔκκρισιν ἑτοιμάσαι: ergo ὀργίσασθαι nihil aliud est quam πρὸς ἔκκρισιν ἑτοιμάσαι. Non est hoc interpretari, sed de nihilo aliquid comminisci et ludere spretis et interpretandi legibus et Graecitatis usu. Sint igitur quamtumvis veteres et in media Graecia nati et docti, nos eorum auctoritatem iure aspernabimur et eorum testimoniis si sapimus nihil credemus.

Alias plura daturus nunc quidem Galeni Commentarios depono de manibus.

C. G. COBET.

(*Continuabitur*).

IOHANNIS CHRYSOSTOMI LOCUS CORRECTUS.

In oratione Iohannis Chrysostomi *in laudem Pauli Apostoli* praemissa Hemsterhusii et Valckenaerii Orationibus selectis p. XLII. de Paulo haec leguntur: μὴ γάρ μοι πόλεις εἴπῃς καὶ ἔθνη καὶ βασιλεῖς καὶ στρατόπεδα καὶ ὅπλα καὶ χρήματα καὶ σατραπείας καὶ δυναστείας· οὐδὲ γὰρ ἀράχνην ταῦτα εἶναι ἐνόμισεν. Ultima vetus Interpres Ananius ita vertit: *Haec enim ille aranearum fila reputavit*, et aliquid de aranearum telis Editor annotavit. Non memini me videre bestiolam molestiorem quam haec est apud Chrysostomum *aranea*. Quamquam οὐδὲ pro καί accipitur et ἀράχνης pro ἀράχνια tamen sententia exit absurda. Si coniecturas non reformidas lege mecum: οὐδὲ γὰρ ἀρχὴν ταῦτα εἶναι ἐνόμισεν.

C. G. C.

OBSERVATIONES CRITICAE

IN

CORNELII TACITI LIBROS.

SCRIPSIT W. G. PLUYGERS.

Vit. Agric. c. 22. »Nec Agricola umquam per alios gesta avidus intercepit; seu centurio seu praefectus incorruptum facti testem habebat." Agricolae Tacitum eandem laudem attribuisse suspicor quam Cicero Lucullo in Or. pro Murena § 20. ubi extollitur Luculli virtus, qui legato tantum laudis impertiverit »quantum neque ambitiosus imperator neque invidus tribuere alteri in communicanda gloria debuit." Corrigo: »Nec Agricola umquam per alios gesta *invidus* intercepit."

Hist. I. 4. »Finis Neronis ut laetus primo gaudentium impetu fuerat, ita varios motus animorum non modo in urbe apud patres aut populum aut urbanum militem, sed omnes legiones ducesque conciverat." Non multum differt utrum dicas: haec res laeta mihi accidit, an: gaudeo hanc rem ita evenisse. Itaque principium huius loci significat: qui primo impetu gaudebant Neronem esse mortuum gaudebant eum esse mortuum. Suspicor Tacitum scripsisse »primo *audientium* impetu" Pari audacia dicitur Hist. I. 76. »Longinquae provinciae penes Othonem manebant, non partium studio, sed occupaverat animos prior auditus."

Hist. I. in capite 76, cuius partem modo adscripsi, exponuntur copiae et vires partium initio belli Vitelliani. »Ne Aquitania quidem quamquam a Iulio Cordo in verba Othonis obstricta diu mansit. nusquam fides aut amor: metu ac necessitate huc illuc mutabantur." Incerti ac suspensi animi provincialium significantur, qui »huc illuc *nutabant*." Hist. II. 98. »primo Valerius Festus legatus studia provincialium cum fide iuvit; mox nutabat palam epistolis edictisque Vitellium, occultis nuntiis Vespasianum fovens." Hist III. 49. Medicei »nutatione" apud ceteros abiit in »mutatione."

Hist. II. 5. »Vespasianus acer militiae anteire agmen, locum castris capere, noctu diuque consilio ac si res posceret manu hostibus obniti." In belli duce strenuo atque industrio laudari solet quod curam loci castris idonei eligendi ipse suscipit, non praefecto aut centurioni mandat. Lege: »locum castris *ipse* capere." Vit. Agric. 20. »loca castris ipse capere, aestuaria ac silvas ipse praetentare."

Hist. II. 7. Vespasiano Mucianoque consultantibus placuit belli Othoniani exspectare exitum. »Victores victosque numquam solida fide coalescere, nec referre Vitellium an Othonem superstitem fortuna faceret. rebus secundis etiam egregios duces insolescere: discordiam his, ignaviam, luxuriem; et suismet vitiis alterum bello alterum victoria periturum." Egregiis ducibus quos tamen secundae res corrumpant opponuntur Otho et Vitellius vitiis nunc iam dissoluti. At discordia non est vitium. Lego: »*socordiam* his ignaviam luxuriem."

Hist. II. 26. »Caecina non simul cohortes sed singulas acciverat." Facile excidere potuit vocula necessario revocanda: »non *omnes* simul cohortes."

Hist. II. 29. Milites seditiosi Valentem invadunt, saxa iaciunt, fugientem sequuntur, »spolia Galliarum et Viennensium aurum et pretia laborum suorum occultare clamitantes. direptis sarcinis tabernacula ducis ipsamque humum pilis et lanceis rimabantur." Spolia Galliarum et aurum Viennense

ipsa sunt praemia laborum suorum quae ducem intervertisse querebantur milites. Ergo dele *et* ante »pretia."

Hist. II. 56. Post prosperas apud Bedriacum res Vitelliani per municipia et colonias dispersi spoliare rapere vi et stupris polluere. »ipsi milites regionum gnari refertos agros dites dominos in praedam aut, si repugnatum foret, ad excidium destinabant. »Dites *domos*" ad excidium milites destinabant, nempe in oppidis cuius agri vexabantur.

Hist. II. 76. Vespasiani incertum ac dubium animum ad bellum impellit Mucianus. Cuius orationis initium est: »omnes qui magnarum rerum consilia suscipiunt aestimare debent an quod inchoatur rei publicae utile ipsis gloriosum aut promptum effectu aut certe non arduum sit." Sive haec in duas partes distribuuntur — quod dupliciter fieri potest prouti »rei publicae utile" et »ipsis gloriosum" una sententia comprehendas, aut »ipsis gloriosum" cum sequentibus coniungas —; sive tria sunt quae consideranda proponuntur, salus rei publicae, gloria hominis et rei gerundae facultas, sententia requirit ut legatur »*ac* promptum effectu."

Hist. III. 1. Duces Flaviani in Pannonia de ratione belli deliberant. Placuit nonnullis cunctando ducere bellum, »superesse Vespasiano mare, classes, studia provinciarum, per quas velut alterius belli molem cieret. ita salubri mora novas vires adfore et praesentibus nihil periturum." An »et *ex* praesentibus?"

Hist. III. 64. Vitellium ad pacem cum Flavianis inclinantem monent amici nullam umquam cum aemulo imperii sinceram fore concordiam nec posse principatum nisi cum vita deponi. »Fabium illis Valentem captivum et casibus dubiis reservatum praegravem fuisse: nedum Primus ac Fuscus et specimen partium Mucianus ullam in Vitellium nisi occidendi licentiam habeant." Specimen partium per se satis intelligitur, sed non perspicitur quam ob rem hac in causa Mucianus eo nomine indicetur. In mentem mihi venit Tacitum

scripsisse »et *regimen* partium Mucianus." Et vero erat hoc tempore Mucianus Flavianorum rector, cuius opera in partibus insignior adeo fuerat quam ipsius Vespasiani. In certo quodam scribendi genere vix dignoscitur PECIMEN et REGIMEN. Ea scriptura archetypum Medicei fuisse compositum partim constat ex Ann. XIII. 3. ubi Neronis nomen abiit in *ne pro*, partim ex Ann. XI. 7. Med. »et postquam annuit *tacere* incipiunt," pro: »annuit ita *agere*." Eiusdem generis est Ann. IV. 24. Med. »excito cum popularibus *rece*pto lameo;" pro: »*rege* Ptolemaeo," et Ann. IV. 30. Med. »Serenus *amor cum* reportatur" pro: »*Amorgum*." Ita in loco nostro librarius ante oculos habens *regimen*, *pecimen* videre sibi visus, necessario ad scripturam *specimen* adductus est, quippe unicum vocabulum latinum quod prope ad *pecimen* accederet.

Hist. IV. 32. »Caesorum eo die in partibus nostris maior munerus et imbellior; e Germanis ipsa robora." Mihi quidem hoc loco sententia opponendi particulam flagitare videtur: »maior numerus *sed* imbellior."

Hist. IV. 49. »Claudius Sagitta praefectus alae Petrinae prospera navigatione praevenit Papirium centurionem a Muciano missum, adseveravitque mandata interficiendi Pisonis centurioni data." Legerim »*propera* navigatione praevenit." Hist. IV. 79. »Simul Cerealis propero agmine subvenit." Quid mirum hoc loco aut aliis quibuscunque locis *prospera* et *propera* confundi, si apud Festum p. 253. invenimus »properam pro celeri ac strenua dixisse antiquos testimonio est Cato cum ait in libro de re militari: tertia e castris eductio celeris *prosperaque* est."

Hist. IV. 57. Vocula de Gallis: »melius divo Iulio divoque Augusto notos eorum animos: Galbam et infracta tributa hostiles spiritus induisse." Induendi verbum ridicule ad spiritus transfertur. Lege: »hostiles spiritus *indidisse*," ut c. 34: »ac forte Civilis lapsu equi prostratus, credita per utrumque exercitum fama vulneratum aut interfectum, immane quantum suis pavoris et hostibus alacritatis indidit." Erunt fortasse

qui induendi verbi translationem defendere conabuntur loco ex Ann. III. 7. »Tum exuto iustitio reditum ad munia." Sed iustitium Tacito est pro luctu et per comprehensionem pro insignibus luctus, vestibus pullis. Hinc Ann. II. 82. »ante edictum magistratuum ante senatus consultum *sumpto* iustitio deserebantur fora, claudebantur domus."

Ann. I. 2. Postquam »interfecto Antonio ne Iulianis quidem partibus nisi Caesar dux reliquus posito triumviri nomine consulem se ferens et ad tuendam plebem tribunicio iure contentum, ubi militem donis populum annona cunctos dulcedine otii pellexit, insurgere paulatim." Se ferre eam habet potestatem ut cum substantivis non cum adiectivis coniungi possit. Legendum est »tribunicio iure *contentus*."

Ann. I. 3. »Ut Agrippa vita concessit L. Caesarem euntem ad Hispanienses exercitus, Gaium remeantem Armenia et vulnere invalidum mors fato propera vel novercae Liviae dolus abstulit." Latinum est »senecta ac debilitate pedum invalidus" (Hist. I. 9), sed *ex* vulnere invalidus, ut »truncato ex vulneribus corpore" (Ann. I. 17); nam affecta aetate et debilitate pedum continetur infirma valetudo, sed gignunt eam corporis conditionem vulnera. Ergo hoc loco restituendum est »et *ex* vulnere invalidum." Error facilis ac frequens. Ann. XIV. 60. Med. »vulgus cui minor sapientia ex mediocritate fortunae pauciora pericula sunt;" pro »*et* ex mediocritate." Ann. XVI. 8. Med. »Silanus intentior metu et etio patrui ad praecavendum exterritus erat" pro: »et *exitio* patrui." Hist. III. 1. Med. »novas vires adfore et praesentibus nihil periturum; pro »et *ex* praesentibus." Hist. III. 15. Med. »et Brittannia auxilia Vitellius acciverat;" pro: »et *ex* Brittannia." Contra *et* per dittographiam infertur Ann. XVI. 32. Med. »Egnatius habitu et ore ad exprimendam imaginem honesti et exerciti," pro »ad expr. im. honesti exercitus."

Ann. I. 10. Post mortem Augusti multus de eo sermo aut laudantium aut vituperantium. Hi inter alia disserebant »si-

mulatam Pompeianarum gratiam partium: mox ubi decreto patrum fasces et ius praetoris invaserit caesis Hirtio et Pansa, sive hostis illos seu Pansam venenum vulneri adfusum sui milites Hirtium et machinator doli Caesar abstulerat, utrimque copias invasisse." Haec omnia aliorum non scriptoris oratione proponuntur. Ergo legendum est »*abstulerit*" ut supra legitur »invaserit" et mox in eadem oratione »arma quae in Antonium acceperit."

Ann. I. 13. »Augustus supremis sermonibus cum tractaret quinam adipisci principem locum suffecturi abnuerent aut impares vellent, vel iidem possent cuperentque, M. Lepidum dixerat capacem sed aspernantem, Gallum Asinium avidum et minorem, L. Arruntium non indignum et, si casus daretur, ausurum." Arruntio utrumque conceditur et dignitas et voluntas, ceteris duobus alterum tribuitur alterum denegatur. Itaque si orationis compositionem ad sententiam Augusti accommodare voluit Tacitus usus est particula exceptiva »Gallum Asinium avidum *sed* minorem."

Ann. I. 34. Germanicus seditiosorum militum »adsistentem contionem, quia permixta videbatur, discedere in manipulos iubet: sic melius audituros responsum; vexilla praeferri, ut id saltem discerneret cohortes: tarde obtemperavere." In hac compositione »id saltem" artissime cohaerentia hanc sententiam efficiunt: ut quamquam milites diversarum cohortium permixti manerent praelata saltem vexilla cohortes discernerent. Verum nisi sunt discreti milites, etiamsi proponuntur vexilla, cohortes permixtae sunt. *Id* delendum est et *saltem* ad totam sententiam referendum, »ut saltem discerneret cohortes" scil. Germanicus.

Ann. I. 40. Milites exasperati aegre retenti sunt quominus legatis a senatu atque a principe missis vim et caedem afferrent. »Eo in metu arguere Germanicum omnes, quod non ad superiorem exercitum pergeret, ubi obsequia et contra rebelles auxilium." Obsequia sunt facta obsequiosorum hominum, ut Ann. III. 65. »primores civitatis quibus claritudo

sua obsequiis protegenda erat." Hoc loco sententia requirit *obsequium*.

Ann. I. 41. Germanicus amicorum precibus resistens ipse in castris permansit, sed uxorem gravidam et parvulum filium a se dimisit. »Incedebat muliebre et miserabile agmen, profuga ducis uxor parvulum sinu filium gerens, lamentantes circum amicorum coniuges quae simul trahebantur; nec minus tristes qui manebant. Non florentis Caesaris neque suis in castris, sed velut in urbe victa facies gemitusque ac planctus etiam militum aures oraque advertere." Qui hoc loco vulgatam lectionem tuentur verba »neque suis in castris" cum Caesare coniungunt in hunc modum: facies Germanici quae non erat florentis Caesaris neque in suis castris agentis etc. Durissima sane verborum constructio. Equidem illa verba ad faciem referens pronomen *quae* post *neque* restituo, »neque *quae* suis in castris, sed velut in urbe victa facies."

Que et *quae* deinceps posita ubique varios errores pepererunt. Ann. VI. 35. (51) pari errore atque in loco nostro Medicus alterum omittit: »pro ingenio cuius quaesiti decretique in principem honores;" pro: »cuius*que* quaesiti." Ann. XII. 62. Med. »memorabantque quae," pro »memorabant *quaeque*; Ann. XIII. 8. Med." aliis quaeque Cappadocia hiemabant, »pro *alisque quae* in C. h.;" Ann. XIV. 61. Med. »mutata quaeque," pro »mutata*que quae*." etc.

Ann. I. 51. Germaniam Caesar ferro flammisque pervastat sine vulnere militum »qui semisomnos inermos aut palantes ceciderant. Excivit ea caedes Bructeros, Tubantes, Usipetes, saltusque per quos exercitui regressus insedere. quod gnarum duci incessitque itineri et proelio. pars equitum et auxiliariae cohortes ducebant" etc. Ad »incessitque itineri et proelio" Orellius haec: »Nota hunc Dativi usum simillimum huic Ann. XIII. 40: *qui viae pariter ac pugnae composuerat exercitum*. Cf. Curt. III. 8. *itineri simul paratus et proelio*." Mihi vero in his locis Dativi usus dissimillimus videtur loco nostro. Crebro apud Tacitum veniendi et mittendi verba cum Dativo coniunguntur sed numquam absque participio rem gerundam sig-

nificanti; velut: mittere distrahendo hosti, Ann. I. 60; venire augendis stipendiis, Ann. I. 26; venire reddendae dominationi, Ann. VI. 42. (49). Sed quae supra leguntur sine exemplo dicta sunt. Emendationis viam monstravit eiusdem Orellii industria qui ipsos locos attulit unde discimus quibus verbis sententia scriptoris sit comprehendenda. Dedit Tacitus nisi fallor: »incessitque itineri et proelio *pariter paratus*. pars equitum" etc. Librarius scilicet oculos a *pariter* ad *pars* traiecit.

Coniecturam meam litteramque labialem quater deinceps ab initio vocabulorum repetitam Orellio certe non probassem, qui Hist. I. 10. Mucianus »in secretum Asiae repositus tam prope ab exule fuit quam postea a principe" certissimam Acidalii emendationem *sepositus* reiecit, partim quod »σιγματισμὸν efficeret prorsus ingratum." Ergo iudicat non scripsisse Tacitum »in secretum Asiae sepositus" quia insuavis sit tot litterarum sibilantium concursus. Itane vero. Num igitur aliter iudicandum est de vit. Agric. 16: et *s*editio *s*ine *s*anguine *s*tetit" de Hist. I. 26. »rem publicam foedare principi*s* *s*ui *s*anguine *s*obrii parabant;" de Hist. II. 18: »mox velle *s*imulan*s* quo plu*s* auctoritati*s* ine*ss*et consiliis *s*i *s*editio mitesceret;" de Hist. III. 66. »ipsum *s*ane *s*enem et pro*s*peri*s* adver*s*i*s*que *s*atiatum;" de Hist. IV. 42. »rapti*s* con*s*ularibu*s* *s*poliis *s*eptuagie*s* *s*e*s*tertio *s*aginatu*s* et *s*acerdotio fulgen*s*;" de Hist. V. 5. »quippe Liber fe*s*to*s* laeto*s*que ritu*s* po*s*uit, Iudaeorum mo*s* ab*s*urdu*s* *s*ordidu*s*que;" et de aliis compluribus locis, in quibus omnibus littera *s* crebrius etiam auditur quam in »in secretum Asiae sepositus." Ergone omnes hos locos Tacito abiudicavit Orellius?

Mihi totum hoc disputandi genus, utpote in sermone cuius sonum penitus ignoramus, lubricum videtur admodum et subineptum, et leve prorsus aut nullum momentum in diiudicandis veterum scriptorum lectionibus afferre aures nostrae. Romanorum Taciti aequalium aures an eiusdem litterae saepius deinceps repetitae sonum fastidiverint nescio; hoc affirmare ausim ipsum Tacitum ad eam rem prorsus non attendisse. Ita statuendum esse de littera *s* vidimus supra; nec aliter eum in ceteris litteris fecisse demonstrant loci quales sunt Hist. I. 25. »com-

munc omnes metu mutandae militiae terrebantur;" Hist. I. 29. »adfertur rumor rapi in castra; Hist. II. 76. »nero nobilitate natalium;" Hist. III. 29. »et superiacta telа testudine laberentur." Hist. IV. 34. »incendiis flagrantium villarum venire victorem exercitum intelligebatur" et mox »in conspectu castrorum constitui signa — Vocula iubet." Nec quidquam peculiare habuisse litteram *p* ut eius repetitio diligentius a Tacito sit evitata quam ceterarum omnium apparet ex Germ. 17. »proxima pars pectoris patet;" ex Hist. I. 48. »legioni post praeturam praepositus probatusque," et ex multis aliis locis.

Hoc iam me obtinuisse spero: si »incessitque itineri et proelio pariter paratus" sententiae satisfacit et latinitati, si scribentis error quem suspicatus sum facilem habet demonstrationem, non reiiciendam esse coniecturam meam, si orationem efficit quae nonnullorum auribus minus grata accidat.

Ann. I. 63. In expeditione Germanica Caecinae imperat Caesar ut pontes longos quam maturrime superet, »angustus is trames vastas inter paludes et quondam a L. Domitio aggeratus; cetera limosa, tenacia gravi caeno aut rivis incerta erant." Distinguuntur a Tacito loca in paludibus ubi aquae fluitabant, ab iis quae inter aquas eminebant »limosa *tenaci ac* gravi caeno."

Ann. II. 63. Maroboduus Marcomannorum rex seditione popularium regno expulsus se fortunasque suas Tiberio permisit. »et Maroboduus quidem Ravennae habitus ne si quando insolescerent Suevi quasi rediturus in regnum ostentabatur: sed non excessit Italia." Particulam *ne* retinent alii, quamquam nullam loci probabilem interpretationem afferentes, alii abiiciunt, sine ulla demonstratione unde orta sit interpolatio. Equidem legerim: *nisi quod* si quando insolescerent Suevi quasi rediturus in regnum ostentabatur »i. e. Ravennae quidem solebat haberi Maroboduus; sed si Suevi insolescerent tamquam reducturus in regnum Tiberius eum Germaniae finibus admoveri iubebat. Librarius imprudens post prius *si*

ea verba continuavit quae in archetypo post alterum *si* posita erant.

Ann. III. 3. In luctu ob mortem Germanici »Tiberius atque Augusta publico abstinuere inferius maiestate sua rati si palam lamentarentur, an ne omnium oculis vultum eorum scrutantibus falsi intelligerentur. matrem Antoniam non — reperio ullo insigni officio functam — seu valetudine praepediebatur, seu victus luctu animus magnitudinem mali praeferre visui non toleravit. Facilius crediderim Tiberio et Augusta, qui domo non excedebant, cohibitam, ut par maeror, et matris exemplo avia quoque et patruus attineri viderentur." In postremis verborum structura facili emendatione ad sententiam scriptoris accommodari potest legendo: »ut pari maerore et matris exemplo" etc. Ita quoque tollitur dura syntaxis nominativi »par maeror" ad verbum »viderentur" relati. Vulgata lectio significat operam dedisse Tiberium et Liviam ut ne minus graviter Antonia Germanici mortem ferre videretur quam ipsi ferrent. Sed plane contrarium efficere studebant, nempe ut ipsorum maeror falsus vero Antoniae maerori par videretur.

Ann. III. 5. Fuerunt qui Germanico mortuo ne solitos quidem et cuicunque nobili debitos honores contigisse quererentur: »non fratrem nisi unius diei via, non patrem saltem porta tenus obviam." Ciceronis est II. de divinat. § 27: »quum iam progressus esset multorum dierum viam;" et Taciti II. Hist. 57: »paucorum dierum iter progressus." Uterque opinor in alia re dixisset: paucorum dierum viam, sive iter, obviam itum est. Cur igitur Tacitum in elliptico dicendi genere aliter locutum esse putemus, et hoc loco posuisse »unius diei via" pro *viam?*

Ann. III. 12. In oratione Tiberii apud senatum quum quaestio de morte Germanici haberetur leguntur haec: »id solum Germanico super leges praestiterimus quod in curia potius quam in foro, apud senatum quam apud iudices, de

morte eius anquiritur" In quibus nisi curiae et fori appellatione senatores et iudices comprehenduntur inepta sane est loci ubi quaestio haberetur commemoratio: sin vero non locus dumtaxat, sed in curia senatores, in foro iudices cogitandi sunt, qua de causa eadem res bis proponitur, »in curia" et »apud senatum, »in foro" et »apud iudices? Equidem »apud senatum et apud iudices" delerem, si certa et indubitata interpolationis huius generis vestigia in Annalibus deprehendissem. Alterum tautologiae exemplum deprehendimus Ann. XIV. 27. »veterani neque coniugiis suscipiendis neque alendis liberis sueti orbas sine posteris domos relinquebant," ubi »sine posteris" nihil sententiae addit quod non in adiectivo *orbus* insit.

Ann. III. 28. Principium huius capitis ita lego: »Tum Cn. Pompeius tertium consul corrigendis moribus delectus; *sed* gravior remediis, quam delicta erant, suarumque legum auctor idem ac subversor quae armis tuebatur armis amisit." Med. »et gravior."

Ann. III. 35. »Proximi senatus die Tiberius per literas — M. Lepidum et Iunium Blaesum nominavit ex quis pro consule Africae legeretur." Ex quo senatus certis diebus haberi coeptus est invaluit usus ut senatus dies esset pro sessione senatus. Sed haec locutio tam prope a nomine composito abest ut quidquid additur cum nomine dies congruere debet. Nec usquam me aliter legere memini quam: »proximo senatus die," »eo senatus die" Hist. IV. 6. etc.

Ann. III. 54. De renovanda lege sumtuaria cogitabant Aediles. Senatus rem ad principem reiicit. Tiberius maiorum rerum curam sustinere principem respondet; sed, inquit, »si quis ex magistratibus tantam industriam ac severitatem pollicetur ut ire obviam queat hunc ego et laudo et exonerari laborum meorum partem fateor." Qui mecum sentiunt fatendi verbum minime sententiae Tiberii accommodatum esse iis fortasse persuadebo ut legant: »exonerari laborum meorum parte *me laetor*." Postquam semel E pronominis *me* in

F abiit scripsit, librarius »partem fateor." Idem vitium contraxit Mediceus in Hist. IV. 71. ubi FRIGERET pro ERIGERET. Contra F in E depravatum est Ann. III. 21. EVSTI pro FVSTI: Aliud exemplum eiusdem erroris protulit Bezzenbergeri sagacitas, cui viro in emendandis Taciti scriptis praefero neminem, paucissimos pares esse existimo. Is igitur correctionem ab aliis inchoatam perficiens Ann. XIV. 16. pro Medicei scriptura: »etiam sapientiae doctoribus tempus impertiebat (Nero) post epulas, utque contraria adseverant tum discordiae ruerentur" restituit »utque contraria adseverantium discordia *frueretur*."

Ann. III. 58. »Provincia Africa Iunio Blaeso prorogata Servius Maluginensis flamen Dialis ut Asiam sorte haberet postulavit." Numquid potest postulari stultius quam ut sorte habeas? Scripsit Tacitus: »ut *Asiae sortem* haberet postulavit," sicut cap. 32: »Sex. Pompeius Marcum Lepidum ut socordem inopem et maioribus suis dedecorum eoque etiam Asiae sorte depellendum incusavit." et cap. 71: »ita sors Asiae in eum qui consularium Maluginensi proximus erat conlata."

Ann. III. 73. Tacfarinas regulus Numidiae »quamquam saepius depulsus, reparatis per intima Africae auxiliis huc arrogantiae venerat ut legatos ad Tiberium mitteret sedemque ultro sibi atque exercitui suo postularet, aut bellum inexplicabile minitaretur." Non novi alterum veteris scriptoris locum in quo bellum dicatur inexplicabile. Spectata verbi potestate est bellum exitum finemque non habiturum propter locorum longinquitates et difficultates, vel propter hostium numerum ac ferociam, denique propter aliquam causam quae in ipsa belli ratione posita sit non in voluntate hominis. Minitantur autem homines ea quae ipsi perficere se posse putant aut videri se posse sperant. Hanc ob rem non credo Tacitum induxisse regulum Numidicum bellum inexplicabile, minitantem, sed *inexpiabile*.

Quae modo dixi neminem posse minitari bellum impeditum sive inexplicabile, ea non convelluntur loco Ann. IV. 46. Thraces »castella rupibus indita conlatosque illuc parentes et con-

iuges ostentabant, bellumque impeditum arduum cruentum minitabantur." Hic enim minitandi verbum improprie positum significat Thraces ostendisse bellum fore impeditum; supra est minaciter denunciare.

Ann. IV. 27. »Eadem aestate mota per Italiam servilis belli semina fors oppressit." Semina nec proprie nec translate dicuntur moveri. Legendum est »*moti* per Italiam servilis belli semina.

Ann. IV. 45. L. Piso praetor Hispaniae citerioris a quodam agresti nationis Termestinae interficitur. Is ex latebris protractus ne tormentis quidem adigi potuit ut conscios ederet. »Sed Piso Termestinorum dolo caesus habetur, qui pecunias e publico interceptas acrius quam ut tolerarent barbari cogebat" Bezzenbergerus: »quippe pecunias." Tum probabilius esse videtur exposuisse Tacitum eorum opinionem qui factae caedis aequales fuerant, quam qui sub Traiano vixerunt, quos in caedem Pisonis eiusque causas inquisivisse vix mihi persuadere possum. Suspicor olim scriptum fuisse »Piso Termestinorum doli caesus *habebatur*."

Ann. IV. 62. Apud Fidenam amphitheatrum privatis opibus exstructum corruit »immensamque vim mortalium spectaculo intentos aut qui circum adstabant praeceps trahit atque operit. et illi quidem quos principium stragis in mortem adflixerat ut tali sorte cruciatum effugere. miserandi magis quos abrupta parte corporis nondum vita deseruerat, qui per diem visu per noctem ululatibus et gemitu coniuges aut liberos noscebant." Rupertius »ut tali sorte" explicat: ut tali in casu fieri solet; Orellius: pro tali sorte. Utrum sequi eligas, commotam et miserabilem narrationem mirum in modum frangi ac debilitari senties. Tacitus qui adflicti statim perierunt beatos praedicat prae iis qui ruina oppressi vitam cum cruciatu traxerunt. Itaque comparationem quam in »miserandi magis" orationis quoque forma proposuit, supra iam eum instituisse suspicor et scripsisse; »et illi quidem quos principium stragis

in mortem adflixerat *optabili* sorte cruciatum effugere: miserandi magis" etc. Sequentia »qui — noscebant." non puto ad debilitatos esse referenda. Potius de iis dicta esse arbitror qui incolumes evaserant vel leviter saucii, sed lignorum strage implicati aut ad ruinam adstantes corpora carissimorum ante oculos habebant vocesque audiebant quiritantium. Tacitus id ipsum mihi dedisse videtur quod Orellius reperit sed repertum abiecit: »miserandi magis quos abrupta parte corporis nondum vita deseruerat, qui*que* per diem visu per noctem ululatibus et gemitu coniuges aut liberos noscebant."

Ann. XI. 3. Asiatico immissis a Messalina Vitellioque accusatoribus Claudius liberum mortis arbitrium permittit. »Hortantibus dehinc quibusdam inediam et lenem exitum remittere beneficium Asiaticus ait; et usurpatis quibus insueverat exercitationibus lauto corpore hilare epulatus, cum se honestius calliditate Tiberii vel impetu G. Caesaris periturum dixisset quam quod fraude muliebri et impudico Vitellii ore caderet, venas exsolvit." Ipsa Asiatici verba fuere: honestius calliditate Tiberii, impetu G. Caesaris periissem, quam fraude muliebri et impudico Vitellii ore cado. In quibus nullus locus est particulae *quod*. Itaque delenda videtur.

Ann. XI. 22. Gn. Nonius eques Romanus ferro accinctus reperitur in coetu salutantium principem. »postquam tormentis dilaniabatur de se non i(nfitiatus conscios) non edidit incertum an occultans." Quae in loco parum integro supplevit I. Gronovius uncinis inclusi. Sed reliqua: »conscios non edidit incertum an occultans" eiusmodi sunt ut in re gravissima ludere scriptorem diceres. Fortasse dederat: »incertum *carens* an occultans."

Ann. XI. 23. Cum de supplendo senatu ageretur primoresque Galliae Comatae civitatem Romanam pridem assecuti ius adipiscendorum in urbe honorum expeterent studiis diversis apud principem de ea re certatum est, »fruerentur sane vocabulo civitatis: insignia patrum decora magistratuum ne vul-

garent." Non vulgant qui accipiunt sed is qui sine discrimine tribuendo vulgaria reddit. Legendum est »ne *vulgarentur*."

Ann. XI. 31. Cum Messalina iustas nuptias cum adultero eo ipso tempore celebraret quo maritum ab Ostia liberti in urbem pertrahebant, »ferunt Vettium Valentem lascivia in praealtam arborem connisum interrogantibus quid aspiceret respondisse tempestatem ab Ostia atrocem, sive coeperat ea species, seu forte lapsa vox in praesagium vertit." Species per se non constat, sed in aliqua re cernitur. Itaque »ea species" nihil significat nisi intelligitur cuius rei species sit. Praeterea species certum quoddam est et absolutum cuius neque finis observatur neque initium; potest incipere tempestas et in coelo esse species incipientis tempestatis, tempestatis species incipere non potest. Ergo »coeperat" vitiosum est. Lego: »sive *coeli erat* ea species, seu forte lapsa vox in praesagium vertit."

Ann. XII. 24. Exponit Tacitus quae apud veteres scriptores de pomerio urbis invenerat. »Forum Romanum et Capitolium non a Romulo sed a Tito Tatio additum urbi credidere, mox pro fortuna pomerium auctum." »Credidere" ponitur de fama rerum dudum explosa et ad veriora versa. Tacitus »*tradidere*" scripsisse videtur. Tum suspicor ante pomerii vocabulum excidisse populi Romani appellationem: »mox pro fortuna *po. ro.* pomerium auctum."

Ann. XII. 32. »Silurum gens non atrocitate non clementia mutabatur quin bellum exerceret castrisque legionum premenda foret, id quo promptius veniret colonia Camulodunum valida veteranorum manu deducitur in agros captivos." Conferendi sunt duo alii loci ex Annalibus, alter XIV. 43. ubi de caede praefecti urbis agens in senatu Cassius se antea novis senatus decretis non adversatum esse commemorat partim quod quidquid in senatu auctoritatis esset crebris contradictionibus destruendum non existimaret »ut maneret integrum si

quando res publica consiliis eguisset. quod hodie venit consulari viro domi suae interfecto." Rhenanus correxit: »quod hodie evenit." Alter locus est Ann. XVI. 24: Thrasea codicillos ad Neronem composuit requirens quid sibi obiiceretur; eos »Nero properanter accepit spe exterritum Thraseam scripsisse per quae claritudinem principis extolleret suamque famam dehonestaret, quo dubie non venit — vocari patres iubet." Correxit idem Rhenanus: »quod ubi non evenit." In utroque loco novissimi editores Rhenanum secuti sunt, tertium locum Ann. XII. 32. intactum reliquerunt. Vellem maiori constantia ibi quoque scripsissent aut »id quo promptius *eveniret*," aut iterata praecedentis vocabuli parte extrema et prima littera verbi *veniret* »id quo promptius »*usu veniret*."

Ann. XII. 40. A. Didius in Brittanniam adveniens adversa legionis pugna res Romanas adfectas invenit »aucta aeque et apud hostes eius rei fama quo venientem ducem exterrerent, atque illo augente audita, ut maiore laus compositi vel si duravissent venia iustior tribueretur." Lipsius »compositis." Equidem suspicor ante »vel" excidisse *velli* sive *belli*. Frequens permutatio literarum *v* et *b* etiam in Mediceo. In libro Annalium XIV. c. 34. caterbas pro catervas; c. 45. Cingontus Barro pro Cingonius Varro; c. 54. iuvere pro iube rem; c. 58. fabore pro favore. In Ann. XV. 13. Bovillae audiunt Vobillae, in Hist I. 78. Flavius Sabinus est Flabius Savinus etc. etc. Caeterum nondum mihi constat utrum scribendum sit »ut maior laus compositi *belli*, vel si duravis*set*" an »duravis*sent*." Nam pluralis quoque in Tacito ferendus videtur.

Ann. XIV. 7. Neroni nuntius affertur evasisse matrem ex insidiis quas ei struxerat; statim Burrum et Senecam arcessivit ut de re praesenti consultaret. »Igitur longum utriusque silentium ne irriti dissuaderent, an eo descensum credebant ut nisi praeveniretur Agrippina pereundum Neroni esset. Post Seneca hactenus promptius respiceret Burrum ac sciscitaretur an militi imperanda caedes esset." Locum variis modis in Mediceo corruptum partim restituerunt viri docti. Ad-

huc medicinam poscit: »Post Seneca hactenus promptius" etc. Mihi in mentem venit Tacitum scribere potuisse. »Post Seneca *sententiam* hactenus *prompsit ut* respiceret Burrum" etc. i. e. Seneca non claris et perspicuis verbis declaravit tollendam esse Agrippinam, sed hactenus sententiam suam aperuit ut Burrum interrogaret an caedes tuto posset militi mandari.

Ann. XIV. 11. Nero parricidium apud senatum excusavit oratione quam ei scripserat Seneca. »Ergo non iam Nero cuius immanitas omnium questus anteibat, sed Seneca adverso rumore erat quod oratione tali confessionem scripsisset." Haec significant fere Senecam contraxisse invidiam quod confessionem scripsisset qui scelus abscondere debebat. Puto crimini esse datum quod ingenium et facultates confesso parricidae commodasset. Lego quod *orationem* tali *confessioni* scripsisset."

Ann. XV. 5. Corbulo misit ad Vologesen qui circumsessa Tigranocerta expostularent." omitteret potius obsidionem, aut se quoque in agro hostili castra positurum." »Potius" mirae lenitudinis est in tali nuncio et in imperatore Romano. Legendum est »omitteret *protinus* obsidionem."

Ann. XV. 6. Proprius dux tuendae contra Parthos Armeniae missus est Caesennius Paetus qui cum parte copiarum Corbulonis provinciam obtineret. »Iamque aderat copiis ita divisis ut quarta et duodecima legiones addita quinta quae recens e Moesis excita erat, simul Pontica et Galatarum Cappadocumque auxilia Paeto obedirent, tertia et sexta et decuma legiones priorque Suriae miles apud Corbulonem manerent, cetera ex rerum usu sociarent partirenturve." In hac partitione malim » ut — legiones — auxilia Paeto *obvenirent*." praesertim cum obediendi verbum fortasse in singulos milites cadat, sed de legionibus et auxiliis adversus imperatorem improprium et in re militari inauditum esse videatur.

Ann. XV. 16. Exercitus Romanus in Armenia a Parthis

obsessus foeda pactione ante adventum Corbulonis castra egreditur. »Ceterum obsessis adeo suppeditavisse rem frumentariam constitit, ut horreis ignem iniicerent contraque prodiderint Corbulo Parthos inopes copiarum et pabulo attrito relicturos oppugnationem, neque se plus tridui itinere afuisse. Adiicit" etc. Haec ratio parum constat: tantam copiam frumenti suppeditavisse Romanis ut Corbulo prodiderit Parthis vix superfuisse quo vitam sustentarent. Scriba orationem suspensam perperam continuavit: hinc pluralis »prodiderint." Lego — »iniicerent. *Contra prodidit* Corbulo — afuisse. Adiicit" etc.

Ann. XV. 41. Domuum et insularum et templorum quae Neronis incendio amissa sunt numerum inire haud promptum fuerit: »sed vetustissima religione quod Servius Tullius Lunae, et magna ara fanumque, quae praesenti Herculi Arcas Evander sacraverat — exusta." Suspicor *fanum* olim omissum nec suo loco restitutum esse. »sed *fanum* vetustissima religione — et magna ara *quam* praesenti Herculi" etc.

Ann. XV. 45. Missi in Asiam et Achaiam Acratus et Secundus Carinas, »ille libertus cuicunque flagitio promptus, hic Graeca doctrina ore tenus exercitus animum bonis artibus non induerat." Imo »*imbuerat.*"

Ann. XV. 46. »Certum ad diem in Campaniam redire classem Nero iusserat non exceptis maris casibus. Ergo gubernatores quamvis saeviente pelago a Formiis movere et gravi Africo dum promontorium Miseni superare contendunt Cumanis litoribus impacti triremium plerasque et minora navigia passim amiserunt." Idem naufragii locus maioribus et minoribus navigiis litora Cumana. Scripsitne Tacitus »et minora navigia *partim* amiserunt."

Ann. XV. 51. Cunctantibus qui in Neronem coniuraverant prolatantibusque spem inter ac metum »Epicharis quaedam — accendere et arguere coniuratos." Utrum arguere an urguere scriptum sit saepe oculis vix dignoscitur. Hoc loco sententia

flagitat *urguere* i. e. ad agendum impellere. Cf. Ann. XI. 26. Hist. I. 22, II. 30. Mox in eodem capite »erat navarchus in ea classe Volusius Proculus occidendae matris Neronis inter ministros" malim »*Neroni* inter ministros." Et paulo inferius »nec leve auxilium in classe crebras occasiones quia Nero multo — maris usu laetabatur" sine dubio legendum est »in classe *et* crebras occasiones."

Ann. XV. 60. Cum Senecae caedes pararetur defert Natalis quidam mandata se Pisonis ad Senecam pertulisse, adiicitque quid is respondere iussisset. »Haec ferre Gavius Silvanus tribunus praetoriae cohortis et an dicta Natalis suaque responsa nosceret percunctari Senecam iubetur." Rogatur Seneca an confiteretur talia se audivisse et respondisse i. e. »an dicta Natalis suaque responsa *agnosceret*." Verbum pervulgatum apud omnes scriptores a Tacito crebro usurpatur. Vide Ann. VI. 8. (14), Hist. I. 52, 75.

ARISTOPHANES Pac. vs. 15—20.

Aristophanis PACIS versus XV. priores G. Dindorfium rectius inter duorum servorum personas distribuisse in altera editione Poetarum Scenicorum Graecorum video. Sed neque in sequentibus scenica ratio constat. Namque non potest idem histrio intro auferre mortarium et spectatores de scena alloqui. Locus ita constituendus est:

15. A. *αἰβοῖ, φέρ' ἄλλην χἀτέραν μοι χἀτέραν*
καὶ τρῖβ' ἔθ' ἑτέρας. B. *μὰ τὸν Ἀπόλλω 'γὼ μὲν οὔ.*
οὐ γὰρ ἔθ' οἷός τ' εἰμ' ὑπερέχειν τῆς ἀντλίας.
A. *αὐτὴν ἄρ' οἴσω συλλαβὼν τὴν ἀντλίαν;*
B. *νὴ τὸν Δί' ἢ κόρακάς γε, καὶ σαυτόν γε πρός.*
ὑμῶν δέ γ' εἴ τις οἴδ' ἐμοὶ κατειπάτω κτέ.

W. G. PLUYGERS.

MISCELLANEA

PHILOLOGICA ET CRITICA.

I.

AD HIPPOCRATEM.

Quum nuper in nova ac splendida Hippocratis editione, quam procuravit Ermerinsius, praeclarum Hippocratis librum Περὶ Ἀέρων, Ὑδάτων, Τόπων diligenter relegerem, compluscu-lae mihi inter legendum aut veteres de textu emendando su-spiciones confirmatae sunt aut novae subnatae, quarum par-tem in medium proferre et cum eruditis communicare iuvat. Sequar editionem Ermerinsii, qui post Coraën multos locos praeclare restituit.

Hippocrates quum dixisset cap. I: ἐς πόλιν ἐπειδὰν ἀφίκη-ταί (L. ἀπίκηται) τις ἧς ἄπειρός ἐστι διαφροντίσαι χρὴ τὴν θέσιν αὐτῆς ὅκως κέεται καὶ πρὸς τὰ πνεύματα καὶ πρὸς τὰς ἀνατο-λὰς τοῦ ἡλίου, post pauca haec subiungit: εἰ γὰρ ταῦτα εἰδείη τις καλῶς — οὐκ ἂν αὐτὸν λανθάνοι ἐς πόλιν ἀφικνεόμενον (L. ἀπικνεόμενον) ἧς ἂν ἄπειρος ᾖ· οὔτε νοσήματα ἐπιχώρια οὔτε τῶν κοινῶν ἡ φύσις ὁκοίη τις ἐστί· ὥστε μὴ ἀπορέεσθαι — μηδὲ δια-μαρτάνειν ἃ εἰκὸς ἐστι γίγνεσθαι ἢν μή τις ταῦτα πρότερον εἰδὼς πρόφρων τις ᾖ. Ultima verba corrupta sunt et eorum emenda-tio praeclare instituta est sed non perfecta. Heringa enim, medicorum acutissimus, in Observatt. Crit. p. 44. sagaciter perspexit in ΠΡΟΦΡΩΝΤΙΣΗΙ latere verbum προφροντίσῃ. Pal-mariam emendationem Ermerins recepit »etiamsi *ignorem*,"

inquit, »*an alibi προφροντίζειν legatur.*" Mihi quoque nusquam alibi *προφροντίζειν* lectum est, sed ea res scrupulum non iniiciet ubi memineris verbum Graecum quodlibet ab unoquoque cum praepositionibus *πρό*, *πρός* et *σύν* pro re nata componi posse ac solere haud secus ac si adverbia ea essent. Quis umquam audivit aut legit *προμίγνυμι*? Homerus pro re nata illud verbum finxit in Iliad I. 452:

ἡ δ' αἰὲν ἐμὲ λισσέσκετο γούνων
παλλακίδι προμιγῆναι, ἵν' ἐχθήρειε γέροντα.

quam multa alia sint sic composita quae *semel* tantum legantur docebunt Lexicorum conditores. Idem est *προμιγῆναι* atque *πρότερον μιγῆναι*, *προεῖναι* atque *πρότερον εἶναι*, *προγενέσθαι* atque *πρότερον γενέσθαι*, et sic pro *ἢν μή τις πρότερον ταῦτα φροντίσῃ* bene et exquisite dicitur *ἢν μή τις ταῦτα προφροντίσῃ*. Sed quid, quaeso, sibi volunt verba stulte addita *πρότερον εἰδώς*? Adversis frontibus concurrunt *εἰδέναι* et *φροντίζειν*, *προφροντίζειν* et *πρότερον εἰδέναι*. Quae quis antea *probe novit* ea neque *φροντίζειν* opus est neque potest quis ullo modo *προφροντίζειν*. Scin unde *πρότερον εἰδώς* natum sit? Nempe ex antiqua corruptela *ἢν μή τις ταῦτα πρόφρων τις ᾖ*. Sciolus nescio quis ad *πρόφρων* adscripsit *πρότερον εἰδώς*. Vehementer homo fallitur, sed si verba sana fuissent *πρόφρων* nihil aliud quam hoc significare potuisset. Habet igitur aliquid excusationis error e corruptae scripturae interpretatione natus. Nemo enim potest locum corruptum interpretari quin certum loquendi usum violet verbisque depravatis affingat significationem commenticiam a reliquorum omnium loquendi consuetudine alienam. Hoc ipso certo indicio Critici librorum menda deprehendunt ubi caeteri quodlibet de suo fingunt. Tenemus igitur manifestum vetus additamentum, qualia ex hoc libro complura et alii et Ermerins expulerunt, et hanc veram lectionem habebimus *ἢν μή τις ταῦτα προφροντίσῃ*.

Iuvat eiusdemmodi interpolationis alterum exemplum ex eodem libro statim subiungere. Editur ab omnibus cap. 25. pag. 275. Erm. de Scythis: *ἐν ταύταις μὲν οὖν ταῖς ἁμάξαις αἱ γυναῖκες διαιτεῦνται ξὺν τοῖσι παιδίοισι· αὐτοὶ δὲ ἐφ' ἵππων ὀχεῦνται οἱ ἄνδρες*. Dabunt mihi qui Veterum lectione aurem subactam habent et antiquae compositionis bene gnari sunt

expuncto emblemate οἱ ἄνδρες legendum esse: αὐτοὶ δὲ ἐφ' ἵππων ὀχεῦνται. Putidum est exemplis quibusdam pervulgatum loquendi genus confirmare velle. Hoc potius admoneo, si quis in tali re αὐτοὶ οἱ ἄνδρες voluisset dicere, ea verba sic disiici et dissecari non potuisse. Graecum est in tali oppositione aut οἱ δὲ ἄνδρες ponere aut αὐτοὶ δέ, quorum illud omnibus scriptoribus commune est, hoc *antiquis* proprium ac solemne, in quorum numero est Hippocrates.

Simile additamentum commaculat verba Hippocratis in cap. 50. pag. 278: Τοῦτο δὲ πάσχουσι Σκυθέων [οἱ πλούσιοι] οὐχ οἱ κάκιστοι ἀλλ' οἱ εὐγενέστατοι καὶ ἰσχὺν πλείστην κεκτημένοι. Est autem hoc emblema huiusmodi, ut possit inter legendum etiam acutum lectorem alias res agentem aut rei ipsi intentum fugere, sed nemo paulo perspicacior semel admonitus fraudem non statim agnoscet.

Obiter exime articulum ex loco vicino: ἐνδύονται στολὴν γυναικείην καταγνόντες [τὴν] ἑωυτῶν ἀνανδρείην. Paulo calidius Ermerins de suo τὴν interposuit. Et ratio et constans omnium usus docent articulo in talibus locum non esse. Eleganter dicitur μωρίαν, εὐήθειαν, πονηρίαν, ἀσέβειαν, et quidquid turpe ac vitiosum est, καταγιγνώσκειν τινός pro μωρὸν, εὐήθη, πονηρὸν, ἀσεβῆ ἡγεῖσθαί τινα. Sic igitur Hippocrates dixerat: καταγνόντες ἑωυτῶν ἀναν δρίην, non ἀνανδρείην.

Addam et aliud emblema, quo deturpatur locus Hippocratis cap. 29. pag. 277: ὅταν δὲ ἀπορρυῇ τὸ αἷμα ὕπνος ὑπολαμβάνει ὑπὸ ἀσθενείας καὶ καθεύδουσι· ἔπειτα ἀνεγείρονται οἱ μὲν ὑγιεῖς ἐόντες οἱ δ' οὔ. Pro ὕπνος ὑπολαμβάνει Coraës ἐπιλαμβάνει substituit, quod Ermerins recepit. Nollem factum: passim ὕπνος dicitur λαμβάνειν τινά, cuius rei plura exempla composui in *Nov. Lectt.* p. 558. Quid sit ὕπνος ἐπιλαμβάνει τινά nemo facile dixerit; ὑπολαμβάνειν paullo melius est, sed nemo sic loquitur, quantum scio, quamobrem aut ὕπνος λαμβάνει ὑπ' ἀσθενείης emendandum esse censeo, aut certe ὑπολαμβάνει retinendum. Sed longe melius simplex λαμβάνει reponetur, quod non tantum de somno dicitur, sed de aliis multis, φόβος με λαμβάνει, θαῦμά με λαμβάνει, ἐπιθυμία με λαμβάνει ac similia multa, in quibus quis ὑπολαμβάνει dixit umquam? Ubi autem ὕπνος λαμβάνει reposueris vide mihi an

insulsum additamentum καὶ καθεύδουσι concoquere possis. Ubi pueruli sic ad patrem garrulum dicunt: πάππα, λαλεῖν τι ἡμῖν ὅπως ἂν ἡμᾶς ὕπνος λάβῃ (Theophr. *Charact.* VII), num tu putas καὶ καθεύδωμεν addi potuisse? Seri Graeculi talia in ora libri annotabant, si qua locutio antiqua in desuetudinem abiisset.

Eadem chorda oberrantem video Coraën in loco vicino, ubi rectissime scribitur: ὑπὸ τῆς ἵππασίης αὐτοὺς κέδματα λαμβάνει, sed invito Hippocrati Coraës ἐπιλαμβάνει vel καταλαμβάνει obtrudit.

Contra optime in reliquis docti homines pro lectione omnium librorum ἔπειτα ἀναγείρονται correxerunt ἀνεγείρονται. Quia in Codicum scriptura αγ et εγ distingui vix possunt, factum est ut ἀγείρω et ἐγείρω perpetuo inter se locum mutent.

Bis in eodem libello recurrit vitium, quod et apud alios mihi est subinde notatum. Legitur p. 242: καὶ τὴν γῆν πότερον ψιλή τε καὶ ἄνυδρος ἢ δασεῖα καὶ ἔφυδρος, et p. 267: εἰσὶ γὰρ Φύσιες αἱ μὲν ὄρεσι ἐοικυῖαι δενδρώδεσί τε καὶ ἐφύδροισι, αἱ δὲ λεπτοῖσί τε καὶ ἀνύδροισι. In his et multis aliis locis idem mendum inest quod optime patefaciet Galeni glossa in *Lex. Hipp.* p. 586: Ὑφύδρους: τοὺς ὑδεριῶντας, pro qua libri scripti et editi ἐφύδρους passim substituunt manifesto errore. In iis qui *aqua intercute* laborant aqua non ἔπεσι sed ὕπεσιν, itaque ὕφυδρος sanum est (ut ὑπόξυλος et sim.), ἔφυδρος vitiosum. Sic in quo monte aquarum latices ac venae intus sunt hic illic erumpentes et scaturientes ὄρος est ὕφυδρον, non ἔφυδρον. Manifestus tenetur scribarum error ubi οἱ δύται, *urinatores*, stulte appellantur κολυμβηταὶ ἔφυδροι. Non minus ineptum hoc est ac si quis ἐπιχθόνιος et ὑποχθόνιος confunderet, vel ἐπουράνιος et ὑπουράνιος, vel ἐπίγειος et ὑπόγειος. Itaque Herodoto reddiderim IV. 198: μελάγγαιός τε γάρ ἐσι καὶ ὕπυδρος πίδαξι pro ἔπυδρος. Apud Suidam v. Ἔφυδρος videbis Graeculos opinari ἀλύσεις ἔφυδροι et κολυμβηταὶ ἔφυδροι recte dici, sed nemini imposuerunt. Imposuit Dindorfio ad Steph. Thes. scriptura loci apud Philostr. in Imagg. p. 776: ὁρᾷς γάρ που τὰς νήττας ὡς ἔφυδροι διολισθαίνουσιν. Quicumque vidit anates in aqua lascivientes revocabit ὡς ὕφυδροι διολι-

σθάνουσιν. Similiter in alio Philostrati loco vicino p. 775. ἱππόκαμποι — ἔφυδροι τὰς ὁπλάς ipsa natura rei ὕφυδροι requirit: natabant enim pedibus sub undas demersis. Suspicor ὕφυδροι a Graeculis Thucydidi invito obtrusum esse IV. 26: ἐσένεον δὲ καὶ κατὰ τὸν λιμένα κολυμβηταὶ [ὕφυδροι], nam quum Attici quos Iones δύτας appellant κολυμβητάς appellare soleant, quid est inutilius et putidius quam ὕφυδροι additum? Sequiores qui ipsi *urinatores* κολυμβητὰς ὑφύδρους dicebant antiquo historico suam loquendi consuetudinem de more affricuerunt. Itaque et caeteris ὕφυδρος restituerim et bis apud Hippocratem rescripserim δασεῖα καὶ ὕφυδρος et δενδρώδεσί τε καὶ ὑφύδροισι.

Mirifico errore mihi laborare videtur locus p. 243: εἰ δὲ δοκέοι τις ταῦτα μετεωρολόγα εἶναι εἰ μεταξαίη τῆς γνώμης μάθοι ἂν ὅτι οὐκ ἐλάχιστον μέρος ξυμβάλλεται ἀστρονομίη ἐς ἰητρικὴν ἀλλὰ πολὺ πλεῖστον. Nempe in his praeter naturam verus rerum ordo inversus est: praecedit quod ex rei natura sequitur, et quod debebat praecedere a tergo venit. Ex iis enim qui ab aliquo dissentiunt nemo prius *mutat sententiam* et deinde *meliora edoctus agnoscit*, sed praecedit, ut opinor, τὸ μαθεῖν τὰ βελτίω, sequitur τὸ μεταξῆναι τῆς γνώμης. Quod quum certum et manifestum sit, nihil aliud superest quam ut duo vocabula sedem inter se permutent et locus in hunc modum constituatur: μεταξαίη ἂν τῆς γνώμης εἰ μάθοι ὅτι οὐκ ἐλάχιστον μέρος ξυμβάλλεται ἀστρονομίη ἐς ἰητρικήν, quae scriptura omnem difficultatem removet.

Comici quum saepe philosophos et medicos audirent astronomiam sic laudantes, ut facit h. l. Hippocrates, rem seriam ludicre in lusum iocumque converterunt. Coquus apud Sosicratem Comicum Athen. p. 378. B. artis coquinariae praecepta tradens ita dicit:

δεῖ τὸν μάγειρον εἰδέναι πρώτιστα μὲν
περὶ τῶν μετεώρων, τάς τε τῶν ἄστρων δύσεις
καὶ τὰς ἐπιτολάς.

et post pauca:

τὰ γὰρ ὄψα πάντα καὶ τὰ βρώματα σχεδὸν
ἐν τῇ περιφορᾷ τῆς ὅλης συντάξεως
ἑτέραν ἐν αὐτοῖς λαμβάνει τὴν ἡδονήν.

Similia his Nicomachus iocatur, quem vide apud Athen. p. 290. E.

Tralaticium mendum mihi deprehendere videor p. 245. in verbis: καῦσοι καὶ ὁκόσα ὀξέα νοσήματα νομίζονται οὐκ ἐπιγίγνονται πολλά, et iterum p. 246: πλευρίτιδές τε πολλαὶ αἵ τε ὀξεῖαι νομιζόμεναι νοῦσοι. Quid? an hi morbi acuti esse *putantur?* Imo vero illo nomine *appellari* solent, quamobrem ὀνομάζονται et ὀνομαζόμεναι emendandum esse censeo, ut legitur p. 247: τά τε ἱερὰ (L. ἰρὰ) νοσεύματα καλεύμενα. Eo facilius sic corrigendum esse vincam quo saepius verba νομίζειν et ὀνομάζειν inter se permisceri constat, de qua confusione supra nonnulla annotavimus ad Iulianum p. 12. Perperam legitur ὀνομάζειν pro νομίζειν apud Stobaeum in Zaleuci personati Prooemio Legum (Floril. 44, 20.) καὶ πολίτην ἀμείνονα ὀνομάζειν τὸν τὴν οὐσίαν προϊέμενον τοῦ καλοῦ καὶ δικαίου, imo vero ἀμείνονα νομίζειν. Contra apud Plutarchum *de Malignitate Herodoti* p. 868. B. ubi historiae patrem carpit καὶ ταῦτα Θούριον μὲν νομιζόμενον, αὐτὸν δὲ Ἁλικαρνασέων περιεχόμενον, facile intelliges ὀνομαζόμενον verum esse.

Imposuit Ermerinsio p. 247. Hermanni philosophema grammaticum ex locis corruptis vitiosa subtilitate collectum. Solent in omnibus libris ἀπό et ὑπό passim oscitanter permutari. Saepe passivis ἀπό τινος pro ὑπό τινος appositum occurrit, quod ex ipsa Graecitatis natura fieri non potest, sed scribarum vitio speciem habet inanem, ut in his verbis Hippocratis: τὸ γὰρ γάλα ἀποσβέννυται ἀπὸ τῶν ὑδάτων τῆς σκληρότητος καὶ ἀτεραμνίης. Sensit vitium Coraës et ὑπό reponebat. Opponit Ermerins Hermanni placitum ad Sophocl. Electr. vs. 65: »ὑπὸ *de ipsa causa per quam quid fiat dicitur*, ἀπὸ *autem de eo quod occasionem vel opportunitatem praebet ut aliquid fieri possit.*" Ferax Hermanni ingenium solebat pro re nata huiusmodi placita et decreta fundere, quae si quis diligenter exploraverit et ad Graecorum scripta diu et multum exegerit vana et inania esse deprehendet. Nihil est tritius apud Graecos quam ut quis ὑπὸ λύπης, ὑπ' ὀργῆς, ὑπὸ θυμοῦ et sim. aliquid fecisse dicatur. Saepe scribae ἀπό pro ὑπό in talibus substituunt hallucinantes. Libri meliores saepe erro-

rem arguunt, subinde in illo mendo omnes fideliter conspirant. Nihil negotii est: *ὑπ' ὀργῆς*, *ὑπὸ λύπης* ponuntur de ipso dolore, de ipsa ira, per quam quid fiat, *ἀπ' ὀργῆς*, *ἀπὸ λύπης* de ira et dolore quae *occasionem* vel *opportunitatem* praebent ut aliquid fieri possit. Quam sit hoc subtile discrimen vides, vel potius non vides, nam fugit aciem et dispici plane non potest. Poterat Hippocrates dicere *ἡ τῶν ὑδάτων σκληρότης τὸ γάλα ἀποσβέννυσι*, maluit forma passiva uti *τὸ γάλα ἀποσβέννυται ὑπὸ τῶν ὑδάτων τῆς σκληρότητος*. An tu sic plane idem dici negabis? An tu sic *ὑπό* necessarium esse non intelligis? Si quis serio contendet *ἀπό* recte poni posse sic ut aquarum durities *occasionem* vel *opportunitatem praebuisse* dicatur ut lac exstinguatur, nonne subridebis et pertinacius agentem deridebis? Quin tu igitur Coraën optime monentem sequeris et *ὑπὸ τῶν ὑδάτων τῆς σκληρότητος* reponis. Video apud Eunapium *de Vit. Sophist.* p. 108. edi *Χρυσάνθιος δὲ αὐτὸς νέος ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἀπολειφθείς*, quasi a patre suo remotus fuisset. Sed pater *moriens* filium adolescentem reliquerat, itaque contemne libros et *ὑπὸ τοῦ πατρός* rescribe.

Evidens mendum male defenditur p. 248. in verbis: *λαμπρόφωνοί τε οἱ ἄνθρωποι καὶ ὀργήν τε καὶ ξύνεσιν βελτίους εἰσὶ τῶν πρὸς βορέην εἴπερ καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἐμφυόμενα ἀμείνω ἐσί*. Mendosum est *εἴπερ*. Quemadmodum *εἴπερ ἄρα*, sic *εἴπερ* est *incertum ponentis* et *cum dubitatione assumentis*. Qui *εἴπερ* dicit id quod addit verumne sit nec ne in medio relinquit, veluti is, qui apud Euripidem ita loquitur:

εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, τυραννίδος πέρι
κάλλιστον ἀδικεῖν.
Nam si violandum est ius, regnandi gratia
violandum est.

Itaque qui ita dicit *εἴπερ καὶ τὰ ἄλλα ἀμείνω ἐσί* reliqua praestantiora esse neque ait neque negat sed ut incertum ponit: quod quum sit a Hippocratis animo ac sententia prorsus alienum pro *εἴπερ* repone *ἐπείπερ* et omnia erunt expedita et aperta.

Latet vitium p, 249. in verbis: *τὸ δὲ λοιπὸν ὁ ἥλιος ἐγκαταδύνων ὥστε μάλιστα διέψει τοὺς ἀνθρώπους*. Quid sit *ἐγκαταδύνων* non satis assequor. Pro *ὥστε μάλιστα*, quod sensu va-

cuum est, suspicor ἐς τὰ μάλιστα emendari oportere.

Levem errorem sed non contemnendum neglexit Ermerins p. 250. quum ederet: τοὺς δὲ ὤμους — καὶ τὸ πρόσωπον κατακελεπτύσθαι, nam καταλελεπτύνθαι certa analogia et omnium usus postulant.

Pessime corruptus est, si quid iudico, locus, qui legitur p. 254: ἀλλὰ γὰρ ψευσάμενοί εἰσι οἱ ἄνθρωποι τῶν ἁλμυρῶν ὑδάτων πέρι δι' ἀπειρίην γε ὅτι νομίζεται διαχωρητικὰ εἶναι τὰ ἁλυκά. Pro γε in omnibus libris est καί, et verba εἶναι τὰ ἁλυκά vulgo absunt. Ermerins et hoc loco et duobus aliis p. 277 et p. 279. de coniectura γε recepit, ubi nemo Graecorum istam voculam usurpasset. Sic olim Brunckius et alii apud Aristophanem et Tragicos πρὸς τὸ κεχηνὸς τοῦ μέτρου solebant γε interponere, perinde ac si παραπληρωματικόν esset sensu aut nullo aut prope nullo. Sed alia inest in his difficultas: quomodo coniungi poterunt umquam ψευσάμενοί εἰσι et ὅτι νομίζεται διαχωρητικὰ εἶναι? Poterant *mentiri* (nam ψεύσασθαι dixit, non ψευσθῆναι ut lenius dixisse videretur *fugit eos ratio*) ὅτι διαχωρητικά ἐστι, non ὅτι διαχωρητικὰ εἶναι νομίζεται. Praeterea quomodo coniungi poterunt ψεύσασθαι et δι' ἀπειρίην? Qui de iis quae nesciunt secus iudicant non *mentiuntur*, sed *falluntur*. Etiam ψευσάμενοί εἰσι pro ἐψεύσαντο suspiciosum est. Nullum ex his exitum reperio. Quaerant acutiores.

Certus et stabilis loquendi usus liquido demonstrat γάρ excidisse p. 255. in his: τεκμήριον δὲ μέγιστον· ὅταν ἄνθρωπος ἐν ἡλίῳ βαδίζῃ κτἑ. nam inserta vocula legendum esse ὅταν (γὰρ) ἄνθρωπος non dubitabis quando animadverteris quam constanter Graeci omnes praemisso σημεῖον δέ, vel μαρτύριον δέ, vel τεκμήριον δέ, uno vocabulo interposito γάρ addant. Locutionis apud omnes tritissimae nullum exemplum apponerem nisi hic ipse libellus haec exhiberet p. 258: τεκμήριον δὲ ὅτι οὕτως ἔχει· τὸ γὰρ οὖρον λαμπρότατον οὐρέουσι οἱ λιθιῶντες, ubi verba ὅτι οὕτως ἔχει melius abessent, et p. 271: μέγα δὲ τεκμήριον τούτων· ὁκόσοι γὰρ ἐν τῇ Ἀσίῃ κτἑ. et p. 275: μέγα δὲ τεκμήριον ἐς τὴν ὑγρότητα παρέξομαι· Σκυθέων γὰρ τοὺς πολλούς κτἑ. Adde et locum p. 276: μέγα δὲ τεκμήριον αἱ οἰκετίδες παρέχουσι. οὐ γὰρ φθάνουσι παρὰ ἄνδρα ἀφικνεύμεναι (ἀπι-

κνεύμεναι) καὶ ἐν γαςρὶ ἴσχουσι, qui locus immunis mansit tralaticii erroris, quo librarii solent εὐθύς vel εὐθέως in talibus interponere, ut apud Xenophontem *de re equestri* V. 10: οὐ φθάνει ἐξαγόμενος (ὁ ἵππος) καὶ [εὐθὺς] ὅμοιός ἐςι τοῖς ἀκαθάρτοις, et aliis locis.

Necessariam praepositionem excidisse suspicor pag. 256. in verbis: ὁκόταν γαρ ἅπαξ παγῇ οὐκέτι ἐς τὴν ἀρχαίην Φύσιν καθίςαται, nam quidquid *ad pristinam naturam redit* et *in pristinum statum* sive *in integrum restituitur* summo consensu a Graecis omnibus dicitur ἀποκαθίςασθαι, et *in integrum restitutio* ἀποκατάςασις constanter appellatur. Solet in illo verbo augmentum duplicari: ἀπεκατέςησα et ἀπεκατέςην saepe recurrunt, ut in Tabulis Heracleensibus II. 22, ταύταν ἀπεκατες άσαμες τᾶ Ἀθανᾶ καττὰ ἀρχαῖα, et apud Hippocratem (in Foes. Oecon. Hippocr. in v.): ἡ γλῶσσα μόγις ἀπεκαθίςατο ἐς ταὐτό, et: ἕως τὰ οὖρα ἀπεκατέςη. Hippocrates illi verbo etiam praepositionem πρό addidit in *Coacis Praenot.* p. 151. E. Foes.: τὰ πολλὰ δὲ τῶν τοιούτων οἰδημάτων προαποκαθίςαται, quod verbum Lexicorum conditores non receperunt. Haec ipsa satis usum loquendi ostendunt, a quo nostro loco descivisse Hippocrates non videtur sed dedisse: οὐκέτι ἐς τὴν ἀρχαίην Φύσιν ἀποκατίςαται.

Repone p. 258. formam veterem κυλινδόμενον γὰρ ὑπὸ τοῦ οὔρου pro κυλινδεύμενον. Veteres enim καλινδεῖσθαι dicebant, sed κυλίνδω et κυλίνδομαι, quibus sequiores suam συνήθειαν in Codd. supponere solent. Recte Meinekius Simonidi apud Stobaeum Floril. 73, 16. reddidit:

ἄκοσμα κεῖται καὶ κυλίνδεται χαμαί.

pro κυλινδεῖται. Photius in Lex. non scripsit Κυλινδεῖ: κυλίει, sed Κυλίνδει.

Locum vitiosum in vicinia Ermerins interpretando expedire conatus est, sed frustra, nam verba corrupta omnem sanam interpretationem respuunt. Editur p. 258: τὸ δὲ παχύτατον καὶ θολωδέςατον — — κωλύει οὐρέειν καὶ ὀδύνην παρέχει ἰσχυρήν· ὥςε τὰ αἰδοῖα τρίβουσι καὶ ἕλκουσι τὰ παιδία τὰ λιθιῶντα· δοκέει γὰρ αὐτοῖσι τὸ αἴτιον ἐνταῦθα εἶναι τῆς οὐρήσιος. Infelix est admodum Corais coniectura τῆς οὐκ οὐρήσιος. Fallit Ermerinsium opinio τῆς pronomen esse et δεικτικῶς poni lo-

m more et Hippocratis. Nam neque τῆς pro ταύτης poni po-
:t multoque minus pro ταυτησί, neque ullo modo fert locus
ea verba δεικτικῶς ponantur, quasi vero ea res legentium
ulis subiecta esset. Simplicissimum est rescribere: δοκέει
ρ αὐτοῖσι τὸ αἴτιον ἐνταῦθα εἶναι τῆς ὀδύνης, quia paullo
te dixerat καὶ κωλύει οὐρέειν καὶ ὀδύνην παρέχει ἰσχυ-
ν.

Miror γε perinepte pro τε suppositum tamdiu tolerari po-
sse p. 262: ὁκόσαι μὲν τῶν πόλεων κέαταί γε καλῶς τοῦ
lου — ὕδασί τε χρῶνται ἀγαθοῖσι. Repone κέαταί τε et
έονται.

Ipsa dialectus arguit vitium p. 266: περὶ δὲ τῶν ἐν δεξιᾷ
ἢ ἡλίου τῶν ἀνατολῶν, nam ἐν δεξιῇ certe scriptum oporte-
t. Sed sanissimum est ΕΝΔΕΞΙΑ modo recte legatur. Est
im vetus Ionicum ἐνδέξια, quod Thucydidi I. 24. perperam
nnulli obtrudebant, vide Hesychium v. Ἐνδέξια, sed apud
ppocratem habet optime.

De Sauromatarum virginibus haec scribit Hippocrates p. 272:
ε ἀποπαρθενεύονται δὲ μέχρι ἂν τῶν πολεμίων τρεῖς ἀποκτεί-
σι καὶ οὐ πρότερον ξυνοικέουσι ἤπερ τὰ ἱερὰ (L. ἰρὰ) θῦσαι τὰ
νόμῳ. Ἢ δ' ἂν ἄνδρα ἑωυτῇ ἄρηται παύεται ἱππαζομένη.
: iisdem Herodotus IV. 117: οὐ γαμέεται παρθένος οὐδεμία
ὶν ἂν τῶν πολεμίων ἄνδρα ἀποκτείνῃ. Etiam sic satis dura
ι erat puellis quamvis bellicosis, et facile Herodoto credimus
rranti: αἱ δέ τινες αὐτέων καὶ τελευτῶσι γηραιαὶ πρὶν γήμα-
αι οὐ δυνάμεναι τὸν νόμον ἐκπλῆσαι. In Hippocratis verbis
anifestus error inest, quem eadem opera deprehendes ac tol-
:. Intelligisne quid sit ἢ δ' ἂν ἄνδρα ἑωυτῇ ἄρηται? Quis
nquam in tali re dixit aut dicere potuit ἄνδρα ἑαυτῇ ἄρα-
αι vel αἱρεσθαι? Interpres nil mali suspicatus ita vertit:
Quod si qua sibi virum delegerit" cet. quasi illae viragines
ium tres hostes occidissent suo arbitratu sibi virum *legerent*.
:d ridiculum est ἄρασθαι pro ἑλέσθαι accipere. Vitiosum est
ηται, unde vera lectio elicienda est, quam non diu frustra
iaeres. Nempe manifesto requiritur: »si qua virum *invene-*
t." ἢ δ' ἂν ἄνδρα ἑωυτῇ εὕρηται. Noto usu εὑρίσκομαι po-
tur pro *adipiscor*, *nanciscor*, aut *obtineo*, *impetro*, cuius ni-
l opus est exempla ubique obvia apponere. Quo modo ευ in

κνεύμεναι) καὶ ἐν γαςρὶ ἴσχουσι, qui locus immunis mansit tralaticii erroris, quo librarii solent εὐθύς vel εὐθέως in talibus interponere, ut apud Xenophontem *de re equestri* V. 10: οὐ φθάνει ἐξαγόμενος (ὁ ἵππος) καὶ [εὐθὺς] ὅμοιός ἐςι τοῖς ἀκαθάρτοις, et aliis locis.

Necessariam praepositionem excidisse suspicor pag. 256. in verbis: ὁκόταν γαρ ἅπαξ παγῇ οὐκέτι ἐς τὴν ἀρχαίην Φύσιν καθίςαται, nam quidquid *ad pristinam naturam redit* et *in pristinum statum* sive *in integrum restituitur* summo consensu a Graecis omnibus dicitur ἀποκαθίςασθαι, et *in integrum restitutio* ἀποκατάςασις constanter appellatur. Solet in illo verbo augmentum duplicari: ἀπεκατέςησα et ἀπεκατέςην saepe recurrunt, ut in Tabulis Heracleensibus II. 22, ταύταν ἀπεκατες άσαμες τᾷ Ἀθανᾷ καττὰ ἀρχαῖα, et apud Hippocratem (in Foes. Oecon. Hippocr. in v.): ἡ γλῶσσα μόγις ἀπεκαθίςατο ἐς ταὐτό, et: ἕως τὰ οὖρα ἀπεκατέςη. Hippocrates illi verbo etiam praepositionem πρό addidit in *Coacis Praenot.* p. 151. E. Foes.: τὰ πολλὰ δὲ τῶν τοιούτων οἰδημάτων προαποκαθίςαται, quod verbum Lexicorum conditores non receperunt. Haec ipsa satis usum loquendi ostendunt, a quo nostro loco descivisse Hippocrates non videtur sed dedisse: οὐκέτι ἐς τὴν ἀρχαίην Φύσιν ἀποκατίςαται.

Repone p. 258. formam veterem κυλινδόμενον γὰρ ὑπὸ τοῦ οὔρου pro κυλινδεύμενον. Veteres enim κυλινδεῖσθαι dicebant, sed κυλίνδω et κυλίνδομαι, quibus sequiores suam συνήθειαν in Codd. supponere solent. Recte Meinekius Simonidi apud Stobaeum Floril. 73, 16. reddidit:

ἄκοσμα κεῖται καὶ κυλίνδεται χαμαί.

pro κυλινδεῖται. Photius in Lex. non scripsit Κυλινδεῖ: κυλίει, sed Κυλίνδει.

Locum vitiosum in vicinia Ermerins interpretando expedire conatus est, sed frustra, nam verba corrupta omnem sanam interpretationem respuunt. Editur p. 258: τὸ δὲ παχύτατον καὶ θολωδέςατον — — κωλύει οὐρέειν καὶ ὀδύνην παρέχει ἰσχυρήν· ὥςε τὰ αἰδοῖα τρίβουσι καὶ ἕλκουσι τὰ παιδία τὰ λιθιῶντα· δοκέει γὰρ αὐτοῖσι τὸ αἴτιον ἐνταῦθα εἶναι τῆς οὐρήσιος. Infelix est admodum Corais coniectura τῆς οὐκ οὐρήσιος. Fallit Ermerinsium opinio τῆς pronomen esse et δεικτικῶς poni lo-

ium more et Hippocratis. Nam neque τῆς pro ταύτης poni potest multoque minus pro ταυτησί, neque ullo modo fert locus ut ea verba δεικτικῶς ponantur, quasi vero ea res legentium oculis subiecta esset. Simplicissimum est rescribere: δοκέει γὰρ αὐτοῖσι τὸ αἴτιον ἐνταῦθα εἶναι τῆς ὀδύνης, quia paullo ante dixerat καὶ κωλύει οὐρέειν καὶ ὀδύνην παρέχει ἰσχυρήν.

Miror γε perinepte pro τε suppositum tamdiu tolerari potuisse p. 262: ὁκόσαι μὲν τῶν πόλεων κέαταί γε καλῶς τοῦ ἡλίου — ὕδασί τε χρῶνται ἀγαθοῖσι. Repone κέαταί τε et ῥέονται.

Ipsa dialectus arguit vitium p. 266: περὶ δὲ τῶν ἐν δεξιᾷ τοῦ ἡλίου τῶν ἀνατολῶν, nam ἐν δεξιῇ certe scriptum oportebat. Sed sanissimum est ΕΝΔΕΞΙΑ modo recte legatur. Est enim vetus Ionicum ἐνδέξια, quod Thucydidi I. 24. perperam nonnulli obtrudebant, vide Hesychium v. Ἐνδέξια, sed apud Hippocratem habet optime.

De Sauromatarum virginibus haec scribit Hippocrates p. 272: οὐκ ἀποπαρθενεύονται δὲ μέχρι ἂν τῶν πολεμίων τρεῖς ἀποκτείνωσι καὶ οὐ πρότερον ξυνοικέουσι ἢ̓περ τὰ ἱερὰ (L. ἰρὰ) θῦσαι τὰ ἐν νόμῳ. Ἡ δ' ἂν ἄνδρα ἑωυτῇ ἄρηται παύεται ἱππαζομένη. De iisdem Herodotus IV. 117: οὐ γαμέεται παρθένος οὐδεμία πρὶν ἂν τῶν πολεμίων ἄνδρα ἀποκτείνῃ. Etiam sic satis dura lex erat puellis quamvis bellicosis, et facile Herodoto credimus narranti: αἱ δέ τινες αὐτέων καὶ τελευτῶσι γηραιαὶ πρὶν γήμασθαι οὐ δυνάμεναι τὸν νόμον ἐκπλῆσαι. In Hippocratis verbis manifestus error inest, quem eadem opera deprehendes ac tolles. Intelligisne quid sit ἢ δ' ἂν ἄνδρα ἑωυτῇ ἄρηται? Quis umquam in tali re dixit aut dicere potuit ἄνδρα ἑαυτῇ ἄρασθαι vel αἴρεσθαι? Interpres nil mali suspicatus ita vertit: »*Quod si qua sibi virum delegerit*" cet. quasi illae viragines quum tres hostes occidissent suo arbitratu sibi virum *legerent*. Sed ridiculum est ἄρασθαι pro ἑλέσθαι accipere. Vitiosum est ἄρηται, unde vera lectio elicienda est, quam non diu frustra quaeres. Nempe manifesto requiritur: »si qua virum *invenerit*." ἢ δ' ἂν ἄνδρα ἑωυτῇ εὕρηται. Noto usu εὑρίσκομαι ponitur pro *adipiscor*, *nanciscor*, aut *obtineo*, *impetro*, cuius nihil opus est exempla ubique obvia apponere. Quo modo ευ in

α abierit unusquisque intelligit. Scribitur enim ευ per nexum tam similem litterae α ut in multis Codd. utrum α an ευ scriptum sit oculis discerni non possit, unde complures errores suscepti, quos cognita vitii origine omnes confidenter tollimus. Librarii ἀτυχεῖν et εὐτυχεῖν, ἄπορος et εὔπορος similiaque omnia, perinde ac si nihil interesset, confundunt, vid. Iacobs. ad Aelian. de N. A. p. 61, 11 et 132, 10. Sciendum est autem vetus admodum hoc genus vitiorum esse, quia iam olim οἱ εἰς τάχος γράφοντες usi sunt iisdem nexibus litterarum compendiisque, quae nunc fere in Codicibus non antiquissimis reperiuntur. Apud Thucydidem III. 104. versiculus affertur ex Homeri hymno in Apollinem:

Τμεῖς δ' εὖ μάλα πᾶσαι ὑποκρίνασθ' ἀφήμως

ubi plerique libri conspirant in ὑποκρίνασθαι ἀφήμως et ὑποκρίνασθε ἀφήμως cum scholio ἀφήμως: ἡσύχως, σιγῇ. Bellissimum est σιγῇ *respondere*, sed istos nihil moratur. Constat inter omnes Thucydidem dedisse: ὑποκρίνασθ' εὐφήμως, sed quam sit vetus corruptela Hesychius palam facit, qui plurimas γλώσσας Thucydideas recepit et in his hanc quoque:

Ἀφήμως: ἐν κόσμῳ, ἡσυχῇ.

Itaque iam tum ευ in α abierat eodem modo, quo apud Hippocratem εὕρηται in ἄρηται pessumdata loci sententia depravatum est. Non semel alibi vidi εὑρέσθαι, εὕρασθαι et ἅρασθαι oscitanter confusa. In Xenophontis quae fertur epistola apud Stobaeum Floril. 124, 42. male editur: ἀλλ' οὔτ' ἐπὶ θανάτῳ προσήκει τοσοῦτον πένθος εὑρέσθαι. Manifestum est ἄρασθαι reponi oportere. Apud Strabonem X. p. 477. Cas. vitiose scribitur: αἱρεθεὶς δὲ στρατηγὸς καὶ κατορθώσας διὰ ταχέων ἤρατο (alii ἤρετο) τιμὰς τὰ μεγίστας, requiritur *consecutus est*, εὔρετο, pro quo Graeculi suum εὔρατο supponere solent, ut ἀφείλατο pro ἀφείλετο. Fefellit ea res Kramerum libr. XII. p. 558. ubi εὔρατο pro εὔρετο recepit.

Pag 274. ubi in Codd. est ἠήρ τε κατέχει πουλὺς τῆς ἡμέρης τὰ πεδία καὶ ἐν νότοισι διαιτεῦνται, supra ad Galenum admonuimus in verbis ENNOTOIΣI latere ἐν ὅτοισι et deleta importuna copula emendandum esse: τὰ πεδία, ἐν ὅτοισι διαιτεῦνται.

Intercidit pronomen relativum p. 274. in his: αὐτόθι καὶ

τὰ θηρία οὐ γίγνεται μεγάλα ἀλλ' οἷά τέ ἐςι ὑπὸ γῆν σκεπάζεσθαι. Recte vertunt: »sed quae *sub terra abscondi possunt.*" Ergo legendum: ἀλλ' ἃ οἷά τέ ἐςι κτἑ.

In iis quae continuo sequuntur: καὶ τὰ εἴδεα ὁμοῖα αὐτὰ ἐωυτοῖσί εἰσι· σίτῳ τε χρεόμενοι αἰεὶ ὁμοίῳ ἐσθῆτί τε τῇ αὐτῇ κτἑ. mira est ἀσυνταξία. Non est enim verbum finitum unde χρεόμενοι suspensum sit et quae sequuntur participia τόν τε ἠέρα ἕλκοντες et τά τε ὕδατα πίνοντες. Sed nullo negotio poteris malo mederi, ubi senseris non *formas* inter se similes esse dici oportere, sed *homines* inter se simili forma esse. Repone igitur τὰ εἴδεα ὁμοῖοι αὐτοὶ ἐωυτοῖσί εἰσι σίτῳ τε χρεόμενοι ὁμοίῳ κτἑ. et omnia, ut vides, commode et apte decurrunt.

Eadem loquendi forma restituenda est p. 275: τά τε εἴδεα ἔοικε ἀλλήλοισι τά τε ἄρσενα τοῖσι ἄρσεσι καὶ τὰ θήλεα τοῖσι θήλεσι. Nempe τὰ εἴδεα accusativus est et hoc dicit: τὰ εἴδεα ὁμοῖοί εἰσι ἀλλήλοισι οἵ τε ἄνδρες τοῖσι ἀνδράσι καὶ αἱ γυναῖκες τῇσι γυναιξί. Quod si mihi dederis simul hoc dabis importunam voculam τε in τὰ [τε] εἴδεα expungi oportere.

Notavimus supra ἐπείπερ in εἴπερ corruptum. Contrario errore peccatum est p. 278: καίτοι ἐχρῆν, ἐπεὶ θειότερον τοῦτο τὸ νόσευμα τῶν λοιπῶν ἐςι, οὐ — τοῖς πλουσιωτάτοις προσπίπτειν μούνοις ἀλλὰ τοῖς ἅπασι ὁμοίως. Qui ita dicit ἐπεὶ θειότερον τοῦτο τὸ νόσευμα τῶν λοιπῶν ἐςι, fatetur et concedit *divinitus hunc morbum praeter caeteros hominibus immitti.* Sed Hippocrates istam superstitionem redarguit sapienter statuens θεῖα καὶ ταῦτα εἶναι ὁμοίως τοῖς ἄλλοις· γίγνεσθαι δὲ κατὰ φύσιν ἕκαςα p. 279. et paullo ante p. 277: ἐμοὶ δὲ καὶ αὐτῷ δοκέει ταῦτα τὰ πάθεα θεῖα εἶναι καὶ τἆλλα πάντα καὶ οὐδὲν ἕτερον ἑτέρου θειότερον οὐδὲ ἀνθρωπινώτερον, ἀλλὰ πάντα ὁμοῖα καὶ πάντα θεῖα· ἕκαςον δὲ ἔχει φύσιν τῶν τοιούτων καὶ οὐδὲν ἄνευ φύσιος γίγνεται. Non alio consilio haec disputat quam ut eam opinionem inanem esse demonstret. Itaque sic dixerat: καίτοι ἐχρῆν, εἴπερ θειότερον τοῦτο νόσευμα τῶν λοιπῶν ἐςι, κτἑ. Redarguentis haec oratio est »*si esset is morbus caeteris divinior*, omnes pariter invadere debebat, atque adeo pauperes magis quam divites, εἰ δὴ τιμώμενοι χαίρουσι οἱ θεοὶ καὶ θαυμαζόμενοι ὑπ' ἀνθρώπων καὶ ἀντὶ τούτων χάριτας ἀποδι-

δοῦσι." Popularem hanc opinionem scite Hippocrates ipsis verbis Euripideis enunciavit ex Hippolyto vs. 7, quem locum Coraës et Ermerins apposuerunt:

ἔνεσι γὰρ δὴ κἀν θεῶν γένει τόδε·
τιμώμενοι χαίρουσιν ἀνθρώπων ὕπο.

Omnino praeclare hunc Hippocratis locum restituit Coraës in libris pessime mulcatum. Lepidus est Littréus »*prenant* τιμωμένοισι *dans le sens actif*, quem incaute Ermerins sequitur: τιμᾶσθαι *transitive sumi probe scio.*" Et ego scio, sed mutata verbi significatione. Αἴρεῦμαι transitive sumitur, sed non pro αἱρῶ. Ἀπέχομαι optime habet sed non pro ἀπέχω. Dicitur λαμβάνω et λαμβάνομαι, λανθάνω et λανθάνομαι, εὑρίσκω et εὑρίσκομαι, sed numquam haec inter se permutantur. Sed reperta vera lectio et ab Ermerinsio recepta facit ut illi errores nemini noceant.

Quod reposuimus καίτοι ἐχρῆν εἴπερ θειότερον τοῦτο τῶν λοιπῶν ἐστι, duobus locis simillimis apud Aristophanem confirmatur. Legitur in *Pluto* vs. 586:

καίτοι χρυσῷ μᾶλλον ἐχρῆν εἴπερ ἐπλούτει.

et ne scrupulum iniiciat εἴπερ ἐστί pro εἴπερ ἦν, compara mihi hunc locum ex *Equitibus* vs. 848:

οὐ γάρ σ' ἐχρῆν, εἴπερ Φιλεῖς τὸν δῆμον, ἐκ προνοίας
ταύτας ἐᾶν αὐτοῖσι τοῖς πόρπαξιν ἀνατεθῆναι.

Melius recepisset Ermerins p. 279. Corais emendationem διὰ (ταύτας) τὰς προφάσιας, ut Hippocrates dicere solet, quam vulgatam sic explicuisset ut τάς pronomen demonstrativum esse diceret et haec δεικτικῶς sumi. Quasi vero Hippocrates illas morborum causas digito vel oculis designare potuisset.

Iterum confusa manifesto sunt ἀπό et ὑπό p. 280. in verbis: ἀπὸ μὲν ἡσυχίης καὶ ῥαθυμίης ἡ δειλίη αὔξεται, ἀπὸ δὲ τῆς ταλαιπωρίης καὶ τῶν πόνων αἱ ἀνδρεῖαι, nam quoniam alia orationis forma *idem* sic dici poterat: ἡ μὲν ἡσυχίη τὴν δειλίην αὔξει, ἡ δὲ ταλαιπωρίη τὰς ἀνδρείας, consequitur bis necessario ὑπό pro ἀπό restitui oportere.

Soloeca oratio est p. 281: τὸ δὲ ἀνδρεῖον — ἐν τῇ ψυχῇ Φύσι μὲν οὐκ ἂν ὁμοίως ἐνείη, νόμος δὲ προσγενόμενος ἀπεργάσοιτ' ἄν. Futurum enim cum ἄν coniungi non potest, neque satisfacit ἀπεργάσαιτ' ἄν, sed omissa vocula ἄν sententia praesens

requirit: *νόμος δὲ προσγενόμενος ἀπεργάζεται.* Quod fieri aut esse negat in eo *ἄν* cum optativo ponit, quod esse affirmat in eo indicativo utitur. Verissime Hippocrates paullo ante: *οἱ νόμοι οὐχ ἥκιστα τὴν εὐψυχίην ἐργάζονται.* Compara cum his verba Demarati ad Xerxen (Herod. VII. 102): *τῇ Ἑλλάδι πενίη μὲν αἰεί κοτε σύντροφός ἐστι, ἀρετὴ δὲ ἐπακτός ἐστι ἀπό τε σοφίης κατεργασμένη καὶ νόμου ἰσχυροῦ*, cui redde obiter *ὑπό τε σοφίης*, nam si, ut Hippocrates loquitur, *νόμος προσγενόμενος τὸ ἀνδρεῖον ἐν τῇ ψυχῇ ἀπεργάζεται*, consequitur passive dici oportere *ἀρετὴ ὑπὸ νόμου ἰσχυροῦ κατεργασμένη*, non *ἀπὸ νόμου.*

In ultimo libelli vocabulo peccatum est: *ἀπὸ δὲ τούτων τεκμαιρόμενος τὰ λοιπὰ ἐνθυμέεσθαι καὶ οὐχ ἁμαρτήσῃ.* Forma *ἁμαρτήσῃ* saeculis aliquot post Hippocratem nata est. Athenienses *ἁμαρτήσει* dicebant, Iones et Hippocrates *ἁμαρτήσεαι.* Vidimus supra formas Ionicas ab ipsis Hippocratis editoribus olim Hadriano imperante in communes fuisse refictas: deinde scribae in ea re antiquum obtinent et formis antiquis vulgares passim substituunt. Antiquum loquendi genus in vetustis mendis tutissime latuit, a quibus scioli manum abstinebant. Vidimus *ἐν ὅτοισι* evasisse quia *ἐν νότοισι* in libros irrepserat, et *ἀπ' ὅτων* quoniam Graeculi *ἀπὸ τῶν* scripserant. Verbum Hippocrateum *προφροντίσῃ* ad nos pervenit in *πρόφρων τις ᾖ* mutatum. Elapsum est vetus verbum *ἰδίει* pro *ἰδροῖ*, quoniam a scribis felici errore in *διίει* conversum est p. 255. *ὁκόταν δὲ εἰς σκιὴν ἀφίκηται* (*ἀπίκηται*) *ἅπαν τὸ σῶμα ὁμοίως διίει.* Requiritur *sudorem emittit*, unde Heringa sagaciter, ut solet, *ἰδίει* elicuit. Si quis olim *ἰδροῖ* substituisset sine vestigio ipsa Hippocratis manus periisset. Quis umquam potuisset apud Hippocratem *περὶ φύσιος παιδίου* Tom. I. p. 246. Foes. *εἴ τις ἐθέλει ᾠὰ εἴκοσι — ὅκως ἐκλεπίσηται ὑποθεῖναι ἀλεκτορίσι εἴτε δυσὶ ἢ καὶ πλείοσι κτέ.* reperire pro *ἐκλεπίσηται* antiquam et probam lectionem *ἐκλαπήσεται* nisi Erotianus v. *Ἐκλαπήσεται* servasset manum Hippocratis, cuius sedes tantum erat quaerenda, quam mihi illo loco reperire contigit. Vetus forma Ionica *ζώειν* e scribarum manibus ambusta evasit p. 261, ubi in libris est: *ἀκρατέα τὰ παιδία τίκτειν ὥστε ἢ ἀπόλλυσθαι ἢ ζῶσι λεπτά τε ἐόντα καὶ ἀσθενέα.* Acute vidit Coraës in ΖΩCI

latere ΖΩΘῙ, id est *ζώειν λεπτά κτέ.* Qui eum locum in Aphorismos transtulit Ionicam formam in vulgarem mutavit et *ζῆν* substituit. Ionicum *σφίσι* pro *αὐταῖς* servatum est p. 278. sed non sine errore, est enim in libris: *ἐπειδὰν ἀφίκωνται* (*ἀπίκωνται*) *παρὰ γυναῖκας καὶ μὴ οἷοί τε ὦσι χρῆσθαί σφισι αὐταῖς*, sed optime interpretamentum *αὐταῖς* Coraës delevit. Ionicum *ἀναγκέων* non ad nos pervenisset p. 276. nisi turpem errorem in libris concepisset hunc: *ὑπὸ τούτων τῶν ἀναγκαίων οὐ πολύγονόν ἐϛι τὸ γένος τὸ Σκυθικόν*, quod tralaticio errore pro *ἀναγκέων* scriptum esse viri docti rectissime admonuerunt. Passim similia emendate scribuntur *ὡρέων*, *δυσμέων*, *πετρέων*, *πηγέων*, *ἀνατολέων*, *μεταβολέων*, *Σκυθέων*, sed peccatur in aliis *δυσμῶν*, *κοιλιῶν* cet. In Ionico scriptore ferri non potest quod legitur p. 271. *ὑπὲρ τῶν δεσποτῶν.* Constanter omnes dicebant *τοῦ δεσπότεω* et *τῶν δεσποτέων*, quod repone. Semel recte legitur forma Ionica *ἡλιωθέωσι* p. 245, similes omnes male contractae sunt. Sexcenties recurrit Ionicum *η*, sed *ϛυπτηρία* tamen et *ἀλέαν* et *κρᾶσις* tolerantur. Summo iure Ermerins reiicit barbaram formam p. 265: *ἡμεροῦντες ἐξ ἀγρίων καὶ εἰϛ ἐπιτήδειον μεταφυτέοντες*, sed quod ipse reponit *μεταφυτεύοντες* non est Ionicum nec Hippocrateum. Iones et Attici veteres dicebant *φῖτυ*, *φιτύω*, *φίτυμα* prima longa pro *φυτεύω* et *φύτευμα* prima correpta, et sedulo Graeculi iugulato metro vetus *φιτύω*, *φιτύσας* et sim. apud Tragicos in *φυτεύω* et *φυτεύσας* corrumpunt. Bis corrupte apud Hesychium legitur *Φυτεύει*: — *γεννᾷ* et *Φωτεύει*: *γεννᾷ*. Portentoso errore, quales apud Hesychium pullulant, *φωτεύει* scriptum est, et *φυτεύει* non est glossa. Utrobique repone *Φιτύει*: *γεννᾷ* ex Ionico scriptore vel Tragico Lyricove sumtum. Similiter Hippocrates *μεταφιτύοντες* dederat, quod a scribis vitiatum est ut vidimus.

Addam unum locum olim apud Veteres misere corruptum et malesanis interpretationibus vexatum, cuius nunc sententia reperta dudum est, sed scriptura, me iudice, nondum est sat bene et firmiter constituta. Legitur apud Ermerins p. 244. correctus, sed proponam lectionem Codicum omnium quae haec est: *τοῖσι δὲ παιδίοισι ἐπιπίπτειν σπασμοὺς καὶ ἄσθματα ἃ νομίζουσι τὸ παιδίον ποιέειν καὶ ἱρὴν νοῦσον εἶναι.* Alio modo le-

gebat Galenus, cuius duo testimonia apponam quoniam in hac ipsa re mendum conceperunt. In Commentario ad libr. VI. Epidem. p. 365. Chart. ita scribit: *τὸ τῆς ἐπιληψίας πάθος — γίνεται ὅταν ὑγρὸς ὁ ἐγκέφαλος ἱκανῶς ᾖ καὶ τηνικαῦτά γε καὶ παιδίων ὀνομάζεται τὸ νόσημα, καθάπερ αὐτὸς ἐδήλωσεν ἐν τῷ* Περὶ ὑδάτων καὶ ἀέρων καὶ τόπων *ὠδέπως γράψας· τοῖς παιδίοις συμπίπτειν σπασμούς τε καὶ ἄσθματα ἃ νομίζουσι τὸ παιδίον ποιέειν καὶ ἱερὴν νοῦσον εἶναι,* quibus continuo addit: *κατὰ ταύτην τὴν ῥῆσιν εὔδηλον ὅτι προσυπακοῦσαι δεῖ τὸ παιδίων πάθος, ὡς εἶναι τὴν λέξιν ταύτην· ἃ νομίζουσι τὸ παιδίων πάθος ποιέειν καὶ ἱερὴν νοῦσον εἶναι.* Iterum de eadem re scribit in Commentario ad librum eundem p. 532. Chart. his verbis: *οὐ μὴν φαίνεταί γε παισὶ* (inepte editur *τε πᾶσι*) *τὰ πάθη ταῦτα γινόμενα πλὴν τῆς ἐπιληψίας ἣν καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο πρὸς τῶν παλαιῶν ὀνομασθῆναι συνέβη παιδίων πάθος.* Manifestum est ea sic a Galeno scribi non potuisse: *εὔδηλον*, inquit, *ὅτι προσυπακοῦσαι δεῖ τὸ παιδίων πάθος.* Ut in re certa et evidente *εὔδηλόν ἐστιν* inquit. Quid igitur in suo Hippocrate legebat? Utrum *τὸ παιδίον* an *τὸ παιδίων*? Confidenter respondeo Neutrum. Num tu putas in *τὸ παιδίον subaudiri* posse (utar enim verbo grammaticorum) *πάθος*? Absurdum est. An igitur *τὸ παιδίων*? Mira et ridicula profecto scriptura esset: *ἃ νομίζουσι τὸ παιδίων ποιέειν καὶ ἱρὴν νοῦσον εἶναι.* Sed ne sic quidem *εὔδηλον* est *subaudiri πάθος.* Quis, ut hoc utar, non subrideret si in Aristophanis versiculo:

τὸ τοῦ Φερεκράτους κύνα δέρειν δεδαρμένην.

diceretur *πάθος subaudiri*? Praeterea sic *τὸ τῶν παιδίων* Graece dicendum fuisset. Quid igitur legebat Galenus? Nempe *ἃ νομίζουσι τὸ παιδικὸν ποιέειν*, et sic iure statuebat *πάθος* subaudiri et integram orationem hanc esse: *ἃ νομίζουσι τὸ παιδικὸν πάθος ποιέειν.* Sic *τὸ ἀνθρώπινον* et alia dicuntur. Omnem dubitationem Erotianus eximet, apud quem legitur p. 304: *Παιδικὸν πάθος: παιδίαν νῦν τὴν παιδοτροφίαν, ὅθεν καὶ Σοφοκλῆς ἐν Πελίᾳ φησί·*

λευκὸν αὐτὴν ὃδ' ἐπαίδευσε γάλα.

quam glossam rectissime Foesius ad Hippocratis locum, de quo agimus, retulit. Erotiani verba integra non sunt. *Παι-*

δικόν est Hippocratis, πάθος ab Erotiano ut a Galeno suppletum de suo est. Interpretatio depravatae lectionis sana esse non potest. Fecit Erotianus quod potuit. Commentus est παιδείαν (nam sic legendum) significare τὴν παιδοτροφίαν, namque verbum παιδεύειν nonnumquam poni pro τρέφειν sive ἐκτρέφειν, quod verum est, et satis apparet e versiculo Sophocleo quem sic restituerim:

λευκὴν γὰρ αὐτὴν ὧδ' ἐπαίδευσεν γάλα.

quod manifesto significat ἐξέθρεψεν. Eodem modo Nausicrates Comicus lepidissime παρατραγῳδῶν ita dixit apud Athen. pag. 525. E:

αἱ ξανθοχρῶτες ἃς κλύδων Αἰξωνικὸς,
πασῶν ἀρίσας ἐντόποις παιδεύεται,

id est τοῖς ἐν τῷ τόπῳ sive τοῖς ἐκεῖ οἰκοῦσιν ἐκτρέφει, nam nulla est dubitatio quin vulgata lectio ἐν τόποις debeat in Sophocleum ἐντόποις coalescere. Eodem modo Iuvenalis dixit noto versiculo:

Terra malos homines nunc educat *atque pusillos*,

quod Graece sic sonaret: ὁ βίος

μοχθηρὰ παιδεύει τὰ νῦν ἀνθρώπια.

Sed quamquam παιδεύειν pro ἐκτρέφειν concedimus σεμνῶς πάνυ καὶ τραγικῶς dici posse, tamen minime inde sequitur τὴν παιδοτροφίαν commode et ita ut intelligi possit παιδείαν appellari, et etiam minus quid sit τὸ παιδικόν sive τὸ παιδικὸν πάθος ita ullo modo explicari. Sed etiam si haec omnia (id quod fieri non potest) Erotiano dederis, ut τὸ παιδικόν sit *aetas puerilis*, vel sic tamen nihil sani e vulgata lectione extunditur. Quamquam multo etiam absurdior est Galeni suspicio dicam an fictio τὸ παιδικόν apud Veteres significare τὴν ἐπιλημψίαν. Vix oculis nostris credimus ubi istud commentum bis a Galeno confidenter affirmatur et pro certo ponitur. Paulo inclementius sed vere Ermerins p. 244. Galenum increpat his verbis: »*semper absurdissima quaeque arripit et lectoribus venditat.*" Nam fac, fac, inquam, τὸ παιδικόν apud Veteres appellatam fuisse τὴν ἐπιλημψίαν, qualis tandem e verbis Hippocratis sententia exibit? τοῖς παιδίοις σπασμοὶ καὶ ἄσθματα ἐπιπίπτει, ἃ νομίζουσι τὴν ἐπιλημψίαν ποιεῖν. Ergo ἡ ἐπιλημψία putabatur ἐπιλημψίαν ποιεῖν! Nugatoria haec esse vides. Et

tamen id quod Hippocrates dixerat ex ipsa loci ratione tam perspicue pellucet, ut ab unoquoque facile indagari possit et a multis olim sit repertum. *Morbum sacrum* esse vulgo opinabantur et *a Divino numine immitti*. Putabatur τὸ θεῖον id facere, quam superstitionem Hippocrates et sapienter contemsit et in hoc ipso libro semel et iterum refutavit, ut supra ostendimus. Etiam alibi eandam vulgi opinionem commemoravit, et diu ea superstitio tenuit etiam apud Romanos. Itaque quum sit perspicuum hoc ipsum dicere debuisse Hippocratem, dubitari non potest quin pro τὸ παιδικόν posuerit *Numen divinum*. Olim hoc perspexit nescio quis qui pro τὸ παιδικὸν ποιέειν reposuit τό τε θεῖον ποιέειν, namque esse hanc incerti auctoris coniecturam nullo Codice Ms. nixam satis compertum est: sed plane assentior Corai, ubi dicit: »*peu importe que ce soit une correction ou une ancienne leçon des mss. elle est d'une telle évidence* cet. Evidens est ipsam *sententiam* Hippocratis repertam esse, sed in scriptura superest aliquid dubitationis. Ermerins rem palaeographice expediri et demonstrari posse putat sic: »τε θεῖον, ταιθεῖον, παιδίον." Sed non habent haec palaeographicam evidentiam: non sic similes litterarum ductus proclivi errore permutantur, sed diversa diversis Τ — Π, Θ — Δ substituuntur, quod saepe fieri non nego, sed sic palaeographica πειθανάγκη omnis dilabitur. Praeterea non τὸ παιδίον vetus lectio est, sed τὸ παιδικόν. Equidem sic statuo: id quod sententia loci requirit aut τὸ θεῖον ποιέειν Graece sonat aut τὸ δαιμόνιον ποιέειν. Quoniam autem τὸ δαιμόνιον nusquam apud Hippocratem legitur, sed τὸ θεῖον nonnumquam apud eum occurrit, facilis optio esse videtur. Sed copula τε importuna est et eliminanda. Si ita dicitur: ἃ νομίζουσι τό τε θεῖον ποιέειν καὶ ἱρὴν νοῦσον εἶναι, et alio modo ratio syntactica laborat, et *duae res diversae* inter se arcto vinculo copulari videntur, id quod non est. Una res et eadem duobis modis enunciatur, namque eodem redit τὸ θεῖον ποιέει τὴν νοῦσον et ἱρὴ ἡ νοῦσός ἐστι. Itaque coniunctio per τε — καί locum non habet et expuncta molesta vocula locus sic est constituendus: ἃ νομίζουσι τὸ θεῖον ποιέειν καὶ ἱρὴν νοῦσον εἶναι. Quomodo τὸ θεῖον in τὸ παιδικόν olim abierit mihi quidem non liquet. Indicia palaeographica prorsus deficiunt, sed instar omnium est ipsa loci

sententia, quae tam lucida et clara est ut concludam iisdem verbis quibus Ermerins in ea re utitur: »*Sunt haec ita in luce posita ut quomodo quis dubitare de veritate possit non intelligam.*"

II.

AD STOBAEI FLORILEGIUM.

Verissime Meinekius quum nuper Stobaei Florilegium ederet in Praefatione Tom. IV. p. LXXXIV. ita scripsit: »*Etsi sexcentis minimum locis Stobaeus nunc emendatior editus sit, quam antea edebatur, tamen haec pauca existimanda sunt prae ingenti vitiorum multitudine, quae adhuc medelam exspectant.*" In his multi sunt errores insanabiles, in reliquis τὸ ζητούμενον ἀλωτόν. Insanabiles errores esse dico eos, ubi scribae librorum veterum lacunas impudentia incredibili de suo utcumque sarcire et explere aggressi sunt, idque tam imperite et stulte, ut neque quid loci sententia postularet neque quid Graecitatis ratio requireret neque in poëtis quid metrum exigeret ullo modo curarent, sed confidenter quidquid in buccam venisset amissae veteri lectioni supponerent. Istam librorum pessime interpolatorum fraudem saepius in hac BIBLIOTHECA PHILOLOGICA commemoravi et appositis luculentis exemplis demonstravi: vide *Mnemos.* IV. p. 233 et 367. sqq. V. p. 252. VI. p. 30. sq. Deprehenduntur istae fraudes aut ex aliorum testimoniis, qui veras scripturas integras servaverunt, quas sciolus nescio quis in Stobaei Florilegio stultissime interpolasset, aut ex ipsa rei natura intelligimus, et e Graecitatis ratione mirifice corrupta, et ex metro misere iugulato, nos non antiqui scriptoris aut poëtae verba tenere, sed stulti Graeculi temerariam et sensu vacuam interpolationem. Pauca haec exempla vide: Floril. 36, 12:

Αἰσχρόν γ' ὅταν τις ἐπὶ γλώσσῃ φυεὶς
γλώσσῃ ματαίους ἐξακοντίσῃ λόγους.

Interpretare mihi, si poteris, ἐπὶ γλώσσῃ φυείς, et induc in animum φυείς ab antiquo poëta scribi potuisse. Erat olim in libris:

Αἰσχρόν γ' ὅταν τις * * * *

reliqua pars senarii expediri non poterat, aut quacumque de causa interciderat. Nihili Graeculus quod in buccam venit substituit fraude manifesta, nam neque sententiam adiuvit et Graecitatem violavit et pessumdedit metrum. Duce loci sententia ad hanc scripturam devenies:

Αἰσχρόν γ' ὅταν τις ἀξίωμ' ἔχων μέγα
γλώσσῃ ματαίους ἐξακοντίσῃ λόγους.

Legitur in Floril. 63, 3:

οἱ γὰρ Κύπριν φεύγοντες ἀνθρώπων ἄγαν
νοσοῦσ' ὁμοίως τοῖς διώκουσιν ἄγαν.

bellissima lectio est, ut vides. Euripidis manus apud Plutarchum servata haec est:

νοσοῦσ' ὁμοίως τοῖς ἄγαν θηρωμένοις.

Expleverat scilicet Graeculus lacunam. Creditur Euripides dixisse Floril. 43, 20:

ἃ δ' οἱ πλουτοῦντες οὐ κεκτήμεθα
τοῖσιν πένησι χρώμενοι τιμώμεθα.

quod absurdum est: in aliis est πειθώμεθα nihilo sanius. Paucae litterulae perierant et restabat * * ΩΜΕΘΑ. Isti supplent verbum quodcumque sententiae securi. Latebat verbum θηρώμεθα. Tamquam Euripidea apponuntur Floril. 64, 6:

σὺ δ' ὦ κάκιστε θεῶν κἀνθρώπων
ἥ μὴ δίδασκε τὰ καλὰ φαίνεσθαι καλὰ
ἥ τοῖς ἐρῶσιν εὐμενὴς παρίσασο.

Dederat Euripides:

σὺ δ' ὦ θεῶν τύραννε κἀνθρώπων Ἔρως
ἥ μὴ δίδασκε τὰ καλὰ φαίνεσθαι καλὰ
ἥ τοῖς ἐρῶσιν ὧν σὺ δημιουργὸς εἶ
μοχθοῦσι μόχθους εὐτυχῶς συνεκπόνει.

Quam perite et eleganter explevit homo lacunam in verbis ΣΤΔΩ * * * * ΑΝΘΡΩΠΩΝ * *! Plura exempla expromsimus locis supra indicatis. Ubi autem scribae tam impudenti interpolatione grassati sunt, nisi aliunde aliqua lux affulgeat omnis fere emendandi opera luditur. Hoc solum recte cogitando assequeris, ut intelligas locum, in quo haereas, neque intelligi posse neque emendari; id quod certe aliquanto melius est quam aut absurda quaedam comminisci aut verbis vitiatis abuti ut alia perinde vitiosa defendas. Fit tamen nonnum-

quam ut ex ipso sententiae fundo antiqua et vera scriptura emergat, si quis in eadem cogitandi vestigia inciderit, quibus olim scriptor aut poëta in loco nunc interpolato institerit; et sententiam dicti semel repertam ex accurata Graecitatis intelligentia iisdem quibus ille verbis vestiverit. Ut cuiusque scriptoris cogitandi dicendique genus diligentissime perspexeris ac penitissime imbiberis, ita tibi ea res subinde felicissime cesserit: itaque quamquam libri prorsus te destituunt, et e vulgata lectione nil extundi potest, tamen nondum est spes omnis abiicienda, sed lacuna male stolideque olim a Graeculo expleta felicius ipsis scriptoris verbis sarciri nonnumquam poterit. Ex Euripide haec afferuntur Floril. 22, 14:

σιγᾶν φρονοῦντα κρεῖσσον εἰς ὁμιλίαν
πεσόντα· τούτῳ δ' ἀνδρὶ μήτ' εἴην φίλος
μήτε ξυνείην, ὅστις αὐτάρκη φρονεῖν
πέποιθε δούλους τοὺς φίλους ἡγούμενος.

in his verba εἰς ὁμιλίαν πεσόντα sensu cassa sunt, haud secus atque ἐπὶ γλώσσῃ φυείς, de quibus modo diximus. Requiritur post κρεῖσσον de more ἤ cum infinitivo. Requiritur τοιούτῳ δ' ἀνδρί pro τούτῳ. Sana pars loci facem praefert et praelucet. Non desunt etiamnunc illi qui sibi αὐτάρκη φρονεῖν videntur, et amicorum sententias superbi contemnunt et suam ut qui soli sapiant pertinaciter usque tuentur. Dicebantur illi in Graecia αὐθάδεις et illud molestissimum vitium a populo αὐθάδεια, a Tragicis αὐθαδία dicebatur. Quin igitur reponimus:

σιγᾶν φρονοῦντα κρεῖσσον ἢ 'ς αὐθαδίαν
πεσεῖν. τοιούτῳ δ' ἀνδρὶ μήτ' εἴην φίλος κτέ.

Nec caput nec pes constat sententiae Sophocleae Floril. 41, 3:

μή μοι κρυφαῖον μηδὲν ἐξείπῃς ἔπος.
κλῇθρον γὰρ οὐδέν· ὡς δ' ἂν εὐπετὲς λάβοις,
γλώσσης κρυφαῖον οὐδὲν οὐ διέρχεται.

hic quoque est inanis vocabulorum tinnitus, quibus nulla est subiecta sententia. Si Sophoclis sententiam indagaveris eadem opera indagari poterit quibus eam verbis enunciaverit. Multum te adiuvare poterit in huius rei investigatione Apollodori Comici locus in Floril. 6, 28:

καὶ κλείεθ' ἡ θύρα μοχλοῖς· ἀλλ' οὐδὲ εἷς
τέκτων ὀχυρὰν οὕτως ἐποίησεν θύραν
δι' ἧς γαλῆ καὶ μοιχὸς οὐκ εἰσέρχεται.

Eiusdemmodi quid in re seria dixerat Sophocles. Ut Comicus ὀχυρὰν οὕτως θύραν dederat, sic Tragicus κλῆθρον ὧδε εὐπαγές scripserat, et quemadmodum Apollodorus δι' ἧς — οὐκ εἰσέρχεται posuerat, sic dixerat Sophocles δι' οὗ — οὐ διέρχεται. Iam clara lux illis tenebris affulget:

κλῆθρον γὰρ οὐδὲν ὧδ' ἂν εὐπαγὲς λάβοις
γλώσσης δι' οὗ κρυφαῖον οὐ διέρχεται.

Patent nunc scribarum flagitia, qui tragicum ΕΥΠΑΓΕΣ in εὐπετές depravarunt, et ΩΔΑΝ in ὡς δ' ἄν, et caetera multaverunt, ut vides. Ut θύρα οὕτως ὀχυρά splendore eloquii tragici dicatur, quae verba aptiora reperiri possunt quam κλῆθρον ὧδ' εὐπαγές? sed ut in re perspicua parco verbis.

Addo locum Sophoclis in Floril. 54, 21:

δοκῶ μὲν οὐδείς· ἀλλ' ὅρα μὴ κρεῖσσον ᾖ
καὶ δυσσεβοῦντα τῶν ἐναντίων κρατεῖν
ἢ δοῦλον αὐτὸν ὄντα τῶν πέλας κλύειν.

quam sit haec scriptura absurda unicuique statim erit manifestum: τῶν πέλας κλύειν nihil aliud est quam δουλεύειν tragica pompa dictum. Itaque Sophocles putatur dixisse ἢ δοῦλον ὄντα δουλεύειν. Auget etiam ineptias additum αὐτόν, unde nascitur fallax oppositionis species inter αὐτόν et τῶν πέλας. Quomodo hanc caliginem dispellemus? Reddamus stulto Graeculo sua supplementa ἢ δοῦλον αὐτὸν ὄντα et videamus an ipsi veterem lacunam felicius sarcire possimus. Superest igitur:

* * * * * * τῶν πέλας κλύειν.

Non est, me iudice, admodum difficile elicere illud quod olim periit. Ubi enim contraria contrariis opponuntur, quilibet non plane hebes si alteram partem audiverit reliqua ipse nullo negotio excogitabit. Ubi ita legitur:

ἐν γῇ πένεσθαι κρεῖττον ἢ * * πλεῖν,

unusquisque statim πλουτοῦντα abesse sentiet. Ubi audiveris:

γυναῖκα θάπτειν κρεῖττόν ἐστιν ἢ * * *

et Graecos noveris continuo addes γαμεῖν. Namque illi sic solent iocari, ut in lepido fragmento:

δύ' ἡμέραι γυναικός εἰσιν ἥδισαι
ὅταν γαμῇ τις κἀκφέρῃ τεθνηκυῖαν.

Ubi supersunt haec verba: κρεῖττόν ἐστι
μὴ πόλλ' ἀηδῶς * * * * ἔχειν,

certum est intercidisse verba ὀλίγα δ' ἡδέως. Namque in talibus non datur optio: certum est et certo nomine id quod cuique oppositum est. Considera nunc mihi diligenter Sophoclis verba et sententiam. *Satius est*, inquit τῶν ἐναντίων κρατεῖν καὶ δυσσεβοῦντα ἢ τῶν πέλας κλύειν * *, quid igitur requiritur? Nempe εὐσεβοῦντα, namque opponuntur inter se τῶν ἐναντίων κρατεῖν et τῶν πέλας κλύειν, *vincere* et *vinci*, eodem modo quo δυσσεβοῦντα et id quod amissum est. »Satius est *vel cum impietate* vincere quam *cum pietate* vinci." Quomodo igitur sententia sic reperta numeris aptabitur? Facillime, nempe sic:

ἀλλ' ὅρα μὴ κρεῖσσον ᾖ
καὶ δυσσεβοῦντα τῶν ἐναντίων κρατεῖν
ἢ τοὺς θεοὺς σέβοντα τῶν πέλας κλύειν.

Quid est enim Tragicis usitatius quam τοὺς θεοὺς σέβειν?

Eodem modo subveniri potest Euripidi misere laboranti in Floril. 74, 10:

μοχθοῦμεν ἄλλως θῆλυ φρουροῦντες γένος·
ἥτις γὰρ αὐτὴ μὴ πέφυκεν ἔνδος
τί δεῖ φυλάσσειν κἀξαμαρτάνειν πλέον;

sic Meinekius edidit. Luculento indicio is locus est quanto opere nos libri Mss. deludant et quam vanum sit illis quidquam credere in locis interpolatis. Parisinus A. exhibet μὴ πέφυκεν ἔνδον, quae festivissima lectio est. Parisinus B, qui passim a levissimo Graeculo *correctus* est scilicet, μὴ πέφυκεν ἔνδικος obtulit. Sciolus senarium utcumque explevit: ἔνδικος nil facere ad rem et ridicule γυνὴ ἔνδικος, id est δίκαιος, pro *casta* et *pudica* dici non venit homini in mentem. Liber Vindobonensis a Gaisfordo collatus pro ἔνδον habet ενδοσ, unde Meinekius ἔνδος recepit; Nauckius in *Trag. Graec. Fragm.* p. 540. ex ἔνδος elicuit ἔννομος, quod eiusdem farinae est atque ἔνδικος. Paene irascaris futilissimis Graeculis qui viros doctos tam proterve ludificati sint. Auferant modo suum ἔνδον et ενδοσ, quod ubi nobis imponere desierit non difficulter

omnes manum Euripidis revocabimus. Superest enim:

ἥτις γὰρ αὐτὴ μὴ πέφυκε * * *
τί δεῖ φυλάσσειν;

quid dixerit poëta perspicuum est: *quid custodire attinet quae non sit suopte ingenio pudica?* Quomodo autem hoc Graece dicendum est eloquio Tragico et versu senario? Non aliter quam sic:

ἥτις γὰρ αὐτὴ μὴ πέφυκε σωφρονεῖν
τί δεῖ φυλάσσειν;

Quis in re tam nota et tam frequenti usu verbi exempla a me requiret?

Est Euripidis fragmentum in Floril. 88, 8. nunc quidem pessime corruptum, sed quod resectis verbis interpolatis lacunaque veterum librorum sanius suppleta in integrum restitui poterit. Editur nunc:

τὸν σὸν δὲ παῖδα σωφρονοῦντ' ἐπίσταμαι
χρηστοῖς θ' ὁμιλοῦντ' εὐσεβεῖν τ' ἠσκηκότα.
πῶς οὖν ἂν ἐκ τοιοῦδε σώματος κακὸς
γένοιτ' ἄν; οὐδεὶς τοῦτό μ' ἂν πίθοι ποτέ.

Dabis mihi σώματος absurdum esse. Ex litterarum ductibus et apicibus nihil expiscaberis. Lacuna est: vide quo te sana ratio et ipsa loci sententia ducat. De quo haec dicantur incertum est. De Hippolyto cogitari potest, de Phoenice, de aliis. Placatur pater filio ob aliquod scelus infestus. Qui filii causam agit ita necessario dicere debuit: »ego filium tuum frugi esse scio et probis amicum et colere Deos. Fieri non potest ut *repente* ex probo *tam* improbus factus sit." Omitte mihi *repente* et *tam*, et non est amplius oratio probabilis. Quamobrem hanc esse antiquam lectionem suspicor:

πῶς οὖν ἂν αὐτίκ' ἐκ τοιοῦδ' οὕτω κακός
ἐγένετ' ἄν; οὐδεὶς τοῦτό μ' ἂν πίθοι ποτέ.

Pro optativo γένοιτ' ἄν requiritur ἐγένετ' ἄν, quoniam haec ab eo dicuntur, cui id videtur omnino factum non esse.

Subiungam locos quosdam, quorum sententia in libris adeo deformata est ut prorsus nequeant intelligi, quale est hoc Menandri in Floril. 6, 25:

οὐκ ἔστι μοιχοῦ πρᾶγμα * * *
ἀτιμότερον. θανάτου γάρ ἐστιν ὄψιον.

Dubites utrum sit ineptius dicere nihil esse moecho ἀτιμότερον an rei absurdae causam reddere etiam absurdiorem. Quid sit θανάτου ἄνιον obscurum esse non potest. Ab Horatio dicitur Augustus

morte venalem petiisse laurum.

quod a Graecis sumtum est στέφανον θανάτου ἄνιον appellantibus coronam quam quis de salute dimicans sive cum capitis discrimine petat. Menander plane contrarium dixerat. Emendato uno vocabulo restitues sententiam et metrum et non illepidum iocum. Reponendum est enim:

οὐκ ἔστι μοιχοῦ πρᾶγμα τιμιώτερον.
θανάτου γάρ ἐστιν ὤνιον.

nihil potest *carius* quam sic *emi*, ut vita et capite constet. Vere hoc dici Atheniensibus sat notum erat, apud quos multae in adulterio deprensae poenas capite luerunt.

Choerili versiculus est ioculariter corruptus in Floril. 27, 1:

Ὅρκον δ' οὔτ' ἄδικον χρεὼν ἔμμεναι οὔτε δίκαιον.

intelligisne quid dicat? Ecquid igitur superest si neque *iustum* neque *iniustum* esse iusiurandum oportet? Nihil prorsus, nam, ut loquuntur dialectici, *tertium non datur*. Superest ut locum emendemus in hunc modum:

Ὅρκον δ' οὔτ' ἄδικον χρεὼν ὀμνύναι οὔτε δίκαιον.

Haec quidem plana et perspicua sunt: παντάπασιν οὐ χρὴ ὀμνύναι οὔτ' ἀδίκως οὔτε δικαίως, quae et olim fuit et nunc est multorum sententia, quibus nunc Choerilus accessit.

Vetus mendum in omnibus Plutarchi et Stobaei libris obscuravit et pessumdedit sententiam dicti Plutarchei, quod Stobaeus recepit in Floril. 29, 79: καίτοι κακὸν μὲν ἀναισθησία σώματι φάρμακον ἀπονοίας. Eadem scriptura in Plutarchi libris circumfertur περὶ εὐθυμίας p. 465. C. quam Stobaeus securus descripsit neque sensit illis verbis sententiam sanam non subesse. Optime senties vulgatae labem ubi veram lectionem cognoveris. Unam ex ἀπονοίας litterulam exime ut fiat φάρμακον ἀπονίας, ac memento φάρμακόν τινος dici τὸ παρασκευάζον τι καὶ ἐμποιοῦν noto usu, ut apud Comicum:

λιμὸς γάρ ἐστιν ἀθανασίας φάρμακον,

id est ἀθανάτους ποιεῖ. Aperta igitur et plana est Plutarchi sententia κακὸν εἶναι τῷ σώματι ἵνα μὴ πονῇ ἀναίσθητον γε-

νέσθαι, id est *ne dolorem sentiat* sensu omni carere. In eandem sententiam Crantor dixerat (apud Plutarch. in *Consolat. ad Apollon.* p. 102): τὸ γὰρ ἀνώδυνον τοῦτο οὐκ ἄνευ μεγάλων ἐγγίγνεται μισθῶν τῷ ἀνθρώπῳ· τεθηριῶσθαι γὰρ εἰκὸς ἐκεῖ μὲν σῶμα τοιοῦτον, ἐνταῦθα δὲ ψυχήν, quae Cicero sic Latine convertit in *Tuscul. Quaestt.* III. 6. *Nam istuc* nihil dolere *non sine magna mercede contingit immanitatis in animo, stuporis in corpore.* Quum manifestum sit de eadem *indolentia* Plutarchum dicere certum est eum non ἀπονολας scripsisse sed: κακὸν ἀναισθησία φάρμακον ἀπονίας.

In Eusebii votis, quae leguntur in Floril. 1, 85. pleraque iam emendate scripta sunt, pauca tantum supersunt emendanda. Miror non recepisse Meinekium ἐλαφρύνοιμι ἡπίῳ καὶ ἐναισίμῳ λόγῳ τὰς ἀνίας pro vulgata scriptura ἀκεσίμῳ, quae non est unius assis. Nondum emendata sunt haec verba: μούνων δὲ τῶν ὠφελεόντων τὴν ψυχὴν μαθημάτων ἐθέλοιμι ἃ δεῖ ἔσεσθαι. Pessime corrupta sunt ultima et a scribis profecta. Vera lectio e sententia loci investiganda est, quae requirit: »*nil scire cupiam* praeter ea quae animo prosint." Itaque ἐθέλοιμι ἴδρις γενέσθαι ab Eusebio scriptum esse suspicor.

Tralaticium librorum Stobaei vitium conspicitur in iis verbis quibus Eusebius sua vota orditur: Ἐχθρὸς γενοίμην μηδενὸς, φίλος δὲ τοῦ ἀεὶ καὶ παραμενέοντος. Sine mora expunge importunam copulam καί ac scito passim eam in Stobaei Codd. tamquam de coelo delapsam importune adventu suo sententiam onerare et turbare, cuius rei exempla compluscula subiungam. Floril. 2, 22: Δημοσθένης ἔλεγεν ὡς πολλάκις ἐπιὸν αὐτῷ εὔξασθαι τοὺς πονηροὺς ἀπολέσθαι [καὶ] φοβοῖτο μὴ ἔρημον ἄρδην ἐκ τῆς εὐχῆς ποιήσῃ τὴν πόλιν, et 2, 36: πολύβουλον εἶναι καὶ πολύτροπον, ἔνθα δεῖ [καὶ] τέχνης κατ' ἀλλοφύλων πολεμίων, χρήσιμον, et 5, 71: ἂν μὲν εὔκαιρον ᾖ [καὶ] ἐπίπληξον τῷ αἰσχρολογήσαντι, et 5, 94: τὰς σιτήσεις ποιοῦ μὴ πολυτελεῖς καὶ σκυθρωπὰς ἀλλὰ [καὶ] λαμπρὰς καὶ εὐτελεῖς, et 40, 9: ὁπότε γε μήτε μαθήσεως μήτε ἀσκήσεως [καὶ] ὧν χρὴ εἴργεταί τις διὰ τὴν φυγήν, et 54, 50: ἡλίκον θηρίον [καὶ] κεφαλὴν οὐκ ἔχει. *Quanta bellua caput non habet*, dixerat Epaminondas. Potuitne importunius copula interponi? Similia complura si hoc ages inter legendum colliges. Contra revocandum est καί

in Dorico fragmento Hipparchi Pythagorei Floril. 108, 81. ubi editur: *πάντα γὰρ τὰ κατὰ τὸν βίον ἄθεσμα κακά, παράνομα καὶ ἀσεβήματα ἐκ τῶν κατὰ τὰν ψυχὰν παθημάτων ἐντί*, sed scribendum esse patet sic: *ἄθεσμα καὶ παράνομα καὶ ἀσεβῆ ἐκ τῶν κτέ.*

Reddamus igitur censeo Eusebio: *φίλος δὲ τοῦ ἀεὶ παραμενέοντος*, et sicubi alibi dat turbas molesta particula audacter expungamus.

Praeterea Eusebio redde *ἤτοι τι εἴπας ἢ πρήξας* pro *πράξας*, et *ἀπ' ὧν οἷόν τε* pro *ἀφ' ὧν*, ut recte paulo ante scriptum est *ἐπησθείην*. Denique ubi optat: *εἴη μοι ἀεὶ προσδιαλέγεσθαι παρ' ὧν ἔξι τι πάντως ἀπελθεῖν χρηςὸν προσλαβόντι*, non hoc dedisse videtur sed *προσμαθόντι*. Sophocles in *Append. Florent.* sive in Excerptis e Floril. Ioh. Damasceni apud Meinek. IV. p. 189. pro *προσμανθάνειν* dixit *παίδευμα προσλαμβάνειν*, in his verbis:

παίδευμα γὰρ
προσλαμβάνειν δεῖ καὶ καθ' ἡμέραν ἀεί,
ἕως ἂν ἐξῇ, μανθάνειν βελτίονα.

sed in soluta oratione non *προσλαβεῖν τι χρηςόν* in tali re dici potest sed *προσμαθεῖν*.

Multa sunt in Stobaei codicibus, quemadmodum in caeteris omnibus, sciolorum additamenta et interpretamenta, quorum multa iam deprensa sunt, alia adhuc latent et lectores ludificantur. Unum est in primis mirificum in verbis Corneliani nescio cuius in Floril. 4, 47. Dixerat Orator in accusatione Beronices: *τοῦτο γὰρ αὐτῶν καὶ μόνον τῇ προαιρέσει πρόσεςιν ἀγαθὸν, ὅτι περὶ ὧν πράττουσι κακῶς καὶ παρρηςιάζονται.* Adscripsit aliquis in margine [*ὅπερ ἐςὶ μέγιςον τῶν κακῶν*]. Itaque nunc legitur: *μόνον πρόσεςιν ἀγαθὸν ὅπερ ἐςὶ μέγιςον τῶν κακῶν*, quod si tu sine risu legere poteris, non facile sciolorum emblemata indagabis. Praeterea alio vitio locus laborat, nam *περὶ ὧν πράττουσι κακῶς* significat *de suis calamitatibus* aut *miseriis*. Nisi credere mavis hominem Romanum impegisse et *πράττειν κακῶς* pro *improbe agere* dixisse, lenissime emendari poterit *περὶ ὧν πράττουσι κακῶν*.

Aliud emblema sententiae verborum officit in Floril. 10, 56: *εἰ Μίδεω πλουτοίη μᾶλλον πένητα καλέω καὶ Ἴρου* [*ἢν ἐκεῖνος ἐξ*

ἀνάγκης εἶχε] τύχην κεκτῆσθαι. Satin perspicuum est Graeculum repente interstrepere? Sine mora ista in marginem releganda.

Scire pervelim quid tandem Democritus dicere videatur iis, qui aequo animo legunt in Floril. 10, 43: Δημοκρίτου.

Χρυσοῦ τὸν οἰόμενον νόον ἔχειν ὁ νουθετέων τί ματαιοπονέει.

Incipiet aliquid dicere Democritus ubi expunxeris χρυσοῦ et τί. Verum unde haec nata esse putemus? Meinekius et ipse χρυσοῦ expungens ex — κρίτου quod praecedit ortum suspicatur: mihi subnata suspicio est notam siglam, qua χρηστόν in ora libri a lectore admirabundo adscribi solet, istud emblema peperisse. Inutile et molestum TI prodiit ex N praecedenti. Dixerat igitur Democritus verissime, si quid aliud:

Τὸν οἰόμενον νόον ἔχειν ὁ νουθετέων ματαιοπονέει.

Quod Meinekius additum volebat οὐκ ἔχοντα δέ, non meminit οἴεσθαι et οἴησις in talibus de *vana et inani* opinione poni solere. Itaque ὁ οἰόμενος νοῦν ἔχειν statim ab omnibus intelligitur esse ἀνόητος, ut Latine si quis dicitur *sibi solus sapere videri* apparet eum sibi *soli*, non aliis, ita videri. Sed magna difficultas superest. Ea Democriti sententia cum huius tituli argumento nihil commune habet, ut recte admonet Meinekius. Dicam quid mihi venerit in mentem. Stobaeus ipsos Democriti libros non evolvit, illius aetate, ut opinor, olim deperditos. Sumsit locos Democriti, ut plurimos aliorum, quorum scripta non amplius superessent, ex eruditis scriptoribus, a quibus olim excerpti laudatique essent, ut nos hodieque e Plutarcho, Athenaeo, Clemente Alexandrino et aliis antiquiorum ῥήσεις sumimus. Habebat Stobaeus, ne alios commemorem, Iunci libros et Teletis et elegantissime scriptos et omni eruditione refertos, unde quis dicat quantum excerpserit locorum ex antiquis philosophis et poëtis descriptorum? In vicinia laudari video 10, 34:

Προδίκου. Δός τι καὶ λάβοις τι.

Videturne tibi Stobaeus id ex ipso Prodico sumsisse? Imo vero ex Aeschinis Socratici, qui fertur, dialogo *de Morte* cap. 6. διὰ παντὸς δὲ ἔθος ἐστὶν αὐτῷ (τῷ Προδίκῳ) φωνεῖν τὸ Ἐπιχάρμειον· ἃ δὲ χεὶρ τὰν χεῖρα. νίζει. δός τι καὶ λάβε (alii λάβοις) τι.

Num tu putas Stobaeum legisse Hyperidis orationes et in his τὸν ἐπιτάφιον λόγον? Attulit tamen ex eo et alia et quae leguntur in Floril. 74, 35. sic scripta:

Τοῦ αὐτοῦ (Ὑπερείδου).

Φοβητέον οὐκ ἀνδρὸς ἀπειλὴν ἀλλὰ νόμου φωνήν.

Τοῦ αὐτοῦ.

Κυριεύειν δεῖ τῶν ἐλευθέρων.

In Hyperidis oratione funebri, quae insperato fortunae beneficio nuper veluti ex Orco rediit in lucem, sic legitur: Οὐ γὰρ ἀνδρὸς ἀπειλὴν ἀλλὰ νόμου φωνὴν κυριεύειν δεῖ τῶν εὐδαιμόνων, οὐδ' αἰτίαν φοβερὰν εἶναι τοῖς ἐλευθέροις ἀλλ' ἔλεγχον κτέ. p. 6. vs. 140. meae edit. Quam dicit Orator ἀνδρὸς ἀπειλήν importunam ac saevam dicit Antipatri dominationem, cur igitur haec Stobaeus ad Γαμικὰ παραγγέλματα retulit? Nempe legerat apud nescio quem Hyperidis locum ex illa oratione excerptum et ἀνδρὸς ἀπειλήν credidit esse *mariti* minas uxorem duriter increpantis, itaque oscitanter, ut solent isti consarcinatores, verba male sibi intellecta cum aliis quibusdam locis Hyperideis retulit ad argumentum, quocum nihil quidquam commune haberent. Simili modo et alibi impegit aliquoties et illo loco, quo de agimus, Democritea quaedam nescio unde sumta in suam farraginem ita recepit, ut minime coniungenda imprudens coniungeret.

Saepe proderit meminisse Stobaeum non ipsum locos Veterum suo arbitratu ex integris eorum scriptis delegisse, sed ab aliis certo consilio delectos fideliter descripsisse. Meinekius haud ita pridem Moschionis fragmenta collegit, disposuit et de cuiusque fabulae argumento nonnulla disseruit. In undecim fragmentis quinque sunt, in quibus agatur de caesorum cadaveribus non violandis sed sepulturae mandandis. Modo audies Moschionem dicentem:

κενὸν θανόντος ἀνδρὸς αἰκίζειν σκιάν.

modo:

ζῶντας κολάζειν οὐ θανόντας εὐσεβές.

tum iterum:

τοὺς θανόντας ὥρισεν νόμος | τύμβοις καλύπτειν.

et alio loco:

τί κέρδος οὐκέτ' ὄντας αἰκίζειν νεκρούς;

et alibi:

ἐάσατ' ἤδη γῇ καλυφθῆναι νεκρούς.

Nihil aliud quam hoc in fabulis egisse videatur. Causae quid sit iam suspicaris. Stobaeus ipse Moschionis fabulas numquam vidit, sed eos locos sumsit ex nescio cuius philosophi aut sophistae dissertatione vel declamatione περὶ ταφῆς, ubi Moschionis ῥήσεις complusculae in eam rem laudatae essent. Anceps igitur et lubricum negotium est ex locis istiusmodi eo consilio delectis de fabularum argumentis aut colligere aliquid aut coniicere.

Quoniam Moschionis fragmenta mihi sunt in manibus unum ex iis mendum obiter eximere iuvat. Ante fruges repertas, auctore Moschione in Stobaei *Eclog. Physic.* I, 8, 38. homines ruebant in caedes mutuas carnibusque humanis vescebantur. Illis temporibus, inquit,

ἦν ὁ μὲν νόμος
ταπεινός, ἡ βία δὲ σύνθρονος δίκῃ,
ὁ δ' ἀσθενὴς ἦν τῶν ἀμεινόνων βορά.

in his σύνθρονος δίκῃ est infelix admodum Canteri coniectura: in libris est σύνθρονος νηΐ sine sensu. Cur δίκῃ ferri non possit perspicuum est. In tali hominum rerumque statu τῇ δίκῃ nullus locus relictus est. *Pisces* scribit Hesiodus

ἔσθειν ἀλλήλους, ἐπεὶ οὐ δίκη ἐστὶν ἐν αὐτοῖς.

Sic ne inter homines quidem, ubi ὁ ἀσθενὴς est τῶν ἀμεινόνων βορά. Praeterea ἡ βία et ἡ δίκη duae res sunt suapte natura prorsus dissociabiles. Sed quid cesso veram lectionem aperire quae haec est:

ἡ βία δὲ σύνθρονος Διΐ.

Postea repertis frugibus legibusque ἡ Δίκη ἦν τῷ Διὶ σύνθρονος, ut Graecis solemne est dicere, qui saepe τὴν Δίκην τῷ Διὶ σύνεδρον vel πάρεδρον appellant, ut Sophocles in *Oedipo Coloneo* vs. 1381:

εἴπερ ἐστὶν ἡ παλαίφατος
Δίκη ξύνεδρος Ζηνὸς ἀρχαίοις νόμοις,

ad quem locum plura similia Interpretes adscripserunt. Luculentus est locus Hyperidis κατ' Ἀριστογείτονος p. 772, ubi commemorat τὴν ἀπαραίτητον καὶ σεμνὴν Δίκην, ἣν ὁ τὰς ἁγιωτάτας ἡμῖν τελετὰς καταδείξας Ὀρφεὺς παρὰ τὸν τοῦ Διὸς θρό-

νον φησὶ καθημένην πάντα τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐφορᾶν. Vide et Plutarchum πρὸς ἡγεμόνα ἀπαίδευτον p. 781. B. Itaque ut postea τῷ Διὶ ἡ Δίκη σύνεδρος et σύνθρονος facta est, sit antehac in illa morum feritate et immanitate quum sine iure, sine legibus agerent, ἡ βία ἦν σύνθρονος Διΐ quod et venuste et significanter dictum est. Mendi origo patet: ΔΙΙ noto errore in NI abierat, deinde *vocabulum bene Graecum νηὶ* substituit Graeculus corrector sententiae, ut isti solent, securus.

Multa emblemata lectoris admirabundi (ut redeam illuc unde digressus sum) irrepserunt in suavissimum Teletis fragmentum quod nemo sine admiratione in Floril. 5, 67. perleget, nam prudentissima praecepta sale et leporibus exquisitissimis condita sunt. Continere se non potuit lector aliquis quin ea quae inter legendum exclamaverit in ora libri adscriberet, quae nunc in Teletis orationem non admodum salse recepta sunt. Sunt autem haec pag. 127. Meinek. [ὅρα σχολὴν καὶ παιδείαν. Ἡμεῖς δὲ κἂν ἄλλον ἴδωμεν πεφρίκαμεν.], et post pauca [ταχύ γ' ἂν καὶ ἡμῶν τις ἂν κοιμηθείη], et in fine [ὅρα παιδείαν]. Nemo admonitus dubitare poterit quin haec omnia in libri marginem exulatum ire debeant.

In vicinia aliud additamentum mihi deprehendere videor in verbis: εἰ δὲ μή, ῥᾳδίως ἀπαλλάττεσθαι ὥσπερ ἐκ πανηγύρεως οὕτω καὶ ἐκ τοῦ βίου. Mihi Teles scripsisse videtur verbis οὕτω καὶ ἐκ resectis: ὥσπερ ἐκ πανηγύρεως τοῦ βίου, de qua forma oratipnis complura notavimus in *Var. Lectt.* p. 164. sq. Occurrit hoc loquendi genus saepius apud Veteres, sequiores eo impense delectantur et usque inculcant. Omnino Veteres in talibus quod Socrates de sale praecepit τῷ ἁλὶ πεφεισμένως χρηστέον, servant modum iisque non nisi parce utuntur, recentiores iis ad fastidium usque abutuntur. Pauca ex ipso Stobaeo exempla componam. Floril. 1, 59: καθάπερ εἰς ἄσυλον τέμενος τὴν ἀρετὴν ὁρμητέον, 48, 64: ὡς ἐν φωτὶ τῇ βασιληίᾳ, 58, 34: ὥσπερ ὑπὸ νόσου τοῦ φθόνου, 58, 14: οἷον ὑπὸ μαγείρων τῶν ἐν ταῖς πόλεσι χρειῶν διαπεποικιλμένους. Ad hanc lucem non dubitabis in Floril. 3, 73: ὁ φρόνιμος ὥσπερ εἰς ὁδὸν εἰς τὸν βίον οὐ τὰ πολλοῦ ἄξια συντίθησιν ἐφόδια ἀλλὰ τὰ ἀναγκαιότατα, molestam praepositionem eximere et ita scribere: ὥσπερ εἰς ὁδὸν τὸν βίον.

Quod apud Stobaeum continuo praecedit 3, 73. Socratis dictum, nunc sensu vacuum est, sed ex eiusdem rei observatione redintegrari poterit. Σωκράτους·

Ὥσπερ εἰς κενὸν σκάφος τὸ ἀπὸ τῆς Φρονήσεως ἔρμα δεῖ προσεμβάλλειν.

Corrige primum *προεμβάλλειν*, deinde cogita quid exciderit et, ne ineptiat Socrates, necessario sit supplendum. Manifesto enim in illa comparatione altera pars desideratur. *προεμβάλλειν δεῖ εἰς * * Φρόνησιν ὥσπερ ἔρμα εἰς κενὸν σκάφος.* Vel caecus videat nihil aliud expleri posse quam *τὸν ἄνθρωπον*, qui solus est *Φρονήσεως δεκτικός*. Quin igitur emendas: *ὥσπερ εἰς κενὸν σκάφος (τὸν ἄνθρωπον) τὸ ἀπὸ τῆς Φρονήσεως ἔρμα δεῖ προεμβάλλειν.*

In venustissimo Teletis loco etiam alia quaedam male habita sunt, quibus quantum potero medebor. Pag. 123. Mein. sic scribe: *οὐκ ἂν εἴποι πρῶτον ἡ πενία, ὥσπερ οἰκέτης πρὸς κύριον ἐφ' ἱερὸν καθίσας δικαιολογεῖται· Ἄνθρωπε, τί μοι μάχει; μή τι σοι κέκλοφα; — οὐ τὴν ἀποφορὰν εὐτάκτως σοι φέρω; καὶ ἡ πενία (ἂν) εἴποι· Τί μοι μάχει; κτἑ.* Vulgo verba *ἄνθρωπε τί μοι μάχῃ*; subiecta sunt verbis *πρῶτον ἡ πενία*, et post *δικαιολογεῖται* repetitur *τί μοι μάχῃ*; Inserui *ἄν* et *μάχει* reposui. Tum lege: *μὴ τῶν ἀναγκαίων ἐνδεὴς εἶ*; pro *εἶς*, quod Homericum est. Praeterea corrige p. 124: *κἂν μέσου τοῦ ὄφεως ἐπιλαμβάνῃ δηχθήσει, ἐὰν δὲ τοῦ τραχήλου οὐδὲν πείσει.* Miror quomodo soloecum *ἐπιλαμβάνῃς* Criticorum aciem fugerit. Post pauca expunge ineptam dittographiam e verbis: *κατὰ ναῦν ὁ ἄνεμος; ἐπῆραν τὰ ἄρμενα. ἀντιπέπνευκεν; ἐσείλαντο* [*μεθείλαντο*]. Eodem modo animose scripserat p. 125: *ὡς πρὸς τὸν ἀέρα Φράττει (εὐδία; διεσείλω. ψῦχος; συνεσείλω.) οὕτω καὶ πρὸς τὰ ὑπάρχοντα. εὐπορία; διάσειλον. ἀπορία; σύσειλον.* Vulgata lectio est *εὐδία καὶ διεσείλω* et *δι' ἀπορίαν διάσειλον, ἀπορίαν καὶ σύσειλον*, inepte depravata, ut vides.

Quae sequuntur pessime mulcata sunt et lacunis hiant. Nil prodest Meinekii coniectura *τὸ ἐργάζεσθαι (ζημί)αν κρίνωμεν*. Nemo sic loquitur aut cogitat. Tum male irrepsit *τι* in verba: *καὶ τὸν θάνατον ἔσχατόν τι τῶν κακῶν.* Corrige, ut Graeci solent dicere, *ἔσχατον τῶν κακῶν.* Importunum TI peperit praecedens N, ut saepe alibi. Etiam vicina mendosa sunt:

ἐὰν δὲ ποιήσῃ — καταφρονοῦντά τινα. Sententia postulat: »*Quando te ipsum ita comparaveris ut et voluptatem contemnas*" cet. *tum vero* ὅ τι ἂν θέλῃς ἐξέσται σοι ἀνωδύνῳ ὄντι ποιεῖν.

Iterum laborat sententia p. 126. in verbis: ὃν τρόπον οὖν τῷδε οὐχ ἡ πόλις εὐτελὴς καὶ πολυτελής, ἐὰν μὲν γὰρ οὕτω τις ζήσῃ πολυτελής, ἐὰν δὲ οὕτως εὐτελής κτέ. namque manifesto Teles *contrarium* dixerat eaque quae nunc negat *affirmaverat*, et delendum est οὐχ, ut dicatur ἡ πόλις simul esse εὐτελὴς καὶ πολυτελής, quemadmodum in iis quae continuo sequuntur τὰ πράγματα quoque dicuntur esse prout iis quisque utatur et εὐπετῆ et δυσχερῆ. Deinde repente alius loqui incipit et Teleti sic obloqui: Ἀλλ' ὅμως δοκεῖ μοι — ἢ τὸν μετὰ πλούτου, quae verba a Teletis oratione distingui debuerant. Deinde vitium est in verbis; οὐ Κράτης καὶ Διογένης πένητες ἦσαν; καὶ πῶς ῥᾳδίως διεξήγαγον; Iam alibi admonuimus resecta altera praepositione emendandum esse: διήγαγον, nam ῥᾳδίως et ῥᾷον διάγειν dicebant omnes, διεξάγειν in ea re nemo dixit umquam. Post pauca excidit aliquid in verbis: καὶ ὥσπερ τοῖς πολλοῖς δύναται κατὰ τρόπον οὕτω καὶ τοῖς ἀνάπαλιν, ita supple: καὶ τοῖς (ὀλίγοις) ἀνάπαλιν. Denique unum errorem leviorem exime e fine loci p. 128. Alcibiades συγκαλυψάμενος ἐκάθητο, imo vero ἐγκαλυψάμενος, ut paulo ante emendate scriptum est. Est haec pervulgata in libris confusio.

Scribarum erroribus ipsius Teletis gravissimum errorem subtexam. De Socratis morituri constantia ita scribit: εὐθαρσῶς καὶ, ὡς Πλάτων φησίν, οὐδὲν τρέψας οὔτε τοῦ προσώπου οὔτε τοῦ χρώματος, ἀλλὰ μάλα ἱλαρῶς τε καὶ εὐκόλως λαβὼν τὸ ποτήριον ἐξέπιε καὶ τὸ τελευταῖον ἀποκοτταβίσας »τουτί" φησίν »Ἀλκιβιάδῃ τῷ καλῷ." In his simul optimum testem Platonem sequitur ac describit et apertissimo errore labitur. Quid enim cogitari potest absurdius quam quod Teles de Alcibiade addidit? Quid a Socrate alienius quam sic Alcibiadi necem et exitium cum acerba ironia imprecari? Alcibiadi, inquam, quem dilexerat et amaverat, et (quod etiam multo gravius est) *quinque annis ante interfecto*. Teles alias res agens Socratem et Theramenem, Alcibiadem et Critiam confudit et neque rei naturam satis reputans neque temporum rationem oscitanter ad Socratem et Alcibiadem ea transtulit

quae legerat in Xenophontis Hellenicis de Theramene II. 3. 56. Ἐπεὶ τὸ κώνειον ἔπιε τὸ λειπόμενον ἔφασαν ἀποκοτταβίσαντα εἰπεῖν αὐτόν· »Κριτίᾳ τοῦτ' ἔςω τῷ καλῷ." Manifestus est, ut vides, Teletis error. Eiusdem farinae sunt quae se Xanthippe retulit commenta et figmenta Graeculorum ingenio luxurianti indulgentium, quae miror etiam nunc a nonnullis serio tractari, quasi non essent merae fabulae ac nugae ἐκ τῆς κατεψευσμένης ἱςορίας.

Quantum ineptiarum non dico de Xanthippe sed de ipso Socrate luxurians in talibus Graeculorum ingenium quidlibet audentium de nihilo finxit! Vel ex uno Stobaeo longa fabularum series contexi possit. Levissime Socrates ea dixisse aut fecisse fingitur quae neque dixit umquam neque fecit. De multis duo apponam. Socrates δημοσίᾳ λοιδορηθεὶς ὑπ' Ἀριςοφάνους οὐχ ὅπως ἠγανάκτησεν ἀλλὰ καὶ ἐντυχὼν ἠξίου αὐτὸν εἰ καὶ πρὸς ἄλλο τι τοιοῦτον βούλοιτο χρῆσθαι αὐτῷ. Quis haec sine risu legere potest? Cum magna gravitate tamen ea narrat Musonius in Floril. 19, 16. Lepidus est, ut nihil supra, philosophus cum Comico de ea re sic agens, et tam bene id cum Socratis persona convenit quam cum comoediae Atticae ratione. Socratem nihil scripsisse constat inter omnes. Cur nihil scripserit causam reddidit Stobaeus tam mirificam ut eam nemo praeter Graeculos excogitare potuisset. Stobaeus auctorem ac testem neminem producit: accipe causam ab ipso in Floril. 21, 9: Σωκράτης ἐρωτηθεὶς διὰ τί οὐ συγγράφει »ὅτι" εἶπεν »ὁρῶ τὰ χαρτία πολὺ τῶν γραφησομένων τιμιώτερα." Aliter sentiebant qui haec futilia commenta in chartas coniecerunt. Sunt alia minus inepta et Socratis ingenio digniora, verum haec fere incertis auctoribus volitant et modo ad hunc modo ad illum referuntur. Et lepida sunt et naturae veritatem habent quae narrat Teles fecisse Diogenem πρὸς τὸν πολυτελῆ φάμενον πόλιν εἶναι τὰς Ἀθήνας p. 125. Sed plane eadem suavissime de Socrate narrantur a Plutarcho περὶ Εὐθυμίας p. 471. A: ὁ Σωκράτης ἀκούσας τινὸς τῶν Φίλων λέγοντος ὡς πολυτελὴς ἡ πόλις· Μνᾶς ὁ Χῖος οἶνος, ἡ πορφύρα τριῶν μνῶν, τοῦ μέλιτος ἡ κοτύλη πέντε δραχμῶν· λαβὼν αὐτὸν προσήγαγε τοῖς ἀλφίτοις Ὀβολοῦ τὸ ἡμίεκτον, εὐτελὴς πόλις κτέ. ubi lege εὐτελὴς ἡ πόλις, ut in sqq. et apud Stobaeum. Est

igitur haec non inepta et absurda, sed tamen *ἀδέσποτος καὶ πεπλασμένη παράδοσις*, ut appellatur in libello *περὶ παίδων ἀγωγῆς* inter Plutarchea p. 6. D. Ea quae a solis aequalibus et familiaribus sciri poterant seri posteri aliquot saeculis post confidenter fingebant. L. Calpurnius Piso Censorius apud Gellium N. A. XI. 14. serio memoriae prodidit: »*Romulum ad coenam vocatum ibi non multum bibisse quia postridie negotium haberet. Ei dicunt:* Romule, si istuc omnes homines faciant, vinum vilius sit. *Is respondit:* imo vero carum, si quantum quisque volet bibat: nam ego bibi quantum volui." Qui in animum inducere potest vera haec esse, credat Teleti Socratem Alcibiadi de uxore dixisse: *εἰ μὲν ὗς ἀνέτρεψεν οὐκ ἂν ὠργίζου. εἰ δὲ γυνὴ ὑώδης;* Adscripsit Graeculus admirabundus: *ὄρα παιδείαν!* alia omnia adscripserint illi qui vera a falsis possunt distinguere.

Est locus Hieroclis in Floril. 84, 20. pessime habitus qui certa medicina sanari potest, si quis perite admoverit manum. Editur: *οὐ γὰρ δὴ ζῷα μὲν ἄγρια — τιθασὰ γίγνεται καθημερούμενα ποιαῖς τημελείαις καὶ τῇ καθ' ἡμέραν τροφῇ· οὐχ ὅπως δὲ ἄνθρωπος ἀδελφὸς ἀλλὰ κἂν μηδὲν προσήκων τύχῃ, οὕτω παντὶ μᾶλλον ἐπιμελείας ἀξιούμενος μεταβάλλει πρὸς τὸ ἡμερώτερον.* Clara luce splendebunt omnia ubi emendaveris: — *τροφῇ, ἄνθρωπος δὲ οὐχ ὅπως ἀδελφὸς ἀλλὰ κἂν μηδὲν προσήκων τύχῃ οὐ τῷ παντὶ μᾶλλον κτέ.* Transposuimus tantum verba *οὐχ ὅπως δὲ ἄνθρωπος* et *οὕτω παντί* in *οὐ τῷ παντί* prope sine ulla mutatione refinximus. Est enim haec nota compositio *οὐ γὰρ δὴ — μὲν — δὲ οὐ*, cuius complura exempla attulimus ad Philostrati libellum *περὶ Γυμναστικῆς* p. 50. et supra ad Iulianum p. 16. Eadem compositionis forma occurrit in Teletis loco, de quo modo dicebamus, Floril. 5, 67. p. 123: *οὐ γὰρ — ἐκείνοις μὲν ἔξι μετ' ὠφελείας χρῆσθαι, τοῖς δὲ ὀλίγοις καὶ εὐτελέσι μετὰ σωφροσύνης οὐκ ἔξι.* Praeterea pro *μεταβάλλει* res ipsa monet futurum *μεταβαλεῖ* esse restituendum. »Si ferae benigne tractatae mansuescunt, an non hominem, non dico fratrem, sed etiam nulla cognatione coniunctum lenitate et mansuetudine *placatum iri* putemus?" In talibus solemus ex iis quae fieri constat colligere quid sit in aliis *futurum*.

In eodem fragmento vitiose p. 127: πολλὰ γοῦν διὰ ταύτην (τὴν φιλαυτίαν) οἱ κακίους σφᾶς αὐτοὺς προκρίνουσι τῶν κατὰ πολὺ βελτιόνων. Intelligi non potest πολλά. Scriptum erat olim πολλ, id est πολλάκις, quo recepto nihil superest difficultatis. Tum scribe: κἂν ὄντως τοιοῦτος ᾖ ἀδελφός, id est, *tuus* frater, non ἀδελφός. In talibus Graece articulus omitti non potest. In sqq. narratur Socrates ei qui diceret: ἀποθανοῦμαι εἰ μή σε τιμωρησαίμην, respondisse: ἀποθανοῦμαι εἰ μή σε φίλον ποιήσω. Ipsa rei natura docet id, quod frequens multorum usus confirmat, *optativo* in talibus esse utendum: ἀποθάνοιμι, μὴ ζῴην, ἀπολοίμην et sim. εἰ et εἰ μή. *Si ita sit* vel *ni ita sit* aut *futurum sit* exitium sibi imprecantur. Itaque ἀποθάνοιμι bis est reponendum. Socrates ipse more Attico dixisset: Ἐγὼ δέ γε εἰ μή κτἑ. Post pauca p. 128. si pro δέ correxeris δεῖ locus sanus erit: οὕτως δεῖ καὶ ἡμᾶς — μηδὲν παριέναι σπουδῆς κτἑ.

Subiiciam his alium Hieroclis locum e Floril. 39, 36: τὸ μὲν ἔθος ἄγραφός τις εἶναι βούλεται νόμος — ἴσως δέ που καὶ τοῖς φύσει δικαίοις ἐγγὺς βάλλων. Factum est hoc loco id quod saepe alibi; interpretamentum expulit antiquam γλῶσσαν, cui olim fuerat superscriptum. Sic apud Galenum *adversus Iulianum* Tom. IX. p. 379. e libris editur: Θερσίτης δέ τις μοῦνος ἀμετροεπὴς ἐλάλει, sed nulla est dubitatio quin Galenus scripserit:

Θερσίτης δ' ἔτι μοῦνος ἀμετροεπὴς ἐκολῴα.

adscripta interpretatio ἐλάλει veterem scripturam sua sede expulit. Sic igitur Hierocles dixerat: τοῖς φύσει δικαίοις ἴκταρ βάλλων. Graeculi ad ἴκταρ apposuerunt ἐγγύς, quod deinde alienam sedem occupavit. Sumsit Hierocles illud loquendi genus a Platone e noto loco *Reip.* IX. p. 575. C: καὶ ταῦτα δὴ πάντα — τὸ λεγόμενον οὐδ' ἴκταρ βάλλει. Solet Hierocles exquisita venari. Sic dixit 39, 35. ἰμείρων ἀδυνάτων, et mox τοῖς λογισμοῖς ἀραρώς, et νεοχμοῦν τοὺς νόμους, et τά γε χθιζὰ ταῦτα καὶ πρωϊζὰ [τὰ νῦν] εἰς ἅπασαν εἰσηγμένα πόλιν 39, 36. ubi rectissime Meinekius τὰ νῦν resecuit. Volebat dicere χθές τε καὶ πρῴην sed scite usus est Homericis χθιζά τε καὶ πρωϊζά ex Iliad. B. 303. Supervenit sciolus qui

igitur haec non inepta et absurda, sed tamen *ἀδέσποτος καὶ πεπλασμένη παράδοσις*, ut appellatur in libello *περὶ παίδων ἀγωγῆς* inter Plutarchea p. 6. D. Ea quae a solis aequalibus et familiaribus sciri poterant seri posteri aliquot saeculis post confidenter fingebant. L. Calpurnius Piso Censorius apud Gellium N. A. XI. 14. serio memoriae prodidit: »*Romulum ad coenam vocatum ibi non multum bibisse quia postridie negotium haberet. Ei dicunt:* Romule, si istuc omnes homines faciant, vinum vilius sit. *Is respondit:* imo vero carum, si quantum quisque volet bibat: nam ego bibi quantum volui." Qui in animum inducere potest vera haec esse, credat Teleti Socratem Alcibiadi de uxore dixisse: *εἰ μὲν ὗς ἀνέτρεψεν οὐκ ἂν ὠργίζου. εἰ δὲ γυνὴ ὑάδης;* Adscripsit Graeculus admirabundus: *ὄρα παιδείαν!* alia omnia adscripserint illi qui vera a falsis possunt distinguere.

Est locus Hieroclis in Floril. 84, 20. pessime habitus qui certa medicina sanari potest, si quis perite admoverit manum. Editur: *οὐ γὰρ δὴ ζῷα μὲν ἄγρια — τιθασὰ γίγνεται καθημερούμενα ποιαῖς τημελείαις καὶ τῇ καθ' ἡμέραν τροφῇ· οὐχ ὅπως δὲ ἄνθρωπος ἀδελφὸς ἀλλὰ κἂν μηδὲν προσήκων τύχῃ, οὕτω παντὶ μᾶλλον ἐπιμελείας ἀξιούμενος μεταβάλλει πρὸς τὸ ἡμερώτερον.* Clara luce splendebunt omnia ubi emendaveris: — *τροφῇ, ἄνθρωπος δὲ οὐχ ὅπως ἀδελφὸς ἀλλὰ κἂν μηδὲν προσήκων τύχῃ οὐ τῷ παντὶ μᾶλλον κτέ.* Transposuimus tantum verba *οὐχ ὅπως δὲ ἄνθρωπος* et *οὕτω παντί* in *οὐ τῷ παντί* prope sine ulla mutatione refinximus. Est enim haec nota compositio *οὐ γὰρ δὴ — μὲν — δὲ οὐ*, cuius complura exempla attulimus ad Philostrati libellum *περὶ Γυμναστικῆς* p. 50. et supra ad Iulianum p. 16. Eadem compositionis forma occurrit in Teletis loco, de quo modo dicebamus, Floril. 5, 67. p. 123: *οὐ γὰρ — ἐκείνοις μὲν ἔστι μετ' ὠφελείας χρῆσθαι, τοῖς δὲ ὀλίγοις καὶ εὐτελέσι μετὰ σωφροσύνης οὐκ ἔστι.* Praeterea pro *μεταβάλλει* res ipsa monet futurum *μεταβαλεῖ* esse restituendum. »Si ferae benigne tractatae mansuescunt, an non hominem, non dico fratrem, sed etiam nulla cognatione coniunctum lenitate et mansuetudine *placatum iri* putemus?" In talibus solemus ex iis quae fieri constat colligere quid sit in aliis *futurum*.

In eodem fragmento vitiose p. 127: πολλὰ γοῦν διὰ ταύτην (τὴν φιλαυτίαν) οἱ κακίους σφᾶς αὐτοὺς προκρίνουσι τῶν κατὰ πολὺ βελτιόνων. Intelligi non potest πολλά. Scriptum erat olim πολλ, id est πολλάκις, quo recepto nihil superest difficultatis. Tum scribe: κἂν ὄντως τοιοῦτος ᾖ ἀδελφός, id est, *tuus* frater, non ἀδελφός. In talibus Graece articulus omitti non potest. In sqq. narratur Socrates ei qui diceret: ἀποθανοῦμαι εἰ μή σε τιμωρησαίμην, respondisse: ἀποθανοῦμαι εἰ μή σε φίλον ποιήσω. Ipsa rei natura docet id, quod frequens multorum usus confirmat, *optativo* in talibus esse utendum: ἀποθάνοιμι, μὴ ζῴην, ἀπολοίμην et sim. εἰ et εἰ μή. *Si ita sit* vel *ni ita sit* aut *futurum sit* exitium sibi imprecantur. Itaque ἀποθάνοιμι bis est reponendum. Socrates ipse more Attico dixisset: Ἐγὼ δέ γε εἰ μή κτἑ. Post pauca p. 128. si pro δέ correxeris δεῖ locus sanus erit: οὕτως δεῖ καὶ ἡμᾶς — μηδὲν παριέναι σπουδῆς κτἑ.

Subiiciam his alium Hieroclis locum e Floril. 39, 36: τὸ μὲν ἔθος ἄγραφός τις εἶναι βούλεται νόμος — ἴσως δέ που καὶ τοῖς φύσει δικαίοις ἐγγὺς βάλλων. Factum est hoc loco id quod saepe alibi; interpretamentum expulit antiquam γλῶσσαν, cui olim fuerat superscriptum. Sic apud Galenum *adversus Iulianum* Tom. IX. p. 379. e libris editur: Θερσίτης δέ τις μοῦνος ἀμετροεπὴς ἐλάλει, sed nulla est dubitatio quin Galenus scripserit:

Θερσίτης δ' ἔτι μοῦνος ἀμετροεπὴς ἐκολῴα.

adscripta interpretatio ἐλάλει veterem scripturam sua sede expulit. Sic igitur Hierocles dixerat: τοῖς φύσει δικαίοις ἴκταρ βάλλων. Graeculi ad ἴκταρ apposuerunt ἐγγύς, quod deinde alienam sedem occupavit. Sumsit Hierocles illud loquendi genus a Platone e noto loco *Reip.* IX. p. 575. C: καὶ ταῦτα δὴ πάντα — τὸ λεγόμενον οὐδ' ἴκταρ βάλλει. Solet Hierocles exquisita venari. Sic dixit 39, 35. ἰμείρων ἀδυνάτων, et mox τοῖς λογισμοῖς ἀραρώς, et νεοχμοῦν τοὺς νόμους, et τά γε χθιζὰ ταῦτα καὶ πρωϊζὰ [τὰ νῦν] εἰς ἅπασαν εἰσηγμένα πόλιν 39, 36. ubi rectissime Meinekius τὰ νῦν resecuit. Volebat dicere χθές τε καὶ πρῴην sed scite usus est Homericis χθιζά τε καὶ πρωϊζά ex Iliad. B. 303. Supervenit sciolus qui

τὰ νῦν addidit ne intelligens quidem verba quae explicare volebat. Rectius in fine loci ἴκταρ vidit esse ἐγγύς: nam uno ore omnes Hesychius, Moeris, Erotianus, Galenus, alii, ἴκταρ apud Atticos dici pro ἐγγύς docent; sed malum factum quod scribae vocabulo prisco Platonico novicium supposuerunt.

Percurram nunc ordine Florilegium et si quid animadversione dignum occurret paucis annotabo.

Multa apud Stobaeum leguntur insulse ac pueriliter a Graeculis enunciata, quae vix operae pretium est attingere. Potuitne inficetius quidquam dici quam quod legitur 1, 25: τέκνα μάθε τίκτειν — τὰ τὴν ψυχὴν θρέψοντα τῇ ἀϊδίῳ τροφῇ. Ne tangam caetera, quam bellum est μάθε τίκτειν.

In Dorico fragmento Theagûs Pythagoreae 1, 67. scribe ὅκκα ὤν ἐς τὸ ἓν τὰ τρία ταῦτα μόλῃ, pro ὅκκαν et μολῇ, et passim ὅκκα pro nihili forma ὅκκαν repone. Ut in caeteris scriptis Doricis sic in istis fragmentis ὅκα ponitur pro ὅτε, ut ποκά et ἐνίοκα pro ποτέ et ἐνίοτε; sed pro ὅταν et Homerico ὅτε κεν illi ὅκκα dicebant α producto pro ὅκα κα. Itaque scribe 1, 73. ἔϛι δ' ὅκα pro ὅκκα. Post pauca emenda ἐν τῷ νικᾶσθαι τῶν ἀδέων pro νικᾶσθαι ὑπὸ τῶν ἀδέων. Aliquanto post pro τῶ μὴ δέοντος ἐπίπτωσις verum est ἔκπτωσις.

Multa turbant scribae in formis Doricis et Ionicis aut ad communem usum refingendis aut omni modo vitiandis. Mira est ubique inconstantia a scribis invecta. Modo 1, 68. συναρμόξασθαι legitur, modo συναρμοσμένων. Illud Doricum et genuinum est, hoc non item. Modo παρίητι, ἐντίθητι et sim. recte scribuntur, modo formae vulgares redeunt. Saepissime πρᾶτον, semel et iterum πρῶτον legitur. Modo κρατέν, ποιέν et sim. modo κρατεῖν et ποιεῖν. Gravius peccatum est in Archytae loco 1, 71: Μὴ ὢν ἄνοσον καὶ ἀνάλγητον τολμῶντι τὸν ἀγαθὸν εἰπὲν μηδὲ ἄλυπον θρασυνεέσθωσαν λέγεν: restitue primum legitimam imperativi formam θρασυνέσθων; deinde cum Cantero revoca et alterum imperativum τολμώντων τὸν ἀγαθὸν εἰπέν. Barbara forma in fine conspicitur ποττὰν μετριοπαθίαν ἰέμεν, sine mora ἴμεν restitue: ἰέμεν eiusdem monetae est atque ἰέτω. Miror quomodo Dindorfius ad Steph. Thes. III. p. 271. sibi persuadere potuerit in vetusto proverbio apud Strabonem IX. p. 408:

εἰς Σκῶλον μήτ' αὐτὸς ἶναι μήτ' ἄλλῳ ἕπεσθαι.

sanum esse ἶναι. Faex Graeculorum ἶναι, ἀπίναι, κατίναι, ἐξίναι coepit dicere multum indignante Phrynicho. Veteres istas sordes ignorant. Revocandum est vetus αὐτὸς ἴμεν, et Graeculis relinquenda ἶναι, ἰέμεν et ἰέτω.

Praeterea apud Archytam scripserim: ὡς γὰρ σώματι ἀλγεινὰ οὕτω καὶ ψυχᾷ (non ψυχαῖς) ἐπώδυνα, et ἀλόγιστοι πέλοντι pro πέλονται.

In 1, 76. scribe ἐπιγεννήματα ἦμεν pro ἐπιγένναμα.

Apud Archytam 1, 80. corrige ἐν ἀτυχίᾳ μὲν ὄντες pro μένοντες et mox ἐν δ' εὐπραγίᾳ pro εὐπραγίαις, et inserto articulo: δεινὰ γὰρ (ἀ) ἀτυχία συναγαγέν κτέ.

Bona lectio Aeschinis latet 2, 48. in mendosa scriptura: ἢ καὶ σφόδρα ἀξιός ἐστι μισεῖσθαι. Emenda ἢ καὶ σφόδρα ἄξιος, idque ipsi Aeschini reddendum, apud quem nunc vitiose legitur in Ctesiphontea § 99: διὸ καὶ μάλιστα ἄξιός ἐστι μισεῖσθαι. Quod sequitur διαφέρει tralaticius error est pro διαφθείρει, quod reponi debuerat.

Insigne exemplum interpolationis, quales complures supra redarguimus, est in Floril. 3, 18. ubi haec ut Euripidea leguntur:

ὁμιλίας τε τὰς γεραιτέρους θέλε.
βραχεῖα τέρψις ἡδονῆς τίκτει λύπην.

dixerat Euripides, ut aliunde constat:

ὁμιλίας τε τὰς γεραιτέρας φίλει,
ἀκόλαστα δ' ἤθη λαμπρὰ συγγελᾶν μόνον
μίσει. βραχεῖα τέρψις ἡδονῆς κακῆς.

Tenemus iterum falsarium manifestum. Perierant verba φίλει — μίσει et in fine κακῆς. Itaque θέλε de suo commentus est et bellissimum hunc senarium procudit:

βραχεῖα τέρψις ἡδονῆς τίκτει λύπην.

Hoc vero est emendare! In λύπη produci priorem isti Graeculi nec sciebant nec scire curabant. In fine fragmenti vs. 16. legendum est.

ἀλλ', ὦ τέκνον, δός μοι χέρ', ὡς θίγῃ πατήρ.

pro μοι δός, quae non est Graeca compositio.

Claudicat sententia in loco Menandri 3, 23:

ὅταν ἕτερός σοι μηδὲ ἓν πλέον διδῷ,

δέξαι τὸ μόριον. τοῦ λαβεῖν γὰρ μηδὲ ἓν
τὸ λαβεῖν ἔλαττον πλεῖον ἔσαι σοι πολύ.

sensu cassum est μηδὲ ἓν πλέον. Sententia manifesto haec fuit: »si *totum* auferre non potes accipe partem." Itaque correxerim: μηδὲν ἔμπλεων διδῷ.

Democriti sententia cui lumen ademtum est exstat 3, 38: Δημοκρίτου·

Ὅρος γὰρ συμφορέων καὶ ἀσυμφορέων τέρψις καὶ ἀτερπίη.

Hic locus ipse nunc quidem est συμφορὴ Interpretibus et Editoribus. Restitui poterit si memineris scribas, qui tam saepe formas Ionicas et Doricas obscurare solent, nonnumquam easdem stulte ac temere invehere de suo. Esse aliquid inter αὐτῶν et αὐτέων, τούτων et τουτέων nemo istorum animadvertit. Itaque qui sexcenties formas Ionicas in — ἐων exeuntes suo Marte in -ῶν contraxerunt, ut paulo ante apud Hippocratem vidimus, iidem subinde -ἐων dederunt ubi -ῶν esset verum ac necessarium. Democritus dixerat: ὅσα μὲν τερπνὰ σύμφορα, ὅσα δὲ ἀτερπῆ ἀσύμφορα. *Prout quodque homini iucundum est aut iniucundum, ita ei prodest aut non prodest.* Non hercle indigna Democriti ingenio sententia est. Usus autem erat his verbis: Οὖρος γὰρ συμφόρων καὶ ἀσυμφόρων τέρψις καὶ ἀτερπίη. Graeculi, qui saepe apud Iones συμφορέων legerant, intempestive Ionicam formam vulgatae, ut putabant, substituerunt, et errare pergentes barbarum ἀσυμφορέων addiderunt. Melius servassent συμφορέων in Floril. 98, 64. ubi συμφορῶν dederunt. Istiusmodi formas pseudo-ionicas a librariis fictas in Hippocrate notavit Ermerins, plures e libris Mss. Herodoti conquiri possent. Paucas in ipso Stobaeo indicabo. Iubet Democritus 1, 40. eum, qui animo placido et tranquillo esse velit, respicere aliorum infortunia et miserias καὶ μακαρίζειν ἑωυτὸν ἐνθυμεύμενον — ὅκως αὐτέων βέλτιον πρήσσει τε καὶ διάγει. Ridicule nunc *earum* pro *eorum* legitur, nam αὐταί habet αὐτέων et apud Homerum αὐτάων, sed αὐτοί apud omnes αὐτῶν. Eodem errore scribitur 3, 74: τὰ δὲ περαίνοντα ἐξ αὐτέων pro αὐτῶν. Eiusdem monetae est in Floril. 10, 33. φειδεύμενοι, et 28, 13: τῆς ὀφειλευμένης τιμωρίης, et 43, 143: ἡ ὀφειλευμένη αἰδώς, et 107,

9. τῆς ὀφειλευμένης ἑωυτῷ εὐπρηγίης, ubi paulo ante legitur: ἄρχουσι καὶ τιμέωνται pro τιμέονται. Manifestum est φειδόμενοι verum esse, et ὀφειλομένη. Nihilo sanius est 22, 13. ἀληθομυθεύειν pro ἀληθομυθέειν. Contrario errore scribitur 48, 61: τὸ ἀγεμονέον ὑπὸ τοῦ ἀγεμονέοντος pro ἀγεμονεῦον et ἀγεμονεύοντος.

Non esse credo locum ubi -ῶν et -έων magis ridicule confusa sint quam in fragmento Iunci ἐκ τοῦ περὶ Γήρως Floril. 115, 26. p. 74. Mein. Loquens de formae dignitate, quae in multis senibus conspicitur, ita dicit: μάλιστα δὲ ἐν τοῖς ἱεροῖς θύοντες ἐξεφανωμένοι περιβλεπτότεροι τῶν ἱερῶν γίγνονται. Subridens, credo, περιβλεπτότεροι τῶν ἱερέων emendabis. Omnium oculos in se convertere dicuntur non — magis quam *ipsa templa*, sed magis quam *ipsi sacerdotes*.

Πρὸς et εἰς confusa sunt 3, 40. ubi editur: εἰς τὰς τῶν πνευμάτων μεταβολὰς ἁρμόσασθαι, sed πρὸς τάς verum est, ut statim emendate scriptum est πρὸς τὰς τῆς τύχης.

In 3, 46. dele σοφοί in οἱ σοφοὶ μέν et insere ἄν in verbis: ἐπεὶ μᾶλλον (ἂν) σοφίας ἢ χρημάτων ἐπεμελοῦντο.

In Plutarchi fragmento 3, 49. alia quaedam vitiata sunt, quibus non sum emendandis, sed unum est quod nullo labore restituam in his: ὁ γὰρ ἐγκαθήμενος ἀεὶ καὶ οἰκουρῶν γραμματεὺς [ἐν μίνῳ] ὥς φησι Πλάτων, οὗτός ἐστι. Meinekius verba ἐν μίνῳ seclusit et delenda censuit. Non assentior: lege γραμματεὺς ἐν ἡμῖν ὥς φησι Π. Male legerunt scribae ΕΗΜΙΝΩΣΦΗΣΙ. Falluntur etiam qui ἐν Μένωνι coniecerunt. Platonis locus, quem Plutarchus respiciebat, legitur in *Philebo* p. 39. A: ψευδῆ δ' ὅταν ὁ τοιοῦτος παρ' ἡμῖν γραμματεὺς (id est ἡ μνήμη) γράψῃ τἀναντία τοῖς ἀληθέσιν ἀπέβη.

Theophrastus 3, 50. dixerat φρονιμωτέρου γὰρ ἀνδρὸς — ἀπολαβεῖν φιλικῶς ἢ — κομίσασθαι φιλαπεχθημόνως. Male editur: φρονιμωτάτου.

Sequitur sententia Democriti: Φρονήσιος ἔργον μέλλουσαν ἀδικίην φυλάξασθαι, ἀναλγησίης δὲ τὸ γενόμενον μὴ ἀμύνασθαι. Facile senties pro τὸ γενόμενον corrigendum esse γενομένην.

In Critonis fragmento 3, 75. scribe τούτων τᾶν Φυσίων pro ταυτᾶν, quod ne Graecum quidem est. Tum αἱ δέ κα

τὸ ἓν τούτων ἐνδυναςεύῃ, pro εἰ δὲ καὶ — ἐνδυναςεύοι. Solet Doricum κα in καί depravari. Satis erit inspexisse Thucydidis libr. V. cap. 77 et 79. ubi multa corrigenda supersunt, veluti cap. 77: αἱ δέ κα μὴ ἐκβῶντι pro εἴκωντι, tum supple: αἴ τινά (κα) τοὶ Λακεδαιμόνιοι ἔχωντι, et in fine αἱ δέ τί κα ἄλλο δοκῇ. Similiter cap. 79. scribendum: αἱ δέ τοί (κα) ςρατιᾶς δέῃ κοινᾶς, et: αἱ δέ τινί (κα) τᾶν πολίων ᾖ ἀμφίλογα, et: αἱ δέ τίς (κα) — πόλις πόλει ἐρίζῃ. Recte apud Theocritum II. 128. pro vulgata lectione:

παντῶς καὶ πελέκεις καὶ λαμπάδες ἦνθον ἐΦ' ὑμέας,

Ahrensius κα reposuit, praeterea ἐΦ' ὑμέ pro ὑμέας reposuerim.

Apud Archytam 3, 76. lege εὐθὺς ἐκ νέω pro νέων. Ioculari error latet in vicinis. »*Sic maxime*," inquit Archytas, *vir prudens evadat, si ab ineunte aetate* (ἐκ νέω) ἐν λογισμοῖς τε καὶ μαθημάτεσσι καὶ ταῖς κατ' ἀκρίβειαν θεωρίαις γυμνάσαιτο τὴν διάνοιαν — μετὰ δὲ ταύτας θεῶν τε καὶ νόμων καὶ βίων ἀνθρωπίνων ἐμπειρίαν λάβοι. Vide an intelligas quid sit θεῶν ἐμπειρίαν λαβεῖν. Non sine risu, ut opinor, agnosces veram lectionem, quae haec est: μετὰ δὲ ταῦτα ἐθῶν τε καὶ νόμων καὶ βίων ἀνθρωπίνων. Adiectivum ἀνθρωπίνων pariter refertur ad ἔθη τε καὶ νόμους καὶ βίους, ut vel τε καί demonstrat, quo absurdior est, ut vides, lectio θεῶν. Saepe solent in tali re ἔθη καὶ νόμοι coniungi. vid. Floril. 43, 40. Unde μετὰ δὲ ταύτας θεῶν natum sit perspicuum est. Confusa sunt C et Є de more, et quoniam ΘΩΝ pro θεῶν scribitur factum est ut ΤΑΤΤΑΘΩΝ in ΤΑΤΤΑCΘΩΝ id est ταύτας θεῶν abierit.

In sqq. scribe τὸ μέν ἐντι ἕξιν — γνωςικὰν λαβέν, τὸ δὲ — πράγματα πολλὰ ἐπελθέν, τὰ μὲν κτέ. In libris est male repetita sequente syllaba: πολλὰ ἐπελθόντα, τὰ μέν. Tum dele importunam copulam in verbis: τὰ μὲν [καὶ] αὐτὸν ἰδόντα κτέ. Tum bis molestam praepositionem expunge in his: ὁ μὲν [ἐν] τῷ καθ' ἕκαςα κρίνειν τυΦλὸς ἐγένετο τὰν διάνοιαν, ὁ δὲ [ἐν] τῷ καθόλω θεωρὲν ἀεί. Quae sequuntur emendare non possum.

Multos vidi mirificos errores a Graeculis commissos, sed non memini me videre alium ineptiorem quam qui conspicitur in Floril. 3, 79, ubi τῶν ἑπτὰ σοΦῶν ἀποΦθέγματα quae-

'dam leguntur ex Diogene Laërtio fere desumta. In his est Cleobuli sententia:

Οἰκέτας μεθύοντας μὴ κολάζειν· εἰ δὲ μὴ δόξεις καὶ αὐτὸς παροινεῖν.

Utrum tibi praeceptum ipsum an causa cur ita praecipiatur videtur ineptior? Sumsit a Diogene Laërtio I. § 92. Οἰκέτην πάροινον μὴ κολάζειν· δοκεῖν γὰρ παροινεῖν. Stulte Interpres, ut solet: »*Famulum vino hilarem non puniendum: videri enim id dementius esse.*" Salva res est, ut alibi ostendimus. Male legerunt ΠΑΡΟΙΝΟΝ, quod non est πάροινον, sed παρ' οἶνον, *inter pocula*, ut dicitur παρὰ κρητῆρα. Vera igitur lectio est: οἰκέτην παρ' οἶνον μὴ κολάζειν· δόξεις γὰρ παροινεῖν. Sic et praeceptum sanum est ac prudens, et causa idonea redditur. Ridebis nunc eum qui pro οἰκέτην πάροινον substituit οἰκέτας μεθύοντας, quae essent insanabiles ineptiae nisi origo erroris nunc omnium oculis pateret.

In Chaeremonis senario 4, 15:

πρὶν γὰρ Φρονεῖν καταΦρονεῖν ἐπίσασαι,

eadem opera et sententiam restitues et metrum scribendo:

πρὶν γὰρ Φρονεῖν (εὖ) καταΦρονεῖν ἐπίσασαι.

In vetere nescio cuius hexametro, quod in proverbium abiit 4, 21. scribendum est:

πολλάκι τοι καὶ μωρὸς ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν.

pro κατακαίριον. Καίρια λέγειν quid sit nemo nescit, κατακαίρια novit nemo.

Nondum poenitet correxisse in Sophoclis Aiace vs. 964:

οἱ γὰρ κακοὶ γνώμαισι τἀγάθ' ἐν χεροῖν
ἔχοντες οὐκ ἴσασι πρίν τις ἐκβάλῃ.

Stobaeus 4, 23, servat vulgatam τἀγαθὸν χεροῖν: non convenire tali loco τἀγαθόν, sed τἀγαθά requiri et praepositionem abesse non posse in verbis ἐν χεροῖν ἔχειν periti fatebuntur. Homines a Diis αἰτεῖν τἀγαθά et Dii διδόναι τἀγαθά passim dicuntur. Num tu putas τἀγαθόν substitui posse? Exempla ubique sunt obvia. Proferam unum locum ut ex eo mendum eximam. Antiphon in Floril. 17, 29. putatur dixisse: ὅταν γὰρ ὁ θεὸς μὴ παντελῶς βούληται ἀγαθὰ διδόναι ἀνδρί, sed dixerat τἀγαθὰ διδόναι. In loco Demosthenis, quem Stobaeus attulit in Floril. 21, 18: καὶ τὰ ἀγαθὰ μὲν

προσδοκᾶν καὶ τοῖς θεοῖς εὔχεσθαι διδόναι, corrige τἀγαθά.

Contra τἀγαθόν sensu morali dicitur, ut apud Euripidem in Floril. 5, 6:

Αἰαῖ. τόδ' ἤδη θεῖον ἀνθρώποις κακόν
ὅταν τις εἰδῇ τἀγαθὸν χρῆται δὲ μή.

Saepe Comici rident philosophos quaerentes τί ποτ' ἐστὶ τἀγαθόν, ut Philemon in Stob. Floril. 55, 5:

οἱ φιλόσοφοι ζητοῦσιν, ὡς ἀκήκοα,
τί τἀγαθόν ἐστι κοὐδὲ εἷς εὕρηκέ πω.

et Hegesippus Athen. p. 279. D:

Ἐπίκουρος ὁ σοφὸς ἀξιώσαντός τινος
εἰπεῖν πρὸς αὐτὸν ὅ τι ποτ' ἐστὶ τἀγαθὸν
ὃ διὰ τέλους ζητοῦσιν, εἶπεν· ἡδονή.

sic alii τὸ Πλάτωνος ἀγαθόν derident et sim., in quibus si τἀγαθά diceretur aeque vitiose dictum esset atque nunc apud Sophoclem τἀγαθόν dicitur.

In Rhiani fragmento 4, 34. legerim vs. 16:

ὥς κε μετ' ἀθανάτοις ἐναρίθμιος εἰλαπινάζῃ.

pro ἀθανάτοισιν ἀρίθμιος. Paulo ante vs. 7. verum videtur:

ἐρριγὼς ὅθι κ' ἄνδρες ἐχεκτέανοι παρέωσιν.

id est ὅπου ἄν. Editur ὅθι τ' ἄνδρες.

Apud Eusebium 4, 102: πολλοὶ οὐκ αἰδέονται καὶ κατὰ τῶν σπουδαιεσάτων καὶ τῶν οὐ χρὴ τῷ χείρονι λόγῳ νικᾶν, νικῶντες ἀξίην κεκλῆσθαι νίκην Καδμηΐην, expedies constructionem impeditam corrigendo: τῷ χείρονι λόγῳ νίκην νικῶντες.

Sicubi Stobaeus non alium describit sed suis ipse verbis utitur apparet quam male et vitiose Graece loquatur, veluti in Floril. 5, 48. ubi Persarum legati venisse dicuntur βουλόμενοι δωροδοκῆσαι τὸν Ἐπαμεινώνδαν pro δεκάσαι, tum εἰς ἄριστον εἰσεδέξατο posuit pro ἐπ' ἄριστον ἐκάλεσεν, et ᾔδει γὰρ ἐφ' ᾧ τινι ἦκον pro ἐφ' ὅ τι. Epaminondas dixisse fertur legatis: »*Ite et domino vestro nuntiate oἷα ἄριστα ἀριστῶ καὶ συνήσει ὅτι ἔγωγε οὐκ ἂν προδοίην* [τι] *ὁ τούτοις ἀρκούμενος.* Expunge τι scribae errore additum. Veteres dixisset: ὅτι οὐκ ἂν προδοίη ὁ τούτοις ἀρκούμενος.

Non dixit Iamblichus, ut legitur 5, 66: τὸ πᾶν τοῦτο διὰ τὴν κοσμιότητα τῶν καλλίστων μέτρων κόσμος ἐπικαλεῖται, sed τῶν καλλίστων μερῶν.

Duplex vitium maculat verba Diotogenis Pythagorei Floril. 5, 69. *αἴκα τις — μὴ ταχὺ ἐπὶ τὰς δίκας ὁρμῴη ἀλλὰ πολὺν χρόνον ἀμβαλλόμενος αὐτός τε προσκαλεόμενος ἄνευ δίκας ὥστε ὁ ἀντίδικος προεκαλέσατο ἐμμένων.* Scribendum est *προκαλεόμενος*, nam *προκλήσεις* et *προκαλεῖσθαι* in ea re usitata verba sunt, ut statim emendate legitur *προεκαλέσατο*. Tum pro *ὥστε* perspicuum est *οἷς τε* reponi oportere. Praeterea Dorice scribe *διαιτᾶσθαι* et *ὀδυνᾶσθαι* pro *διαιτεῖσθαι* et *ὀδυνᾶσθαι*.

Recte Valckenaerius Eusebio reddidit Floril. 6, 14. *Γαστριμαργίη — ἀλογίην ἐγείρει* pro *ἀείρει*, in sqq. insere articulum: *ψυχῆς δὲ τὸ κάλλιστον (τὸν) λογισμὸν κοιμίζει.* Miror cur Meinekius *ἐγείρει* non receperit: manifesto enim inter se opponuntur *ἐγείρει — κοιμίζει.* vid. Xenoph. *Sympos.* II. 24.

Qui bis recte δ' inseruerunt 6, 30. in Phoenicidis fragmento vs. 6 et 11. debuerant idem facere vs. 7 et 9: *δωρεὰν (δ') ἔφη τινά* et *διὰ ταύτην (δ') ἣν λέγω τὴν δωρέαν.* In vs. 19. sententia optime constabit si sic legeris:

ὁπότε δ' αἰτοίην ἔφη | οὐκ ἀγαθὸν εἶναι τἀργύριον.

Male correxerunt homines docti locum Plutarchi in Floril. 6, 43: *Θηρίον ἐστὶ δουλαγωγὸν ἡδονὴ ἀλλ' οὐκ ἄγριον. εἴθε γὰρ ἦν, φανερῶς ἂν πολεμοῦσα ταχέως ἐάλω.* Abest *ἄν* in optimo codice A: qui addiderunt debuerant simul *γάρ* de suo interponere; sed non est haec Plutarchi manus, qui dederat: *εἴθε γὰρ ἦν ἵνα φανερῶς πολεμοῦσα ταχέως ἐάλω.* Noto usu *ἵνα* cum indicativo ponitur ubi pendet ex *ἐβουλόμην ἄν*, *ἐχρῆν*, *εἴθε γάρ* et sim., de qua re diligenter notavimus in Mnemos. Vol. III. p. 100. Aliud huius compositionis exemplum est in Floril. 13, 30: *τί γὰρ τὰ μικρὰ ἔκλεπτες ἀλλ' οὐ τὰ μεγάλα ἵνα καὶ σὺ ἄλλους ἀπῆγες;*

Praepositio excidit in loco Euripidis Floril. 7, 2:

Ἔστι καὶ παῖσαντ' ἀρετὰν ἀποδείξασθαι θανάτῳ.

nam restituendum esse arbitror:

ἐναποδείξασθαι θανάτῳ.

saepius *ἐν* in verbis decompositis scribae neglexerunt.

Misere laborat sententia in Mimnerni carmine Floril. 7, 12:

Οὐ μὲν δὴ κείνου γε μένος καὶ ἀγήνορα θυμὸν
τεῖον ἐμεῦ προτέρων πεύθομαι οἵ μιν ἴδον.

intelligi poterunt sic scripta:

Τοῖον δὴ κείνου γε — τῶν ἐμέθεν προτέρων κτὲ.

abesse non potest articulus in τῶν — προτέρων, et τοῖον ex priore versiculo in secundum migravit. In fine ubi nunc legitur sine sensu:

ὅτ' αὐγαῖσιν φέρετ' ὠκέος ἠελίοιο.

verum esse suspicor:

ὅτ' αὐγαῖσιν φλέγετ' ὀξέος ἠελίοιο.

quemadmodum absurdum est ἡλίου αὐγαῖς φέρεσθαι, sic φλέγειν et φλέγεσθαι de solis aestu proprie dicuntur.

Apud Cleanthem Floril. 7, 54: ὁ ἰατρὸς αὐτῷ τροφὴν προσήγαγεν, rescribe sodes προσήνεγκεν. Lepidum est alicui cibum προσάγειν.

In Diphili fragmento 10, 5:

εἰ μὴ τὸ λαβεῖν ἦν, οὐδὲ εἷς πονηρὸς ἦν.

corrigendum est: οὐδ' ἂν εἷς πονηρὸς ἦν.

Levissimus error iugulat metrum in fragmento Menandri Floril. 10, 21:

Οὐδεὶς ἐπλούτησε ταχέως δίκαιος ὤν.

noli credere dactylum in tertia sede sic poni posse ut non sit eius prima syllaba in caesura aut totus eodem vocabulo contineatur. Fac periculum ubi voles, non aliter quam sic videbis dactylum aut in tertiam sedem senarii tragici et comici admitti aut in quintam apud Comicos. Emendandum est:

Οὐδεὶς ἐπλούτησεν ταχέως δίκαιος ὤν.

Non sunt hi numeri suavissimi, sed numeri tamen, quales Menander et aequales pangebant, ut in hoc ipso titulo Menander 10, 24:

δεόμενον. αἰτεῖσθαι γὰρ ἅμα τι προσδοκᾷ.

et Diphilus 10, 5:

τὰ δίκαια τοῦ κέρδους διαπαντὸς δοῦλος ἦς.

caverunt sibi scribae ab hoc vitio in Menandri versu Floril. 107, 8:

ὅταν ἀτυχήσωσιν γεγονότας οὐ φύσει.

In Floril. 10, 62. pro Σιμωνίδης — ἐσχάτου γήρως ὤν emendandum esse ἐσχατογήρως ὤν alibi iam admonuimus.

(*Continuabitur*).

C. G. COBET.

MISCELLANEA

PHILOLOGICA ET CRITICA.

(*Continuantur e pag.* 112).

III.

AD STOBAEI FLORILEGIUM.

Pergam, quemadmodum institui, Stobaei Florilegium a Meinekio nuper editum diligenter relegere et si quid animadversione dignum occurrerit paucis animadvertere.

In iocoso Nicolai fragmento Floril. 14, 7. miror quo pacto Meinekius non correxerit:

τί γὰρ παθὼν, ἄνθρωπε, πρὸς τῶν δαιμόνων,
βούλει παρασιτεῖν;

pro vulgata lectione τί γὰρ μαθών, quod tralaticium librorum vitium esse non semel diligenter ostendimus. Μαθών et alibi a sententia prorsus est alienum, et hoc loco plane contra rei naturam poni perspicuum est. Rectius Meineke apud Eupolidem Floril. 4, 33, recepit:

ὅ τι παθόντες τοὺς ξένους μὲν λέγετε ποιητὰς σοφούς.

ubi in libris est de more μαθόντες. Deinde vs. 36.

πρὸς χάριν ὁμιλεῖ τοῦ τρέφοντος ἐπ' ὀλέθρῳ.

nihil aliud est quam irati lectoris indignabunda exclamatio olim in ora libri adscripta, deinde, uti fit, in textum recepta: ubi quum pessime turbaret omnia, docti homines mutato accentu ὁμίλει dederunt, quasi hoc ipse parasitus praeci-

peret. Qui non statim intelligit quam sit hoc prorsus a parasiti persona et ingenio et oratione alienum, quique parasitum Atticum ludentem et iocantem a tristi ac moroso monacho Graeculo non facile discernit, retineat ac sibi habeat inficetum versiculum, quem caeteri furcellis expellant. In vs. 43. Meinekius si cognovisset eximiam Badhami correctionem: λιμὸς, ἀπόνοια, τόλμα, γαστριμαργία, non retinuisset vulgatam γαστήρ, ἀργία.

Male etiam spreta est optima Bentleii correctio in Menandri versiculis Floril. 15, 1:

τοὺς τὸν ἴδιον δαπανῶντας ἀλογίστως βίον
τὸ καλῶς ἀκούειν ταχὺ ποιεῖ πάσχειν κακῶς.

Oppositio inter καλῶς ἀκούειν et πάσχειν κακῶς inanem tantum speciem habet, nam πάσχειν κακῶς absolute positum nihil significat, quemadmodum nec ποιεῖν κακῶς per se positum intelligi potest. Res ipsa satis perspicua est et olim a Bentleio perspecta, qui πεινῆν κακῶς emendavit. Laudantur primum, deinde *male esuriunt*, qui suas opes stulte et inconsulto profundunt.

In Menandri fragmento Floril. 16, 13. spuria sunt et a Graeculo supposita verba vs. 5. αὐτὸς ὢν δὲ κύριος. Explevit lacunam eo more, quem nosti.

Philemonis locus Floril. 18, 6. sic videtur redintegrari posse:

τί δὴ | ζῆν ὄφελός (ἐσθ') ᾧ μή 'στι τὸ ζῆν εἰδέναι.

solebant tum nepotes et luxuriosi ζῆν dicere pro ἡδέως ζῆν, *vita frui*. Sic apud Batonem Comicum Athen. p. 103. C. servus nequam quum herilem filium corrupisset ad iratum patrem ita dicit:

εἶτ' εἰ μεμάθηκε, δέσποτα, ζῆν ἐγκαλεῖς;
Β. ζῆν δ' ἔστι τὸ τοιοῦθ'; Α. ὡς λέγουσιν οἱ σοφοί.
ὁ γοῦν Ἐπίκουρός φησιν εἶναι τἀγαθὸν
τὴν ἡδονὴν δήπουθεν.

Suspicor in Euripidis loco Floril. 18, 20. pro νῦν δ' οἶνος ἐξέστησέ με verum esse νοῦ δ' οἶνος κτέ. nam ἐξίστάναι νοῦ, φρενῶν, τοῦ φρονεῖν dicebant Veteres, non simpliciter ἐξίστάναι.

Mirifice grassati sunt Graeculi in lepido Aristippi dicto Floril. 19, 6. Dixerat philosophorum lepidissimus ad hominem

maledicum: τοῦ μὲν λέγειν κακῶς σὺ κύριος εἶ, τοῦ δὲ μὴ ἀκούειν ἐγώ. Eodem iure hodieque in maledicos utuntur quotquot sunt homines lepidiores. Editur τοῦ δὲ δικαίως ἀκούειν ἐγώ, quod videtur aliquid significare, sed nil sani significat. Δικαίως ἀκούω ταῦτα significat δικαίως ταῦτα κατ' ἐμοῦ λέγεται, quod cum κύριός εἰμι non satis commode iungitur, quoniam suapte natura κύριος cum verbo *actionem* significante coniungendum est. Dixit maledico Aristippus quod in garrulos Archilochus: πόδες κεῖθι τιμιώτατοι, utrumque genus *non audire* optimum est.

Non debebat dubitare Meinekius in Floril. 20, 13. ubi edidit e libris:

Ὀργῆς ματαίας εἰσὶν αἴτιοι λόγοι.

quin Graeculi sic stulte interpolaverint Aeschyli senarium:

Ὀργῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι.

errore IATPOI in αἴτιοι abiit, ματαίας homo nihili ad explendam Codicis lacunam de suo dedit.

Corruptus est et interpolatus locus Antiphontis in Floril. 20, 44: οὐκ ἔστιν ὅ τι ἂν ὀργιζόμενος ἄνθρωπος εὖ γνοίη. αὐτὸ γὰρ ᾧ βουλεύεται τὴν γνώμην διαφθείρει τοῦ ἀνθρώπου. Emenda ᾧ βουλεύεται, et sic τὴν γνώμην expunge. Eadem opera emendari poterit locus Ciceronis in *Tuscul. Quaestt.* III. 1: »Ita fit ut animus de se ipse tum iudicet, cum id ipsum quo *iudicatur* aegrotet." Imo vero »quo *iudicat*," αὐτὸ ᾧ κρίνει. Additum τὴν γνώμην tam inficetum et putidum est ac si in Ciceronis loco legeretur: »id ipsum, quo iudicat, *iudicium*."

Passim confundi videbis εἰδῶ, εἰδῇς, εἰδῇ cet. et ἴδω, ἴδῃς, ἴδῃ cet. quoniam in omnibus libris etiam antiquissimis EI et I scribarum arbitrio permiscentur. Res ipsa docet utrum *sciat* an *viderit* verum sit, ut apud Menandrum in Floril. 21, 2:

τὸ γνῶθι σαυτὸν ἔστιν ἂν τὰ πράγματα
ἴδῃς τὰ σαυτοῦ καὶ τί σοι ποιητέον.

dubitasne εἰδῇς corrigi oportere?

Vitiosa Plutarchi lectio apud Stobaeum repetitur in Floril. 21, 16: οἶνοί τε καὶ σαρκῶν ἐμφορήσεις σῶμα μὲν ἰσχυρὸν ποιοῦσι καὶ ῥωμαλέον, ψυχὴν δὲ ἀσθενῆ. Non sumus homines σαρκοφάγοι sed κρεοφάγοι, ut opinor. Confidenter igitur repone καὶ κρεῶν ἐμφορήσεις.

Agnosco Graeculorum manum in Sophoclis anapaestis Floril. 22, 22:

Θνητὰ Φρονεῖν χρὴ θνητὴν Φύσιν
τοῦτο κατειδότας ὡς οὐκ ἔστιν
πλὴν Διὸς οὐδεὶς τῶν μελλόντων
ταμίας ὅ τι χρὴ τετελέσθαι.

quod pro θνητὴν Φύσιν Meinekius reponebat θνητοὺς Φύντας haberet aliquam speciem si, ut in caeteris libris Mss., litterarum vestigiis esset insistendum. Sed Graeculorum supplementum est ΘΝΗΤὴν Φύσιν, cui nihil tribuendum. Itaque rescribendum esse censeo quod in ea re assolet: θνητοὺς ὄντας.

Confusa sunt duo verba quae solent in Sophoclis loco Floril. 24, 2:

κλέπτων δ' ὅταν τις ἐμφανῶς ἐφευρεθῇ
σιγᾶν ἀνάγκη κἂν καλὸν φέρῃ σόμα.

ubi φορῇ pro φέρῃ emenda. Namque de omnibus partibus corporis φορεῖν, non φέρειν, dicitur, ut et de corporis cultu ornatuque. Φέρειν dicimur *onera* et quidquid pondus habet. Itaque γλῶσσαν φορεῖν Graecum est, et σόμα φορεῖν, ut apud Alexidem Athen. p. 568. C:

ἵνα θεωρῶσ' οἱ παρόντες τὸ σόμ' ὡς κομψὸν φορεῖ.

contra dicitur Pericles δεινὸν κεραυνὸν ἐν γλώσσῃ φέρειν apud Plutarchum in vita cap. 8.

Et alibi saepe καί et κἄν confusa sunt et in Sophoclis verbis Floril. 26, 4:

Ὡς τοῖς κακῶς πράσσουσιν ἡδὺ καὶ βραχὺν
χρόνον λαθέσθαι τῶν παρεστώτων κακῶν.

ubi κἂν βραχὺν χρόνον genuinum est.

Pervulgatus error nondum deprensus est apud Antiphanem in Floril. 27, 8: in verbis:

Ὁ διδοὺς τὸν ὅρκον τῷ πονηρῷ μαίνεται.
τοὐναντίον γὰρ νῦν ποιοῦσιν οἱ θεοί·
ἂν γὰρ ἐπιορκήσῃ τις αὐτοὺς εὐθέως
ὁ διδοὺς τὸν ὅρκον ἐγένετ' ἐμβρόντητος.

imo vero ὁ δοὺς τὸν ὅρκον, ut ipsa rei natura docet. Solent sic δούς et διδούς inter se contra sententiam confundi.

Verborum Euripidis in Floril. 28, 12. sententiam levi errore scribae perverterunt. Editur:

Συγγνώμονάς τοι τοὺς θεοὺς εἶναι δοκεῖς
ἐάν τις ὅρκοις θάνατον ἐκφεύγειν θέλῃ
ἢ δεσμὸν ἢ βίαια πολεμίων κακά.

Qui ita apud Euripidem loquebatur hoc agebat ut ostenderet illud ipsum quod est in Iphig. Aulid. 394. in Floril. 28, 10:

οὐ γὰρ ἀσύνετον τὸ θεῖον, ἀλλ' ἔχει συνιέναι
τοὺς κακῶς παγέντας ὅρκους καὶ κατηναγκασμένους.

nempe Deos iis faciles ignoscere qui necessitate coacti de capite aut de libertate dimicantes peierassent. In fine loci, qui integrior superest in Eclog. Physic. I. 3, 40, in eandem sententiam dicitur:

ἦτ᾽ ἄρα θνητῶν εἰσὶν ἀσυνετώτεροι
ἢ τἀπιεικῆ πρόσθεν ἡγοῦνται δίκης.

quae satis perspicua sunt. Sed pugnat cum hac verborum sententia verbum δοκεῖς. Accipiuntur nunc haec interrogative, ut sit redarguentis oratio: »*an tu putas — ignoscere Deos?* quod perinde est atque *noli putare*. At plane contrarium dicere poëta volebat. Est in libris optimis δοκεῖ pro δοκεῖς. Emenda accentum et salva res erit. Lege:

Συγγνώμονάς τοι τοὺς θεοὺς εἶναι δόκει,

id est νόμιζε, ἡγοῦ, quo sensu δοκεῖν apud Tragicos poni solet, et omnis est remota difficultas.

Mendum manifestum est in verbis Eusebii Floril. 28, 13: Φημὶ πάντα τὸν προαίρεσιν τοῦ ἐπιορκῆσαι ἀναδεξάμενον — εἰ καὶ μὴ πέλας ᾖ τὸ ἔργον τῆς ἐπιορκίης — ὅμως αὐτὸν ἔχειν γνώμην τὴν τοῦ ψευδόρκου. Evidens vitium est in πέλας ᾖ. Mira est Meinekii coniectura περάσῃ. Περαίνειν certe locum haberet, περᾶν non item. Suspicor ΤΕΛΕΣΗΙ, τελέσῃ, olim scriptum fuisse, nam τελεῖν aut ἐπιτελεῖν locus postulat. Confer Cleanthis locum vicinum Floril. 28, 14. et sequentem Chrysippi.

In suavissima Ecloga Ionica incerti auctoris Floril. 28, 18. multa corrigenda supersunt. Statim ab initio offendes in verbis: Χρυσὸν μὲν ἄνθρωποι βαναύσῳ τέχνῃ προσθάλψαντες ἔγνωσαν τὸ κρήγυον, nam quid sibi vult θάλπειν in ea re aut προσθάλπειν? Ex ipsa rei natura dicebant χρυσὸν ἑτέρῳ χρυσῷ παρατρίβειν, ut apud Herodotum VII. 10: ἐπεὰν χρυσὸν

τὸν ἀκήρατον παρατρίψωμεν ἄλλῳ χρυσῷ διαγιγνώσκομεν τὸν ἀμείνω, et alibi. Quod autem dicit ἔγνωσαν τὸ κρήγυον indicio est non antiquum scriptorem nos tenere sed recentiorem aliquem linguae Ionicae imitatorem, qualis Arrianus fuit et Eusebius et Aretaeus Cappadox et Quadratus et alii. Veteres non utebantur nomine κρήγυος, quod semel apud Homerum non satis certa significatione occurrebat noto loco in verbis: οὐπώποτέ μοι τὸ κρήγυον εἶπας. Arripiunt cupide vetus vocabulum qui veterem dialectum Ionicam et Doricam recoquunt, apud quos κρήγυος et τὸ κρήγυον et γυνὴ κρηγύη et κρηγύως et κρηγυότης et κραγυότας saepius recurrunt. Plerumque κρήγυος apud istos ἀγαθός, χρηστός significat ut in noto scazonte:

γυναικὸς ἔστι κρηγύης φέρειν πάντα.

et sic noster ἔγνωσαν τὸ κρήγυον posuit. Theocritus contra τὸ κρήγυον pro τἀληθές dixit XX. 19:

ποιμένες, εἴπατέ μοι τὸ κρήγυον· οὐ καλός ἐμμι;

secutus veterem errorem eorum qui apud Homerum τὸ κρήγυον sic accipiebant. Diserte Helladius in Photii Biblioth. p. 532, 25: κρήγυον τὸ ἀληθὲς εἴρηται, et mox: οἱ δὲ κρήγυον οὐ τὸ ἀληθὲς ἀλλὰ τὸ ἀγαθὸν σημαίνειν φασίν, et utramque notionem absurda etymologia confirmat scilicet. Aristarcho debetur doctrina sanior quae exstat in Scholiis Venetis ad Iliad. A. 106: ἅπαξ εἴρηται τὸ κρήγυον, καὶ οὐκ ἔστιν ἀληθές ἀλλ' ἀγαθόν. Fallitur igitur Erotianus p. 234. annotans: Κρήγυον: ἀληθές. οἱ δὲ ἀγαθόν. Miror quo pacto dubitare potuerit, nam semel tantum apud Hippocratem legi constat loco perspicuo *Coac. Praenot.* p. 121. G: ἀλλ' οὐδὲ γουνάτων πόνος κρήγυον. Melius Galenus in Gloss. p. 506: Κρήγυον: τὸ ἀγαθόν. Et sic plerique acceperunt, ut in Theocriti epigrammate XXI:

εἰ μὲν πονηρὸς μὴ ποτέρχευ τῷ τύμβῳ·
εἰ δ' ἐσσὶ κρήγυός τε καὶ παρὰ χρηστῶν
θαρσέων καθίζευ κἢν θέλῃς ἀπόβριξον.

recte Meinekius pro παρὰ χρηστῶν coniecit καὶ πατρὸς χρηστῶ, *bonus bono patre prognatus.* Praeterea scripserim: μὴ πόθερπε τῷ τύμβῳ. Sic igitur sequiores κρήγυος, ἀνὴρ κρήγυος (vid. Albert. ad Hesych. v. Κρήγυον) et γυνὴ κρηγύη solent dicere. Inepte is, qui Platoni supposuit dialogum Ἀλκιβιάδην

πρῶτον inscriptum, vocabulum priscum recoxit in his p. 111. E: οὐκ ἐπίσανται οὐδὲ κρήγυοι διδάσκαλοί εἰσι τούτων. Eodem ferme modo noster dixit ἔγνωσαν τὸ κρήγυον, quo vocabulo et illi delectantur qui fragmenta Dorica Pseudo-pythagorea scriptitarunt apud Stobaeum servata. In fine fragmenti vitium unum eluam. Editur: βαρυνθεὶς ἐπὶ τοῖς λελεγμένοις Ἀρχέτιμος ῥήσσει πρὸς ἔδαφος νάρθηκα πληγῇ βαρείῃ, τοῦ δὲ ἀραχθέντος ἐκτὸς ἐρρύη παραθήκης ὄγκος, sed res ipsa docet duo verba inter se sedem mutare oportere, quoniam verus naturae ordo turbatus est. Repone: ἀράσσει πρὸς ἔδαφος pro ῥήσσει, et τοῦ δὲ ῥηχθέντος pro ἀραχθέντος. Caeteri ῥαγέντος vel διαρραγέντος dixissent, sed amant talia antiquae Ἰάδος imitatores, qualia sunt πληχθῆναι, θρεφθῆναι, τρεφθῆναι et ἀναστρεφθῆναι, et sim.

In Floril. 29, 14.

οὐκ ἔστιν ὅστις ἡδέως ζητῶν βιοῦν
εὔκλειαν εἰσεκτήσατ', ἀλλὰ χρὴ πονεῖν.

nihili verbum est εἰσκτᾶσθαι. Supererat ΕΤ * * * * ΕΚΤΗΣΑΤ, quod stulte explevit Graeculus. Admonuimus iam ante εὐδοξίαν ἐκτήσατ' esse supplendum, et apud Sophoclem Floril. 29, 25. pro:

Οὗτοι ποθ' ἥξει τῶν ἄκρων ἄνευ πόνου,

corrigendum esse: Οὐδέποτ' ἐφίξει τῶν ἄκρων. Simillima de causa εὐδοξίαν 29, 32. in εὐανδρίαν abiit et τὴν πόλιν 46, 4. in τὴν τύχην, et similia alibi.

In Bionis fragmento 29, 53:

Οὐ καλόν, ὦ φίλε, — ἐπὶ πάντ' ἄλλῳ χρέος ἰσχέμεν, ἀλλὰ καὶ αὐτός
τεχνᾶσθαι σύριγγα, πέλει δέ τοι εὐμαρὲς ἔργον.

emendaverim ἀλλὰ καὶ αὐτὸς τέχνασαι σύριγγα, nam prorsus necessarius *imperativus* est.

Non satis est 29, 55. pro οὐ γὰρ cum Porsono scribere:

Οὐ τἄρ' Ὀδυσσεύς ἐστιν αἰμύλος μόνος.

scribendum est Οὔτἄρ' ex οὗτοι ἄρα contractum. Saepe in talibus scribae peccant, qui crases Atticas et Doricas plane ignorabant. Repositum nunc fere ubique id est quod olim in usu fuisse constat. Gravius etiam corruptus est Platonis locus *de Rep.* III. p. 388. E. a Stobaeo laudatus 5, 127: Οὔτε

ἄρα ἀνθρώπους ἀξίους λόγου κρατουμένους ὑπὸ γέλωτος ἂν τις ποιῇ ἀποδεκτέον. Vetus et proba scriptura OTTAPA, id est οὔτ' ἄρα, in οὔτ' ἄρα abiit, deinde ita uti fit adscripta est vocalis quam elisam esse putabant.

In Musonii fragmento 29, 78. expunge puerile additamentum Graeculi p. 14: ἀνάγκη — ἐπιμελεῖσθαι τοῦ μὲν κρείττονος μᾶλλον ὥσπερ ἄξιον [τουτέστι τῆς ψυχῆς]. Emblema esse vel ipsa sedes arguit.

In Philemonis loco 30, 4. scribendum videtur:

ἂν ὀκνῇς γὰρ μανθάνειν
ἀνεπικούρητον σεαυτῷ τὸν βίον λήσεις ποιῶν.

editur ὀκνῇς τὸ μανθάνειν et λήσει ποιῶν soloece utrumque. Tum pro σεαυτοῦ loquendi usus σεαυτῷ postulat.

Praepositio intercidit in versu Menandri 30, 7:

ἀθλιώτερος, διπλάσια γοῦν ἐσθίει μάτην,

restitue κατεσθίει, quod et metro convenit et sententiae, nam κατεσθίειν in malam partem accipitur et cum contemtu fastidioque dicitur, quoniam *voracitatis* notio ei verbo inest.

Sensu vacuum est quod Platoni exprobrat Diogenes 36, 21: ἀποκρίνει ἐρωτηθεὶς μυρία, emenda: (ἓν) ἐρωτηθείς.

Eusebii verba 36, 30: αὐτὰ τὰ ἔπεα κατηλογήσαντα τοσούτου ἔρκεος ἄκριτα προεκθρώσκει, admonent me loci Herodotei a scribis depravati III, 121: τὸν Πολυκράτεα — κατηλογέοντα τὰ Ὀροίτεω πρήγματα. Nempe verbum Ionicum κατηλογέειν pro οὐδένα λόγον ποιεῖσθαι, οὐδὲν φροντίζειν suapte natura *genitivum* postulat et ubicumque occurrit recte cum genitivo coniungitur praeterquam in illo solo loco, ubi repone κατηλογέοντα Ὀροίτεω expunctis caeteris. Articulum τά peperit male repetita syllaba praecedens, deinde sciolus nomen addidit.

Et corrupta et male dissecta sunt verba Menandri 37, 18 et 19. Μενάνδρου Τμνίς.

τούτῳ λαλήσας ἡμέρας σμικρὸν μέρος
εὔνους ἐγὼ νῦν εἰμί. Πειστικὸν λόγος,
πρὸς τοῦτ' ἂν εἴποι τις μάλιστα τῶν σοφῶν.
τί οὖν ἑτέρους λαλοῦντας εὖ βδελύττομαι;

Μενάνδρου Τμνίς.

Τρόπος ἐσθ' ὁ πείθων τοῦ λέγοντος, οὐ λόγος.

Vivo Menandro λαλεῖν nondum exuerat veterem notionem *garriendi*, ut in:

λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν.

Itaque λαλεῖν εὖ absurde dicitur. Necessarium est ἑτέρους λέγοντας εὖ βδελύττομαι. Deinde coniunge quae in libris male dissecta sunt. Menander sic redarguit philosophi dictum Πειστικὸν λόγος, ut quaerat:

τί οὖν ἑτέρους λέγοντας εὖ βδελύττομαι;

et statim ipse respondeat:

τρόπος ἐσθ' ὁ πείθων τοῦ λέγοντος, οὐ λόγος.

Pessime corruptus est incerti Comici locus 38, 5:

Ἐγὼ δ' ἐν ἀνθρώποισι μέχρι τοῦ δοκῶ
εὖ πράττειν μέχρις ἂν φθονεῖσθαί μοι δοκῶ.

sed in integrum restitui potest in hunc modum:

ἐγὼ δ' ἐν ἀνθρώποισι μέχρι τούτου δοκῶ
πράττειν καλῶς μέχρι ἂν φθονεῖσθαί μοι δοκῶ.

senarius alter a Graeculo male expletus est quum solum πράττειν superesset.

Eiusdem hominis talpa caecioris supplementum tenemus 38, 10. in Nicomachi Comici fragmento:

Ἐργῶδές ἐστιν ἐν βίῳ βεβιωκότα
τοὺς τῶν φθονούντων πάντας ὀφθαλμοὺς λαθεῖν.

Quid tandem sibi vult ἐν βίῳ? Nemo potest ἐν ᾅδου dici βεβιωκέναι. Sine mora aufer stolidum emblema. Lacuna est: ἐν * * βεβιωκότα. Quid igitur supplendum? Nempe ἐν πόλει βεβιωκότα, nam qui *in urbe* vivunt invidorum oculos nullo modo possunt effugere.

Apud Epicharmum 38, 21. reposuerim:

τυφλὸν ἠλέησ' ἰδών τις, ἐφθόνησε δ' οὐδὲ εἷς.

pro ἠλέησέ τις ἰδών.

Suavissimam Teletis disputationem περὶ φυγῆς Floril. 40, 8. compluscula adhuc vitia maculant, quorum nonnulla indicabo. Commemoratur p. 66: Ἱππομέδων ὁ Λακεδαιμόνιος ὁ νῦν ἐπὶ Θράκης καθιζάμενος ὑπὸ Πτολεμαίου, sed manifesto mendosum est praesens καθιζάμενος. Repone *perfectum* καθεζαμένος, qua forma utuntur sequiores omnes, ut qui transitive καθέζακα, συνέζακα, προέζακα cet. dicere solebant. Non minus ineptum *praesens* legitur p. 67: ἡ ἐμὸν ὄνειδος ἀλλ' οὐ τῶν ἐμὲ ἐκβαλ-

λόντων ἐπιεικῆ καὶ δίκαιον ὄντα; pro ἐκβαλόντων. Post pauca alius commemoratur, qui a Ptolemaeo ἐπὶ τόλου τοσούτου ἐξαπεσάλη καὶ χρημάτων τοσούτων πιστευόμενος καὶ τὴν ἐξουσίαν ἔχων ὡς βούλοιτο χρῆσθαι, quod in his impeditum est expedietur si rescripseris: καὶ χρημάτων τοσοῦτον πλῆθος πιστευόμενος, nam χρημάτων τοσούτων non habet unde pendeat et πιστεύομαι accusativum requirit. Pag. 68. a Teletis oratione distinguenda sunt verba et importunum καί delendum: Ἀλλ' ὅμως μέγα μοι δοκεῖ τὸ ἐν ᾗ ἐγένετό τις καὶ ἐτράφη [καὶ] ἐν ταύτῃ καταγενέσθαι. Obiicit haec Teleti aliquis: cui ille: πότερον καὶ ἐν οἰκίᾳ ἐν ᾗ ἐτράφης — κἂν ᾖ σαπρὰ καὶ ῥέουσα καὶ καταπίπτουσα, ubi σαθρά pro σαπρά corrige, nam οἰκία οὐ σήπεται. In vicinia: οὐδ' εἰ κωπηλατοῦντα ἀπορρήγνυσθαι δέοι, nullo modo ferri potest ἀπορρήγνυσθαι, quod prorsus a loci sententia alienum est. Ne διαρραγῆναι quidem in tali re locum habet: τέτρυμαι et ἀποτέτρυμαι rei convenit, quamobrem κωπηλατοῦντα ἀποτετρῦσθαι δέοι Teletem scripsisse suspicor. Comparandus est locus Hieroclis περὶ Γάμου in Floril. 67, 24. pag. 9: πρῶτον μὲν γὰρ ἀποτετρυμένους τοῖς θυραίοις καμάτοις ὑποδέχεται θεραπευτικῶς. Sequitur: ὀνειδίζουσι μὲν ὅτι Κύπριος, ὅτι Μυκόνιος ἢ ὅτι Βελβινήτης. Vitiosum est Κύπριος, enumerat enim μικροπολίτας, patriam obscuram, tenuem, inopem habentes, οἷς ἡ πατρὶς ὄνειδος, qualis est ὁ Σερίφιος, ὁ Φολεγάνδριος, ut in Solonis carmine:

Εἴην δὴ τότ' ἐγὼ Φολεγάνδριος ἢ Σικινήτης
ἀντί γ' Ἀθηναίου πατρίδ' ἀμειψάμενος.

Huiusmodi quid quum pro Κύπριος requiratur Valckenaerius Κύθνιος coniecit, Meinekius Σκύριος. Ego Valckenaerium sequor, etiam in Βελβινήτης pro βελβινοείτης vel βελβινθείτης, pro quo Meinekius Λεβινθιήτης hariolatur. Optime in tali re commemoratur ἡ Βέλβινα, perexigua insula et Atticis omnibus propter viciniam notissima. Ambigitur in libris utrum βελβινίτης an βελβινήτης sit verius. Lepida est lectio apud Stephanum Byzant.: Βελβινίτης ὡς Αἰγινήτης, imo vero Βελβινήτης, ut tu vides: ut enim ex Αἴγινα producitur Αἰγινήτης, sic e Βέλβινα Βελβινήτης, quae forma et Herodoto reddenda est VIII. 125. οὔτ' ἂν ἐγὼ ἐὼν Βελβινήτης ἐτιμήθην οὕτω πρὸς Σπαρτιητέων, ubi vulgatur Βελβινίτης, quod quum

propter ι productum in libris βελβινείτης scribi soleat, nata est ea scriptura quam Valckenaerius emendavit.

Post pauca Teles ita scribit: ὀνειδίζουσι δὲ πολλοὶ λέγοντες »μέτοικε."

Σὺ δ' ἐγγενὴς ὢν τήνδε δουλώσας ἔχεις.

καὶ Κάδμον μὲν τὸν κτίσην Θηβῶν θαυμάζει, ἐμὲ δὲ εἰ μὴ πολίτης ὀνειδίζει. Lepide haec et scite dicta sunt, sed non apparet quis sit qui θαυμάζειν et ὀνειδίζειν dicatur. Nemo alius haec fecisse potuit praeter Thebanum aliquem, quorum Cadmus conditor esse credebatur. Itaque emendaverim: καὶ Κάδμον μὲν τὸν κτίσην ὁ Θηβαῖος θαυμάζει. Pergit philosophus iocari: καὶ Ἡρακλέα μὲν ὡς ἄριστον ἄνδρα γεγονότα ἐπαινοῦμεν· τὸ δὲ μέτοικον εἶναι ὄνειδος ἡγούμεθα· Ἡρακλῆς δ' ἐξ Ἄργους ἐκπεσὼν Θήβαις κατῴκει. Periit iocus et acumen dicti, periit tota sententia. Sine mora repone: Ἡρακλῆς δ' ἐξ Ἄργους ἐκπεσὼν ἐν Θήβαις μετῴκει. ut apud Lysiam est in Orat. 23, 15: μεταςὰς ἐντεῦθεν Θήβησι μετῴκει. καίτοι οἶμαι εἰδέναι ὑμᾶς ὅτι εἷπερ ἦν Πλαταιεὺς πανταχοῦ μᾶλλον ἢ Θήβησιν εἰκὸς αὐτὸν μετοικῆσαι, et sic saepe alii loquuntur. Nunc demum dicti acumen intelligitur. »Hercules ipse, inquit, quum patria pulsus Thebas habitatum concessit μέτοικος fuit."

In sqq. bis ᾗ male abest et supplendum est: κἂν ξένος (ᾗ) κἂν ἐξ εἵλωτος et κἂν (ᾗ) ἐξ αὐτοῦ τοῦ βασιλέως. Quis nescit ᾗ in talibus omitti non posse? Tum καί a scribis neglectum est in his: τίς τιμὴ αὕτη ἥτις (καὶ) τοῖς κακίσοις περιγίγνεται; In tali re καὶ ὁ κάκιστος dici solet, ut in Euripideo:

μὴ Πλοῦτον εἴπῃς. οὐχὶ θαυμάζω θεόν,
ὃν χὠ κάκιστος ῥᾳδίως ἐκτήσατο.

et aliis locis. Tum pro ὁμοίως δέ manifestum est ὅμως δέ requiri et excidisse ἡγοῦνται, νομίζουσιν aut simile quid, nam Teles ita disputat: »Quamquam Socratis dictum laudant — *tamen* publice sepeliri magnificum esse *arbitrantur*." Exciderunt et alia quaedam veluti p. 69: εἰ δὲ μὴ κρυφθείης ἀλλ' ἄταφος, τί τὸ δυσχερές; supple: ἀλλ' ἄταφος (ῥιφείης), ut Graecis solemne est dicere ἄταφον ῥίπτειν. Similiter in fine loci nomen intercidit quod nullo negotio potest e fuga retrahi in his: καὶ ἡμεῖς μὲν καὶ ἰδεῖν καὶ ἅψασθαι ὀκνοῦμεν (mortuo-

rum cadavera), *οἱ δὲ σκελετεύσαντες ἔνδον ἔχουσιν ὡς καλόν τι καὶ ἐνέχυρα τοὺς νεκροὺς λαμβάνουσιν.* Nulla est enim dubitatio quin scribendum sit: *οἱ δὲ (Αἰγύπτιοι) σκελετεύσαντες κτἑ.* conf. Herod. II. 136. et imprimis Diodorum Siculum I. 93. ubi vide Wesselingium.

In Musonii loco Floril. 40, 9. pag. 71: *ἄλλοις δὲ κακῶς τὸ σῶμα διακειμένοις ὑπὸ μαλακίας καὶ τρυφῆς ἔρρωσεν ἡ φυγή*, vitium est. Coniungenda sunt *τὸ σῶμα — ἔρρωσεν ἡ φυγή*, quod ut fieri possit, emenda *διακείμενον* pro *διακειμένοις*. Ibid. p. 73. remove insulsum emblema in verbis: *ἤδη τινὲς ἄνδρες ἀγαθοὶ ὄντες ἐξηλάθησαν — ὥσπερ Ἀθήνηθεν μὲν Ἀριστείδης ὁ δίκαιος, ἐξ Ἐφέσου δὲ Ἑρμόδωρος, ἐφ' ᾧ καὶ Ἡράκλειτος [ὅτι ἔφυγεν] ἡβηδὸν ἐκέλευεν Ἐφεσίους ἀπάγξασθαι.* Qui addidit *ὅτι ἔφυγεν* non intellexit *ἐφ' ᾧ*: neutrum est *ᾧ* et significat *εφ' ᾧ*, *quamobrem*, ut verbis *ὅτι ἔφυγεν* nullus locus relinquatur.

Leve vitium non leve damnum attulit in fragmento Eupolidis 43, 9:

ἡμεῖς γὰρ οὐχ οὕτω τέως ᾠκοῦμεν, ὦ γέροντες.

quoniam Chori haec verba sunt cum spectatoribus agentis vitiosum est *ὦ γέροντες*. Emenda *ἡμεῖς — οἱ γέροντες*. Constabat chorus senibus temporis acti laudatoribus et veterem remp. extollentibus. Relege totum locum nec dubitabis.

Fugitivum vocabulum retrahe in loco Democriti 43, 55: *ὁ νόμος βούλεται μὲν εὐεργετέειν βίον ἀνθρώπων, δύναται δὲ ὅταν αὐτοὶ βούλωνται εὖ πάσχειν· τοῖσι γὰρ πειθομένοισι τὴν ἰδίην ἀρετὴν ἐνδείκνυται.* Supple *τοῖσι γὰρ πειθομένοισι (μόνοισι) κτἑ.* perspicuum est quomodo necessarium *μόνοισι* exciderit.

Assentior Meinekio apud Democritum 43, 44. reponenti; *εἰ δὲ ἀμελέοι τις τῶν δημοσίων κακῶς ἀκούειν γίγνεται*, pro *ἀμελέοιτο τῶν δ*. Etiam reliqua non sunt integra: *τοῖσι χρησοῖσι οὐ ξυμφέρον ἀμελέοντας τῶν ἑωυτῶν ἄλλα πρήσσειν*, nam pugnant haec cum sequentibus et non bene Graece dicta sunt. Boni scriptores *τὰ ἑαυτῶν* dicebant et *τοῖς ἑαυτῶν*, sed vitabant genitivum *τῶν ἑαυτῶν*. Medebitur utrique malo haec scriptura: *οὐ ξυμφέρον ἀμελέοντας τῶν δημοσίων τὰ ἑωυτῶν πρήσσειν*. Sic demum recte addit causam, cur non sit a republica abstinendum.

Vitiosum est ἀνακηδέες in verbis Democriti 43, 45: Οἱ κακοὶ ἰόντες ἐς τὰς τιμὰς ὁκόσῳ ἂν μᾶλλον ἀνάξιοι ἐόντες ἴωσι τοσούτῳ μᾶλλον ἀνακηδέες γίνονται, in libris est ἂν ἀκηδέες, quod inutiliter in ἀνακηδέες refictum est. Verum esse videtur: »quo sunt honoribus indigniores, eo fiunt *impudentiores*," quamobrem emendaverim: τοσούτῳ μᾶλλον ἀναιδέες γίγνονται.

In sacramento epheborum Floril. 43, 48. labem conceperunt haec verba: καὶ εὐηκοήσω τῶν ἀεὶ κρινόντων ἐμφρόνως. Non esse antiquum hoc monumentum vel verbum εὐηκοεῖν satis demonstrat positum pro *dicto audientem esse*, πειθαρχεῖν, nam Veteres ἀκούειν eo sensu dicebant, ut Solon:

Εἰπεῖν μοι Κριτίῃ ξανθότριχι πατρὸς ἀκούειν.

Manifesto mendosum est κρινόντων. Sententia postulat τῶν ἐν τέλει, quare κραινόντων reponendum esse censeo. Apud Hesychium II. p. 346. pro Κρατῆρας: τοὺς κρατοῦντας correxerim Κραντῆρας, qui alia forma κράντορες appellabantur.

Recte Meinekius 43, 49. reposuit: τοῖς τῆς πόλεως ἔθεσί τε καὶ νόμοις ἐγγυμνάζεσθαι, pro γυμνάζεσθαι. Sine vitio statim legitur: τοὺς δὲ πρεσβύτας ἐνθυμήσεσι καὶ κριτηρίοις καὶ συμβουλίαις δεῖν ἐναναστρέφεσθαι, sed in his συμβουλίαις in συμβουλίοις mutandum. Aristoxenus verborum novator est et φιλάρχοντας appellavit, ut φιλοβασιλέας, τοὺς τὸν ἄρχοντα φιλοῦντας; deinde ut dicitur νεανιεύομαι, sic παιδαριεύομαι finxit pro τὰ παιδαρίων πράττειν. Quoniam Pythagorea haec instituta et praecepta sunt, verba τοῖς τῆς πόλεως ἔθεσί τε καὶ νόμοις ἐγγυμνάζεσθαι planissime confirmant emendationem, quam supra verbis Archytae de hac ipsa re agentis adhibuimus: μετὰ δὲ ταῦτα ἐθῶν τε καὶ νόμων — ἐμπειρίαν λάβοι, pro ταύτας θεῶν.

Iterum ἐν excidit in dicto Zenonis 43, 88. »non donariis ornari urbes oportere sed incolarum virtutibus," non enim haec Graece sonant: ἀλλὰ ταῖς τῶν οἰκούντων ἀρεταῖς, sed τῶν ἐνοικούντων.

Nonnulla emendanda supersunt in longioribus excerptis ex Hippodamo Pythagoreo 43, 92. sqq. De tribus civium ordinibus agens duos ordines τῶν ἐλευθέραν βιοτὰν ἐχόντων opponit tertio τῶν βιοπόνων sive βαναύσων, qui quum *liberi* ta-

men sint, pro ἐλευθέραν emenda ἐλευθέριον, *liberalem*, non *liberam*. Pag. 99. de iisdem ita scribit: Τουτᾶν δὲ τᾶν μοιρᾶν ἑκάςα πάλιν ἐς τρία τέτακται, ubi pro ridicula forma τουτᾶν repone τούτων, et pro τέτακται, quia requiritur *divisa est* in promtu est corrigere τέτμαται. In verbis: τὸ ἄλλο πλᾶθος τὸ παραδεχόμενον τὰ προσυνεδρευμένα καὶ ἐπιψαφιζόμενον καὶ ἐπικυροῦν τὰ ἐπὶ κρίσει, repone primum προσυνηδρευμένα, id est τὰ ὑπὸ τῶν προέδρων προβεβουλευμένα, deinde fac in unum coalescant τᾷ ἐπικρίσει s. ἐπικρίσι. Senatorii ordinis pars προβουλεύει, caeteri Senatores τὰ προβεβουλευμένα τῇ ἐπικρίσει ἐπικυροῦσιν. Quod dicit Hippodamus oportere decreta Senatus per Praetores (διὰ τῶν ςραταγῶν) ferre ἐπὶ τὰν ἐκκλησίαν, argumento est neque genuina neque admodum antiqua haec Pythagoreorum fragmenta esse, nam ipsi Ἰταλιῶται comitia populi non ἐκκλησίαν appellabant, sed ἀλίαν. Enumerans genera τῶν βιοτόνων postquam agricolas et opifices nominavit ita pergit: τὸ δὲ μεταβατικὸν καὶ ἐμπορικὸν, ὃ τὰ μὲν ἐν τᾷ πόλει περιουσιάζοντα ἐπὶ τὰν ξέναν διάγεται, ubi miror neminem vidisse μεταβλατικόν pro μεταβατικόν, et ἐξάγεται pro διάγεται emendari oportere. Lepidum est imprimis μεταβατικόν, quum manifestum sit de *mercium permutatione* agi, cui nomen ἡ μεταβλητική, ut apud Aristotelem in Polit. I. 7: τῆς δὲ μεταβλητικῆς μέγιςον μὲν ἐμπορία. Forma Dorica μεταβλατικός alibi in μεταβλαςικός depravata est, annotante Dindorfio ad Steph. Thes. in v. Pag. 100. scribe πλάσσει καὶ καροχυτεῖ τὰν ψυχάν pro κηροχυτεῖ, tum recipe Meinekii coniecturam προτετιμῆσθαι, quod cum praecedenti συντετάχθαι convenit; male editur προτιμῆσθαι. In sqq. ποιὲν τὰν πόλιν ὅπως ὁμολογήσῃ καὶ σύμφωνος (ᾖ) τοῖς αὐτᾶς μέρεσιν, Meinekius ᾖ inseruit, melius rescribes: ὅπως ὁμόλογος ᾖ καὶ σύμφωνος, ut apud Archytam 43, 132. recte legitur: ἁ ἁρμονία ποιεῖ ὁμόλογον τὰν φωνάν. Post pauca legendum est: ἔχωντι τὰν πόδοδον pro πρόσοδον. Deinde verba in hunc modum constitue: καὶ τούτοις πᾶσι κατὰ τρόπον ἄρξασι τὰς καταξίας διανέμωντι τιμάς. Vulgata lectio est: ἄρξασι τὰς ἀρχὰς κατ' ἀξίας διανέμωντι τὰς τιμάς.

Male repetitum adverbium est p. 102. in verbis: δεῖ τὼς ἀγελάρχας ἐπιμελέως παρατηρὲν εἰ [ἐπιμελέως] συνασκεῖται τὰ

ἔθεα καὶ ὁμαλῶς πορεύεται διὰ πάντων. Et sententiae et auri repetitum ἐπιμελέως molestum est.

Insere articulum in Archytae loco 43, 132: καὶ τούτω παραβάσει (ὁ) μὲν βασιλεὺς τύραννος κτέ.

Ferri non potest in Dorico scriptore quod legitur apud Archytam 43, 135. καττὰν γεωμετρικάν, nam constanter omnes γαμέτρας, γαμετρέν et sim. dicebant, ut γάπονος, γαβεργός, γάμοροι pro γεώμοροι, γαφάγας cett.

Sensu vacua sunt Archytae verba 43, 134: ἐφ' ὃ γὰρ ἂν ῥέψωντι τοὶ πλεονεκτέοντες τῶν ἀρχόντων οὗτοι τοῖς ἄλλοις ὑποτίθενται, sed perspicua loci sententia veram lectionem monstrat. Regibus, inquit, apud Spartanos oppositi sunt Ephori, Ephoris τοὶ γέροντες. medii sunt inter illos τοὶ κόροι καὶ τοὶ ἱππαγρέται. Itaque si illorum alterutri impotentes esse et nimium sibi arrogare voluerint, hi alteri parti *se adiungunt*. Itaque emendandum esse apparet: οὗτοι τοῖς ἄλλοις ποτιτίθενται.

In sqq. p. 139: οὐ πολλῶν ποτιδεόμενα ποτὶ τὰν διαμονάν, ὀλίγων δὲ καὶ εὐπαρακομίσων, mendosum est εὐπαρακομίσων. Requiritur *facile parabilia*, itaque quod eo sensu poni solet εὐπορίσων repone. Statim sequitur: οὕτω γὰρ — ὁ γυμνασιὰς τῶ ῥίγεος περιγίνεται, sed tu rescribe ὁ γυμνάς, id est ὁ γυμνὸς μαχόμενος, teste Hesychio. In fine expelle barbarismum corrigendo τὰ τῶν κιθαρῳδῶν ἀείσματα pro κιθαρῳδᾶν.

Eusebio redde 43, 142. ὄχως μὴ — ὀλιγωρίη — ἐμφύῃ pro ἐμφυῇ. Diligenter ostendimus alibi φῦναι et δῦναι habere φύοιμι et φύω (non φυῶ), et δύοιμι, δύω. In hoc librarii non peccant, sed semper peccant in illo, quoniam ipsi ἐφύην, φυῆναι, φυείς dicebant, et sic φυῶ, φυῇς, φυῇ, φυῶσιν, ut ῥυῶ cett. a ῥυῆναι.

Non credo Menandrum dixisse 44, 8:

καλὸν οἱ νόμοι σφόδρ' εἰσὶν, ὁ δ' ὁρῶν τοὺς νόμους
λίαν ἀκριβῶς συκοφάντης φαίνεται,

sed συκοφάντης γίγνεται, nam qui hoc faciunt non *videri* calumniatores, sed *esse* solent.

In praeclaro Theophrasti fragmento e libro περὶ συμβολαίων Floril. 44, 22. mendosa lectio est in his p. 167: ὀμνύειν — ἢ μὴν ὠνεῖσθαι δικαίως μηδὲν συγκακουργοῦντα μήτε τέχνῃ

μήτε μηχανῇ μηδεμιᾷ. Quomodo quis in tali re dici potest συγκακουργεῖν? Suspicor intercidisse priscum verbum Atticum, quod vix evasit unico loco Aristophanis in *Nub.* vs. 994, ubi omnes libri servant scripturam metro adversantem hanc:

καὶ μὴ περὶ τοὺς σαυτοῦ γονέας κακουργεῖν.

sed unus omnium optimus Ravennas poëtae manum σκαιουργεῖν servavit intactam. Eodem modo suspicor Theophrastum dedisse μηδὲν σκαιουργοῦντα, sed scribas inauditum sibi vocabulum in formam sibi notiorem convertisse.

Interstrepit Graeculus apud Nicolaum περὶ ἐθῶν Floril. 44, 40. pag. 189. πυρρίχην — πρῶτος εὗρε Πύρριχος Κυδωνιάτης [Κρὴς] τὸ γένος. Similia vidimus in Anabasi, ubi si qui cives oppidorum Arcadiae commemorantur, veluti Μεθυδριεύς, Graeculi Ἀρκάς adscribunt.

Nihil dicit Menander ubi dicit Floril. 46, 7:

ὁ προκαταγιγνώσκων δὲ πρὶν ἀκοῦσαι σαφῶς,
αὐτὸς πονηρός ἐστι πιστεύσας κακῶς,

nam qui hoc facit non *male* credit, sed *malis*, πιστεύσας κακοῖς, et sic demum recte αὐτὸς πονηρός dicitur esse. Αὐτός enim stare non potest nisi *alii improbi* opponantur.

Superest mendum in Apollodori Comici fragmento Floril. 46, 15:

Δεῖ τὸν ἀκροατὴν καὶ συνετὸν ὄντως κριτὴν
πρὸ τοῦ λεγομένου τὸν βίον διασκοπεῖν,
ποῖός τις ὁ λέγων.

emenda πρὸ τῶν λεγομένων, quod perinde est atque πρὸ τῶν λόγων, quod postulat loci sententia. Τὸ λεγόμενον nihil aliud est quam *id quod* proverbio *dici solet*.

Revoca apud Eusebium 46, 28. ἐπιστατέοντα et ἐπιστατέειν pro ἐπισατεύοντα et ἐπισατεύειν. Graeca sunt παρασατεῖν, συμπαρασατεῖν et ἐπισατεῖν. Similes scribarum errores notavit Dindorf. ad Steph. Thes. v. ἐπιφοιτεύω et ἐπιφρονεύω et ἐγκυρσεύω, ubi e Clemente Alexandr. Strom. II. p. 432. tamquam e Heraclito sumta haec affert: οὐ γὰρ φρονέουσι τοιαῦτα πολλοὶ ὁκόσοι ἐγκυρσεύουσιν οὐδὲ μαθόντες γινώσκουσιν ἑωυτοῖσι δὲ δοκέουσι κατὰ τὸν γενναῖον Ἡράκλειτον, non sunt autem priora Heracliti, sed Archilochi e decantatis versibus:

Τοῖος ἀνθρώποισι θυμός, Γλαῦκε Λεπτίνεω πάϊ,
γίνεται θνητοῖς ὁκοίην Ζεὺς ἐπ' ἡμέρην ἄγῃ,
καὶ φρονεῦσι τοῖ' ὁκοίοις ἐγκυρέωσιν ἔργμασιν.

quae olim disiuncta bene composuit Bergkius in Poët. Lyr. p. 481. Itaque vides Clementem scripsisse: οὐ γὰρ φρονέουσι τοιαῦτα — ὁκοίοις ἐγκυρέωσιν, et apparet ἐγκυρσεύειν nihili formam esse, quemadmodum et ἐπιςατεύειν.

Male secutus est Meinekius Codicem A caeteris meliorem sed scatentem erroribus in Eusebii verbis 43, 29: παραδείγματα τῶνπερ χρὴ πρήσσειν τοῖσι ὑποτεταγμένοισι ἑωυτῷ παρεχόμενος. Credidit, ut opinor, ἑωυτῷ e praecedenti participio pendere, sed nemo Graecorum huiusmodi participiis inutile pronomen addere solet, et postulat sententia, ut *ipse* aliis recte faciendi *exemplum* esse dicatur, non *exempla* praebere. Revoca igitur veterem lectionem: παράδειγμα — ἑωυτὸν παρεχόμενος.

Iterum caecum ducem secutus est Meinekius quum ederet 43, 31: οὕτω κρινέτω ἐπ' ὁκοτέρην τῶν ὁδῶν καὶ τὴν ἐπ' ὁκοτέρην τῶν μνημέων ἄγουσαν τρέψηται. In his optime emendavit κρινέτω pro κυρεέτω, sed lapsus est quum pro τρέπηται ex duobus libris reciperet τρέψηται. Emendandum est τράπηται. Quid inter τραπέσθαι et τρέψασθαι intersit neminem melius scire arbitror quam Meinekium, sed non semper homines hoc agimus. Graeculi pro τραπέσθαι nonnumquam vitiose τραπῆναι usurpant, sed qui τρέψασθαι eo sensu diceret vidi neminem. Superest et aliud vitium. Possumus enim ὁδόν τινα τραπέσθαι dici, non ἐπί τινα ὁδόν: res nota est et certa. Exime igitur importunam praepositionem e verbis κρινέτω [ἐπ'] ὁκοτέρην τῶν ὁδῶν — τράπηται.

Ineptire videtur Hyperides 46, 63, ubi dicit: ὅταν ἅπαξ ῥιζωθῇ (ἡ) κακία — χαλεπὸν αὐτὴν καταςβέσαι. Quomodo quis *exstinguere* potest id quod *radices egerit?* Numquam veteres et probati scriptores talia putide et incogitanter miscent. Locus pessime interpolatus esse videtur et insanabilis.

Ut τιμῆσθαι et τετιμῆσθαι saepius apud Stobaeum confunduntur, sic in fragmentis Doricis νικῆσθαι et νενικῆσθαι. Apud Diotogenem Floril. 48, 62: δεῖ τὸν βασιλέα μὴ νενικῆσθαι

ὑφ' ἀδονᾶς, ἀλλ' αὐτὸν νικῆν ταύταν, perspicuum est νικῆσθαι et νικῆν olim inter se opposita fuisse.

In eodem fragmento laudatur rex κοινωνατικὸς περὶ τὰ χρήματα, sed κοινωνατικός non est vetus et emendata lectio. Dores dicebant κοινανός, κοινανέν et κοινανικός pro κοινωνός cett. Ut μετάορος, μετήορος, μετέωρος ex μεταείρειν nascuntur, sic ex παραείρειν παράορος, παρήορος et πάραρος. Similiter vetus ξυνάονες Ionice ξυνήονες et ξυνέωνες sonabat, Attice ξυνῶνες, Dorice ξυνᾶνες. Sic et κοινῶνες Atticum est et κοινωνὸς, κοινωνία, κοινωνεῖν, Dorica sunt κοινᾶνες, κοινανός, κοινανία et κοινανέν. Eadem est ratio inter πρῶτος et πρᾶτος', θεωρός et θεαρός, et alia quaedam. Nemo mirabitur formas illas pervetustas vix usquam e librariorum manibus illaesas evadere potuisse. Antiqui scribarum errores ut plurimum veteris lectionis certa vestigia impressa servaverunt, quibus indagari et in lucem revocari aliquando potuerunt. Insigne exemplum est apud Thucydidem V. 79. ubi numquam genuina lectio κοινανεόντων τᾶν σπονδᾶν ad nos pervenisset nisi pervetustum mendum κοινᾶν ἐόντων sciolorum manus continuisset. Archytae olim reddidimus κοινανικάν felici errore in κοινὰν νίκαν depravatum et sic a correctoribus tutum, vid. *Var. Lectt.* p. 17. Idem Diotogeni reddendum κοινανικὸς περὶ τὰ χρήματα, idem Ecphanto 48, 66. ubi nunc editur: ὅτι δίκαιος ἐσεῖται κοινωνικὸς ὢν παντί τῳ δῆλον, nam ille quoque κοινανικός dixerat.

Eadem observatione usus Meinekius perite Archytae manum restituit in Stobaei *Ecl. Physic.* I. 40. p. 787, ubi editur: τυγχάνοντι δὲ τὰ μὲν αἰσθατὰ τῶν πραγμάτων κινάσιος μεταλαμβάνοντα κοινὰ ἐόντα, τὰ δὲ νοατὰ ϛάσιος, sed optime Meinekius κινάσιος κοινανέοντα, expuncto glossemate μεταλαμβάνοντα, docuit esse legendum.

Utar hac occasione ut Eupolidis versiculum ridicule in libris corruptum restituam in integrum. Legitur in Stobaei Floril. 4, 33: »*Poëtas peregrinos admiramini*" inquit:

ἢν δέ τις τῶν ἐνθάδ' αὐτοῦ μηδὲ ἓν χεῖρον Φρονῶν
ἐπιτιθῆται τῇ ποιήσει πάνυ δοκεῖ κακῶς Φρονεῖν
μαίνεταί τε καὶ παραρρεῖ τῶν Φρενῶν τῷ σῷ λόγῳ.

Nemo intelligit quid sit παραρρεῖν τῶν Φρενῶν, vel potius (nam quid dicere debeat poëta perspicuum est) quomodo ea

verba possint significare id quod locus postulat, nempe παρανοεῖν sive παραφρονεῖν. Παραρρεῖ mendosum est. Videor mihi antiquam lectionem reperisse, nempe exemta una litterula παραρεῖ corrigendum esse censeo. *Pervertere mentem, dementem reddere* dicebatur olim παραείρειν τὰς φρένας, ut in noto Archilochi loco:

πάτερ Λυκάμβα, ποῖον ἐφράσω τόδε;
τίς σὰς παρήειρε φρένας;

in Bergk. Poët. Lyr. p. 486. Similiter *demens*, *mente captus* νόου παρήορος appellatur ab eodem poëta:

καὶ βίου χρήμη πλανᾶται καὶ νόου παρήορος.

apud Bergk. p. 478. e Stob. Floril. 105, 24. Antiquum παράορος, quod Ionice παρήορος sonabat, in πάραρος contractum est, ut θεάορος, θεωρός in θεαρός, et apud Hesychium Αὐλαρός: αὐλωρός, οἰκοφύλαξ. Apud eundem Πυλαυρός: πυλωρός videtur in Πυλαρός emendandum. Legitur πάραρος eo sensu apud Theocritum notissimo loco:

ταῦθ' ὁ πάραρος τῆνος ἐπ' ἔσχατα γᾶς ἔλαβ' ἐνθών
ἰλεὸν οὐκ οἴκησιν.

Ex πάραρος igitur formatum παραρεῖν Eupolidis manus esse videtur, et παραρεῖν τῶν φρενῶν tam egregie convenit cum νόου παρήορος, et τίς σὰς παρήειρε φρένας; praeterea tam bene in Eupolidis locum quadrat, ubi manifesto παραφρονεῖν requiritur, ut vel ex se ipsum spectatum παραρεῖ sat certam fidem habere possit videri. Ne ulla dubitatio haerere possit fideiussorem dabo Hesychium, cuius glossa nescio quomodo a Lexicographis omissa Παραρεῖν: φληναφεῖν correctionem loci Eupolidei novo pondere stabiliet.

Dittographia manifesta est in verbis Diotogenis 48, 62. p. 264: ἔντι γὰρ ἀ δικαιότας κοινωνίας [συνακτικὰ καὶ] συνεκτικά. Verbo συνάγειν in tali re locus non est, sed συνέχειν et συνεκτικόν propriam in argumento huiusmodi sedem habent. Compara cum his verba Φίντυος τῆς Πυθαγορείας in Floril. 74, 61. p. 64: συνεκτικώτατον τᾶς σωφροσύνας τὸ περὶ τὰν εὐνὰν ἦμεν ἀδιάφθορον καὶ ἄμικτον θυραίῳ ἀνδρί.

Auctore Sthenida 48, 63. Rex est ἀντίμιμος καὶ ζαλωτὰς τῷ πράτῳ θεῷ, sed pro πράτῳ videtur scripsisse ὑπάτῳ, *summi* Dei.

Miraberis quomodo *cantandi* verbum possit habere locum in Euripidis fragmento τῆς Ἀντιόπης Floril. 56, 13:

τοιαῦτ' ἄειδε καὶ δόξεις φρονεῖν
σκάπτων, ἀρῶν γῆν, ποιμνίων ἐπισατῶν,
ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἀφεὶς σοφίσματα,
(ἐξ ὧν κενοῖσιν ἐγκατοικήσεις δόμοις).

Zethus, qui fratrem fodere et arare et pascere iubet, quomodo tandem de ea re dicere potuit τοιαῦτ' ἄειδε? Suspicor poëtam dedisse: τοιαῦτα δ' ἔρδε, pro δρᾶ, ποίει, et ΔΕΡΔΕ a negligente scriba in ἄειδε esse conversum.

Grave vulnus acceperunt lepidi versiculi Diphili in Floril. 57, 2:

Ἓν ὀνάριον καταβαίνει μοὐξ ἀγροῦ
καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἀγαπητῶς ὥσπερεὶ
κανοῦν ὁμοῦ τι πάντ' ἐνεσκευασμένον,
σπονδὴν, ὀλὰς, ἔλαιον, ἰσχάδας, μέλι.

quos sic non difficulter restituas:

ἓν ὀνάριον κατέβαινε μοὐξ ἀγροῦ φέρον
καθ' ἕκαστον ἀγαπητῶς ἐνιαυτὸν ὥσπερεί κτἑ.

transpositio numeros restituit tolerabiles, nam vulgata lectio est plane ἄμετρος. Verbum φέρειν necessarium sententiae non alibi melius quam in fine senarii collocari potuit. Compara locum vicinum 57, 7 a:

ὃ γὰρ φέρει νῦν οὗτος εἷς ὄνος φέρει.

Apud Hipparchum Comicum Floril. 60, 2:

τὰ μὲν γὰρ ἄλλα καὶ πόλεμος καὶ μεταβολὴ
τύχης ἀνήλωσεν, τέχνη δὲ σώζεται.

adiuvabis et sententiam et numeros scribendo:

τύχης ἀνήλωσ', ἡ τέχνη δὲ σώζεται.

Interpolator loci Euripidei duas lacunas sic explevit ut sanam sententiam omnem exturbaret in Floril 62, 18:

ὦ παγκάκιστοι καὶ τὸ δοῦλον οὐ λόγῳ
ἔχοντες ἀλλὰ τῇ τύχῃ κεκτημένοι.

Duriter increpat nescio quis pessima mancipia ad serviendum nata, sed si quis τὸ δοῦλον τῇ τύχῃ κέκτηται caret omni crimine. Quid est τὸ δοῦλον λόγῳ ἔχειν aliud quam λόγῳ οὐκ ἔργῳ δουλεύειν? Sed nihil hoc facit ad Euripidis sententiam, quam fuisse suspicor huiusmodi:

ὦ παγκάκιστοι καὶ τὸ δοῦλον οὐ τύχῃ
ἔχοντες ἀλλ' ἐν τῇ Φύσει κεκτημένοι.

Rubricator imposuit et aliis omnibus et Meinekio 62, 48, ubi edidit: Πόλλις ὁ Ἀκραγαντῖνος — μετὰ δεῖπνον συνεκάλει τὰ παιδία τῶν οἰκετῶν κτέ. In libris est Πολλίας, sed Π olim ab indocto Graeculo perperam est praepositum, et ϵΛΛΙΑϹ non ΟΛΛΙΑϹ olim in libris fuit, in qua scriptura male latet Agrigentinorum nobilissimus Γελλίας, de quo multa a Timaeo sumta scribit Diodorus Siculus XIII. 83, ubi appellatur τῶν Ἀκραγαντίνων σχεδὸν πλουσιώτατος Γελλίας. Alia de eodem Athenaeus refert p. 4. A, ubi novo errore Τελλίας libri exhibent, quos Suidas et Eustathius incauti sequuntur.

Caeterum ad Archytam, non ad Gelliam, idem refert Athenaeus p. 519. B. ubi legendum: Ἀρχύταν τὸν Ταραντῖνον πλείσους οἰκέτας ἔχοντα ἀεὶ τοῖς τούτων παισὶ (editur ἀεὶ τούτοις) — ἥδεσθαι.

Novum exemplum sententiae ab interpolatore prorsus pessumdatae est in fragmento Diogenis 64, 1:

Ὅταν δ' ἔρωτος ἐνδεθῶμεν ἄρκυσι
θᾶττον θυραίοις τὴν χάριν ποιούμεθα
ἢ τοῖσιν ἄγχις' ἐν γένει πεφυκόσιν.

remoto stulto emblemate χάριν ποιούμεθα sententia loci ex ipsa rei natura et hominum usu non difficulter eruitur. Nempe qui amant alienis citius quam proximis cognatis *fatentur amorem*. Cum amicis rem communicant, suos celant. Itaque sic emendaverim:

θᾶττον θυραίοις τὴν νόσον μηνύομεν κτέ.

saepe in tali re legitur τὸν ἔρωτα sive τὴν ἐπιθυμίαν κρύπτειν et μηνύειν. Amorem νόσον dici haberique non est opus monstrare, neque id omnino attigissem nisi in vicinia apud Plutarchum Floril. 64, 30. stulte legeretur: Οἱ μὲν νοῦν τὸν ἔρωτα, οἱ δ' ἐπιθυμίαν, οἱ δὲ μανίαν —, οἱ δ' ἀντικρυς θεὸν ἀναγορεύουσιν, nam dabis mihi pro νοῦν nihil aliud quam νόσον emendari oportere. Plutarchus ipse in vicinia 64, 31. ita loquitur: δεῖ τοῖς ἐρῶσιν ὥσπερ νοσοῦσι συγγνώμην ἔχειν.

Scitum Aristotelis dictum scioli corruperunt 65, 14: Ἀριστοτέλης ἐρωτηθεὶς διὰ τί τῶν καλῶν ὁ ἔρως; »Τυφλοῦ" εἶπεν »ἡ ἐρώτησις. Corrige: διὰ τί τῶν καλῶν ἐρῶμεν;

Duplex vitium superest in verbis Dii Pythagorei Floril. 66, 16: *ὑμεῖς δέ γ', οἳ ὀρίγνεσθε σωματικᾶς ἀδονᾶς — μέμψιος ποτὶ κολάσει δικαίως ἐξὲ ἄξιοι τυγχάνεν.* Barbarum est *ὀρίγνομαι*, namque *ὀριγνᾶσθαι* Graeci omnes dicebant, et repositum oportuit Doricam formam *ὀριγνῆσθε*. In caeteris inepte copulantur *δικαίως ἄξιοι*. Emenda: *δίκαιοί ἐσε τυγχάνεν*. Corruptelam interpolatio secuta est. Ubi ΔΙΚΑΙΟΙ in *δικαίως* abierat, corrector minimi pretii de suo *ἄξιοι* addidit.

In sqq. § 17. rescribe: *διό κα θέλοιμι — οἶνον πιὲν ἀδὺν καὶ πολύωρον ἢ αὐτὸς εἶμεν οἶνος*. Editur *κἂν θέλοιμι* et *εἶμεν βουνός*, quod in *οἶνος* mutandum Meinekius iam admonuit. Notandum est *πολύωρον* (ex *ὥρος annus*) pro *πολυετῆ*.

In Pseudo-Xenophontis epistola 66, 8. pro *σώματος γὰρ ἄνθρωποι ἠγάσθησαν*, corrigendum esse facile apparet *ἠράσθησαν*.

Subiiciam his verba incerti poëtae, quae nescio quo modo suo loco tractare neglexi. Legitur in Floril. 37, 15: Περιρίθου.

τρόπος δὲ χρηστὸς ἀσφαλέστερος νόμου.
τὸν μὲν γὰρ οὐδεὶς ἂν διαστρέψαι ποτὲ
ῥήτωρ δύναιτο, τὸν δ' ἄνω τε καὶ κάτω
λόγοις ταράσσων πολλάκις λυμαίνεται.

Euripidis haec esse putantur *ἐκ τοῦ Περιρίθου*, quod mihi non videtur esse probabile. Et verba et sententia socco propiora sunt quam cothurno. Aculeus est in Oratores leges arbitratu suo distorquentes. Sed impedita est oratio, nam verbi *λυμαίνεται* quod subiectum esse debet *ῥήτωρ λόγοις ταράσσων* non nisi dura et molesta traiectione illuc retrahi potest. Duo vocabula transposita sunt, quae si in suam sedem reduxeris plana et expedita videbis esse omnia. Corrigendum enim sic esse arbitror:

τὸν μὲν γὰρ οὐδεὶς ἂν διαστρέψαι ποτὲ
λόγοις δύναιτο, τὸν δ' ἄνω τε καὶ κάτω
ῥήτωρ ταράσσων πολλάκις λυμαίνεται.

Recte enim sic pro rei diversa natura inter se opponuntur *οὐδείς* et *ῥήτωρ*. Ingenium bonum *nemo* verbis pervertere potest, leges *Orator* distorquendo pervertit.

Apud Hieroclem *περὶ γάμου* in Floril. 67, 24. (III. p. 10. Meinek.) vitiose scribitur: *οὐ μὲν δὴ πολυτελεῖς οἶκοι καὶ ὀρθό-*

ϛρωτοι τοῖχοι — κάλλος ἐϛὶν οἰκίας, nam nemo dixerit quales sint parietes *ὀρθόϛρωτοι*. Lux affulgebit e Musonii loco Floril. 1, 84: *τί δ' αἱ πολυτέλειαι τῶν λίθων τῶν μὲν χαμαὶ συνηρμοσμένων, τῶν δ' εἰς τοίχους ἐγκειμένων*, unde nullo negotio colliges apud Hieroclem olim ΛΙΘΟϹΤΡΩΤΟΙ scriptum fuisse, *καὶ λιθόϛρωτοι τοῖχοι*, et duabus litterulis ΛΙ detritis vel obscuratis sciolum de suo *ὀρ* — supplevisse.

Facilis est emendatio loci Antipatri 67, 25. pag. 12: *τῶν ἀναγκαιοτάτων καὶ πρὸ τῶν καθηκόντων νομίζουσι τὸ συγκραθῆναι εἰς γάμον*, nam quis admonitus non videt in *πρὸ τῶν* latere *πρώτων*?

Expelle emblema ex eodem fragmento p. 15: *νῦν δ' ἐν ἐνίαις πόλεσι — τῇ ἐπὶ τὸ καταφερὲϛ* [*ῥᾴθυμον*] *ἐπικλίσει καὶ τὸ γαμεῖν τῶν χαλεπωτάτων εἶναι δοκεῖ*. Coniungi non possunt sic *τὸ καταφερὲϛ ῥᾴθυμον*, sed resecandum est alterutrum. Dubites utrum retineas, nam utrumque in luxuriosa civitate etiam nunc apparet, et *ἡ ἐπὶ τὸ καταφερὲϛ ἐπίκλισιϛ*, ut sint illic homines *ad libidines proni*, et *ἡ ἐπὶ τὸ ῥᾴθυμον*, nam molli otio et inertia delectantur. Argumentum loci suadet ut *ἐπὶ τὸ καταφερέϛ* retineamus, namque hoc potissimum Antipater demonstrat homines (Romanos eum dicere perspicuum est) a re uxoria abhorrere, quo facilius libidinibus indulgeant. Agnosces notum dictum: *Coelibes coelites* in iis, quae continuo adduntur: *τὸν δ' ἥθεον (βίον) ἐξουσίαν διδόντα πρὸϛ ἀκολαϛίαν — ἰσόθεον νομίζουϛι*, sic enim palmaria emendatione restituerunt Iacobsius et Meinekius vulgatam: *τὸν δὴ θεὸν ἐξουσίαν κτέ*. Quum esset in libris vetustis ΤΟΝΔΗΘΕΟΝΒΙΟΝ pro ΔΗΘΕΟΝ stulti scribae *δὴ θεὸν* dederunt et *βίον* omiserunt. Ἠιθεὺν *βίον* nominat Alexis in Floril. 68, 2. vs. 2. a Meinekio pulchre emendatus pro *ἥδιον βίον*.

Recipere debuerat Meinekius optimam Gaisfordi emendationem 68, 4. in Menandri versiculo:

τῶν ἀνιαρῶν ἔχων
τὸ μέροϛ ἁπάντων, τῶν δ' ἀγαθῶν οὐδὲν μέροϛ.

pro *τῶν δ' ἀγαθῶν οὐ δυνάμενοϛ*.

Miror etiam cur punctum temporis dubitaverit Meinekius recipere in Epicharmi verbis 69, 17. certam correctionem hanc:

τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς κύβους | ἀπὸ τύχης βαλεῖν,
quae nota aleatoribus verba sunt et in proverbium abierunt. Sine sensu nunc editur ἢ τρεῖς μόνους, quod Graeculi supplementum est veterem lacunam temere de more sarcientis.

In Nicostrati loco 70, 12. multa corrigenda supersunt, quorum nonnulla attingam. Pro διδοῦσαν ὥσπερ ἐπὶ λύρας p. 30. hoc certe video ΑΙΔΟΤCΑΝ verum esse, ᾄδουσαν ὥσπερ ἐπὶ λύρας, sed vicina commode emendare non possum. Tolle insipidum additamentum in fine p. 30: ὅσις δὲ μωρίᾳ εὐήθης [τοῖς ὀφθαλμοῖς καὶ] ταῖς κόραις ἀναπέπτωται. Nicostratus enim exquisita quaedam et poëtica venatur, ut paulo ante: παραβλέπει καὶ δεινὸν δέδορκεν. Dixerat igitur ταῖς κόραις pro τοῖς ὀφθαλμοῖς. Eadem observatione usus nullo negotio emendabis vicinum locum p. 51. κοινότερον τῷ κάλλει καταχρήσομαι συμβουλεύων αὐτὸ μεταθεῖναι. Mendosum est et sensu vacuum μεταθεῖναι. Nicostrati manus est μεταθεῖν, id est μεταδιώκειν, ut olim emendasse video Wyttenbachium. Eidem debetur certa et evidens eiusdem erroris emendatio apud Iulianum in Epistol. 18. p. 26. Heyl. ἴσῃ γὰρ δήπου σοι τῶν λόγων — πτέρωσις, ᾗ τοὺς ἑταίρους μεταθεῖναι δύνασαι. Grati a Wyttenbachio μεταθεῖν accipimus et Heylero lubenter suum μεταθεῖναι relinquimus, cui »*licet in Iuliano nullus occurrat locus ubi* μεταθεῖναι *eo quo hic sensu gaudeat*" (quasi vero apud alios μεταθεῖναι sic ponatur aut poni potuerit) »*nihilo minus apte dici videtur ad linguae rationem.*" Quid dicam? non multum videt in linguae ratione et usu qui ita pronuntiat.

Est in Iuliani Epistolis alius locus tam mirifice ab Heylero tractatus et tam simplici emendatione restituendus ut eum animi causa statim subiungere placeat. In fine Epistolae 27. ad Libanium scribens de mole curarum, quam sustineat ad bellum Persicum profectus ita dicit: Ἐπιστολαῖς δὲ ὅσαις ὑπέγραψα καὶ βίβλοις ἐπόμενα ὥσπερ αἴσιά μοι καὶ ταῦτα συμπερινοστεῖ πανταχοῦ. Editor *multum*, ut ait, *de hoc loco meditatus* suspicatur ἐπόμενα esse *glossema*, quo resecto Iulianum dixisse intelligi: »*Quantis autem epistolis et quasi libris consignarem* fausta *mihi* omina." Quam inepta res est sine ratione et iudicio rem criticam attingere! Quamquam haec malis omini-

bus scripto consignata sunt, tamen non dubitavit haec addere: »*Interea coniecturas meas improbare minus operosum erit quam iis probabiliores excogitare.*" Videamus an hoc tanti sit operis. Unum vocabulum AICIA corruptum est, reliqua distinctione iuvanda. »*Quot epistolis*, inquit, *et libellis subscripsi! Sequuntur me haec ut* AICIA *quocumque eam.*" Nihilne tibi subolet? quae est ea res quae quia nos pertinaciter usque sequitur venit in proverbium? Nempe *umbra*, σκιά. Emenda igitur: ἑπόμενα ὥσπερ σκιά μοι καὶ ταῦτα συμπερινοσεῖ πανταχοῦ. Confusa K et IC hunc quoque errorem pepererunt. Sed ad Stobaeum revertor.

Fieri non potest ut Euripides in κακίων paenultimam corripuerit, quod nunc fecisse videtur in Floril. 73, 28. si scripsit:

κακίων ἄλοχος κἂν ὁ κάκιστος
γήμῃ τὴν εὐδοκιμοῦσαν.

Locus capite truncatus e Clemente Alexandrino redintegrandus est, qui in Stromat. IV. p. 592. ex Euripide affert:

πᾶσα γὰρ ἀνδρὸς κακίων ἄλοχος κτέ.

vitiosum esse κακίων manifestum est. Itaque Nauckium video μείων substituere velle, quod sententiae non convenit, quae poscit *peior*, *deterior*, et κακίων si metro non noceret haberet optime. Reponamus igitur id quod idem significat et restituit metrum:

πᾶσα γὰρ ἀνδρὸς χείρων ἄλοχος κτέ.

Nobile nomen obscurarunt librarii 74, 54. ubi dederunt ἡ Φίλωνος γυνή. Supererat: ΗΦ * * ΩΝΟC, quod sic erat corrigendum: ἡ Φωκίωνος γυνή.

Sunt quaedam male habita in Nicostrati fragmento 74, 62, ubi pro ἄχθος ἂν εἴη μᾶλλόν περ ἡ κόσμος emenda: μᾶλλον ἢ περ κόσμος, tum lege: περὶ γυμνάσια ἔχειν pro γυμνασίας. Emendate scribitur in vicinia: τά γε μὴν γυμνάσια ἄλλα μὲν ἂν ἔξω γένοιτο κτέ. Ridicule legitur post pauca: πόρρω δ' ἂν εἴη καὶ τοῦ δεηθῆναι γυνὴ ὑγιαίνουσα καὶ ψιμυθίου καὶ ὑπ' ὀφθαλμῷ ὑπογραφῆς, sed statim pellucet emendata lectio καὶ ὀφθαλμῶν ὑπογραφῆς. Dicitur enim in re nota et pervulgata certo usu ὑπογράφεσθαι τοὺς ὀφθαλμούς et ὀφθαλμῶν ὑπογραφή, ut in Cyropaedia I. III. 2: ὁρῶν δὴ αὐτὸν κεκοσμημένον καὶ ὀφθαλμῶν ὑπογραφῇ καὶ χρώματος ἐντρίψει.

Videtur scriba *ὑπογραφῆς ὀφθαλμῶν* daturus fuisse, sed quum ΤΠ scripsisset animadverso errore ΟΦΘΑΛΜΩ̄ scripsit, quod in *ὀφθαλμῷ* corruptum a praepositione *ὑπ'* pendere visum est.

Apud eundem 74, 65. docetur quomodo uxor ab adulterio deterreatur, *λεκτέον οὖν πρὸς αὐτὴν — ὡς ὅ τι δήποτέ ἐστιν ἡ πίστις ἡ ἐξ ἀνθρώπων, τοῦτο οἴχεται ἀπὸ σοῦ.* Quaerendum erit quae sit illa inaudita *πίστις ἡ ἐξ ἀνθρώπων*. Sed tu quaerere noli: melius locum male habitum sic restitues in integrum: *ὅ τι δήποτέ ἐστιν ἡ πίστις, ἐξ ἀνθρώπων τοῦτο οἴχεται ὑπὸ σοῦ.* Quis non novit in talibus hoc dicendi genus: *οἴχεται ἐξ ἀνθρώπων*? Ἀπό necessario in *ὑπό* mutandum erat. Mox sequitur *φοβείσθω τὸ ὄνομα τῆς μοιχείας εἴγε ταύτῃ μέλλει ζῆν καὶ μὴ ἀποσφάττεσθαι.* Molestum est *ταύτῃ* et sanam interpretationem nullam admittit, sed tu corrige: *εἴγε αὐτῇ μέλει ζῆν.*

Apud Pempelum Pythagoreum 79, 52. p. 95. ubi editur *σεμνὸν γάρ τι καὶ θείας Φύσιος πεπαμένον* non est integrum *πεπαμένον*, id est *κεκτημένον*, quod cum genitivo iungi non potest. Transpositis duabus litterulis scribe: *θείας Φύσιος ἐπαμμένον.* Nota est forma *ἐπαμμένος* ex Herodoti locis I. 199: *εἶδεός τε ἐπαμμέναι καὶ μεγάθεος*, et VIII. 105. *εἴδεος ἐπαμμένους, forma praeditos.* Sic igitur Pempelus *divina natura praeditum* optime dixit *θείας Φύσιος ἐπαμμένον.*

Barbara forma conspicitur in vicinis: *πᾶς δὴ νόον ἔχων — δεδιέτω γονέων εὐχὰς ἢ κατάρας*, diligenter alias ostendimus solum *δέδιθι*, *δεδίτω* Graecum esse.

Eusebius ubi monet 80, 8: *Θεοὶ ὅτι ἔασιν οὐ χρὴ δίζεσθαι*, ut bene Graece loquatur redde ei: *θεοὶ εἰ ἔασι οὐ χρὴ δίζησθαι.*

Quod Carneades de dialecticis dixerat 82, 13. scribarum errore nunc de ipsa *dialectica* dixisse videtur. *Καρνεάδης τὴν διαλεκτικὴν* (L. *τοὺς διαλεκτικοὺς*) *ἔλεγε πουλύποδι ἐοικέναι.* Sic demum recte in sqq. dicitur: — *καὶ τούτους — τὰ σφέτερα ἀνατρέπειν.*

Numquam dixit Menander quod ei tribuitur 83, 10:

ἡδὺς πατὴρ Φρόνησιν ἀντ' ὀργῆς ἔχων,

sed *ἡδύ γε πατήρ*, non enim pater ipse *ἡδύς* esse dicitur, sed pater *Φρόνησιν ἀντ' ὀργῆς ἔχων* filio est *ἡδὺ* (*πρᾶγμα*). Ut in

exclamatione admirabunda γε additur. Exempla passim obvia. Statim praecedit versiculus Philemonis:

ἡδύ γε πατὴρ τέκνοισιν εἰ ϛοργὴν ἔχοι.

et ubi non talia leguntur? Eadem opera emendari potest versus Menandri 84, 1:

Ὡϛ ἡδύ γ' ἐν ἀδελφοῖϛ ἐϛὶν ὁμονοίας ἔρωϛ.

expunge ὡϛ et locus sanus erit. Dicitur ἡδύ γε et ὡϛ ἡδύ, ut apud Menandrum 83, 13:

Ὡϛ ἡδὺ πρᾶος καὶ νεάζων τῷ τρόπῳ | πατήρ.

et saepissime alibi: sed nemo ὡϛ ἡδύ γε coniungit umquam.

Non est Graecum quod dicit Callias 84, 8: αὐτῷ γὰρ ἐπεῖναι ἡλικίαν. Dicebant ἡλικίαν ἔχω et ἔϛι μοι ἡλικία: tam ridiculum est ἔπεϛί μοι atque ἡλικίαν ἐπέχω. In ΕΠΕΙΝΑΙ latet ἔτι εἶναι.

In versu Euripideo 85, 2:

τοιάσδε χρὴ γυναικὶ προσπολεῖν ἐᾶν,

viri docti quod sanum erat tentaverunt, vitiosam scripturam intactam reliquerunt. In libris est πρόσπολον ἐᾶν, quorum ἐᾶν a Graeculis est lacunam stulte explentibus. Verum olim reperit Dobraeus πρόσπολον νέμειν.

In Perictyones fragmento 85, 18. p. 146. vitiose scribitur: κἦν ἔῃ δὲ φαῦλα τάπερ λελάχαται, nam mera est barbaries λελάχαται pro λελέχαται, id est εἴρηνται, ut paulo ante p. 145: καὶ ταῦτα μὲν ἄχρι τῶνδε λελέχθω.

Quod bis apud Hieroclem 85, 21. recurrit σιτοπονία p. 150. τὰ περὶ τὴν ταλασίαν καὶ σιτοπονίαν, et p. 151. σιτοπονίας ἅψασθαι sine ulla dubitatione mendosum est. Σιτοποιός Graecum est et σιτοποιία, quod est utrobique reponendum.

Corruptis numeris elumbis incedit Euripidis senarius 86: 9:

Ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδ' ὅπως δὴ σκοπεῖν χρεὼν
τὴν εὐγένειαν.

facile tamen numeros in hunc modum correxeris:

Ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ οἶδ' ὅπως σκοπεῖν χρεών.

Semel et iterum ἐκ πάλαι contra loci sententiam in ἔκπαλαι coaluit 86, 25. in Aristotelis dialogo περὶ Εὐγενείας, ubi editur p. 159: εὐγενεῖϛ τοὺϛ ἔκπαλαι πλουσίων, sed divisim scribendum esse demonstrant haec verba: οὐ τοὺϛ εὐγενεῖϛ εἶναι τοὺϛ ἐκ πάλαι πλουσίων ἀλλὰ τοὺϛ ἐξ ἀγαθῶν πάλαι.

Saepius recurrit idem mendum 88, 13. Post pauca corrige: Ὀρθῶς, ἔφη, λέγεις. pro ὀρθῶς ἔφη λέγειν.

Violatur metrum in Euripidis versiculo 91, 8:

Οὐ γὰρ παρὰ κρητῆρα καὶ θοίνην μόνον,

nam fieri non potest ut in παρά ultima syllaba positione producatur. Verum esse suspicor: Οὔτἄρα παρὰ κρατῆρα. Facillime οὔτἄρα vitium labemque concipit. Ionicum κρητῆρα tamdiu apud Euripidem tolerari potuisse mirabile est.

Manifesta tenetur fraus interpolatoris in Floril. 93, 6, ubi ex Euripide profertur:

κέκτησο δ' ὀρθῶς ἂν ἔχῃς ἄνευ ψόγου,
κἂν σμικρὰ σώζων τοὔνεχ' ὃν σέβειν πρέπει.

sed idem locus in Floril. 9, 5. sic sonat:

καὶ μικρὰ σώζου τῇ δίκῃ ξυνοῦσ' ἀεί.

ex utraque scriptura homines docti tertiam concinnarunt hanc:

κἂν σμικρὰ σώζου τοὔνδικον σέβουσ' ἀεί,

quae magnam habet veritatis speciem. Ergo supererat in illo loco: TOTN * * ONCEB * * * * EI, in hoc: T * * ΔIK * * * * OTCAEI, et utrobique corrector sciolus commentus est aliquid de suo. Potuitne infelicius divinare quam τοὔνεχ' ὃν σέβειν πρέπει, quae *nihil* significat?

Impune Graeculus nobile nomen corrupit 95, 10. ubi dedit: Ἀριστείδης ὁ Νικομάχου. Supererat * * * MAXOT, verum isti quis esset Aristidis pater iuxta cum ignarissimis nesciebant. Emenda ὁ Λυσιμάχου.

Ubi paupertas dicitur esse 95, 17. γυμνάσιον ἀρετῆς ἔμπρακτον, multum vereor ut ea verba intelligi possint. Corrige ἀρετῆς ἐμπράκτου.

Triplex mendum obsidet Hipponactis versiculos 97, 12:

Εἴ τις καθείρξει χρυσὸν ἐν δόμοις πουλὺν
καὶ σῦκα βαιὰ καὶ δύ' ἢ τρεῖς ἀνθρώπους
γνοίη χ' ὅσον τὰ σῦκα τοῦ χρυσοῦ κρείσσω.

syntactica ratio postulat καθείρξειε, non καθείρξει. Nihil est facilius quam id revocare quum versus in dispondeum exire debeat, ut appareat legi oportere:

Εἴ τις καθείρξει' ἐν δόμοις χρυσὸν πουλύν.

tertium mendum est in γνοίη, requiritur enim γνοίης, nam generalis sententia est » si quis ita fecerit *omnes intelli-*

gent" cet. Huius scripturae manifesta sunt in libris vestigia: exhibent enim γνώη σχάσοντασ σῦκα, quod natum est ex ΓΝΩΗCΧΟCONTACTKA, nam γνώης et γνῴης pro γνοίης scribere pervetus est librariorum consuetudo. Simili modo secunda persona tertiae substituenda esse videtur in Mimnermi loco 98, 13. vs. 9:

αὐτὰρ ἐπὴν δὴ τοῦτο τέλος παραμείψεται ὥρης,

imo vero παραμείψεαι.

Suavissimo Menandri fragmento inficeti Graeculi pannum assuerunt 97, 13:

ὤμην ἐγὼ τοὺς πλουσίους — οὐ ῥένειν,
— — — ἡδὺν δὲ καὶ πρᾷόν τινα
ὕπνον καθεύδειν [ἀλλὰ τῶν πτωχῶν τινά].
νυνὶ δὲ καὶ τοὺς μακαρίους καλουμένους
ὑμᾶς ὁρῶ πονοῦντας ἡμῖν ἐμφερῆ.

quicumque complura vidit apud Stobaeum additamenta huiusmodi, summo iure et ab aliis et a Meinekio expuncta v. c. 68, 1, non dubitabit quin et nunc fraudem de genere hoc teneamus.

Nescio quis apud incertum Tragicum 97, 17. ita loquitur: »*Si sapuisset meus pater*

ἠπιῳάμην ἂν μουσικὴν παρεὶς πονεῖν
ὡς εὐτυχήσων καὶ κακῶς πράσσων ποτέ,

sed necessario κακῶς πράξων debuit dicere.

Uti non potuit Philemon forma ἀπολείψας, qua pro ἀπολιπών faex Graeculorum utebatur. Editur tamen 97, 19:

εἶτα μετὰ ταῦτ' εὐθύς τις εὑρέθη θανών,
ἄλλοις καταλείψας εἰς τρυφὴν τὴν οὐσίαν.

Lacuna, credo, erat ΚΑΤΑΛΕΙ * *, quam tu melius explebis καταλείπων.

In Teletis pereleganti fragmento 97, 31. p. 216. pro λιτότερον ἐξάγουσι legendum esse διάγουσι, tum pro ἀναγκάζονται πολλὰ ὧν βούλονται plane contrarium requiri ὧν οὐ βούλονται iam alias admonuimus.

In Sophoclis senario 98, 1. scribendum:

ὡς οὐδὲν ἐσμὲν πλὴν σκιᾶσιν εἰκότες,

pro σκιαῖς ἐοικότες. Solent Graeculi formas Atticas εἰκώς, εἰκέναι, προσεικέναι sic depravare.

Levissimus error tollendus est e versiculo Philemonis 98, 3:

εὐφραινόμεσθ' ἔλαττον ἢ λυπούμεθα.

dicitur Graece πολλά, ὀλίγα χαίρω, ἥδομαι, εὐφραίνομαι et sim. ut in Acharnensibus

ὅσα δὴ δέδηγμαι τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν.
ἥσθην δὲ βαιά.

et alibi passim. Itaque scribendum ἐλάττον' ἤ.

Male abest articulus in Philemonis senario 98, 14:

ἡμεῖς δ' ἀβίωτον ζῶμεν ἄνθρωποι βίον.

non aliter quam ἡμεῖς οἱ ἄνθρωποι Graece dici potest, quod et ratio docet et perpetuus omnium usus confirmat. Supra Eupolidi reddidimus ἡμεῖς οἱ γέροντες, et similia passim occurrunt. Itaque lenissime emendandum est ἄνθρωποι.

Non reperio quid tandem dicere potuerit Dionysius 98, 30, ubi nunc mendose editur:

Εἰ δ' ἀξιοῖς σοι μηδὲν ἀλγεινόν ποτε
μηδὲν ἔσεσθαι, μακαρίως ἔχεις Φρενῶν.

hoc solum video μηδὲν ἔσεσθαι impudentis Graeculi supplementum esse et sententiae inimicum et metro. Lepide et urbane dicitur μακαρίως ἔχεις Φρενῶν et μακάριος εἶ τῶν Φρενῶν pro ἀνόητος εἶ.

Facilius Graeculi supplementum et arguitur et corrigitur in Euripidis loco, 98, 40:

οὐκ οἶδ' ὅτῳ χρὴ κανόνι τὰς βροτῶν τύχας
ὀρθῶς ἀθρήσαντ' εἰδέναι τὸ δρασέον.

vitiosum esse arbitror ἀθρήσαντα, quod cum κανόνι per ipsam rei naturam coniungi nullo modo potest. Supererat, ut opinor, ΟΡΘΩC * * PHCANT, quod equidem sic expleverim:

ὀρθῶς μετρήσαντ' εἰδέναι τὸ δρασέον.

κανόνι μετρεῖν et κανόσιν ἀναμετρεῖσθαι legitur apud Euripidem in *Hecuba* vs. 602. et in *Electra* vs. 52.

In Hippodami Pythagorei fragmento 98, 71. et emblema expungendum est et lacuna explenda. Graeculi additamentum est in his: γενόμενα γὰρ ἀέξεται τὰ πράγματα καὶ ἀεξηθέντα ἀκμάζει καὶ ἀκμάσαντα γηράσκει καὶ [τέλος] ὕστατα φθείρεται. Res est manifesta. Lacuna certo supplemento sarciri potest in hunc modum: τοὶ μὲν γὰρ πρῶτοι ἀτυχέες ἐόντες ἐκτήσαντο,

τοὶ δὲ δεύτεροι εὐτυχέες (γενόμενοι ἀπέλαυσαν, τοὶ δὲ τρίτοι ἄφρονες) γενόμενοι διέφθειραν. Cur illa exciderint apertum est.

Peccarunt scribae in Philemonis dicto 99, 5:

οὕτως ὅταν ἐμπέσῃ τις εἰς τὸν νοῦν φόβος
κἀκ τοῦ καθεύδειν οὗτος οὐκ ἐξέρχεται.

non est sanum κἀκ τοῦ καθεύδειν, non enim *in somno* formido inest, neque ἐκ τοῦ ὕπνου dici potest abire, sed ἐκ τῆς τοῦ καθεύδοντος διανοίας. Emendandum est igitur: κἀν τῷ καθεύδειν, *dum somnum capimus.*

Ut supra docuimus φύῃ, ἐμφύῃ cet. non φυῇ et ἐμφυῇ scribi oportere, sic redde Aristoteli 101, 23: ὅταν ἐκδύῃ τὸ γῆρας pro ἐκδυῇ, quod tam vitiosum est ac si quis ὀμνυῇ vel δεικνυῇ vellet scribere.

Philemonis fragmentum in Floril. 102, 4. multis modis corruptum ad nos pervenit. In vs. 1. pro

ἄνθρωπον ὄντα ῥᾴδιον παραινέσαι.

optime Bentleius ἄλλῳ πονοῦντι substituit. Quum nil nisi ΑΛ * ΩΠΟΝ * ΝΤ * ΡΑΔΙΟΝ in vetusto libro superesset Graeculus leviter contra loci sententiam supplevit. In vs. 3:

τεκμήριον δέ· τοὺς ἰατροὺς οἶδ' ἐγώ,

inserta necessaria vocula legendum est τοὺς (γὰρ) ἰατροὺς οἶδ' ἐγώ, nam γάρ in talibus abesse omnino non potest, ut saepius alibi ostendimus. Sequentes litterae ΙΑΤ non multum dissimiles ΓΑΡ, quae praecedebant, facile absorbere potuerunt. Denique in vs. 7. pro:

ἕτερον τό τ' ἀλγεῖν καὶ θεωρεῖν ἑς' ἴσως,

ubi Meinekius καὶ τὸ θεωρεῖν dedit, ut sententia habeat Graecum colorem ac formam sic corrigendum est:

ἕτερόν τι τἀλγεῖν τοῦ θεωρεῖν ἑς' ἴσως.

confer simillimum Philippidis locum in Floril. 113, 17, ubi in fine legitur:

ἕτερόν τι τὸ λέγειν ἑςὶ τοῦ πεπονθέναι.

Saepe τό et τι confunduntur. Creditur Philemon dixisse Floril. 108, 1:

ἡ λύπη δ' ἔχει
ὥσπερ τὸ δένδρον τοῦτο καρπὸν τὸ δάκρυον.

at tu corrige: ὥσπερ τι δένδρον.

Quater omissa tenuis litterula quadruplici mendo affecit Euripidis sententiam 105, 11:

τοιόσδε θνητῶν τῶν ταλαιπώρων βίος
οὔτ' εὐτυχεῖ τὸ πάμπαν οὔτε δυσυχεῖ,
εὐδαιμονεῖ δὲ καὔθις οὐκ εὐδαιμονεῖ.

Facile senties vitium: non enim ὁ βίος εὐτυχεῖ vel δυσυχεῖ, sed ipsi homines in vita. Repone infinitivos εὐτυχεῖν, δυσυχεῖν et εὐδαιμονεῖν. Scriptum erat ЄΤΤΤΧЄΪ cett. Praeterea insere articulum τοιόσδ' ὁ — βίος. Haec demum Graeca oratio est: τοιοῦτός ἐστιν ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος ποτὲ μὲν εὐτυχεῖν ποτὲ δὲ δυσυχεῖν.

In Moschionis loco 105, 22:

ὡς τὰ λαμπρὰ τῆς τύχης
τὴν κτῆσιν οὐ βέβαιον ἀνθρώποις νέμει,

apparet pro νέμει emendari oportere ἔχει.

Latet mendum in Sophoclis sententia 108, 51:

Στέργειν δὲ τἀκπεσόντα καὶ θέσθαι πρέπει
σοφὸν κυβευτὴν ἀλλὰ μὴ ςένειν τύχην.

Hesychius, apud quem v. Κυβευτήν lacerae reliquiae huius loci exstant, annotavit: ἐπισήμην γάρ τινα ἐδόκουν τὸ δεξιῶς χρῆσθαι· ἐπισημονικωτέραν τὴν πεττείαν τῆς κυβείας ἐνόμιζον. Animadverte quod dicit τὸ δεξιῶς χρῆσθαι et senties dixisse Sophoclem κεὖ θέσθαι pro καὶ θέσθαι. Hinc sumtum est quod omnibus in ore est τὰ παρόντα εὖ sive καλῶς θέσθαι, ut apud Cratinum est in Photii Lex. v. Τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν.

Ἄνδρας σοφοὺς χρὴ τὸ παρὸν πρᾶγμα καλῶς εἰς δύναμιν τί-
(θεσθαι,

ubi haud scio an choriambus ἄνδρα σοφόν reponi oporteat.

Hipparchus Pythagoreus ubi docet 108, 81. nihil esse in rebus humanis stabile et ita dicit: οὐδὲν αὐτῶν μένον οὐδὲ ἀκίνητον οὐδὲ βέβαιον οὐδ' ἀδιαίρετον, ultimum vocabulum labem concepit. Repone ἀναφαίρετον, quod saepe in tali re praesertim de virtute poni solet, quemadmodum de doctrina dicitur in noto versiculo:

ἀναφαίρετον κτῆμ' ἐστὶ παιδεία βροτοῖς.

Apud Maximum Tyrium 18, 4. editur de Davisii coniectura: ὁ χρηστὸς ὑπὸ τοῦ μοχθηροῦ (ἀδικεῖται) κἂν ἔχῃ μὴ ἀφαίρετον τὸ ἀγαθόν. Quod in libris est δὴ ἀφαίρετον veram

hanc lectionem intus continet: *κἂν ἔχῃ ἀναφαίρετον τὸ ἀγαθόν*. Passim sic ΔΗ et ΑΝ confunduntur. Emendate legitur paulo ante: *ἡ δὲ ἀρετὴ ἀναφαίρετον*.

In eodem Hipparchi loco p. 48. ubi editur: *καὶ ἀντιπαραβάλλοντες τὸν ἑωυτῶν βίον πρὸς τὸν τῶν πρασσομένων φαυλότερον καὶ τὰ προσπίπτοντα ἀνθρώπινα νομίζοντες καὶ μὴ μόνοις συμβαίνοντα*, duo vitia tollenda sunt: barbarum *πρασσομένων* in *πρασσόντων* refingendum est, et pro *καὶ μὴ μόνοις* inserto pronomine legendum *καὶ μὴ (ἁμῖν) μόνοις συμβαίνοντα*. Nota consolantium oratio *οὐ σοὶ μόνῳ, non tibi soli*. Scitissime Theocritus Chius mortalium dicacissimus usus est illis verbis *τοῦ πενθοῦντος ἐν περιδείπνῳ λαιμάργως ἐσθίοντος. O bone*, inquit, *θάρρει, οὐ σοὶ μόνῳ ταῦτα γέγονεν*, teste Stobaeo in Floril. 124, 34. Tum scribe *οἱ δὲ κλαίοντες καὶ ὀδυρόμενοι* pro *κατοδυρόμενοι*, praepositio ex praec. KAI adhaesit. Post pauca sine sensu legitur: *μεταποιούμενοι τοῖς παρεοῦσι*, requiritur *contenti*, *ςέργοντες*, *ἀγαπῶντες*, *ἀρκούμενοι*, quorum hoc reponendum esse videtur. Pronomen *ἁμῖν*, quod modo Hipparcho reddidimus, tam importunum et molestum est in Lacaenae dicto apud Teletem 108, 83. p. 51, ut aliquo modo eximendum esse videatur. Mater ad filium, qui ex acie fugisse dicebatur, ita scribit: *Κακὰ φάμα τευ κακκέχυται· τὺ ὤν ἢ ταύταν ἀπότριψαι ἢ μηδ' ἁμῖν φάνευ*. Intelligi non possunt verba *μηδ' ἁμῖν φάνευ*. Pro *φάνευ*, quod ne Graecum quidem est, rescribe certe *φαίνευ*. Num haec putas significare: *noli in conspectum meum venire*, vel *cave nobis in conspectum venias?* Quis umquam vidit *φαίνεσθαί τινι* positum pro *εἰς ὄψιν ἐλθεῖν*? Praeterea quid sibi vult *μηδέ* in tali re? Legitur idem dictum apud Plutarchum in *Lacaenarum Apophth.* p. 241. D: *κακά τοι φάμα κακκέχυται· ταύταν ἀπόθευ ἢ μὴ ἔσο*, ubi *τευ* pro *τοι* emendandum est et *ἀπωθεῦ* pro *ἀπόθευ*, ut apud Tragicum est:

ἄλλοις ἐν ἑσθλοῖς τόνδ' ἀπωθεῖται ψόγον.

et saepius alibi. Haec quidem perspicua verba sunt *ἢ μὴ ἔσο*, et aliquid in eandem sententiam apud Teletem olim scriptum fuisse apparet ex ipsius interpretatione *ἢ μηδ' ἁμῖν φάνευ*, *τοῦτο δέ ἐςιν ἄπαγξαι*. Scilicet latet aliquid in verbis MHΔAMINΦANЄT, quod significet *μὴ ἔσο* vel *ἄπαγξαι* vel ali-

quid huiusmodi. Neque id videtur longe quaerendum esse; emenda μηδαμοῦ φαίνευ. Noto usu οὐδαμοῦ et μηδαμοῦ φαίνεσθαι est ἀφανίζεσθαι, φροῦδος γίγνεσθαι et sic ἀπόλλυσθαι. Sic μηδαμοῦ φαίνευ idem ferme est ac μὴ ἔσο, et sic Teles interpretari potuit τοῦτο δέ ἐστιν ἄπαγξαι.

In Epigrammate, quod affert Teles p. 52. duo prima verba interciderunt, quae e Plutarcho Pelopid. 1. sic supplenda sunt:

(οἳ θάνον) οὐ τὸ ζῆν θέμενοι καλόν κτέ.

Corrige accentum in Archytae loco 115, 27: καὶ ποιεῖ ἃ μὲν νεότας ἐγχειρητικῶς, τὸ δὲ γῆρας προνοατικῶς, sine mora duo adiectiva repone ἐγχειρητικὼς et προνοατικώς.

Pessime corruptus est locus Euripidis 119, 9:

τερπνὸν τὸ Φῶς μοι τόδ' ὑπὸ γῆν Ἄιδου σκότος
οὐδ' εἰς ὄνειρον οὐδ' εἰς ἀνθρώπους μολεῖν.

prior senarius sic constituendus videtur:

τερπνὸν τὸ Φῶς μοι, τὸ δ' ὑπὸ γῆς Ἄιδου σκότος.

in altero non sunt antiquae scripturae vestigia et reliquiae, praeter paucas fortasse, sed Graeculorum supplementa ἀδιανόητα.

Non dixit Ion Tragicus 119, 16:

κακῶν ἀπέσω θάνατος ἵν' ἴδῃ κακά,

sed ἵν' εἰδῇ, ut *sentiat* miserias.

Nollem Editores ubi de vera lectione constat absurdas Codicum scripturas pertinaciter retinuissent, veluti 119, 26: τοὺς τεθνεῶτας δὲ οὐδὲ τῶν ἐχθρῶν οὐδεὶς ἀτιμήσει. Pro ἀτιμήσει in A est σε τιμήσει, in aliis ἀτιμάσει et ἀτιμίσει: haec omnia ex οὐδεὶς ἔτι μισεῖ corrupta esse luce clarius est. Cur igitur absurdo verbo ἀτιμήσει parcimus?

In Themistii fragmento περὶ ψυχῆς 120, 28. p. 107. ubi dicit: οὕτως κατὰ τὴν εἰς τὸ ὅλον μεταβολὴν καὶ κατακόσμησιν ὁλωλέναι τὴν ψυχὴν λέγομεν ἐκεῖ γεγονέναι, manifestum est emendandum esse ἐκεῖ γεγονυῖαν: »animum *postquam* εἰς τὸ ὅλον *pervenit* ὁλωλέναι dicimus." Pulchellam etymologiam vides. Non minus mirifica sunt quae praecedunt θάνατος παρὰ τὸ θεῖν ἄνω, γένεσις veluti νεῦσις ἐπὶ γῆν, γενέθλιος ἡμέρα ὡς ἄθλων καὶ πόνων ἀρχὴ γενομένη. Qui moritur, iudice Themistio, οἷον τελεταῖς μεγάλαις κατοργιάζεται. Διὸ καὶ τὸ ῥῆμα τῷ ῥήματι καὶ τὸ ἔργον τῷ ἔργῳ τοῦ τελευτᾶν καὶ τελεῖ-

σθαι προσέοικεν. Fuerunt tamen olim qui ista deliramenta hiante ore admirarentur, nec desunt hodie qui similia stupeant. Habeamus gratiam Aristophani, qui olim docuit ea imitando deridere quum scriberet in Nubibus vs. 394:

ταῦτ' ἄρα καὶ τὠνόματ' ἀλλήλοιν βροντὴ καὶ πορδὴ ὁμοίω.

nam negari non potest inter βροντή et πορδή tantumdem cognationis et necessitudinis intercedere atque inter ὅλον et ὀλωλέναι.

Miro sensu θνητός ponitur in Sophoclis anapaestis 121, 3: *Vita brevis est*, inquit,

κρυφθεὶς δ' ὑπὸ γῆς | κεῖται θνητὸς τὸν ἅπαντα χρόνον.

Quis sanus eum, qui mortuus sit, θνητόν appellaverit? Melius Comicus:

ἀθάνατος ὁ θάνατός ἐστιν ἣν ἅπας τις ἀποθάνῃ.

sed non est difficile ad intelligendum scribas impegisse, non poëtam. Emendandum esse censeo:

κεῖται τεθνεὼς τὸν ἅπαντα χρόνον.

ubi semel praecedens TAI sequentem syllabam TE absumsisset, quod supererat in θνητός depravatum est.

In Menandri octonario 121, 6:

ἡδύ τ' ἀποθνήσκειν ὅτῳ ζῆν μὴ πάρεσθ' ὡς βούλεται,

scribendum esse ἡδύ γ' ἀποθνήσκειν sequitur ex iis, quae paulo ante annotavimus.

Nondum perfecta est emendatio lepidissimi fragmenti Aristophanis 121, 18. Leve est sed necessarium tamen in vs. 4. scribere ὅταν γὰρ ἰσῇς pro ἰσᾷς, quod invexerunt Graeculi ἰσᾶν pro ἰσάναι dicere assueti. Sed gravius ulcus est reliquum in verbis:

οὐ γὰρ ἄν ποτε οὕτως ἐσεφανωμένοι
προὐκείμεθ' οὐδὲ βακκάρει κεχριμένοι
εἰ μὴ καταβάντας εὐθέως πίνειν ἔδει.

Videor mihi in ΤΘΟΤΤΩCΘCΤΘΦΑΝΩΜΘΝΟΙ pellucentem videre hanc scripturam ΤΘΘΝΘΩΤΘC ἐσεφανωμένοι, ita ut omissis in medio nonnullis poëta dixerit: οὐ γὰρ ἄν ποτε | * * * * τεθνεῶτες ἐσεφανωμένοι.

Unum locum addo Stesichori ex Floril. 124, 15:

Ἀτελέσατα γὰρ καὶ ἀμήχανα τοὺς θανόντας κλαίειν.

In ἀτελέσατα scribae eundem errorem commiserunt quem

in θριπηδέσατα pro θριπήδεσα. Emenda: ἀτέλεσα γὰρ καὶ ἀμήχανα. Excerpta ex Nicolao Damasceno et Stobaei Eclogas Physicas alio tempore recognoscere in animo est.

IV.

AD ARISTAENETI, QUEM VOCANT, EPISTOLAS.

Mirabilem scribarum fallaciam nuper in Aristaeneti, quem falso nomine vocamus, Epistolis mihi deprensam aperire iuvat. Editur in libri II. Epistola 5. p. 141. Boissonadii: εἰ μὴ τοιοῦτος ἦν Ἀχιλλεὺς, ὃν ἔμαθον ἐκ τῶν οἰκοπινάκων, οὐκ ἦν ἄρα ὄντως καλός. Si quid interpretibus credimus, »οἰκοπίνακες dicuntur — *picturae*, quas Veteres *domi* — habere solebant." Mirum est neminem offendisse in tam absurda compositione: οἰκοδεσπόται quomodo dicantur intelligimus, οἰκοπίνακες non item. Periit tenuis litterula, quae revocata a longo exsilio Graecitatem inepto commento liberabit. Antiqua lectio erat ΟΙΚΟΙΠΙΝΑΚΩΝ, id est: ὃν ἔμαθον ἐκ τῶν οἶκοι πινάκων, quam indicasse satis erit.

Prorsus idem vitium, quod ex Aristaeneto sustulimus, adhuc commaculat locum Flavii Iosephi in libro II. κατὰ Ἀπίωνος cap. 11. pag. 242. Bekkeri, ubi refutat Apionis criminationes qui dixerat Iudaeos propter gentis iniustitiam et impietatem μὴ ἄρχειν, δουλεύειν δὲ μᾶλλον ἔθνεσιν (καὶ delendum) ἄλλοτε ἄλλοις. Postquam dixerat paucis gentibus contigisse ut imperarent, sed plerasque in servitutem esse redactas, subsannans et deridens Aegyptiorum omnium vanissimum Apionem ita pergit: Αἰγύπτιοι δ' ἄρα μόνοι — ἐξαίρετον γέρας εὕροντο τὸ μηδενὶ δουλεύειν — οἳ μίαν ἡμέραν ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος ἐλευθερίας οὐ τυχόντες φαίνονται ἀλλ' οὐδὲ παρὰ τῶν οἰκοδεσποτῶν. Docti homines φαίνονται, quod in nullo Codice legitur, de suo addiderunt: pessime, nam satis erat οἱ pro οἵ reponere in hunc modum: Αἰγύπτιοι δ' ἄρα μόνοι — οἱ μίαν ἡμέραν ἐλευθερίας οὐ τυχόντες ἀλλ' οὐδὲ παρὰ τῶν οἰκοδεσποτῶν. Miraberis οἰκοδεσπότης in tali re dici, quum *pater familias* et esse et dici soleat *dominus aedium*, sed iam intelligis veterem lectionem ΟΙΚΟΙΔΕΣΠΟΤΩΝ hanc labem concepisse et scri-

psisse Iosephum: ἀλλ' οὐδὲ παρὰ τῶν οἰκοι δεσποτῶν, quo nomine recte Ptolemaeos indicat *domesticos* Reges ac *dominos* et sic Persis et Romanis oppositos.

Quamquam incertus Sophista, quem Aristaenetum appellare solemus, multorum eruditorum curis expolitus est, multum tamen abest ut omnes maculae, etiam quae facile abstergeri potuissent, ex eius Epistolis abstersae sint. Quamquam, ut verum fatear, vix dignus est levis ac futilis auctor in argumento nugatorio non venuste et festive sed insulse et inficete versatus et oratione non tersa, non eleganti, sed vitiosa sordidaque usus, quamquam vix, inquam, talis scriptor dignus est in quo diligentem operam ponas et ingenium intendas et sanae eruditionis copiam explices, tamen factum est ut plurimi, et in his nonnulli summi viri, in istius interpretatione et emendatione summa ope intentis omnibus ingenii viribus elaborarent. Bastius narratur a Boissonadio »per annos quindecim Aristaenetum numquam fere e manibus deposuisse." Omnino una omnium gentium venustissima nescio quomodo delectari videtur scriptoribus Graecis fatuis et inficetis. Ne dicam de caeteris, quantum ingenii et leporis et elegantiae in P. L. Couriero fuit, qui bonas horas in Longi Pastoralibus absumsit? Quin tandem resipiscimus philologi et istius farinae auctores palam contemnere et fastidire nos audacter profitemur. Est in talibus quoque scriptoribus emendandis saluberrima et iucundissima mentis agitatio: in istis quoque suavissimum est verum videre et dispulsis tenebris lucem repente claram affulgentem non intueri tantum, sed ipsum afferre. Sed diligenter cavendum est ne propter illum ingenii fructum ea probemus aut etiam admiremur quae fatua sint et putida et sanioribus contemnenda. Stultus et ineptus Sophista est qui istas amatorias epistolas conscribillavit pannis quibusdam purpureis undique collatis et rudi artificio contextis suam cogitandi scribendique ieiunitatem male tegens, et sic demum non prorsus legentibus inutilis, ut animadvertas quantum sit in Veteribus sanitatis et veritatis, ubi eos composueris cum sequiorum figmentis commentisque insulsis et prorsus a naturae rerum hominumque veritate abhorrentibus. Epistolas amatorias conscribere, amores etiam lasciviores, libidines etiam

foediores describere et paullo obscoenius verbis depingere olim Poëtis et Sophistis et quibuslibet eleganter scribendi artificibus licuit et semper licebit, modo ne luxurians ingenium in nugas et quisquilias delabatur et pro hominibus moribusque humanis animorumque humanorum motibus et cupiditatibus νευρόσπαστα quaedam nobis ostentent, quae puerilem in modum ea agere et loqui videantur, quae numquam homo natus in simili re aut egerit aut dixerit. Puerulis propter imbecillitatem ingenii mirifica omnia praeplacent quamdiu ea fieri posse inepti credunt: ubi omnis naturae veritas sublata est et ne ὑπόνοια quidem vitae et indolis humanae subest, quid aliud quam fastidium et nausea paritur puerilem aetatem egressis? Delirabat Graecia et tristi senio desipiebat et repuerascebat quum talia legebantur et placebant. Consenuit Graecia statim post amissam libertatem. Cordatiores et antiquum ingenii et animi vigorem retinentes acerrimis verbis istam pestem signaverunt. Hyperides quum Graeciam θριπήδεσον appellaret potuitne significantius dicere de antiqua virtute esse actum? Demadi Graecia merito anus decrepita dicitur, γραῦς σανδάλια ὑποδεδεμένη καὶ πτισάνην ῥοφοῦσα. Mansit tamen diu lepor ingenii et festivitas et elegantia nequam illa quidem sed urbana admodum et faceta, imprimis Athenis, ubi quamquam nemo unus superesset μέγας καὶ ἀδρὸς τὴν ψυχήν, iudice Demetrio Poliorceta apud Athenaeum p. 253. A. tamen antiqua dicendi scribendique laus et vena poëtica diu tenuit ac sero demum defecit plane exaruitque. Alexandriae potissimum litterae Graecae desipere et repuerascere coeperunt. Linguae quoque puritas et serenitas et sanitas illic maxime languebat et magis magisque corrumpebatur et vitiis omne genus inquinabatur in illa colluvie hominum ad serviendum adulandumque natorum. Argumenta et scribendi genus *puerile*, ut dicam candide quod sentiam, in Aegypto nata sunt, et superest de genere hoc specimen insigne in ipsis Aristaeneti epistolis. Sophista enim nonnumquam scribendi materiem aliunde sumit, quam ipse suis verbis et oratione si non exornet at certe vestiat veluti stili exercendi causa. In his notum Callimachi carmen τὴν Κυδίππην metro ac numeris solutum in pedestrem orationem transtulit totum ac παραφράζει in libri I.

Epistola 10, quae tota e Callimacheo carmine expressa est servato sententiarum ordine sed orationis poëticae pompa *ἐς τὸ πεζόν* conversa. Argumentum igitur et res ipsae supersunt verborum ornamentis et luminibus spoliatae. Apud Callimachum igitur (nam pergam audacter dicere quod sentit animus) et argumentum carminis erat futile ac *puerile* et oratio. Apud Aristaenetum oratio est humi repens et protrita ac vulgaris nullam in partem insignis, nisi quod hic illic Callimachi tumores erumpunt, solum argumentum puerile et fatuum est prorsus a naturae veritate abhorrens, nihil habens quod verum sit, quod simile veri, quod ex rerum hominumque usu sumtum sit, quod senseris ipse, quod videris, quod ex aliorum usu cognoveris, nihil denique quod sit in rerum hominumque natura et in quo homo hominem agnoscere possit. Tinnitus est verborum inanis, figmenta sunt puerilia commentaque cum ipsa vita rebusque hominum pugnantia. Inepte tument omnia et exaggerantur: tenuissima quaeque molem habent propemodum giganteam, et quum omnia pariter verbis extolluntur, nihil eminet. Pleraque sic comparata sunt ut aurem mulceant, animum non feriant: tinnitus verborum ad aures accidit, sed nihil in iis inest quod expendere animo et ad rerum veritatem exigere possis. Non solum ista *οὐδεμίαν ἔχει ἀναθεώρησιν*, sed *νοῦν ἔχει οὐδένα*. Audienda haec sunt ut Sophocles alicubi iucundum esse dixit

ὑπὸ σίγῃ | πυκνῆς ἀκούειν ψακάδος εὐδούσῃ φρενί,

nam si quando mens ex illo sopore excitata fuerit et collegerit sese et hoc agere coeperit et quid dicatur perpendere taedium futilissimae sententiae devorare non poterit. Scio aliis aliter visum esse, in quorum numero Hemsterhusius est, qui epistolam hanc »*nobilem praeter caeteras et auream*" appellavit, indicante Boissonadio. Nempe saeculum tum erat ista mirari. Si Bentleius admirabatur Callimachum facile est in caeteris nil admirari. Inspicito mihi aliquis diligenter illam *auream* epistolam et sic iudicato. Formosum puerum in ludum itantem (*εἰς διδασκάλου προϊόντα*) agmine facto formarum spectatores undique contemplantur et conferti inter se truduntur. Satis haec turgent, sed levia sunt prae iis quae continuo adduntur: *καὶ ἦν ὁρᾶν πρὸς τούτων πληθούσας μὲν ἀγορὰς*,

ξενοχωρουμένας δὲ λαύρας. Quam sanum, quam venustum est in ea re ἀγορὰς πληθούσας commemorare! Densa amatorum agmina *tota fora* opplevisse et itinera per urbem coarctasse quam bellum est et naturae congruens! In talem igitur puerum Amor arcum intendit, sed οὐ μετρίως ἐνέτεινε τὴν νευρὰν, ὅτε καὶ τερπνὴ πέφυκεν ἡ τοξεία, ἀλλ' ὅσον εἶχεν ἰσχύος προσελκύσας τὰ τόξα, summa virium intentione connixus, ut non esset amplius iucunda res sed dura et molesta arcu uti. Itaque tam graviter ictus est adolescentulus ut statim de nece sibi consciscenda cogitare coeperit: εὐθέως δυοῖν θάτερον ἢ γάμον ἢ θάνατον διελογίζετο. Sed ne tam formosus puer misere periret Amor ipse, αὐτὸς ὁ τρώσας, mirificum ipsi suggessit consilium et puerilem fallaciam, qua virginis animum inani religione obstringeret. Interea misero corpus contabescit, nec mirum, nam somnum oculis non videbat et quia interdiu flere non audebat totis flebat noctibus. Confectus igitur macie et τὴν χροιὰν καὶ τὸ βλέμμα δεινῶς ὠρακιῶν (quid esset ὠρακιᾶν, nempe λιποψυχεῖν, non commode Sophista haec scribens meminit) patris conspectum fugiens rure se abdere coepit.

Ἀγρόσε τοι πάσῃσιν ἐπὶ προχάνῃσιν ἐφοίτα,

ut est in Callimachi fragmentis, unde apud Sophistam est: καὶ εἰς ἀγρὸν ἐπὶ πάσῃ προφάσει ἐφοίτα, ubi nihil aliud quam cum arboribus conquerebatur in hunc modum: εἴθε, ὦ δένδρα, καὶ νοῦς ὑμῖν γένοιτο καὶ φωνή, ὅπως ἂν εἴπητε μόνον Κυδίππη καλή· ἢ γοῦν τοσαῦτα κατὰ τῶν φλοιῶν ἐγκεκολαμμένα φέροιτε γράμματα ὅσα τὴν Κυδίππην ἐπονομάζει καλήν. Exstant ipsa Callimachi verba apud Scholiast. Aristoph. Acharn. vs. 144:

ἀλλ' ἔνι δὴ φλοιοῖς κεκολαμμένα τόσσα φέροιτε
γράμματα Κυδίππην ὅσσ' ἐρέουσι καλήν,

unde Sophistae reddiderim ἐπονομάσει pro ἐπονομάζει. Poterat ipse puer eas litteras amatorum more in corticibus arborum inscribere, sed flebiles querelas fundere maluit. Quod dixerat Callimachus:

λῖρος ἐγώ, τί δέ σοι τόνδ' ἐπέθηκα Φόβον;

apud Hesychium v. Λειριόεντα, non recte cepit Sophista quum poneret: ὦ δυσυχὴς ἐγώ, τί δέ σοι τοῦτον ἐπῆγον τὸν Φόβον;

nam λῖρος esse aiunt θρασύς, ἀναιδής. Iterum sui interficiendi consilium capit: μαθήσομαι μόνον, inquit, ὡς μεμέληκας (corrige μεμέληκέ σοι) τῶν γραμμάτων — καὶ οὐχ ἧττον αἵματος ἀφειδήσω τοῦ ἡμετέρου ἤπερ ὕδατος εἰκῇ χεομένου, quae perelegans, ut vides, comparatio est. Facturus hoc erat, ut ipse amicae affirmat, τοῦ σοῦ πρηστῆρος τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἀπαλλάττων, quod non significat, ut Interpreti videtur: »*animam* amittens *tuo fulmine*." sed πρηστῆρα appellat magnifice, ut sibi quidem videtur, *flammam* amoris quae sibi torrebat iecur. Prius tamen scire laborat an arbores quoque tantam amoris violentiam sentiant. Μὰ Δί', οὐκ οἶμαι, inquit, nam solae comae et decus defluunt, non ad truncum et radices usque penetrat desiderium. Insanientis hanc esse orationem poëta ipse ultro fateri videtur, ubi addit: τοιαῦτα μὲν [Ἀκόντιος expunge manifestum emblema] τὸ παιδίον διελέγετο πρὸς τῷ σώματι μαραινόμενος καὶ τὸν νοῦν, id est: contagione corporis *mens quoque laborabat* et *desipiebat*. Facile apparet, sed non est boni poëtae tam fatua ληρήματα versibus pangere. In talibus quoque κρεῖττον σιωπᾶν ἐστὶν ἢ οὐδὲν λέγειν. Tandem ὁ μαντῷος θεὸς ἔχρησεν et celebrantur nuptiae. Sponsus insperato rei eventu laetus dicitur sponsam suam Midae auro non fuisse permutaturus, quod vehementer probat Callimachus, καὶ σύμψηφοι πάντες ἐμοί, inquit, ὅσοι μὴ καθάπαξ τῶν ἐρωτικῶν ἀμαθεῖς. τὸν γὰρ ἀνέραστον οὐκ ἀπεικὸς ἀντίδοξον εἶναι. Talia igitur Graecorum omnium litteratissimus poëta ludebat. Ista Ptolemaeus et aulici mirabantur θαύματα μωροῖς καὶ παιδαρίοις. Ista sequiores Sophistae arripiebant sine exemplo inficeta et insulsa et ἀναληθῆ. Etiam ineptiora sunt quae ipsi comminiscebantur de suo, cuiusmodi est argumentum Epistolae 10. libri II. Pictor puellae imaginem a se pictam deperiens cum tabula picta amatorios sermones confert, admovet aurem ὠτακουσῶν τί ποτε ἄρα βούλεται ψιθυρίζειν. Nihil plane audiens oscula figit tabulae et maiora molitur: audi ipsum: πεφίληκα τὸ στόμα —, ἐπέθηκα τῇ κλίνῃ, ἠγκαλισάμην, ἐπιβέβληκα τῷ στήθει ἵνα τυχὸν τὸν ἔνδον ἔρωτα θεραπεύῃ κτέ. Nescias utrum pictorem illum insaniorem dicas esse an scriptorem qui talia pueriliter finxerit.

Illuc igitur devenerunt Graecae litterae, quibus olim nihil

fuit sanius. Utemur sic istis Graeculis ut ex eorum comparatione quantum sit in Veteribus boni melius animadvertamus, et quemadmodum linguae sinceritatem et nitorem lapsu temporis minui et depravari videmus, sic sentiendi quoque et cogitandi antiquam serenitatem ac sanitatem longa die veluti contabuisse et exstinctam esse deprehendamus. Multos esse scriptores Graecos inficetos et nullius pretii neminem fugere potest: unum ex omnibus nomino Aelianum, quem qui cum antiquioribus diligenter volet comparare et verborum et sententiarum ineptias multas magnasque nullo negotio reperturus est. Aliquanto etiam peior est incertus Sophista, de cuius Epistolis amatoriis haec scribimus, quae ne sunt quidem epistolae, nisi quod in fronte gerunt duo nomina propria eorum a quo et ad quem missae esse videantur. Callimachi Κυδίππη nihil minus erat quam epistola: itaque Sophistae παράφρασις nulli rei minus quam epistolae est similis, nisi quod praefixa sunt nomina Ἐρατόκλεια Διονυσιάδι. Mirum sane est epistolae principium: Ἀκόντιος τὴν Κυδίππην καλὸς νεανίας καλὴν ἔγημε κόρην, et sic deinceps τὸ ἐρωτικὸν διήγημα ad finem pertexitur, ubi si solemne ἔρρωσο subiicies ridicula res erit. Eadem est reliquarum fere omnium epistolarum ratio: insunt διηγήματα aut ex antiquiorum libris sumta aut ab ipso auctore frigide excogitata, qualia nemo ad amicum aut scripsit unquam aut scripturus est. Ista igitur omnia eruditi viri magna cura et studio olim et interpretati sunt et sicubi unicus liber Ms. labem concepisset (quod saepissime factum est) acutissimis correctionibus veras scripturas restituerunt. Atque hoc quidem nihil habet admirationis, nam suavissima res est verum videre etiam in levi ac futili scriptore. Ubicumque e corruptae lectionis caligine ac fumo repente veritatis flamma emicat, ea res iucundissimo sensu animum et mentem perfundit. Itaque facile intelligimus cur etiam summi viri non fuerint dedignati in Aristaeneti Epistolis experiri ingenium, et ex unico Codice passim vitiato probas et genuinas scripturas sagaciter coniectando elicere, et locos Veterum, quos Sophista suis verbis intexuit, indagare et omnibus modis pessime mulcato libro prodesse. Verum hoc minus probamus quod talem scriptorem, tam insipidum, tam ineptum, tam contemnen-

dum, tot viri docti commentariis eruditis illustrandum ornandumque susceperunt, et in libro nugatorio plus curae operaeque posuerunt quam in optimo quoque antiquorum positum esse videmus. Futile mihi esse videtur tale argumentum vitioso admodum et sordido sermone expositum operose interpretari et annotationum acervis obruere et eruditas copias accumulare ad auctorem istiusmodi, qui neque dignus est ut accurate legatur et nonnisi ab illis lectitatur, qui diu ac multum Graecos libros triverunt, et ista tam commode legunt ac si Latine aut vernacula cuiusque lingua conscripta essent. Puerile est hoc annotandi genus si quis verba aut locutiones Graecas pervulgatas et omnibus notas laboriose explicat et inutili exemplorum copia munit scilicet et confirmat, quae apud quemlibet scriptorem Graecum nullo labore reperiri conquirique possunt. Si quis locos communes et ea quae omnibus in mentem venire solent appositis poëtarum Gallicorum, Anglicorum, Italicorum exemplis onerat magis quam ornat et sic mentem legentium obtundit magis quam acuit et enecat magis quam erigit animum, futile illud interpretandi genus et puerile non dubitaverim dicere. Praeclara res est vetustos Codices Mss. diligenter excutere, et bonas lectiones inde expromere, et nova et nemini cognita proferre in lucem, sed in his acri et severo delectu opus est, et nugae et quisquiliae minimi pretii vel potius nullius prorsus pretii melius aeterna oblivione et tenebris premendae sunt quam in lucem quam ferre non possunt proferendae. Dici vix potest quam multa futilissima et nugatoria in Codicibus Mss. contineantur, quae conquirere et evulgare (quoniam semel παρρησιάζεσθαι coepi, dicam aperte quod sentiam οὐδὲν ὑποσειλάμενος) est hominis intemperanter abutentis et otio et litteris. Farrago autem annotationum ad Aristaenetum congestarum alio etiam et graviore incommodo te legentem afficiet. Facillimum est ea quae tibi inutilia esse videantur et ab imi subsellii philologis (Abreschios dico et Pauwios et si qui alii sunt de genere eodem) infeliciter coniecta et excogitata negligere et seponere, sed in mediis hisce subinde latent optimae et acutissimae aliorum animadversiones, qui quum verum vidissent et rem acu tetigissent ab istis aut ab Editore Boissonadio levi ratione

et futilibus argumentis repelluntur. Multis locis factum est ut vitiosa unici Codicis scriptura in textu male haereat, quamquam ipsa Sophistae manus ab ingenioso Critico, Mercero, Hemsterhusio, Koenio, Wyttenbachio sagaciter olim sit indagata, unde fit ut post fruges dudum repertas glandibus adhuc sit tibi vescendum. Indicabo nunc paucis eos Epistolarum locos, ubi nondum antiqua et genuina lectio mihi reperta esse videatur, et interponam subinde eos ubi reperta est dudum, sed inconsulto spreta et abiecta.

In ipso limine sic offendes: editur in Epistolae primae initio, ubi scriptor satagit eximiam foeminae pulchritudinem εἰς δύναμιν διαγράφειν τοῖς λόγοις (nam sic iste loquitur pro ἑρμηνεύειν τῷ λόγῳ) in hunc modum: χείλη δὲ λεπτὰ καὶ ἠρέμα διῃρημένα καὶ τῶν παρειῶν ἐρυθρότερα. Olim Mercerus verum vidit, qui ἠρέμα διηρμένα reponendum docuit certa et evidenti emendatione. Διαίρειν τὸ στόμα et τὰ χείλη Graecum est pro *os* et *labra diducere*, non διαιρεῖν quod *scindere* et *dividere* significat. In Codicibus Mss. vetus — HPMAI et — HPMENOC solent in — ἦρμαι et — ηρμένος depravari, quo minus dubitationis superesse potest. Semel ostendam qualibus rationibus et argumentis reperta veritas repellatur. Pauwius ita pronuntiat: »διῃρημένα *vi sua non peccat.*" Bastio διῃρημένα »*defendi posse et propterea frustra mutari*" videtur. Scilicet locos quosdam reperit eodem mendo laborantes, et quamquam probe gnarus διαίρειν et διαιρεῖν saepissime confundi, quemadmodum et διηρμένος et διῃρημένος, tamen nil mali suspicatur ubi ea confusio revera facta est testibusque utitur manifesto corruptis. Peius etiam Editor qui quum in Anglico poëta reperisset verba *the parted lip* pro *labrum diductum* ex eo collegit Graece quoque optime διῃρημένον χεῖλος dici posse. Eodem iure Latine *divisum labellum* dici posse contenderis. Dic idem sic Gallice et ridebis. Sed nihil facile eum in talibus movet, namque ex Eumathio sine suspicione affert: τὸ στόμα συμμέτρως διέρρηκται. Est iste, si fieri potest, etiam ineptior auctor quam Aristaenetus, miror tamen quo pacto Hercherus in novissima editione διέρρηκται potuerit concoquere et non statim διῆρται viderit esse emendandum. Apertum est et semel iuvat dicere quae res doctos homines in huiusmodi

rebus transversos agat. Quaerunt non id quod debebant: possitne ex ipsa Graecitatis ratione et usu dici id de quo ambigatur, sed an alicubi legatur. Ubi unum et alterum locum similem repererint, quasi res confecta esset amplius quaerere desinunt. Ubi testes habent, eorum fidem explorare nihil curant et eos depravatos et corruptos esse posse non cogitant. Bastius et Boissonadius multis exemplis ipsi docuerunt confundi in libris διαίρειν — διαιρεῖν et διῃρμένος — διῃρημένος, sed ea observatione ubi opus est ipsi non utuntur. Idem de Schaefero dicendum est, qui quum multis exemplis docuisset διῃρμένος in διῃρημένος depravari in *Melet. Crit.* p. 10 sq. vitiosam Aristaeneti scripturam defendit p. 80. argumento quod quale sit dicere nolo. Vide id apud ipsum. Constat inter omnes διαίρειν τὸ σῶμα, διῆρε τὸ σῶμα, διῃρμένος τὸ σῶμα Graece dici: constat διαιρεῖν esse *dividere*, *findere*, *diffindere*, *scindere:* constat διῃρμένος et διῃρημένος saepe inter se permutari. Ergo si quando in libris διῃρημένος τὸ σῶμα et χείλη διῃρημένα occurrunt, apparet esse in scriptura vitium et vera lectio est in promtu. Nil prosunt alii loci ubi eadem scriptura recurrit, namque idem mendum est locis pluribus recurrens. Quoties scriptores veteres θριπήδεσα dederant, toties fere librarii θριπηδέσατα substituerunt. Ἀνέδην ab iisdem saepissime in ἀναίδην refingitur. Ubi ἐσθῆσι scribendum erat scribae passim ἐσθήσεσι supposuerunt, et plurima sunt alia eiusdemmodi. Sunt tamen haec monstra et portenta θριπηδέσατα, ἀναίδην, ἐσθήσεσι sim. etiamsi sexcentis locis recurrunt. Non ex librorum testimoniis haec omnia diiudicanda sunt, sed ex Graecitatis intelligentia et usu. Esse autem omnia perinde mendosa ubi *os* vel *labella* διῃρημένα dicantur, ex ipsa verbi διαιρεῖν notione recte intellecta et penitus perspecta certo colligitur. Ut quisque Graece est imperitissimus ita saepissime verbis Graecis tribuit significationes, quas numquam habuerunt. Pauwius imperite affirmat »διῃρημένα *vi sua non peccare.*" Idem fere narrat Abreschius, quibus cave quidquam credas. Διαιρεῖν recte ponitur de capite Iovis, quod Vulcanus securi diffidit, et χεῖλος διῃρημένον est labellum aut vulnere aut naturae vitio *scissum fissumque*. Quod quum ita sit qui in formosa puella laudat χείλη ἠρέμα διῃρημένα nescit quid dicat et intelligenti-

bus risum debet. Laudat Bastius Luciani locum in Toxari II. p. 516. ubi in libris est: τοῖς κενοῖς τούτοις καὶ καφοῖς προσωπείοις ἐοικότας ὑμᾶς ἀπολιποῦσαι, ἃ διῃρημένα τὸ σόμα καὶ παμμέγεθες κεχηνότα οὐδὲ τὸ σμικρότατον φθέγγεται, sed omnium consensu nunc recepta est Corais emendatio διηρμένα. Mercero igitur obtemperatum oportuit similiter Aristaenetum emendanti et reliqua annotandi opera erat compendifacienda. Unum addo: Coraes et Mercerus διῃρμένα scribebant vetere opinionis errore, in quem multos etiam nunc video implicari, qui ἦρα, ἦρκα, ἦρμαι scribunt ut ἔφηνα, ἐσήμηνα, sim. Video Maium quum venerandae antiquitatis Codicem Novi Foederis Vaticanum ederet passim de suo dedisse ἆραι, ἆρας sim. Eodem errore διᾶραι τὸ σόμα scribunt et διήρατο, διάρασθαι et alia multa eiusdemmodi, quae manifesto mendosa sunt, namque in his omnibus α in η producitur, non αι in ῃ. Itaque ut ἔφηνα ex ΦΑΝΩ producitur et nullo modo ι additum admittit, sic in reliquas quoque formas omnes eadem analogia formatas fieri non potest ut ι recipiatur. Ergo ἦρα, διᾶρα, διάρας, διηρκώς, διῆρμαι et διηρμένος scribendum est, et in reliquis ad unum omnibus eadem ratio tenenda.

Manifestam dittographiam tenemus I. 2. p. 10. in verbis: μόλις κατέβημεν καιρὸν εὔκαιρον εὑροῦσαι λαβοῦσαι, nam alterutrum participium inepte abundat. Ego deleto priore λαβοῦσαι servaverim, quod scriba addidit postquam per errorem εὑροῦσαι scripsisset.

Indocte Editor in sqq. retinuit: οὐκ ἀφετέος εἶ οὐδὲ καταβάλῃς ἡμᾶς ἀπ' ἐλπίδος μεγάλης et annotavit καταβαλεῖς esse *obviam coniecturam non certam*, et apposuit locos ex semibarbaris Graeculis, ubi indicativi futurum cum coniunctivi aoristo copulatur, quod sequioribus omnibus tritissimum est. Sed non cogitavit particulam οὐδέ hanc suspicionem prorsus evertere: sic enim necessario requirebatur οὐδὲ μὴ καταβάλῃς. Quod in Codice legitur manifesto soloecum est.

Infelix admodum est Editoris coniectura quam calidius recepit pag. 13: τῇ Λειμώνῃ χαριέντως ἐν ἐρωτικῷ συνέσημεν παραδείσῳ. Mirificum illud συνέσημεν de coniectura invectum est pro Codicis scriptura συνεσίαμεν, in qua latet συνεισιώμην, id est συνευωχούμην. *Solum* fuisse cum suis amoribus qui

haec scripsisse fingitur argumentum epistolae satis declarat. Idem verbum aliam labem concepit in Isaei Orat. III. 70. ubi editur: ἄλλως τε καὶ παραγενέσθαι φάσκοντες — ἔτι δὲ καὶ ἐν τῇ δεκάτῃ — συνεϛιᾶσθαι. In optimo Codice A legitur συνίϛασθαι, in quo I ex ϵI natum est, namque loci sententia palam facit antiquam scripturam συνειϛιᾶσθαι fuisse.

Mendosum est κατεδεξάμην p. 14. in his verbis: μήλου γὰρ ἀμφοῖν μεταξὺ τοῖϛ ὕδασι διανηχομένου τῇ χειρὶ κατεδεξάμην, sed nullo negotio vera lectio potest revocari. Quod eum apparet voluisse dicere »*apprehendi manu*" cogita modo quo verbo Graeco dicatur ac statim reperies: τῇ χειρὶ κατεδραξάμην.

Aves quasdam describens p. 17: ὁ δὲ ἥρέ τι ἐκ τοῦ ὕδατος, inquit, ὁ δὲ εἰϛ τὴν γῆν κατανένευκεν ἀποσιτίσασθαί τι ἐκεῖθεν, at tu repone ἐπισιτίσασθαι.

Quamquam vitiosa admodum compositione Sophista utitur, non videtur tamen commisisse foedissimum barbarismum, qui legitur p. 17: ὅπως μὴ ἀποπτήσωνται, namque futurum, ut opinor, dederat ἀποπτήσονται.

Expelle emblema p. 18: κύλικα συνεπίνομεν ἴσον ἴσῳ κεκραμένην [μετρίως]. Aliquando melius μετρίως in ora libri legetur.

Pag. 30. scribendum est: χαλεπώτατον μὲν τὸ δυϛύχημα — πλὴν ἐπεὶ τὸ πραχθὲν οὐκ ἂν ἄλλως ἔχοι κτέ. pro χαλεπώτατον μέντοι δυϛύχημα.

Obiter eximendum est e Lexicis verbum καταγυμνοῦν ex unico Aristaeneti loco, qui manifesto mendosus est, incaute receptum. Editur p. 33: οἷα δὴ μέλλων αὐτὴν καταγυμνωθεῖσαν ὁρᾶν. Compositum καταγυμνοῦν cum Graecitatis ingenio et natura pugnat. Ἀπογυμνοῦν dicendum esse docet ratio, quam omnium perpetuus usus confirmat. Quum igitur constet ἀπό et κατά propter veterem siglam inter se frequenter permutari, non dubitabimus quin ἀπογυμνωθεῖσαν antiqua et proba sit lectio.

Usus erat Sophista p. 38. antiqua loquendi forma, quam ei Editores eripuerunt. Editur: εἶπεν ἄττα δήπου καὶ ἔφη· ἡ δὲ ὥσπερ ἀλγοῦσα κτέ. Si εἶπεν ἄττα scripsit nemo facile

excogitabit quid sibi velit καὶ ἔφη additum. Emenda: εἶπεν ἅττα δὴ καὶ ἔφη, quod dictum est eodem sensu quo:

ἔγραψεν ἅσσ' ἔγραψ', ἐγὼ γὰρ οὐκ οἶδα.

et apud Euripidem in *Orest.* vs. 79. ἔπλευσ' ὅπως ἔπλευσα, ubi vide Interpretes. Loquuntur sic qui se apertius dicere aut nolle significant aut non posse. In talibus autem δή non δήπου locum habet, ut apud Heliodorum: ἔδρασεν ὅ τι δὴ καὶ ἔδρασεν, et apud Aristidem: προείλετο διδάσκαλον ὄντινα δὴ καὶ προείλετο, quae apposuit Matthiae ad Euripidis l. l.

Ipsius Sophistae vitio peccatum esse videtur p. 42. in verbis: Μὰ τὴν Ἄρτεμιν Ἀκοντίῳ γαμοῦμαι. Scribere debuerat aut Νὴ τὴν Ἄρτεμιν aut Ναὶ μὰ τὴν Ἄρτεμιν, sed sero nati Graeculi antiquum loquendi usum non tam probe tenebant ut non subinde impingerent et diversa miscerent.

Olim repertam veram lectionem Boissonadius non agnovit p. 58. ubi recipere debuerat εἰ δὲ μήλων ἢ ῥόδων — ἀπόζει φιλήσας ἐρεῖς, pro ἢ δέ et ἀπόζειν, et post pauca: τοσοῦτον φίλος ὅσον ὁρᾷ τις ἐναντίον pro absurda scriptura ἐρᾷ, quam sic Editor defendit: »*Codex ἐρᾷ optimo sensu.*" Tu vide an ullo modo excogitare possis quid sit ἐναντίον ἐρᾶν. Emenda obiter similem sententiam apud Theognidem vs. 93:

ἤν τις ἐπαινήσῃ σε τόσον χρόνον ὅσσον ὀρῴης
νοσφισθεὶς δ' ἄλλῃ γλῶσσαν ἰᾷσι κακήν,

ubi verum est:

ἤν τις ἐπαινῇσίν σε τόσον χρόνον ὅσσον ὀρῴη.

exaequanda enim sunt ἐπαινῇσιν et ἰᾷσι, et requiritur tertia persona ὀρῴη pro ὀρῴης, ut apud Sophistam ὅσον ὁρᾷ τις ἐναντίον.

Adhuc vitiose p. 65. editur ὅλως τῆς Φύσεως γεγονώς pro ὅλος, quod olim repertum sprevit Editor. Pervulgatus est scribarum in talibus error saepe alibi correctus, nonnullis locis adhuc corrigendus.

Corrigendum est p. 69. ἢ ταῦτα μὲν ἴσε που πάντες pro ἤ et πάντως, quod cum που coniungi non potuit.

Pag. 73. scribe πολλὴν τοῦ πολέμου παρασκευήν pro συσκευήν, et recipe τὴν δεξιὰν ἀκονιτὶ προσανατείνας pro ἀκοντί, quam verissimam emendationem esse Editor non perspexit. Graeculi ἀκονιτί ponunt pro ἄνευ μάχης. Recipienda fuerat

etiam Merceri bona correctio *φύσει τε καλὴ* (pro *τε καὶ κάλλει*) *κἀκ τῆς Ἀφροδίτης ἐπισημότερον κοσμηθεῖσα*.

Abiecta temere est p. 74. eximia Koenii emendatio, ubi editur: *ἀλλ' εἰς γῆν ἑώρας τὸ πρόσωπον ὥσπερ τις συννοουμένη· εἶτα ἔφης*. Optime Koenius restituit: *εἰς γῆν ἑώρας τὸ πρῶτον*, deinde revoca antiquam lectionem *ὥσπερ τι συννοουμένη*, quae Platoni sublegit Sophista, ut solet, ex *Alcibiade* II. p. 138. A: *φαίνει γέ τοι ἐσκυθρωπακέναι τε καὶ εἰς γῆν βλέπειν ὥς τι ξυννοούμενος*. In talibus *τις* cum adiectivis, non cum participiis, componitur, et *συννοεῖσθαι* additum *τι* requirit.

Bene emendatum est p. 77. *Φιλοπάτριδος* pro *Φιλόπαιδος*. Scriptum erat de more ΦΙΛΟΠΡΙΔΟC. Eadem de causa *φιλόπαις* pro *φιλόπατρις* legitur in Codd. Aeliani *V. H.* III. 26, ubi viri docti verum viderunt, sed erroris originem non perspexerunt. ΦΙΛΟΠΡΙC scriptum erat.

Iterum pag. 78. frustra reperta est ipsa Sophistae manus, nam retinetur absurda Codicis lectio: *οὐ δύναμαι γὰρ οὐδὲ γυναῖξιν, οὐρανὲ, τοὐμὸν διηγήσασθαι πάθος*. Dixerat amator: *οὐδὲ γῇ τε κοὐρανῷ τοὐμὸν διηγήσασθαι πάθος*. Notus est iocus a Medeae nutrice sumtus, quae narrabat

coelo atque terrae Medeai miserias.

unde coquus apud Philemonem verba Euripidea ioculariter in suam rem sic convertit apud Athen. p. 288. D:

ὡς ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ
λέξαι μολόντι τοὔψον ὡς ἐσκεύασα.

Haec igitur Sophistae animo obversabantur, ut olim Koenio animadversum est, qui *οὐδὲ γῇ οὐδ' οὐρανῷ* reponi iussit ad Gregor. Corinth. p. 136. Bast. sed verba Euripidea *γῇ τε κοὐρανῷ* moveri non debent, quemadmodum et apud Theognetum Athenaei p. 671. C. recte servata sunt:

πεφιλοσόφηκας γῇ τε κοὐρανῷ λαλῶν,
οἷς οὐδέν ἐσιν ἐπιμελὲς τῶν σῶν κακῶν.

Similiter amator, qui amorem nemini aperire audebat, queritur ne hoc quidem sibi licere ut *coelo atque terrae* suas narret miserias: *οὐ δύναμαι γὰρ οὐδὲ γῇ τε κοὐρανῷ τοὐμὸν διηγήσασθαι πάθος*. Factum est ut Codice lacero detritoque Γ * * * * ΟΤΡΑΝ * superesset, itaque futilis Graeculus quod in buccam venit de suo supplevit.

Excidit vocabulum p. 82. ubi scribe *καὶ (πολλὰ) πολλαχοῦ — ἔσησα τρόπαια*. Componi haec solent ut *πολλὰ πολλάκις* et sim.

Ineptissima lectio retinetur pag. 86. *δι' ὁμοιότατον* pro *δι' ὁμοιότητα*. Notum est haec *iisdem* literis scribi, supra *ο* posito *τ* duplici in hunc modum *τ̄*. Sententia loci sola demonstrat utrum *-τατος, -τατον* legendum sit an *-τητος, -τητι, -τητα*. Plurimi hinc errores nati sunt, qui ubique certa medicina corrigi possunt, ut in hac ipsa pagina recte emendatum est *ἐμμετρότατα ἔχειν* pro *ἐμμετρότητα*, quod ne Graecum quidem est. Eo minus veniae haberi potest iis qui *ὁμοιότατον* retinuerunt, quia haec omnia totidem verbis e Platone descripta sunt, ubi emendate scribitur: *δι' ὁμοιότητα Φιλίαν παρέχεται*.

Negligenter, ut alia permulta, et improprie Sophista usurpavit verbum *ἐκβέβηκε* p. 90. in verbis: *οὐπώποτε γὰρ κατὰ μνήμην ἐμὴν ἐκβέβηκε τῆς σκηνῆς*. Volebat dicere *exacta est foras* sibilis spectatorum explosa, et verbo *ἐκπέπτωκε* debuerat uti. Inepte etiam in sqq. repente Ionice loquitur: *οὐκ ἐξέρχεταί οἱ παντάπασιν ἡ γονή*, et *ἤσθετο οὐκ ἐξιοῦσάν οἱ τὴν γονήν*. Scilicet ex Hippocrate haec descripta sunt *περὶ Φύσιος παιδίου* pag. 236. Foesii: *μουσοεργὸς ἦν πολύτιμος παρ' ἄνδρας φοιτέουσα, ἣν οὐκ ἔδει λαβεῖν ἐν γαστρί, ὅκως μὴ ἀτιμοτέρη ἔῃ. Ἠκηκόει δὲ ἡ μουσοεργός, ὁκοῖα γυναῖκες λέγουσι πρὸς ἀλλήλας* et reliqua, quae Sophista ad verbum descripsit, unde utriusque scriptura nonnihil adiuvari potest. Hippocrati redde *οὐκ ἐξέρχεταί (οἱ) ἡ γονή* et *ὡς ἤσθετο οὐκ ἐξιοῦσάν (οἱ) τὴν γονήν*: utrobique enim excidit pronomen a Sophista servatum. Tum corrige ex eodem: *καὶ ὁ λόγος ἦλθεν ὡς ἐμέ*, pro *ἕως ἐμέ*. Contra Sophistae restitue ex libris Hippocratis *ἀλλ' ἔνδον μένει* pro *ἐμμένει*, et *καὶ ἐφύλαττεν ἀεί* pro *διεφύλαττεν*: apud Hippocratem est *ξυνῆκε καὶ τοῦτο ἐφύλασσεν ἀεί*. Qua arte abortum fecerit ancilla Aristaenetus narrare supersedit ita scribens: *ταύτῃ διαπράξασθαι ἅπερ ᾔδειν ἐγκελευσαμένη*, sed Hippocrates diserte narraverat olim, nunc autem scribarum oscitantia factum est ut verbis corruptis res intelligi non possit. Contigit mihi ut antiquam lectionem reperirem quam paucis expromere iuvat. Editur: *καὶ ἐγὼ ἀκούσας*

ἐκελευσάμην αὐτὴν πρὸς τὴν γῆν πηδῆσαι καὶ ἑπταίῃ ἤδη ἐπεὶ ἐπεπήδητο ἡ γονὴ κατερρύη ἐπὶ τὴν γῆν. Repone primum ἐνεκελευσάμην αὐτῇ, namque ἐκελευσάμην mera est barbaries. Deinde cogita quid sit emendandum pro verbis manifesto corruptis πρὸς τὴν γῆν πηδῆσαι. Vitii sedes est in ΤΗΝΓΗΝ. Locus Aristophanis, cuius commode recordabar, lucem mihi attulit et veram lectionem indicavit. Legitur in Lysistrata vs. 82. ubi valida et robusta Lacaena ita dicit:

γυμνάδδομαί γα καὶ ποτὶ πυγὰν ἄλλομαι.

Hoc ipsum medicus ancillam iusserat πρὸς πυγὴν πηδῆσαι, et nemo mirabitur vocabulum paulo rarius ΠΤΓΗΝ ab inepto Graeculo in τὴν γῆν cum exitio sententiae mutatum fuisse. Sed ad Graeculum meum redeo, apud quem in eodem loco levis macula eluenda est. Editur enim: καὶ ὡς ᾔσθετο τὸ συμβὰν οὕτως οὐκ ἐξιοῦσάν οἱ τὴν γονήν, sed tu exemto articulo ita lege: καὶ ὡς ᾔσθετο συμβὰν οὕτως.

Superest in eadem epistola aliud mendum, quod eximere iuvat. Legitur p. 93: αὐτίκα τῆς αἰσχρᾶς αὐτὴν ἀπέσησεν ἐργασίας καὶ ἐπ' ἀρότῳ παιδων γνησίων τὴν ἐρωμένην ἠγάγετο γαμετήν. Sumta haec sunt e scriptoribus Atticis, quo facilius scribendi error deprehenditur. Mendosum est ἀπέσησεν. Solebant olim Athenis adolescentuli νεόπλουτοι scortum, cuius amore deperirent, suis sibi nummis liberare et nonnumquam uxorem eam ducere. Saepe in tali re legitur ἑταίραν λύεσθαι, λύσασθαι πορνίδιον et sim. unde Isocrates in *Antidosi* § 288. urbane dicere potuit: τοῖς μὲν λυομένοις εἴκοσι καὶ τριάκοντα μνῶν τὰς μελλούσας καὶ τὸν ἄλλον οἶκον συναναιρήσειν οὐχ ὅπως ἂν ἐπιπλήξειαν ἀλλὰ καὶ συγχαίρουσι ταῖς ἀσωτίαις αὐτῶν, ubi inficete admodum Graeculi post λυομένοις de suo addiderunt τὰς ἑταίρας, quod scite Isocrates omiserat, et optime ab Urbinate Codice omittitur. Quoniam autem istae dicuntur proprie ἐπ' οἰκήματος καθῆσθαι, propterea is qui meretricem ab eo quaestu revocat a Veteribus dicitur ἀναγῆσαι αὐτήν, et sic Sophista dederat ἀπὸ τῆς αἰσχρᾶς αὐτὴν ἀνέγησεν ἐργασίας, non ἀπέστησεν. Quomodo tandem verbum ἀφιγάναι locum habere possit ubi quis a turpi quaestu aliquam *abduxisse* et *revocasse* dicitur? Ἀνιγάναι in re non infrequenti saepius apud Atticos recurrit, veluti in *Timarchea*, ubi quum dixisset Ae-

schines § 40. ἐπειδὴ ἀπηλλάγη ἐκ παίδων ἐκάθητο ἐν Πειραιεῖ, post pauca addidit § 41. ὁ Μισγόλας· ἀργύριόν τι προαναλώσας ἀνέςησεν αὐτὸν καὶ ἔσχε παρ' ἑαυτῷ. Sed imprimis huc facit locus Demosthenis περὶ τοῦ ςεφάνου § 129. quem Sophistae illa scribenti obversatum esse suspicor. Ubi matrem adversarii olim corpore quaestum fecisse dixisset addidit: ἀλλ' ὁ Φορμίων ἀνέςησεν αὐτὴν ἀπὸ ταύτης τῆς καλῆς ἐργασίας. Iisdem igitur verbis Aristaenetum scripsisse arbitror: αὐτίκα ἀπὸ τῆς αἰσχρᾶς αὐτὴν ἀνέςησεν ἐργασίας, quemadmodum a Menandro sumsit reliqua; καὶ ἐπ' ἀρότῳ παίδων γνησίων τὴν ἐρωμένην ἠγάγετο γαμετήν, nisi quod scriptor Atticus non γαμετήν dixisset, sed γυναῖκα.

Incertum scriptoris an scribarum vitio confunduntur nonnumquam ἐν γειτόνων et ἐκ γειτόνων, veluti p. 94: ἄπιθι καὶ σὺ παρ' ἐκείνην ἐκ γειτόνων οἰκοῦσαν. Multum placuit Attica locutio ἐν γειτόνων et ἐκ γειτόνων sequioribus omnibus, qui saepissime ea utuntur: vide exempla apud Interpretes Aristophanis ad *Plut.* vs. 435 et Davisium ad Maxim. Tyrium. p. 726. Apud Veteres numquam haec confunduntur, nam unicus locus, in quo erat peccatum, Antiphanis apud Athen. p. 571. F:

ἐκ γειτόνων αὐτῷ κατοικούσης τινός
ἰδὼν ἑταίρας εἰς ἔρωτ' ἀφίκετο.

a Meinekio correctus est. Facilis error est quia ΕΓΓΕΙΤΟΝΩΝ in antiquis Codd. scribebatur. Sequiores Graeculi, ut in aliis permultis, sic in hac quoque locutione diversa confundebant. Idem vitium recurrit p. 10: κόρη ἐκ γειτόνων οὐκ ἔςιν ἐνταῦθα καλή.

In loco, qui legitur p. 98: ἐπεὶ σεαυτὸν ἀνιάσεις καὶ τῶν ἐπιτετραμμένων ἐκπίπτων, mendosum esse videtur ἀνιάσεις, quod parum apte cum sequentibus quadrat. Reponendum esse censeo σεαυτὸν αἰτιάσει an αἰτιάσῃ »*tibi imputabis*, ubi concessis quoque excideris." Nota est locutio σεαυτὸν αἰτιῶ, αὐτὸς σεαυτὸν αἰτιάσει, αὐτὸς ἑαυτὸν αἰτιάσεται. Facile N et IT confunduntur, et haec ipsa αἰτιάσῃ et ἀνιάσῃ in Codd. permutari inter sese ad h. l. Boissonadius ostendit.

Reperit verum Wyttenbachius p. 102. sed bonam correctionem abiecit Editor, qui retinuit: ὧν κατεφρόνουν ὑπ' ἐξουσίας

quamquam Graece non aliter dicitur quam ἐπ' ἐξουσίας, id est ὅτε ἦν ἐξουσία, quemadmodum dicitur ἐπὶ νεότητος, ἐφ' ἥβης, ἐπὶ γήρως, τὸ πρὶν ἐπ' εἰρήνης similiaque multa. Itaque optime monenti Wyttenbachio obtemperatum oportuit.

Repone p. 105: ὁ μανικὸς ἐγκείμενος ἔρως pro μανικῶς.

Levissimus describentium error atram caliginem offudit verbis, quae leguntur p. 106. ubi perinde infelix amator et aleator ita queritur: οἱ γὰρ εὐτυχεῖς ἀντερασταὶ ἅτε δὴ μετὰ τοσαῦτα νενικηκότες φιλοτιμότερον δωροῦνται τῇ ποθουμένῃ. Vera lectio, quae in ΜΕΤΑΤΟCATTA inest, diu a viris doctis reperta est: ἅτε δή με τὰ τοσαῦτα νενικηκότες. Habet enim νικᾶν duplicem accusativum et personae et rei, et verbum est aleatorium, ut *vincere* apud Romanos. Notum est epigramma in Augustum:

Postquam bis classe victus naves *perdidit*,
aliquando ut *vincat* ludit assidue aleam.

et νικᾶν τοσαῦτα sic dictum est ut ipse Augustus dixit in Epistola apud Sueton. in Aug. 71: »Forum aleatorium calfecimus. — Ego *perdidi* viginti millia nummûm. — Si retinuissem quod cuique donavi *vicissem* vel quinquaginta millia." In iis, quae continuo sequuntur praepositio intercidit quam sic cum Reiskio revoca: (ἀπὸ) τῶν ἐμῶν με πολεμοῦσιν. Saepius in unico Codice ἀπό propter siglam aut omissum est aut in κατά mutatum: nonnumquam ἀπό et ὑπό inter se confusa sunt. Vidimus supra ἀπογυμνοῦν in καταγυμνοῦν depravatum, vidimus ἀπό periisse in verbis (ἀπὸ) τῆς αἰσχρᾶς ἀνέσχετο ἐργασίας. Iterum periit p. 97. ubi editur: ἐμοὶ δίκαιον μισθὸν τῆς φιλανθρωπίας διδούς pro ἀποδιδούς, nam quemadmodum quis χάριν ἀποδιδόναι dicitur, non διδόναι, sic μισθὸν ἀποδιδόναι quoque dicendum est ubi μισθός figurate pro χάρις vel ἀμοιβή ponitur. Ἀπό et ὑπό confusa sunt p. 122. ἐκλύομαι νὴ τοὺς θεοὺς ἀπὸ τῆς ἀπορίας, imo vero ὑπὸ τῆς ἀπορίας.

Excidit vocabulum sententiae necessarium p. 110. e verbis: ἐλάνθανον δὲ οὐ τὸ τυχὸν ἐμαυτῇ προξενοῦσα. Commode supplebis: οὐ τὸ τυχὸν (κακόν), ut dudum viri docti admonuerunt, quibus indocte Editor obloquitur. τὸ τυχόν est *elevantis* aliquid et *extenuantis* et significat μικρὸν καὶ εὐτελές, quod sententiae non convenit.

Curiosius ornata puella p. 112. ἀφῆκε τοῦ αὐχένος ὅρμους πολυτελεῖς. Vitiosum esse ἀφῆκε τοῦ αὐχένος perspicuum est. Repone καθῆκε, unde καθήματα appellantur *monilia* de collo in pectus demissa.

Ad pantomimam scribens aliquis pag. 114. ita dicit: ἀντὶ χρωμάτων καὶ γλώττης χειρὶ πολυσχήμῳ καὶ ποικίλοις ἤθεσι κεχρημένη. Pro πολυσχήμῳ verum reperit Wyttenbachius πολυσήμῳ reponens, quod Editor sprevit.

Iterum reperta veritas ab Editore non est agnita p. 126. ubi dedit ex Codice: μὴ φόνου τις τὸ σὸν αἰτιάσηται κάλλος μηδὲ ταῖς σαῖς Χάρισιν ἐπικωμάσωσιν Ἔρωτες, imo vero Ἐρινύες, ut res ipsa clamat. Occides adolescentem, inquit, caedis insimulaberis, *Furiis* agitaberis, ni eius preces audiveris. Hoc postulat loci sententia: hoc ipsum dudum repertum est, sed inconsulto reiectum.

Non est verbum Graecum, quod legitur p. 129. ταχυπτερορρυεῖν, sed dissecandum est in ταχὺ πτερορρυεῖν. Ubi enim adiectivum est ex ταχύ compositum ex eo verbum recte formatur, ταχυπλοεῖν, ταχυδρομεῖν et sim., sed verbum nullum componitur nisi per praepositionem.

Pag. 134. ἵνα μοι τῶν πραγμάτων μὴ μεταδοίη, expuncta negatione scribendum: ἵνα μοι τῶν πραγμάτων μεταδῷ. Saepe in libris δῷ, δοῖ et δοίη vel δώῃ inter se confundi solent.

Appellatur p. 145. puella ἀνομίλητος παιδείας ἐρωτικῆς, sed aliquanto melius, ut opinor, παιδιᾶς rescribetur.

Barbarum est quod servavit Editor p. 146. ὄνοισθέ γε pro ὄναισθε. Sic in Aristophanis *Vesp.* vs. 598. optimus liber Ravennas κρέμοισθε exhibet pro κρέμαισθε, et saepius sic peccant in formis antiquis et obsoletis.

Scribendi compendium peperit errorem p. 194. ubi legitur: ταύτην ἔλαχε τοῦ ἔρωτος ἀφορμήν. Legendum est ἔλαβε pro ἔλαχε. Scribitur in Codd. ἔλαβεν, λαβεῖν, λαβών cet. sic ut λ longiore cauda protrahatur et supra scribatur α cum terminationis compendio. Omittitur igitur β et quum legatur ἔλα cum sigla syllabae εν, Graeculi ubi ἔλαβεν debebant scribere scribebant ἔλαχεν. Eadem de causa τρέχειν legebant pro τρέ cum sigla syllabae ειν, id est τρέφειν, aliaque similia.

Novum exemplum omissae praepositionis ἀπό occurrit p. 154:

ὑμεῖς τοίνυν, ὦ θεοί, ἀποτρόπαιοί γε ὄντες τὸ δυσσεβὲς τρέψετε. Luce clarius est requiri ἀποτρέψαιτε. Manifestum est optativo utendum esse. Quod praecedit ἀποτρόπαιοί γε ὄντες necessario ducit ad ἀποτρέψαιτε, et quid tandem significaret τὸ δυσσεβὲς τρέπειν *vertere* pro *avertere?*

Auctor Epistolae p. 154. mendoso nomine Διονυσιόδωρος appellatur. Nomina in — δωρος et — δοτος ex deorum nominibus componuntur, ut Διόδωρος, Ζηνόδωρος, Ἡρόδωρος, Ἀπολλόδωρος, Ἀρτεμίδωρος, Ἑρμόδωρος, et in Boeotia Ἰσμηνόδωρος, in Sicilia Ἀδρανόδωρος, in Phrygia Μανόδωρος, in Aegypto Τριφιόδωρος, Ἰσίδωρος, similiaque complura. Itaque Διονυσόδωρος Graecum nomen est, Διονυσιόδωρος non est.

Pictor stolidus ac demens, qui puellam a se pictam deperire coepit, ad amicum scribit p. 157: ἐκ τῆς ἐμῆς ἐγὼ κατατοξεύομαι δεξιᾶς. Suspicor eum non sic dixisse sed κατατετόξευμαι, ut recte legitur p. 133: τῷ σῷ τετόξευμαι κάλλει, et aliis locis in re simili.

Pag. 173. in verbis φεύξεται παρ' ἐμὲ κἀγὼ τὸν ἄνδρα — ἐξαποσέλλω, apparet futurum ἐξαποσελῶ legi oportere. Paulo ante vocula periit sic supplenda: τὸν σὸν μὲν οἰκέτην, ἐμὸν (δὲ) δεσπότην ἐρωτικόν.

Intelligi non possunt verba, quae leguntur p. 174: καίτοι γε τεττάρων ὀβολῶν ἀξία ἡ Θαΐς ἡ πάνυ πολλοῦ. Rem acu tetigit Wyttenbachius in *Epist. Crit.* p. 54. reponens εἰ πάνυ πολλοῦ, sed quam esset haec bona correctio nemo animadvertisse videtur. Dicitur Graece δραχμῆς εἰ πολλοῦ ἄξιον, τριωβόλου εἰ πολλοῦ πωλεῖται et sim. ut dicatur: *ea res si quando cara est denario constat, si denario emitur cara est et magno constat.* Dabo exemplum unum ex Platone, quem ipsum locum suspicor Sophistae quum illa scriberet obversatum esse. Legitur in Apologia Socratis p. 26. D: ἃ ἔξεστιν ἐνίοτε εἰ πάνυ πολλοῦ δραχμῆς ἐκ τῆς ὀρχήστρας πριαμένοις Σωκράτους καταγελᾶν. Sic igitur perspicuum est quomodo dicatur ἡ Θαΐς εἰ πάνυ πολλοῦ τεττάρων ὀβολῶν ἀξία εἶναι.

Frustra admonuit Reiskius p. 177. corrigendum esse οἶει με τὸν αὐτὸν ἀεὶ τρόπον ἕξειν, pro τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον. Passim in libris δεῖ, δή et ἀεί videbis inter se permisceri.

Rescribe p. 177: οὐπώποτε ἠράσθης ἀφ' ὧν λέγεις, pro οὔπω τε.

Pag 181. corrige *ἐπηγγείλατο — καταδουλῶσαι* pro *καταδουλοῦσαι*, Graeculi enim aoristos pro futuris solent cum verbis *pollicendi* coniungere, et post pauca *νῦν πρῶτον ἔρωτος πειραθεῖσα* restitue pro *πειρασθεῖσα*: hoc enim *tentata* significat, illud *experta*. Praeterea notandum *περιέργους* dici *τοὺς γόητας*, qui *magicas artes versabant* et philtra et incantationes peragebant, ut ex hac ipsa Epistola luculenter apparet. Idem homo p. 182. *φιλτροποιός* appellatur.

Non dubito quin p. 185. pro *ἀωρὶ νύκτωρ* recipiendum sit *ἀωρὶ νυκτῶν* sumtum ab Atticis, qui saepe ita loquuntur pro *intempesta nocte*.

Una litterula elapsa est p. 189. ubi amator excanduit ira *ἐφύσα τε καὶ ταχύτατα διελοιδορεῖτο τῇ ποθουμένῃ*. An tu admonitus dubitabis *τραχύτατα* substituere?

Nequidquam viri docti p. 189. veram lectionem excogitarunt in verbis: *ἐξ ὑμῶν δὲ ζωγρηθήτω* (*τὰ θηρία*) — *μανθάνει καὶ θυμὸν ἀγριαίνειν*. Receptum olim oportuit *ζῶγρηθέντα*. Scribitur in Codd. *ζωγρη* supra scriptis litteris *θτ* inter utramque apposito acuto. Itaque male expleverunt *ζωγρηθήτω* quum *ζωγρηθέντα* deberent. In vicinis bis repone optativum *ἡνίκα — ἀποπληρώσαιτε* et *ποιήσαιτε* pro *ἀποπληρώσετε* et *ποιήσετε*.

Satis lepide muliercula ad amatorem ita dicit p. 190: *μηκέτι κάλει θηρία τὰς φυλαττομένας αὐτοῖς περιπεσεῖν τοῖς θηρίοις*, sed mendum in his verbis inest manifestum. Emenda *αὐτάς* pro *αὐτοῖς*. Cavebant *ipsae* ne feris praedae forent.

Amator ubi ad amores suos ita dixisset p. 193: *προσέλκεις καινότερον τρόπον οἷον οὔτε ἰχθὺν ἁλιεὺς εἵλκυσεν οὔτε ὄρνιν θηρευτής*, ita pergit: *ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν ἢ ἀπὸ δελεάτων ἢ τῶν ἰξῶν ἄγουσιν*. Mirus est numeri pluralis usus *οἱ ἰξοί* et vitio natus. Corrige *ἢ τῷ ἰξῷ ἄγουσιν*.

Triplex mendum obsidet locum vicinum: *ζώοις ἐπιμήκισον, εὖ ζώοις! ἐπὶ σοὶ γὰρ ἐγὼ φέρομαι μόνῃ*. Primum corrige *ζῴης ἐπὶ μήκισον, εὖ ζῴης!* Formae *ζώω, ζώοις, ζώοι* Homero et poëtis Epicis relinquendae sunt. Ostendimus ad Lucianum et Euripidem formas Atticas *ζῴης* et *ζῴη* a Graeculis in hunc modum vitiari solere. Habemus igitur pervulgati erroris novum exemplum. Vide nunc an ea intelligas quae sequuntur *ἐπὶ σοὶ φέρομαι μόνῃ*. Interpres: »*ad te unam feror*" quod

neque in Graecis est neque rei appositum. Mendosum est φέρομαι. Antiqua scriptura elicienda est ex ipsa loci sententia, in qua re te multum adiuvabit palaeographica observatio, quae passim in Codd. confundi docet φέρομαι, φθείρομαι, φθέγγομαι et φλέγομαι, quarum formarum pro re nata ad sanam sententiam constituendam ubique libera optio est. Itaque quum constet φλέγεσθαι ἐπί τινι de *perdite amantibus* Graece dici, quemadmodum et μαίνεσθαι ἐπί τινι, non multum ambiges quin ἐπὶ σοὶ γὰρ ἐγὼ φλέγομαι μόνῃ reponi debeat. Laudant in hanc rem viri docti Aeliani locum apud Suidam v. Ἐφλέγετο, quem vide. Φλέγετο et Φέρετο confusa vidimus et supra in Stobaei Florilegio apud Mimnernum.

In omnium ultima Epistola unum mendum deprehendi, in quo indicando finem faciam. Omnium ultimam dico quae legitur p. 195, namque ea, quam a Polyzoe in Graecia *recens repertam* scilicet in ordinem Editor recepit, ab aliquo falsario stulte composita et impudenter supposita mihi quidem videtur. Quod igitur legitur p. 195: ἐξανέςη τῆς εὐνῆς καὶ τὴν ςρωμνὴν ἐνετάραξεν in ultimo vocabulo vitium concepit et συνετάραξεν ab ipso Sophista profectum est.

Satis superque vel ex hac sola Epistola apparet quanto iure scriptorem istiusmodi contemnamus ac fastidiamus. Ecquid insulsius et puerilius esse potest et a veritate naturae alienius quam est huius Epistolae argumentum? Adultera ἔτι προσεμβατεύοντα τὸν μοιχὸν ἔχουσα repente viri peregre redeuntis vocem audit fores cum magno clamore pulsantis. Surgit de lecto, componit stragulas, moechum bono animo esse iubet eique vincula iniicit. Tum vero aperit ostium et marito narrat se hunc nocturnum furem prehendisse et vinculis constrinxisse. Ad haec maritus excandescit et furem obtruncare parat. Cui illa: Satius est, inquit, hominem crastino mane tradere Undecimviris capitalibus (τοῖς ἕνδεκα, unde haec Athenis geri colligimus): et si tu forte times, mi vir, inquit, ἐγὼ συναγρυπνοῦσα τοῦτον φυ(λάξω) * * * *. Caetera perierunt, sed perinde est, namque, ut est apud Ovidium, *Caetera quis nescit?* Si tam absurdum argumentum multo sale conditum multisque verborum et sententiarum leporibus veneribusque exornatum distinctumque esset (qualia nunc multa nihilo saniora

ob orationis suavitatem non illubenter lectitantur) vel sic tamen nemini placere posset, adeo omnia a rerum hominumque natura et ingenio abhorrent, et tam puerilia haec commenta sunt ut nullo orationis lenocinio redimi compensarique possint. Nunc futilissima materies ieiuna ac sordida oratione vestita nil nisi taedium et nauseam cordatioribus omnibus parit, qui non vana mirantur et quidquid Graece quacumque tandem aetate scriptum est antiqua Graeca venustate imbutum esse inepti credunt. Hi omnes causa diligenter cognita non dubitabunt ea quae de insulsis iocis et facetiis inficetis dixit Aristophanes:

ὅταν τι τούτων τῶν σοφισμάτων ἴδω
πλεῖν ἢ 'νιαυτῷ πρεσβύτερος ἀπέρχομαι,

in Sophistae Epistolas amatorias sine exceptione omnes iure dici concedere, vel potius fatuum scriptorem suis ipsius verbis notabunt, quae leguntur in Epistolarum lib. II. 17. p. 178: Ἐκείνων οὖν ἀπόσχου τῶν λόγων. λῆροι γάρ εἰσι καὶ φλήναφοι παντελῶς.

C. G. COBET.

LOCI ALIQUOT APUD THEMISTIUM EMENDATI.

In Themistii Orat. 26. p. 331. C. editur: οὗτοι κακῶς σοι κείσεται, φησὶ Σωκράτης, ὅτ' ἂν ὑμᾶς τοσούτου δέοντας εὐεργετήσῃς. Miror quomodo haec Petavius et Harduinus concoquere potuerint, nam Socrates si haec dixit profecto nihil dixit. Vera lectio est ΤΟCΟΥCΔΕΟΝΤΑC τοσούσδε ὄντας, qua semel reperta facile est emendare reliqua in hunc modum: ὅ τι ἂν ἡμᾶς τοσούσδε ὄντας εὐεργετήσῃς. Nemini suaserim ut mihi contradicat propter locum Platonis de Rep. I. p. 345. A.

Legitur p. 261. B: πλεισηριάζειν τε καὶ ὑπερωνεῖσθαι. Nihili verbum est ὑπερωνεῖσθαι. Emenda ὑπωνεῖσθαι, cuius verbi aoristus ὑποπρίασθαι in Theophrasti Characteribus occurrit.

Qui de rege Philippo scripturus est caveat ne utatur loco Themistii Orat. 27. p. 335. B: τὸν Φίλιππον οὐκ αἰσθάνῃ ὅτι πάντα ἵππον ὁμοίως τὸν ἀπανταχόθεν ἀσπάζεται; nam Φίλιππον reponendum esse apparet.

C. G. C.

ΑΤΑΚΤΑ.

(*Continuantur ex* VIII. *pag.* 433).

§ 15.

Quadringentorum imperium in Atheniensium civitate quomodo exstiterit, quemque exitum habuerit, admirabili diligentia persequitur Thucydides VIII. 47—97, easque res ea, qua solet, prudentia et sagacitate interpretatur G. Grotius Histor. Graec. Vol. VIII. Cap. LXII, qui nihil omittit quo aliunde quoque illorum temporum vicissitudines hominumque voluntates et ingenia quantum fieri potest efferantur et illustrentur.

Erat ea prorsus *κατάλυσις τοῦ δήμου* i. e. *δημοκρατίας*. Struxerant eam sane complures imperii cupiditate ducti, tum etiam privato odio, quibus facile adiunxerant se alii, quorum eadem sententia rerum publicarum erat, quam profitebatur postea Theramenes, apud Xenophontem Hellen. II. 3. 48: *ἐγὼ δ', ὦ Κριτία, ἐκείνοις μὲν ἀεί ποτε πολεμῶ, τοῖς οὐ πρόσθεν οἰομένοις καλὴν ἂν δημοκρατίαν εἶναι πρὶν ἂν καὶ οἱ δοῦλοι καὶ οἱ δι' ἀπορίαν δραχμῆς ἂν ἀποδόμενοι τὴν πόλιν, δραχμῆς μετέχοιεν· καὶ τοῖσδέ γ' αὖ ἀεὶ ἐναντίος εἰμὶ, οἳ οὐκ οἴονται καλὴν ἂν ἐγγενέσθαι ὀλιγαρχίαν πρὶν ἂν ἐς τὸ ὑπ' ὀλίγων τυραννεῖσθαι τὴν πόλιν κατασήσειαν.* Sed maxime commendabantur consilia tollendi, aut certe frenandi popularis imperii postremis belli eventibus, et callidis Alcibiadis, etiam tum exsulis, machinationibus. Non certe eo res pervenire passi essent Athenienses nisi ex insigni illa clade Siculae ex-

peditionis complures animadvertere coepissent tantas calamitates haud iniuria tribuendas esse perditissimae multitudinis levitati et infinitae cupiditati simul et vanitati, quae consilii capiendi in rebus gravibus prudentiam et moderationem omnem excludere soleret. Igitur in illa deliberatione suscipiendae expeditionis nihil valuerat Niciae dehortantis sapientia, et, ut loquitur Thucydidis VI. 15, *οἱ μὲν πλεῖστοι στρατεύειν παρῄνουν καὶ τὰ ἐψηφισμένα μὴ λύειν, οἱ δέ τινες καὶ ἀντέλεγον.* Quantum animi et patientiae et omnis generis copiarum expromserint ac propemodum effuderint in illo bello Athenienses, nihil attinet commemorare. Tanto magis animadvertenda est consternatio quae Athenis omnium animos invasit, quum totius exercitus interitus nunciaretur: quodque maxime ex istius democratiae ingenio explicandum est, sic enunciat Thucydides VIII. 1: *ἐπειδὴ δὲ ἔγνωσαν χαλεποὶ μὲν ἦσαν τοῖς ξυμπροθυμηθεῖσι τῶν ῥητόρων τὸν ἔκπλουν, ὥσπερ οὐκ αὐτοὶ ψηφισάμενοι.* (Cicero Muren. § 35, *ut nonnumquam ita factum esse etiam populus admiretur; quasi vero non ipse fecerit.*) Acerba his verbis castigatio *τοῦ δήμου* continetur; et ne diu ante quidem, stante re publica, defuerant quibus levitas illa ecclesiastarum vehementer displiceret, in quo genere praeclara verba sunt Cleonis, in causa Mytilenaeorum, apud Thucydidem III. 37. sq. Omnino nefaria prorsus erat istius summi imperii, quo populus Athenis utebatur, impotentia et libido, praecipue in rebus adversis, quippe cum vindictae effrenata cupiditate coniuncta. Huic cupiditati quo promtius indulgerent, inventa erat *γραφὴ παρανόμων*, quae legis aut psephismatis cuiuscumque auctorem in ius et in gravissimum discrimen vocare poterat, quamquam penes populum erat, sicut *φυλάττειν*, ita *λύειν τοὺς νόμους*. Sed in illa actione popularis ira vindictam quaerebat; itaque metus iniiciebatur iis, qui quidquid novare vellent, nec sine causa, qui Quadringentorum imperium constituere in animo habebant, hoc primum obtinebant, ne quis ea uteretur (Thucydid. VIII. 67.) planeque intelligimus quare in ea actione primarium democratiae praesidium positum esse dixerit Aeschines Ctesiph. init. Sed inane fuisset illud studium, nisi hoc perpetuo valuisset, ut formula cuiusque legis aut psephismatis non tantum inchoaretur

a verbis ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, sed ipsius suasoris quoque nomen adderetur, ὁ δεῖνα εἶπε.

Ne illo quidem telo contenti erant Athenienses; sed adversus quemcumque, qui aliquam sententiam in populi concione commendasset, quamquam suffragiis acceptam et confirmatam, si eius postea poeniteret eos, inventum erat crimen ἀπατήσεως τοῦ δήμου, ipsum quoque cum summo τοῦ φεύγοντος discrimine coniunctum. Igitur crebro Oratores convertere solent culpam in τοὺς ἀπατήσαντας τὸν δῆμον, sicut apud Lysiam qui dicitur pro Polystrato § 16. et § 20, ubi dicitur, οὐδὲ γὰρ εἴ τις τῶν ἐνθάδε μὴ τὰ ἄριστα λέγων πείθει ὑμᾶς, οὐχ ὑμεῖς ἐστὲ αἴτιοι, ἀλλ' ὁ ἐξαπατῶν ὑμᾶς. Hinc aliquoties poenitebat Athenienses eius quod modo decrevissent, facileque patiebantur, ante perfectam rem, ut iterum de ea in suffragium mitterentur; sicut in illa causa Mytilenaeorum apud Thucydidem III. 36. sqq.: neque tum quemquam in ius vocari attinebat. Sed ubi illa poenitentia invadebat eos re iam perfecta, quo iustior ea erat, tanto acerbius in auctores saeviebant, sicuti post damnatos et morti traditos praetores, qui victoriam apud Arginusas reportarant. Xenophon quidem Hellen. I. 7. 39. ita: οὐ πολλῷ χρόνῳ ὕστερον μετέμελε τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ ἐψηφίσαντο, οἵτινες τὸν δῆμον ἐξηπάτησαν, προβολὰς αὐτῶν εἶναι. Nihil attinet alia exempla conquirere. Sed illis temporibus, de quibus dicere instituebam, post cladem Atheniensium apud Syracusas, mirum non est et invidiam crevisse eorum qui expeditionem illam decernere populo suasissent, et in sycophantis numeratos esse, qui Alcibiadi capitis iudicium comparassent, si quidem haud immerito malorum omnium, quibus nunc premeretur civitas, causa maximam partem tribuebatur Alcibiadis discessui ad Lacedaemonios. Tanto facilius, quum multos pertaesum esset istius levitatis et temeritatis et libidinis, quae rei publicae opes et fortunam pessumdedisset, eorum consilia audiri et probari coeperunt qui perpetuo multitudinis imperium odio habuissent, sibique potentiam quaesivissent, quique, quo melius praeparrarent quae in animo habebant, primum commendabant ea sodalitiis (ξυνωμοσίαις), quae pridem erant iu civitate δημοκρατουμένῃ, quorumque ingenium necessario τοῖς πολλοῖς erat ad-

versum, quamquam in praesenti civitatis forma valebant tantum ἐπὶ δίκαις καὶ ἀρχαῖς (Thucyd. VIII. 54).

Igitur Pisander reliquique legati, quum Samo Athenas venissent, in populi concione praedicare potuerunt, ὡς ἐξείη αὐτοῖς Ἀλκιβιάδην κατάγουσι καὶ μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον δημοκρατουμένοις βασιλέα τε ξύμμαχον ἔχειν, καὶ Πελοποννησίων περιγενέσθαι· quumque nemo non agnovisset in quam insigni beneficio haec ponenda essent, τοῦτο τοίνυν οὐκ ἔστιν ὑμῖν γενέσθαι, subiiciebat Pisander, εἰ μὴ πολιτεύσομέν τε σωφρονέστερον, καὶ ἐς ὀλίγους μᾶλλον τὰς ἀρχὰς ποιήσομεν, ἵνα πιστεύῃ ἡμῖν βασιλεὺς, καὶ μὴ περὶ πολιτείας τὸ πλέον βουλεύσωμεν ἐν τῷ παρόντι ἢ περὶ σωτηρίας, (ὕστερον γὰρ ἐξέσται ἡμῖν καὶ μεταθέσθαι, ἢν μή τι ἀρέσκῃ,) Ἀλκιβιάδην τε κατάξομεν, ὃς μόνος τῶν νῦν οἷός τε τοῦτο κατεργάσασθαι (Thucyd. VIII. 53). Nihil tum perferebatur: sed apparet oligarchicae factionis principes utilitatis commendatione praeparare tantum multitudinis animos voluisse, et hoc obtinere, ut inanis existimaretur cavillatio de forma reipublicae, ubi salutis ratio habenda esset, (in quo eadem sunt verba quae Lysiae, ubi Lysander quid in concione dixisset refert, Eratosth. § 74.) Hanc eorum fraudem perspicue perstringit Aristoteles Polit. V. 3. 8, qui de iis sic concludit, ψευσάμενοι δὲ κατέχειν ἐπειρῶντο τὴν πολιτείαν. Non statim fortasse, sed quum aliorum commodorum spes evanuisset, hoc quoque demonstrabant, fieri non posse ut cum Lacedaemoniis de pace conveniretur nisi firmo magis et stabili imperii genere ipsi uterentur: quod quum Theramenes in eadem illa defensione adversus Critiam explicat, (apud Xenoph. ibid. II. 3. 45: τὴν μὲν γὰρ τῶν τετρακοσίων πολιτείαν καὶ αὐτὸς δήπου ὁ δῆμος ἐψηφίσατο, διδασκόμενος ὡς οἱ Λακεδαιμόνιοι πάσῃ πολιτείᾳ μᾶλλον ἂν ἢ δημοκρατίᾳ πιστεύσειαν.) minus recte erroris eum accusare ac levitatis mihi videtur Grotius l. c. pag. 13. not. Certe Quadringenti, simul atque imperii potiti erant, statim ad Agidem, qui Deceleam tenebat, caduceatores miserunt, λέγοντες διαλλαγῆναι βούλεσθαι καὶ εἰκὸς εἶναι αὐτὸν σφίσι, καὶ οὐκέτι τῷ ἀπίστῳ δήμῳ, μᾶλλον ξυγχωρεῖν. Thucyd. VIII. 70. 71. et quo modo principes tum, oligarchiae obtinendae causa, quam remitti aliquantum censebat Theramenes aliique, conciliare sibi Lacedaemonios stude-

rent, satis constat ex eodem historico ibid. 89. sqq.

Nihil attinet nefaria consilia eorum persequi, qui in utravis sententia, vel oligarchica, vel democratica, nullis finibus circumscribi se patiebantur; sed certe haud pauci tum Athenis erant prudentes et honesti rei publicae existimatores, qui, tyrannidis osores, tamen populi et multitudinis libidinem et inconstantiam bonorum auctoritate quadam temperandam censerent, potestatisque aequam distributionem quaerendam. Hoc Thucydidi quoque vehementer probabatur, qui descripta nova quadam civitatis et imperii disciplina, quae τοὺς τετρακοσίους excipiebat, nec tamen vetus illa democratia erat, haec subiicit (VIII. 97.) καὶ οὐχ ἥκιστα δὴ τὸν πρῶτον χρόνον ἐπί γε ἐμοῦ Ἀθηναῖοι φαίνονται εὖ πολιτεύσαντες· μετρία γὰρ ἥ τε ἐς τοὺς ὀλίγους καὶ τοὺς πολλοὺς ξύγκρασις ἐγένετο. De huius eventi interpretatione non plane assentior Grotio, qui (l. c. pag. 77—80.) contendit non novam disciplinam hanc fuisse, nec nisi leviter a vetere forma discessisse, quam tamen haud ita multo post integram restitutam esse, idque constare e Demophanti psephismate, condito anno post sublatos Quadringentos. Non difficile foret demonstrare satis grave discrimen esse inter illam reipublicae formam, et veterem democratiam: et, si nihil nisi hanc instaurare voluissent, indicandum fuerat illa formula, quae nunc servatur in Tisameni psephismate (apud Andocid. Myster. § 83.) πολιτεύεσθαι Ἀθηναίους κατὰ τὰ πάτρια. Quid enim magis simplex aut civium animis accommodatius quam abrogare ea decreta, e quibus Quadringentorum imperium crevisset? Sed primum Alcibiadis, quem simul ab exsilio revocandum censebant, voluntati gratificandum erat, qui, sicuti Quadringentorum legatis in castris apud Samum declaraverat, non intercessurus erat si res τοῖς πεντακισχιλίοις traderentur, sed sublatis Quadringentis Senatum Quingentorum instaurari volebat (Thucyd. VIII. 86. med.). Simul aliquantum multitudinis arbitrio subtractum videtur, institutis Nomothetis, quodque additur apud Thucydidem, καὶ τἆλλα ἐψηφίσαντο ἐς τὴν πολιτείαν, nullo modo explicari potest nisi hoc, reliqua quoque, sicut institutum Nomothetarum, tum decreta esse quae pertinerent ad disciplinam rei publicae et ad fundamenta potestatis exercendae.

Quae si attendimus, maiore etiam iure dissentiendum appareret a Grotio, cui duo tantum leviora tum in civitatis formam recepta esse videntur.

Quaeri tamen poterit, quam vim habuerit illud τοῖς πεντακισχιλίοις τὰ πράγματα παραδοῦναι, ita ut vere illa κρᾶσις exsisteret ἐς τοὺς ὀλίγους καὶ τοὺς πολλούς, quae tam placebat Thucydidi. Neque enim, quod Quadringenti putaverant, τῶν πεντακισχιλίων imperium plane democratia fuisset, (ἄντικρυς δῆμος Thucyd. VIII. 92. fin.) si quidem τοῦ δήμου et τοῦ πλήθους, et τῶν πολλῶν appellatio et cuiusvis, quamvis magni, numeri circumscriptionem respuit, et facultatum modum, qui continetur illa definitione, εἶναι αὐτῶν (τῶν πεντακισχιλίων) ὅσοι ὅπλα παρέχονται (Thucyd. ibid. 97.). Quoniam ipse Thucydides nihil explicat, quae fuerint illa τὰ ἄλλα quae tum ἐς τὴν πολιτείαν ἐψηφισμένα commemorat, concedatur nobis id coniicere, quod maxime illorum ipsorum temporum necessitati, et Thucydidis verbis respondeat. Itaque suspicor τοῦ δήμου ius potestatemque restitutam sane fuisse, quantum ea continebatur τῷ ἐκκλησιάζειν et τῷ δικάζειν, (nisi quod novarum legum disceptatio et διαδικασία reservabatur τοῖς νομοθέταις) sed ad sortitionem τῶν ἀρχῶν, in quibus ipse Senatus Quingentorum censebatur, non nisi ii accederent qui in catalogum relati essent, quum praeterea μισθὸς ademtus omnibus magistratibus hoc efficere exspectari poterat, ut χειροτονητοὶ quoque ἀρχαὶ τοῖς καλοῖς κἀγαθοῖς reservarentur, qui, ut apud Thucydidem ibid. 48, τῷ δήμῳ solebant opponi. Sed alia praeterea decreta tum fuisse suspicor, de quibus mox dicendi locus erit. Tantum novimus, ipsos Quadringentos principio non in animo habuisse illos πεντακισχιλίους constituere et rerum publicarum consilia cum iis communicare; sed tandem in notissima illa trepidatione ex Eetioneae eversione, ut hoplitarum animos continerent, prae se tulisse τούς τε πεντακισχιλίους ἀποφανεῖν καὶ ἐκ τούτων ἐν μέρει τοὺς τετρακοσίους ἔσεσθαι (Thucyd. ibid. 93). Ea res tamen eventum non habuit. Nam quum concessissent stato die se concionem convocaturos esse, in qua ageretur περὶ ὁμονοίας (ibid.), id est, in qua ea disciplinae publicae moderatio decerneretur quae duas adversas factiones in concordiam vindicaret, ipsa illa comitia turbavit

tumultus ex repente superveniente classe Spartana: quae quum, contra quam timebatur, Sunium circumvecta Oropum tenderet, Athenis naves bellicae magna festinatione ornatae duce Thymochari mittebantur Eretriam, quae Euboeam tuerentur, praecipuum Atheniensibus commeatus praesidium (de quo Thucydides VII. 28), quum praesertim ipsa Attica undique obsideretur. Etenim verba Thucydidis VIII. 95. *ἀποκεκλεισμένης τῆς Ἀττικῆς*, explicanda sunt non tam propter Deceleam, quam Agis teneret, quam propter Oropum, quam paulo ante Boeoti ceperant (Thucyd. VII. 60.), ita ut Attica facili ac terrestri cum Euboea commeatu privata fuerit.

Cum horum temporum vicissitudinibus et eventibus arctissime coniuncta sunt complura, quae commemorantur in Lysiae Oratione pro Polystrato. Non satis apparet quae illa Polystrati causa fuerit; sed hoc videmus, ex quocumque crimine in iudicium vocaretur, tum alias *κατηγορίας* adversus eum prolatas esse, tum, ut solet, *ὅτι οὐκ εὔνους ἦν τῷ δήμῳ*, idque eo demonstratum, quod unus de Quadringentis fuisset.

Fuit profecto, inquit defensor causae, Polystratus in Quadringentis, sed unus eorum, qui non nisi bene mereri de civitate vellent eamque bono animo complecterentur: quibus haec subiunguntur § 2: *οὗτος γὰρ ᾑρέθη μὲν ὑπὸ τῶν Φυλετῶν ὡς χρησὸς ὢν ἀνὴρ καὶ περὶ τοὺς δημότας καὶ περὶ τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον*. Quod in his prorsus novum erat, non explicat satis Grotius l. c. p. 68. Quomodo Quadringenti initio per cooptationem delecti fuissent, tradit Thucydides VIII. 67: nunc Polystratum a tribulibus creatum fuisse commemoratur, ut bonum virum et popularem: idque iteratur ab Oratore, creatum a tribulibus, *οἳ ἄριστα διαγνοῖεν ἂν περὶ σφῶν αὐτῶν ὁποῖοί τινες εἰσίν*.

Sed nusquam traditur, ne apud Thucydidem quidem, Quadringentos ab illo instituto cooptandi discessisse. Quoniam tamen istius Oratoris auctoritatem nihil est cur suspectam habeamus, concedetur, spero, ut sumamus eos extremis illis diebus, quum multitudinis, in primis hoplitarum, voluntatem aliquantum sibi conciliandam viderent, hoc iis tribuisse ut tribules ipsi, in defuncti locum qui eiusdem tribus fuisset, alium suffragiis crearent, quum praesertim iam recepissent se

τοὺς πεντακισχιλίους designaturos esse.

Quod autem ad illarum rerum seriem ordinemque bene interpretandum pertinet, quaerendum est quando istius negotii, catalogi τῶν πεντακισχιλίων conficiendi, munus susceptum fuerit. Perperam mihi statuere videtur Grotius l. c. pag. 69, ipsos iam Quadringentos hoc instituisse et mandasse Polystrato, qui recens ad illorum collegium accessisset; hunc autem nonnisi invitum suscepisse, sed quum aggressus esset, non πεντακισχιλίους, sed ἐννακισχιλίους legisse, adfertque defensionem Polystrati § 14. Aliquanto melius pronunciabitur diligenter illo loco considerato. Principio hoc crimen defenderat Orator, fuisse Polystratum unum de Quadringentis, quo scilicet arguebatur οὐκ εὔνους ὢν τῷ πλήθει fuisse. Tum explodebatur illud, de Polystrati cum Phrynicho familiaritate. Sed praeterea obiecerant οἱ κατήγοροι, ut suspicor, adiuvisse Polystratum τοὺς πεντακισχιλίους eorumque adeo καταλογέα fuisse. Quae suspicio egregie firmatur hoc loco eiusdem orationis § 16: καὶ κατηγοροῦσι μὲν τῶν τετρακοσίων ὅτι ἦσαν κακοί (leg. κακόνοι). καίτοι ὑμεῖς αὐτοὶ πεισθέντες ὑπὸ τούτων παρέδοτε τοῖς πεντακισχιλίοις, καὶ οἷς αὐτοὶ τοσοῦτοι ὄντες ἐπείσθητε, ἕνα ἕκαστον τῶν τετρακοσίων οὐ χρῆν πείθεσθαι; Igitur socius fuit Polystratus eius consilii, quo tum, Quadringentis sublatis, imperium ad τοὺς πεντακισχιλίους transferebatur, quos per illud breve temporis intervallum, quod describitur apud Thucydidem VIII. 93. neque ἀποδεικνύναι, neque ἀποφαίνειν ullo modo potuerant Quadringenti. Post demum pactio illa περὶ ὁμονοίας iniri potuit, sicut describitur apud Thucydidem ibid. 97: τοὺς τετρακοσίους καταπαύσαντες τοῖς πεντακισχιλίοις ἐψηφίσαντο τὰ πράγματα παραδοῦναι. Sed ut ea res eventum haberet, necesse erat istos ἀποφαίνεσθαι. Igitur nihil magis aequum est quam ut sumamus, tum demum, vel pluribus vel Polystrato certe, psephismate decretum fuisse munus istius catalogi conficiendi secundum ea, quae recens descripta disciplina postulasset. Et hoc est, quo pertinent haec verba eius Orationis § 13: πῶς δ' ἂν γένοιτο δημοτικώτερος, ἢ ὅσις, ὑμῶν ψηφισαμένων πεντακισχιλίοις παραδοῦναι τὰ πράγματα, καταλογεὺς ὢν ἐννακισχιλίους κατέλεξεν κτέ. Igitur tum demum Polystratus καταλογεὺς potuit creari, eoque munere tam po-

pulariter fungi. Illis autem, quae modo apposui, alia statim subiiciuntur, quae et vitium mihi contraxisse videntur, et nullo modo huius loci erant: *οὗτος δὲ οὔτε ὀμόσαι ἤθελεν, οὔτε καταλέγειν, ἀλλ' αὐτὸν ἠνάγκαζον ἐπιβολὰς ἐπιβάλλοντες καὶ ζημιοῦντες· ἐπεὶ δὲ ἠναγκάσθη καὶ ὤμοσε τὸν ὅρκον, ὀκτὼ ἡμέρας εἰσελθὼν εἰς τὸ βουλευτήριον ἐξέπλει εἰς Ἐρέτριαν κτἑ.* In antecedentibus § 10. mentio facta erat illorum octo dierum, per quos Polystratus h. l. *εἰς τὸ βουλευτήριον εἰσελθεῖν* dicitur, ut necessario haec accuratior explicatio praecedere debuerit, quoniam ea requirebatur in prima causae expositione. Hoc quoque arguit ista non suo loco posita esse, quod tribus versibus post iterum dicitur *οὔτε πλέον ὀκτὼ ἡμερῶν ἐλθὼν ἐς τὸ βουλευτήριον*, tam brevi intervallo nullo modo ferendum, si ista praecessissent. Quanto melius Polystrati iurare detrectantis mentio fieret initio § 5, ante verba *καὶ κατηγοροῦσι μέν —*, quum prius hoc commemoratum esset eum creatum fuisse tribulium suffragiis, tum nullam ei causam fuisse cur oligarchiae studiosus esset: quae, ut mihi videtur, apte confirmarentur mentione iurisiurandi, quod non nisi coactus praestitisset. Porro, vitio laborat illud *καταλέγειν*, quod unum in errorem induxit Grotium. Quaenam, quaeso, est ista coniunctio, *οὔτ' ὀμόσαι οὔτε καταλέγειν*, tamquam si haec non divellenda simul exigerentur? *Ὅρκον* praestari debuisse ab eo qui modo *εἰς βουλευτήριον εἰσέλθοι*, convenit cum *ὅρκῳ βουλευτικῷ*, quem sine dubio Quadringenti imitari voluerunt. Aliud est praeterea quo istud *καταλέγειν* vehementer suspectum redditur. Subiicitur enim, *ἐπεὶ δὲ ἠναγκάσθη καὶ ὤμοσε τὸν ὅρκον*, nihil addito de altero. Hinc magis credibile cui videatur verba illa *καὶ καταλέγειν*, nescio quo casu, inserta esse quam corrigenda.

Ex illa igitur Polystrati defensione (quam equidem non facile affirmem Lysiae esse) hoc necessario conficiendum videtur, quod ad existimationem attinet illarum vicissitudinum, quibus Atheniensium res publica agitabatur, translationem imperii ad *τοὺς πεντακισχιλίους* perfectam esse sine seditione aut tumultu, pacto *ὁμονοίας* composito inter Quadringentos et multitudinem: tum in forma oligarchica civitatis tunc non nisi hoc mutatum esse, ut Quadringenti locum cederent Senatui

Quingentorum, qui ante fuisset, utque οἱ πεντακισχίλιοι non nomine tantum, sed re ipsa essent, iique non intra definitum illum numerum continerentur, sed facultate potius et existimatione censerentur. Quo loco attendendum est ad Thucydidis verba l. c. 97: εἶναι δὲ αὐτῶν ὁπόσοι ὅπλα παρέχονται. Grotius, ubi de huius loci interpretatione disputat p. 75. not. 1, sequitur eos, qui ediderunt ὁπόσοι καὶ ὅπλα παρέχονται. Copula illa assumta efficitur hoc, ut certi quidam πεντακισχίλιοι cogitandi sint, quibus accederent quotquot arma praestarent. Sed primum ita carebimus ipsorum πεντακισχιλίων definitione, quam tamen eiusmodi esse oportebat, ut opponeretur τῷ δήμῳ, aut τῷ πλήθει. Neque credibile est tum recessum esse ab eo, quod initio iam probatum fuerat, ut οἱ πεντακισχίλιοι essent οἳ ἂν μάλιστα τοῖς τε χρήμασι καὶ τοῖς σώμασιν ὠφελεῖν οἷοί τε ὦσιν. Thucyd. VIII. 65. Tum in illa sententia alio ordine postularetur istud dici, nempe καὶ ὁπόσοι ὅπλα παρέχονται. Apparet autem Grotium sic intellexisse, primum, hoplitae qui essent, iure in catalogum τῶν πεντακισχιλίων referri, sed praeterea eos quoque, qui, quamquam non ipsi in hoplitis mererent, tamen arma suppeditarent quibus scilicet illi uterentur, quam rationem commendat auctoritate loci Xenophontei Hellen. III. 15. Non animadvertit vir eruditissimus, quod istic traditur longe diversissimum esse. Sermo istic est de Agesilao, qui, quo par esset Tissapherni, omni opera equitatum comparabat: igitur non tantum ditissimos ἱπποτροφεῖν κατέλεξε, sed qui ἵππον καὶ ὅπλα καὶ ἄνδρα δόκιμον παρέχοιτο, huic militiae immunitatem concedebat. Athenis, in illa nova constitutione rei publicae, non agebatur de equitatu, neque de militia, sed de censu: fictus hucusque numerus ille fuerat τῶν πεντακισχιλίων· nunc autem, quum designandi erant, quaerebatur definitio quae delectum regeret, ideoque sic sumebatur illa τῶν πεντακισχιλίων appellatio, ut nulla istius definiti numeri habita ratione cunctos ea contineri statueretur ὁπόσοι ὅπλα παρέχοιντο, id est, non tantum qui iam essent hoplitae, quorum potissimum studio haec omnia obtinebantur, sed quotquot eundem censum praestare possent, siquidem non quaerebatur qui hoplitae futuri essent, sed qui cives essent optimo iure imperii et suffragii. Hinc Ora-

tor in Polystrati defensione, occurrens crimini, quasi illo catalogo conficiendo δήμου κατάλυσιν firmasset, quum commemorasset eum ἐννακισχιλίους καταλέξαι, addit: καίτοι οὐχ οἳ ἂν πλείους πολίτας ποιῶσιν οὗτοι καταλύουσι τὸν δῆμον, ἀλλ' οἳ ἂν ἐκ πλειόνων ἐλάττους, in quibus verbis nemini, opinor, in mentem veniet πολίτας mutare in ὁπλίτας. (Tanto magis ita corrigendus est Lysias Philocrat. § 3. ut legatur, τῶν μὲν ὑμετέρων ὁπλιτῶν ἐξήγαγε. quis umquam dixit ὑμέτεροι πολῖται?) Invidiam conflari potuisse Polystrato ex illo catalogo, intelligimus ex alia Lysiae oratione Δημ. καταλ. § 16, ubi reus se defendens dicit, οὐ τοίνυν οὐδ' εἰς τὸν κατάλογον τῶν Ἀθηναίων καταλέξας οὐδένα φανήσομαι. In harum rerum expositione non satisfacere Boeckhium, iure significare mihi videtur Grotius, longe etiam a vero aberrare virum praestantissimum fidenter affirmo. Ubi enim e Thucydide VIII. 97. novam illam formam rei publicae attingit (Oecon. Civ. Athen. I. p. 373.), numerum τῶν πεντακισχιλίων primum refert ad τοὺς ὁπλιτεύοντας, ideoque tam exiguum fuisse explicat, quod post illam cladem in Sicilia maior esse non potuisset: tum non reputavit, sub Quadringentis fuisse sane hoplitas, nescimus quo numero, item ἱππέας, sed nihil illos pertinuisse tum ad illum numerum, quem Quadringenti cogitabant tantum, necdum indicaverant e quibus constaret.

Sed novam illam formam rei publicae, quae sublatis Quadringentis constituebatur, diligentius interpretari oportet, quam a Grotio fieri videmus. Non fuit illa, inquit, nova disciplina, sed instauratio veteris democratiae (l. c. p. 77) [1]). Mihi contra videtur, confirmatam tum fuisse oligarchiam, nec nisi Quadringentorum libidini et tamquam dictaturae finem factum esse. Ostendere conatur Grotius duo illa, in quibus a veteri democratia distaret illa tum introducta constitutio, non ita magni fuisse momenti; id, de quo nunc explicandum est quid nobis videatur.

---

1) Additque haec: »Putting an end to the oligarchy, and to the rule of the Four Hundred, they restored the old democracy seemingly with only two modifications, first, the partial limitation of the right of suffrage; next, the discontinuance of all payment for political functions."

Etenim si haec tam levia fuissent, quam Grotio videntur, non tanto studio veterem formam rei publicae, quae nullum definitum civium numerum patiebatur, restituissent: et non tantum e Demophanti psephismate (sicut ceteroquin recte arguit Grotius p. 80—82.), sed ex ipsis Thucydidis verbis conficiendum erat illam simulatam libertatem brevi intervallo post verae cessisse. Quod enim hic dicit, *καὶ οὐχ ἥκιστα δὴ τὸν πρῶτον χρόνον ἐπί γε ἐμοῦ Ἀθηναῖοι φαίνονται εὖ πολιτεύσαντες*, necessario sic interpretandum est: »principio, i. e. per breve tempus (diversum esset *τότε πρῶτον*, ut initio huius capitis, sed ut h. l. ita VII. 87. loquitur, *τοὺς πρώτους χρόνους*) Athenienses apparet eam formam civitatis habuisse, quae, quantum mea memoria fert, non certe in minime bonis habenda est." Modesta sane laus quae istis tribuitur: et non perstitisse illam *πολιτείαν* satis indicat illud *πολιτεύσαντες*, nec dixit historicus (quemadmodum Xenophon. Hellen. II. fin. in simili re) *καὶ τούτοις ἐμμένουσιν*.

Perperam in primis aestimat Grotius pag. 79 sq. istud *μὴ μισθοφορεῖν*, tamquam si ita *διωβελία* non sublata fuisset. Iudicum certe merces ipsa quoque ad *μισθοφορὰν* referebatur, ut est apud Lysiam Epicrat. § 1. Etenim illud *διωβελίας* institutum, quo theorica pecunia intelligebatur, si quod aliud maxime erat *δημοτικόν*, et cum extrema democratia ortum, de quo ne attinet quidem commendare accuratam Boeckhii disputationem Oecon. Civ. Athen. II. cap. 15: et, sicut ex Alcibiadis opinione manifestum est, hoc praeter alia bonos offendisse credibile est in illa democratia, quod (sicut postea Demosthenes locutus est Olynth. III. p. 31.) *τὰ στρατιωτικὰ τοῖς οἴκοι μένουσι διένεμον θεωρικά*, et vere iis iam olim eandem libidinem exprobrari potuisse, quam castigabat idem Orator Olynth. I. p. 14. quum dicebat, *χρήματα ὑμῖν ἔστιν ὅσα οὐδενὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων* [*στρατιωτικά*], *ταῦτα δὲ ὑμεῖς ὡς* (leg. *οἷς*) *βούλεσθε λαμβάνετε. εἰ μὲν οὖν ταῦτα τοῖς στρατευομένοις ἀποδώσετε, οὐδενὸς ὑμῖν προσδεῖ πόρου.*

Hinc explicandum vehemens studium multitudinis, quo Sicula expeditio commendabatur, spe tantarum copiarum, *ὅθεν ἀΐδιον μισθοφορὰν ὑπάρξειν*, Thucyd. VI. 24 fin.: et apud Theopompum (Athenaei IV. p. 166 E.) dicitur *ὁ τῶν Ἀθηναίων δῆ-*

μος τὰς προσόδους καταμισθοφορεῖν. Tum statim initio haec sententia commendabatur, ὡς οὐ μισθοφορητέον εἴη ἄλλους ἢ τοὺς στρατευομένους· Thucyd. VIII. 65. Vix opus est monere eam disciplinam civitatis, per quam iste abusus frenabatur, non diu stare potuisse, quum multitudo clamaret, sicut in iudicio praetorum ex proelio apud Arginusas, δεινὸν εἶναι εἰ μή τις ἐάσει τὸν δῆμον πράττειν, ὃ ἂν βούληται. Xenoph. Hellen. I. 7. 12.

Alterum, quod non ita magni momenti esse existimat Grotius, hoc est, quod ius suffragii non nisi iis concedebatur, qui in illum catalogum recepti essent. Quantum hoc vel ipsi vel nobis videatur, nihil refert; sed Athenis gravissimum visum fuerit necesse est non amplius aequali iure omnes cives uti, tolli τοῦ πλήθους auctoritatem, verbo, τὸν δῆμον καταλύεσθαι.

Polystrati defensor, ubi occurrit isti crimini, quum primum dixisset multo maiorem numerum ab eo in catalogum relatum esse, tum eius instituti rationem reddit hanc, § 13: ἵνα μηδεὶς αὐτῷ διάφορος εἴη τῶν δημοτῶν, ἀλλ' ἵνα τὸν μὲν βουλόμενον γράφοι, εἰ δέ τῳ μὴ οἷόν τ' εἴη χαρίζοιτο. Duo in his facile est corrigere. Quoniam, primum, nihil huc pertinent δημόται, neque Polystrati, neque cuiusquam, legatur τῶν δημοτικῶν, quos ille sibi et novae civitatis ordinandae formae conciliare voluerit. Tum corrigatur ἐγγράφοι, sicut apud Isocratem Callim. p. 374, εἰς τὸν μετὰ Λυσάνδρου κατάλογον ἐγγράψας, quamquam ista in re diversa dicebantur; conf. Grotius l. c. p. 247. not. 2. Postrema verba mutilata sunt, nec video quomodo resarcienda sint.

Constitutis iis quae maxime cum illorum temporum intelligentia coniuncta videbantur, quaeramus de aliis in eadem pro Polystrato oratione explorandis. Universe verissime dicit Grotius l. c. p. 89. not. obscuram esse hanc orationem: addi poterat, eam minime disertam esse. Quid veteribus Criticis visum sit, non memini: ipse fere pronunciare ausim non esse Lysiae hanc orationem, et tamen veram, sed in qua ne umbra quidem deprehendatur eius simplicitatis et venustatis et ordinis, quibus Lysiaca oratio perpetuo insignis esse solet. Ita vel sine exceptione verum erit id, quod Taylorus sentiebat in vita Lysiae p. 55, omnes Lysiae orationes scriptas esse post Triginta viros sub-

latos. Sed omissa illa quaestione, ne hoc quidem quemquam affirmaturum esse opinor, orationem integram nobis relictam esse, adeo capite caret, et causae expositione. Hoc tantum probabiliter conficere licet, complures e Quadringentis, alium alia in causa, quam facile reperirent oligarchiae adversarii, in ius vocatos fuisse, et in omnibus illis iudiciis multum valuisse hanc *κατηγορίαν*, quod in Quadringentis fuissent. Et Polystratus quidem, ut conficitur e § 18, absens condemnatus gravi pecunia multatus videtur, qua nondum persoluta *ἄτιμος* esset, eamque *ἀτιμίαν* moriens filiis relicturus: conf. § 35. Quodque dicitur § 22. de Polystrato, *ὑμῖν δίκην δέδωκεν εὐθὺς μετὰ τὰ πράγματα*, sic interpretor, statim in ius vocatum fuisse eum, postquam *τῶν πεντακισχιλίων* imperio sublato vetus democratia restituta fuisset: et fortasse ex eodem oligarchiae odio fluxit haud ita multo post notissimum illud Demophanti psephisma. Complures autem de Quadringentis, eos imprimis, qui *μετὰ τὰ πράγματα* solum vertissent, e simili iudicio mansisse aerarii debitores, apparet e Patroclidis psephismate apud Andocidem Myster. § 78. (*καὶ ὅσα ὀνόματα τῶν τετρακοσίων τινὸς ἐγγέγραπται κτἑ.*)

Non est in animo dicendi genus ipsum, quod in hac oratione dominatur, aut inventionem, aut argumentorum dispositionem arguere quam longe distent ab artificio Lysiaco: sed tamen in monumento quippe vero, nec ficto, operae pretium est singula quaedam explorare.

Quamobrem, inquit § 3, ille oligarchiam appetivisset? *πότερον ὡς ἡλικίαν εἶχε λέγων τι διαπράττεσθαι παρ' ὑμῖν, ἢ τῷ σώματι πιστεύων, ἵνα ὑβρίζοι εἰς τῶν ὑμετέρων τινά; ἀλλ' ὁρᾶτε αὐτοῦ τὴν ἡλικίαν ἢ καὶ τοὺς ἄλλους ἱκανός ἐστιν ἀποτρέπειν τούτων.* Nihili est in his *ὡς ἡλικίαν εἶχε*, quum ne Graece quidem dicatur *ἡλικίαν ἔχειν*: et ne cui in mentem veniat corrigere *ὡς ἡλικίας εἶχε*, mox suo loco *ἡλικία* in excusatione ponitur. Sed quum alterum, cuius fiducia fieri potuisset ut Polystratus oligarchiam appetivisset, positum dicatur in corporis viribus, quibus is careat propter aetatem; aequum erat ut prius dixisset, quae esset alia facultas qua fretus aliquid obtinere potuisset, itaque addidisset quomodo ei ista facultas deesset. Eo nomine igitur laborat prior pars eius sententiae. Sed ne pos-

trema quidem vitio caret. Quid est enim τοὺς ἄλλους? Non affirmo verum me reperisse; sed sententiae vis postulat τοὺς ἀναιδεςάτους, aut τοὺς ὑβριςικωτάτους, aut simile.

Sed progrediens vix quidquam offendo in quo non vel orationis compositio laboret, vel apta sententia frustra quaeratur; concinnitas quidem et elegantia verborum et sententiarum, qua Lysiacae orationes commendari solent, prorsus desideratur. Operam perdat qui ista omnia indicare velit, nedum corrigere conetur. Complura non suo loco dicuntur, fortasse e scribarum socordia, cuius vitii exemplum supra monstravi, cui nunc accedat alterum. Nam quum dixisset defensor »nos »quoque pater ita comparavit ut quam maxime prodessemus »rei publicae (§ 24) καὶ ἐμὲ μὲν εἰς Σικελίαν ἐξέπεμψεν, ὑμῖν δ' οὐκ ἦν, ὥς' εἰδέναι [κατειλεγμένον εἰς] τοὺς ἱππέας, οἷος ἦν τὴν ψυχὴν, ἕως τὸ ςρατόπεδον σῶν ἦν. ἐπειδὴ δὲ διεφθάρη καὶ ἀνεσώθην εἰς Κατάνην, ἐληζόμην ὁρμώμενος ἐντεῦθεν καὶ τοὺς πολεμίους κακῶς ἐποίουν, ὥςε τῇ θεῷ τε τὰς δεκάτας ἐξαιρεθῆναι πλέον ἢ τριάκοντα μνᾶς, καὶ τοῖς ςρατιώταις εἰς σωτηρίαν, ὅσοι ἐν τοῖς πολεμίοις ἦσαν. καὶ ἐπειδὴ Καταναῖοι ἠνάγκαζον ἱππεύειν [ἵππευον καὶ] οὐδενὸς οὐδ' ἐνταῦθα κινδύνου ἀπελιπόμην, ὥς' εἰδέναι ἅπαντας οἷος ἦν τὴν ψυχὴν ἱππεύων τε καὶ ὁπλιτεύων. Statim initio ridicula animadvertitur oppositio: »me quidem pa»ter misit in Siciliam, vos autem scire non poteratis quo »animo essem:" quod postremum adeo absurdum est, si quidem istud iudices, quos alloquitur, scire nullo modo potuerant, et, ut ex sequentibus apparet, in testium fide ponendum erat qui adfuerant (§ 25. 28. 29). Nihil prodest Bekkeri suspicio, verba κατειλεγμένον ἐς τοὺς ἱππέας aptius poni post ἐξέπεμψε· et dubitari potest an h. l. recte fiat equitatus mentio, quoniam post demum ipse commemorat se a Catanaeis coactum esse ἱππεύειν, itaque omnibus constare potuisse quo animo fuisset tum ἱππεύων, tum ὁπλιτεύων, unde quis merito conficiat eum in ipsis Atheniensium castris non ἱππεῦσαι, sed ὁπλιτεῦσαι. Quod autem necessario requirebatur, interiisse videtur, nempe »militiae muneribus se abunde satisfe»cisse quamdiu salvus exercitus esset, tum non minus, post»quam, deleto propemodum exercitu, ipse Catanam evasisset:" (Conf. Thucyd. VII. 85.) quibus nunc recte subiiceretur ὥς' εἰδέ-

ναι ἅπαντας (itaque non *ὑμᾶς*, sed tum commilitones antea in castris, tum Catanaeos) *οἷος ἦν τὴν ψυχὴν ἱππεύων τε καὶ ὁπλιτεύων*. Propterea suspicor verba illa, initio posita, *ὑμῖν δ' οὐκ ἦν — τὴν ψυχήν*, nescio quo errore conflicta et translata esse ex postrema huius loci parte. Quod autem ita orditur, *καὶ ἐμὲ μὲν —*, his respondet hoc in § 28, *ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν ἀδελφὸν τὸν νεώτατον*, et § 29. *τὸν δὲ πρεσβύτατον —*.

Sed taedet alia multis modis turbata et corrupta persequi.

§ 16.

Nec tamen longe discedam ab illis rebus, quas modo illustrare conabar. Veluti Thucydidis locus VIII. 86. ad illa tempora pertinet, ubi narratur Quadringentorum legatos Samum venisse, qui exercitui commendarent oligarchiam et explicarent, addentes, *τῶν τε πεντακισχιλίων ὅτι πάντες ἐν τῷ μέρει μεθέξουσιν*. De hoc loco disputat Grotius l. c. p. 53. not., ubi contendit, in *μεθέξουσιν* ex antecedd. intelligendum esse *τῆς πόλεως*, tum eorum verborum sententiam eandem esse dicit quam post enunciavit Thucydides c. 93. *ἐκ τούτων* (*τῶν πεντακισχιλίων*) *ἐν μέρει τοὺς τετρακοσίους ἔσεσθαι*. Neutrum horum, pace viri acutissimi dicam, probari ullo modo potest. Primum ne per syntaxin quidem licebit intelligere *τῆς πόλεως* ex antecedentibus. Tum cum recto verborum usu pugnat, si dicitur *πόλεως μετέχειν*, quandoquidem hoc verbum adiunctum postulat vocabulum quo alicuius rei facultas aut potestas aut consilium significatur: igitur recte dicitur apud Lysiam de Bonis Niciae § 1. *δημοκρατουμένης τῆς πόλεως μετεῖναι* (non *μετέχειν*), quoniam, addito illo participio, iuris et conditionis significatio oritur: contra, in eadem oratione § 6. *τῆς πολιτείας μετέχειν* significat participem esse summi in re publica imperii, (sicut *ἔχειν τὴν πολιτείαν* est apud Thucydidem VIII. 74.) Rursus ibid. § 19, ubi exstat *οὐ πρότερον τῶν ὑμετέρων κινδύνων μετέχοντες* (l. *μετασχόντες*), *κίνδυνοι* sunt suscepta audacia et plena periculi: atque ita Ergocl. § 13. Et sicut modo *πολιτείας μετέχειν*, ita *πολιτείας μετεῖναι*, de eodem imperii iure dicitur apud Lysiam *περὶ τοῦ μὴ καταλ.* § 3. Porro *πραγμάτων μετέχειν* et ibid. dicitur § 2, et apud Thucydidem

VIII 89. tum hoc dicitur, tum μετέχειν τῆς ὀλιγαρχίας. Postremo ibid. 75. in τοὺς μετασχόντας, intelligendum vel τῆς ὀλιγαρχίας, vel τοῦ ποιεῖν τὴν ὀλιγαρχίαν.

Quid igitur esse necesse est τῶν πεντακισχιλίων μετέχειν? Nihil aliud nisi participem esse eius vel imperii vel potestatis, quae τοῖς πεντακισχιλίοις tribuatur. Neque attendit Grotius, nisi hoc staret, oriturum esse πάντες τῶν πεντακισχιλίων, quod ne Graecum quidem est pro πάντες οἱ πεντακισχίλιοι. Apparet, opinor, perperam eum deseruisse Arnoldi interpretationem, et repudiandam esse hanc verborum illorum explicationem, quasi idem diceretur quod cap. 93. sic enunciatur, ἐκ τούτων (τῶν πεντακισχιλίων) ἐν μέρει — τοὺς τετρακοσίους ἔσεσθαι. Erant ista prorsus diversa inter se, quod operae pretium est explicare, quo melius Quadringentorum inconstantia et versatile ingenium intelligatur. Iam antequam oligarchiam constituissent, in omnium ore fuerat quid secuturi essent, primum de abroganda mercede, tum οὔτε μεθεκτέον τῶν πραγμάτων πλείοσιν ἢ πεντακισχιλίοις iisque qui opibus et viribus prodesse possent: Thucyd. VIII. 65. fin. Nihil eo continebatur praeter hoc, ut ius suffragii dicendique in concione infinitae multitudini auferretur et certo tantum civium numero concederetur qui eo iure digni censerentur. Tum in concione lex ipsa de constituendo imperio lata et perlata est, ex qua Quadringenti potestatem summam tenerent, sine intercessione aut correctione (ἄρχειν αὐτοκράτορες), et τοὺς πεντακισχιλίους convocarent: ibid. 67—69. Nihil igitur dum definitum erat praeter numerum eorum qui in concionem, si videretur, convocari possent. Interea latebat quinam isti Quinque mille futuri essent, neque eorum catalogus edebatur, pergebantque Quadringenti omnia pro imperio gerere. Sed placandus erat exercitus qui apud Samum erat, quique libertatis studiosissimus nihil magis spectabat quam τὴν τῶν τετρακοσίων τιμωρίαν (Thucyd. ibid. 82). Igitur legati illi qui missi erant παραμυθησόμενοι καὶ ἀναδιδάξοντες τοὺς ἐν τῇ Σάμῳ, quo facilius iis persuaderent non plane tolli τὴν πολιτείαν, nec prorsus excludi multitudinem, sic tum defenderunt illud τῶν πεντακισχιλίων imperium, ut dicerent, omnes per vices istius numeri participes fore, quo scilicet hoc contineretur ut, non sublata de-

mocratia, hoc tantum innovaretur, ut non omnes simul in concionem vocarentur, sed per vices πεντακισχίλιοι tantum. Hoc quamquam nihil sedare poterat exasperatos militum animos, maxime, ut suspicor, quod ita mansuri erant Quadringenti αὐτοκράτορες, erat tamen astute excogitatum, quoniam ita ratio haberi videbatur τοῦ δήμου et τοῦ πλήθους. Sed stupidi isti legati fuissent, si id proposuissent, quo ducit Grotii interpretatio illorum verborum, τοὺς πεντακισχιλίους omnes per vices participes fore imperii Quadringentorum. Igitur quum irata multitudo nihil nisi violentum cogitaret, moderatior Alcibiades cum hoc tamen responso dimittebat legatos, se non impedire quo minus potestas esset penes τοὺς πεντακισχιλίους, sed tollendos esse Quadringentos αὐτοκράτορας et instaurandum Senatum Quingentorum, qui ante fuisset, i. e. qui quotannis sortitione constitueretur, cum eadem potestatis circumscriptione. Nihil tamen illa praecepta curaverunt; et quum aliquanto post (sicut apud Thucydidem l. c. 93. narratur) hoplitarum animos sibi conciliare cuperent, primum nihil aliud receperunt quam designationem τῶν πεντακισχιλίων, tum ex his, per vices, Quadringentos futuros; in quo fortasse acquiescebant illi hoplitae, sed tamen permultum distabat ab eo, quod legati Sami praedicaverant: tandem, sed gravate, ut opinor, concesserunt de concione habenda in Dionysio περὶ ὁμονοίας. De reliquis vidimus supra in causa Polystrati.

§ 17.

E Quadringentis complures diu mansisse ἀτίμους ex quocumque demum iudicio, id quod supra attigi, apparet e Patroclidis psephismate condito post cladem apud Aegos Potamos, quo psephismate illae ἀτιμίαι remittebantur, cum exceptione tamen eorum, qui solum vertissent. Verba apud Andocidem Myster. § 78. haec sunt: καὶ ὅσα ὀνόματα τῶν τετρακοσίων τινὸς ἐγγέγραπται. tum additur, ἢ ἄλλο τι περὶ τῶν ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ πραχθέντων ἐςί που γεγραμμένον, πλὴν ὁπόσα ἐν σήλαις γέγραπται τῶν μὴ ἐνθάδε μεινάντων —. Perspicuum esse puto in his non nisi de ipsis Quadringentis agi; neque probare possum Grotium, qui l. c. p. 89. not. intelligit ἄλλο

τι (ὄνομα), vultque ita significari, verbi causa, milites qui in Quadringentorum fide mansissent, quos Andocides appellet ibid. § 75. Fieri enim non potest ut probetur ὄνομα περί τινος ἐγγράφεσθαι. Potius credam plura genera ἐγγραφῆς significari, legendumque esse ἢ ἄλλοθι ὑπὲρ τῶν κτέ. id est, »aut alicubi alibi propter gesta in oligarchia nomen cuiusque »inscriptum est." Requiri in talibus praepositionem ὑπέρ, probatur v. c. e Lysia Δημ. καταλ. § 28. ὑπὲρ τῶν παρεληλυθότων.

§ 18.

Lysiae Orationes iterum pervolutans, offendo hic illic aliquanto rectius edenda. Veluti in ipsa illa Δημ. καταλ. § 7. quum legitur πειράσομαι δ' ὑμᾶς διδάξαι οὓς ἡγοῦμαι τῶν πολιτῶν προσήκειν ὀλιγαρχίας ἐπιθυμεῖν καὶ δημοκρατίας, in hoc postremo postulatur, καὶ οὓς δημοκρατίας. Et sic relativum iteratur in Orat. de Invalido § 15.

Ibid. § 14: ἐγὼ γὰρ, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὔτε ἐπὶ τῶν τετρακοσίων ἐγενόμην, ἢ τῶν κατηγόρων ὁ βουλόμενος παρελθὼν ἐλεγξάτω. οὐ τοίνυν οὐδ' ἐπειδὴ οἱ δέκα κατέστησαν κτέ. In postremis incongruum est τοίνυν, rectius positum in alia sententiarum consecutione § 16. Hinc necesse est corrigere οὔτ' οὖν οὐδέ —.

Ibid. § 22. quum dixisset imperium tenentibus Triginta viris concordiam eorum, qui in urbe essent, nocuisse causae exsulum quo minus redirent, addit: ἐπειδὴ δὲ πυνθάνοισθε τοὺς μὲν τρισχιλίους σασιάζοντας ἐκ τοῦ ἄστεος κτέ. In his non dicam vitium indicari verbis ἐκ τοῦ ἄστεος, quamquam sine articulo dicitur ἐξ ἄστεος, infra § 28. et passim, sed apud Xenophontem tamen aliquoties ἐκ τοῦ ἄστεος, contra ἐν ἄστει perpetuo sine articulo dicitur. Sententia postulat ut legatur σασιάζοντας τοὺς ἐξ ἄστεος, sicut de eadem re dicitur apud Xenophontem Hellen. II. 4. 23, τῶν δὲ τρισχιλίων — παντα χοῦ διεφέροντο πρὸς ἀλλήλους.

In Oratione pro Invalido § 15. dixerat Orator, discernendum esse quos homines conveniat esse ὑβριστάς, quos non conveniat. Non, inquit § 16, pauperes ὑβρίζειν εἰκὸς, neque

invalidos, neque iam aetate provectos, *ἀλλὰ τοὺς ἔτι νέους καὶ νέαις ταῖς διανοίαις χρωμένους*. In loco pereleganti, pro *νέαις*, requiro *νεανικαῖς*.

In Oratione contr. Epicratem § 7. legitur, *ὥς' εἰ μὲν ἀποψηφιεῖσθε τούτων, οὐδὲν δεινὸν δόξει αὐτοῖς εἶναι ὑμᾶς ἐξαμαρτήσαντας ἐκ τῶν ὑμετέρων ὠφελεῖσθαι*. Apparet, nisi fallor, excidisse praepositionem legendumque esse *εἰς ὑμᾶς ἐξαμ.*

In Orat. contr. Philocratem § 3. ferri non potest, quod de Ergocle dicitur, qui modo ante, quum classis praefectus fuisset, ex peculatus iudicio condemnatus fuerat. Quem, inquit, pluris fecit quam hunc Philocratem? Ecquo familiarius utebatur? *οὐ τῶν μὲν ὑμετέρων πολιτῶν αὐτὸν ἐξήγαγε, τῶν δ' αὐτοῦ χρημάτων ταμίαν ἐποίησε*; Ineptissimum est, e civibus vestris educere. Nihil aliud Ergocles quam solvit Philocratem militiae onere; legendumque *ὁπλιτῶν* pro *πολιτῶν*.

In Orat. contr. Philonem § 15. haec eduntur: *ὑπολείπεται τοίνυν αὐτῷ λέγειν ὡς τῷ μὲν σώματι — ἀδύνατος κατέζη βοηθῆσαι εἰς τὸν Πειραιᾶ, ἀπὸ δὲ τῶν ὑπαρχόντων ἐπαγγειλάμενος αὐτὸς ἢ χρήματ' εἰσενεγκεῖν εἰς τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον ἢ ὁπλίσαι τινὰς τῶν ἑαυτοῦ δημοτῶν —*. Reiskius sensisse videtur claudicare syntaxin, qui coniecerit *εἰσενέγκειεν*. Equidem Optativorum in his nullam rationem agnosco, corrigamque *εἰσήνεγκεν* et *ὥπλισε*. *Ἐπαγγείλασθαι* in simili re usurpat Xenophon Hellen. I. 6. 12.

Hoc quoque vitium ex eadem oratione tollendum est, quum legitur § 33. de Philone, — *ὅτε οὐκ ἠξίωσεν, ὥσπερ νῦν προθύμως κληρωσόμενος ἦλθε, καὶ τότε διαμαχόμενος περὶ αὐτῆς καταζῆναι μεθ' ὑμῶν*. Postulatur *διαμαχούμενος ὑπὲρ αὐτῆς* —.

Ut tandem haec minuta dimittamus, in Orat. *Ἀπολ. δωροδ.* § 10. extr. vitiose ponitur Lysimachi nomen: legendum est *κάλεσον δὲ καὶ Ναυσίμαχον* —. Tum in eadem Oratione § 21, ubi est, *ἐγὼ δ' ὑμῶν δέομαι — μὴ καταγνῶναι δωροδοκίαν ἐμοῦ, μηδ' ἡγήσασθαι τοσαῦτα χρήματα εἶναι, ἃ ἐγὼ βουληθείην ἂν τι κακὸν τῇ πόλει γενέσθαι*, non difficile est agnoscere, propter praecedens AI excidisse ΔΙ, legendumque — *εἶναι, δι' ἃ ἐγώ* —.

§ 19.

Eorum, quae Xenophon Hellen. I. 7. narrat de iudicio praetorum qui victoriam reportaverant apud Arginusas, particulam attigi in Epistola ad Hermannum, quum mihi videretur, si recte memini, non diligentissime exponi a Xenophonte quae istuc pertinerent. In ipso principio eius narrationis Grotium quoque haerere video l. c. p. 180. Sed operae pretium est singula excutere. Quum initio dixisset Xenophon duo de illis praetoribus, Protomachum et Aristogenem, non rediisse Athenas, ita pergit: *τῶν δὲ ἐξ καταπλευσάντων* — *Ἀρχέδημος τότε προεσηκὼς ἐν Ἀθήναις, καὶ τῆς Δεκελείας ἐπιμελούμενος, Ἐρασινίδῃ ἐπιβολὴν ἐπιβαλὼν κατηγόρει ἐν δικαστηρίῳ, Φάσκων ἐξ Ἑλλησπόντου αὐτὸν ἔχειν χρήματα ὄντα τοῦ δήμου. κατηγόρει δὲ καὶ περὶ τῆς στρατηγίας. καὶ ἔδοξε τῷ δικαστηρίῳ δῆσαι τὸν Ἐρασινίδην.* Nihil in his convenit cum iis, quae aliunde cognita et indubitata sunt. Inutile est quaerere quis fuerit iste Archedemus: sed quum dicitur *προεσηκὼς ἐν Ἀθήναις*, unumquemque qui Graece noverit et hoc adiectum offendat necesse est, et quod desideratur genitivus cum illo participio iungendus. Androcles quidem appellatur *τοῦ δήμου μάλιστα προεστώς*, apud Thucydidem VIII. 65, et quid sit *προεστάναι τοῦ δήμου* intelligitur ex eodem VI. 28, sicut *τοὺς τοῦ δήμου προεστηκότας* appellat Lysias Agorat. § 7, qui *προστάται τοῦ δήμου* appellantur Thucydidi VIII. 89. VI. 35; absolute quidem hoc usurpari non puto. Scribere potuit Xenophon *προεστὼς τοῦ δήμου ἐν εὐθύναις*. — Difficilius aliquanto est de eo pronunciare, quod statim de eodem Archedemo additur, *καὶ τῆς Δεκελείας ἐπιμελούμενος*. Boeckhius (cuius alteram editionem Oecon. Civ. Athen., quum sua ederet, ignorasse videtur Grotius) amplectitur L. Dindorfii correctionem, sic legere iubentis, *Ἀρχέδημος ὁ τοῦ δήμου τότε προεστηκὼς καὶ τῆς διωβελίας ἐπιμελόμενος*. vid. Boeckh. I. p. 311. In hac correctione primum hoc mihi displicet, quod articulum *ὁ* praeposuit reliquis, quasi illa populi *προστασία* certum quoddam munus fuisset. Tum, quod omisit *ἐν Ἀθήναις*, exspectasses aliquam certe rationem redditam esse. Postremam correctionem (*διωβελίας*) ita defendit et explicat

Boeckhius, ut dicat, demagogi praecipuum officium esse curam gerere τοῦ θεωρικοῦ, et Archedemum accusasse Erasinidem, quod pecuniam ex Hellesponto haberet, quae aerario deberetur: quid autem magis aequum esse quam ut sumamus Archedemum illam pecuniam et mulctam Erasinidis distribuere voluisse, ideoque tangi eum ex obliquo a Xenophonte, quasi cura διωβελίας aut τοῦ θεωρικοῦ duceretur: tum addit, fieri posse ut ea cura magistratui cuidam mandata fuerit; tum nihil impedire quo minus Archedemus Hellenotamias esset. Hucusque Boeckhius, cuius argumentationem Latine reddere operam dedi. Quare cuncta ista mirabilia mihi videantur, nihil est cur reticeam.

Non equidem improbo διωβελίας appellationem ad duo obolos referri, qui ex Theorico tribui solebant, quod imprimis confirmatur illo loco περὶ Συντάξεως p. 169. init., quem indicat Boeckhius: sed quum ὁ ἐπιμελόμενος vix dicatur nisi de certo magistratu, quum praeterea, ut constat, ipsa illa merces ex ea pecunia solveretur, quam tenebant Hellenotamiae, totumque hoc institutum μισθοφορᾶς veteri lege niteretur, quam instauraverant Athenienses post Quadringentos primum, tum τοὺς πεντακισχιλίους, sublatos, non intelligo qualis eius rei peculiaris cura cogitari possit, quae scilicet hoc quoque ageret, ut aerarii debitores persequeretur, quale quiddam in Archedemo intelligere videtur Boeckhius: nihil certe eius generis deprehenditur in eorum magistratuum descriptione qui ἐπὶ τοῦ θεωρικοῦ appellabantur: conf. Boeckh. lib. cit. II. 7. p. 249. sqq. Neque hoc omittendum est, sine exemplo istiusmodi magistratum participio (ἐπιμελόμενος) designari, potiusque, ut in aliis negotiis, ἐπιμελητὴν appellandum fuisse. Fac tamen non contendere Boeckhium, ut magistratus fuerit Archedemus, sed hoc dixerit Xenophon, eum defendere ac tueri tantum voluisse istius aerarii copiam: sed nemo dicat in ea re ἐπιμελεῖσθαι, quemadmodum nemo dicat πολιτείας, aut ἐλευθερίας ἐπιμελεῖσθαι.

Postremo vehementer dubito an διωβελίας vocabulo obiectum curae aut potestatis publicae indicari potuerit, quoniam eo non complexus quidam universi negotii significatur, sed διωβελία nihil aliud est nisi ipsi duo oboli, qui singulis tribue-

bantur, quae eadem ratio valet in ἐπωβελίας vocabulo. Itaque neque apud Aristotelem, neque in Inscriptionibus, quo nos remittit Boeckhius, διωβελία intelligi potest institutum quoddam, a peculiari magistratu regendum, sed ipsum illud est, quod singulis de aerario tribuitur, quemadmodum in Inscriptionibus σῖτος commemoratur equitibus tribuendus, neque usquam appellatur σίτου ἐπιμελόμενος. Donec ista expedientur, licebit mihi, spero, Dindorfii coniecturam ut minus consideratam repudiare, et exspectandus est, qui inexplicabili illi Δεκελείας aliud substituendum excogitet. Non reticebo tamen ea, quae Archedemi nomini subiiciuntur fere inepta mihi videri. Quid attinebat huius hominis singularem quamdam potestatem describere? Non solet ita Xenophon, ubi Athenarum res explicat. Quid porro est illud, quod de isto Archedemo dicitur, eum Erasinidi ἐπιβολὴν ἐπιβαλεῖν? Erat ea potestas certorum magistratuum, et plerumque excludebat causae disceptationem in tribunali, quae ipsa tamen h. l. cum illa mulcta coniungi videtur (κατηγόρει ἐν δικαστηρίῳ). Sed, quae crimina in Erasinidem coniiciebat Archedemus, ἐξ Ἑλλησπόντου αὐτὸν ἔχειν χρήματα ὄντα τοῦ δήμου, tum περὶ τῆς στρατηγίας, tanta erant ut nullo modo per ἐπιβολὴν vindicari possent. Quo consilio igitur istius ἐπιβολῆς facta mentio est? — Sed ne ea quidem quae sequuntur quo modo expediam reperio. In diligenti verborum interpretatione haec dici videmus: »sex illos praetores Archedemus, Erasinidi multa irrogata, »accusabat in tribunali, contendens eum (igitur Erasinidem, »non sex illos) pecuniam publicam tenere:" et de hoc uno nunc sermonem esse confirmatur sequentibus, in quibus dicitur, »tribunali visum esse in vincula coniicere Erasinidem." Dicendumne est verba illa τῶν δὲ ἐξ καταπλευσάντων sic interpretanda esse, »ex iis qui domum reverterunt?" Vix probem. Manet autem hoc, ut quaerendum sit, unde et ex qua actione Erasinides in ius vocatus fuerit: quamquam si in εὐθύναις crimen peculatus obiectum esse ponamus, necessario hoc in tribunali disceptandum fuit, neque absonum est ut ibidem περὶ τῆς στρατηγίας accusaverit Archedemus: hoc tantum novum est, quod nullam aliam, praeter δεσμὸν, poenam in eo crimine pronuntiavit tribunal. Tanto magis haec vere mirabilia ap-

pellari possunt, quod ipsa locutio (ἔδοξε τῷ δικαστηρίῳ) non tantum minus solemnis, sed impropria etiam est, quandoquidem istud ἔδοξε de Senatus tantum et populi decretis dicitur, de tribunalis autem sententia dici oportebat δεσμὸς κατεγνώσθη. Nihil horum exploratum est a Grotio l. c. p. 180. seq.: nihilominus non difficile erat demonstrare, δεσμὸν non esse poenam a tribunali pronuntiandam.

Statim sequitur apud Xenophontem, μετὰ δὲ ταῦτα ἐν τῇ βουλῇ διηγοῦντο οἱ στρατηγοὶ περί τε τῆς ναυμαχίας καὶ τοῦ μεγέθους τοῦ χειμῶνος. Igitur, quum haec fierent, iam factum erat iudicium Erasinidis, isque in carcerem traditus, ita ut nunc quinque tantum praetores in senatu de rebus gestis explicare potuerint. Tamen in illo populi iudicio sex damnati sunt (ut est apud Xenophontem l. c. § 38), et Erasinides ita bis damnatus fuerit necesse est. De ipsis praetoribus, non ut solet, dicitur διηγοῦντο ἐν τῇ βουλῇ. Dicebantur plerumque ἀπαγγέλλειν qui in Senatu aut in concione referrent quae ab ipsis gesta essent, vel in legatione, vel in imperio. Quod autem additur, καὶ τοῦ μεγέθους τοῦ χειμῶνος, videntur iam tum praetores defendisse id quod omisissent. Sed quum in eodem Senatu decretum, auctore Timocrate, narretur, praetores vinctos populo tradendos esse, necessario prius exstitisse oportet εἰσαγγελίαν quamdam, et κατηγορίας τῶν στρατηγῶν, fierique potest ut Xenophon significare voluerit, harum criminationum in Senatu auctorem fuisse Timocratem: et Τιμοκράτους εἰπόντος tum demum proprie dicitur, si psephisma conditur, sicuti § 9. Καλλιξένου εἰπόντος. Credibile tamen non est Senatum in ea re quidquam decrevisse nisi audita disceptatione inter praetores et eos qui proditum officium iis obiicerent: non fuit illud iudicium (κρίσις), neque praetores ad illam disceptationem citati fuerunt, ut interpretatur Grotius [2]).

Timocratis autem illud decretum, ex quo, ut Xenophon tradit, ἡ βουλὴ ἔδησε quinque praetores, videndum est an cum illorum temporum institutis conveniat. Quae esset Senatus in

2) p. 180. fin. » — before the generals were summoned before the Senate »to give their formal exposition etc. — "

istiusmodi negotiis potestas, novimus e iureiurando Senatorio, cuius celebratam particulam exponit Demosthenes Timocrat. p. 745—747. Perspicuum est ex illa disputatione, in carcerem tradendi absolutam potestatem fuisse tributam τοῖς δικαστηρίοις, Senatum autem, quos in custodiam tradi vellet, iis liberum relinquere debuisse fideiussores (ἐγγυητάς) dare, praeterquam si quis deprehensus esset ἐπὶ προδοσίᾳ τῆς πόλεως ἢ ἐπὶ καταλύσει τοῦ δήμου, ἢ τέλος τι πριάμενος — μὴ καταβάλλῃ. Hinc iure suo, aliquot annis post, Senatus psephisma condidit de prehendendo Agorato: vid. Lysias Agorat. § 22 sq., quamquam missi Senatores eum sponsoribus concesserunt. Et videtur penes Senatum fuisse utrum sponsores admitterentur necne: itaque quum primum in concione causam defendissent praetores, ἐβούλοντο, inquit Xenophon § 7, πολλοὶ τῶν ἰδιωτῶν ἐγγυᾶσθαι ἀνιστάμενοι, quod non alio pertinere potuit, nisi uti iam comprehensi praetores datis sponsoribus solverentur. Sed causa tam gravis videbatur Senatui, ut per interpretationem non dubitaret eam eiusdem generis iudicare atque προδοσίαν τῆς πόλεως. Omnino in gravioribus criminibus facile excogitabant eiusmodi formulam, quae sine ullo negotio dilatari posset, ut quaevis delicta comprehenderet. Quae enim extraordinaria erant, quaeque nulla certa lex regebat, in iis eam formam iudiciorum plerumque sequebantur, quae definita esset certis quibusdam delictis. Hinc explicandum quod Euryptolemus commendabat, ut secundum Canoni psephisma vellent κρίνειν τοὺς στρατηγούς. Sed Canoni psephisma non ipsum illud praetorum delictum indicabat, quum huius esset sententiae, ἐάν τις τὸν τῶν Ἀθηναίων δῆμον ἀδικῇ, δεδεμένον ἀποδικεῖν ἐν τῷ δήμῳ. Xenophon § 21: in quo exemplo participium δεδεμένον arguit, in huiusmodi causis Senatum liberam habuisse potestatem in carcerem tradendi; nec nisi ita esset, potuissent praetores, ex illo psephismate, ἐς τὸν δῆμον παραδοθῆναι: Xenoph. § 3. Igitur in praetoribus Senatus usus est ea potestate, quae non nisi in gravissimis delictis concessa erat, nec praetoribus sponsores dare licuit, quod ipsum civibus cautum erat ἀκρίτοις, ἵνα μὴ διὰ τὸ δεδέσθαι χεῖρον ἀναγκάζοιντο ἀγωνίζεσθαι ἢ καὶ παντάπασιν ἀπαράσκευοι εἶεν. Demosth. Timocrat. p. 745. Hanc igitur iniquam conditionem impositam

fuisse videmus praetoribus. Et e Timocratis psephismate non, ut in aliis causis, iudicium mandabatur Thesmothetis et τῷ δικαστηρίῳ, sed definiebatur ut κρίσις fieret ἐν τῷ δήμῳ, ubi qui vellet accusaret, sicut fieri solebat in iis iudiciis, quae publice suscipiebantur, non per γραφὴν unius cuiusdam actoris instituebantur. Accusatorum princeps erat Theramenes, qui ipse trierarchus fuerat in illo proelio: de quo haec verba attendenda sunt Xenophontis § 4. δικαίους εἶναι (τοὺς στρατηγοὺς) λέγων λόγον ὑποσχεῖν, διότι οὐκ ἀνείλοντο τοὺς ναυαγούς. i. e. praetores culpam contraxisse, ἀδικεῖν, quod naufragos non servassent. Additur, ὅτι μὲν γὰρ οὐδενὸς ἄλλου καθήπτοντο, ἐπισολὴν ἐπεδείκνυ μαρτύριον, καὶ (fort. leg. ἣν) ἔπεμψαν οἱ στρατηγοὶ ἐς τὴν βουλὴν καὶ ἐς τὸν δῆμον, ἄλλο οὐδὲν αἰτιώμενοι ἢ τὸν χειμῶνα. Igitur, quod in controversiam veniebat, cuius dirimendae causa praetores παρεδόθησαν ἐς τὸν δῆμον (non statim ut κρίσις institueretur), utrum in iudicium vocandi essent (λόγον ὑπέχειν, ut § 34.) quod naufragos non sustulissent, quum nihil excusarent praeter vim tempestatis, nec ne, id propterea dirimendum erat, quoniam nulla lex erat, quae hoc delictum ipsis verbis indicaret et comprehenderet, si quidem neque ea προδοσία erat, neque κατάλυσις, neque ἀπάτησις τοῦ δήμου. Non fuisse hanc veri nominis κρίσιν inde quoque coniicere licet, quod praetoribus in ea concione οὐ προὐτέθη λόγος κατὰ τὸν νόμον, nec nisi breviter singulis defendere se concedebatur: § 5. Legitima dicendi forma, si κρίσις spectaretur, fuisset ὅτι χρὴ κρίνεσθαι ἐν τῷ δήμῳ. Igitur in prima illa concione non nisi altercatio fieri potuit, neque de sententia certa populus in suffragia mitti; ideoque res in aliam concionem relata est, quum hoc tantum Senatui mandaretur, ut προβούλευμα afferret ὅτῳ τρόπῳ οἱ ἄνδρες κρίνοιντο, i. e. ad quam normam huius novae causae iudicium esset instituendum, ita ut primum quaereretur utrum viderentur praetores ἀδικεῖν, tum quae poena esset definienda. Quod autem addit Xenophon § 7, tum sero iam fuisse, ita ut manuum suffragia conspici facile non potuissent, non inepte quidem Grotius p. 191. inde conficit, multorum orationibus tempus absumi debuisse, non tamen negligendum erat

mense Octobri, in quem illa concio incidebat, non adeo sero advesperavisse.

De Apaturiis, quae exceperunt illam priorem concionem, nihil attinet disputare: sed discedo a Grotio quum interpretatur haec verba Xenophontis § 8. *οἱ περὶ τὸν Θηραμένην παρεσκεύασαν ἀνθρώπους μέλανα ἱμάτια ἔχοντας καὶ ἐν χρῷ κεκαρμένους πολλοὺς ἐν ταύτῃ τῇ ἑορτῇ, ἵνα πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἥκοιεν, ὡς δὴ ξυγγενεῖς ὄντες τῶν ἀπολωλότων* [3]) —. Non est in istis hominibus ullus simulatus luctus intelligendus, quem argento conduxisset Theramenes, neque hoc inest in verbo *παρασκευάζειν*, nec quidquam aliud est *παρασκευὴ*, sicut *παράταξις* (ut et aliis Oratorum locis, et initio Ctesiphonteae) nisi comparatio et excitatio multorum, ut praesentia sua suffragationem praestarent, suscepta a causae actore. Sine ulla corruptionis suspicione intelligimus haec plane dici a Thucydide III. 36, in causa Mytilenaeorum, *παρεσκεύασαν τοὺς ἐν τέλει ὥςε αὖθις γνώμας προθεῖναι καὶ ἔπεισαν ῥᾷον* —: eodemque modo de Pisandro in conspiratione tollendae democratiae, *παρασκευάσαι* ponitur VIII. 54. fin. Theramenes igitur, quique eodem animo erant in praetores, nihil malis artibus usi sunt, feceruntque id quod fieri et solebat et licebat, neque ea *παρασκευῇ* commemoranda ullam invidiam illis conflare voluit Xenophon, ut perperam Grotius suspicatur. In hoc quoque, nisi vehementer fallor, discedit vir eruditissimus a simplici sententia verborum Xenophontis, quod putat istos homines luctu squalidos comparatos dici a Theramene, ut sic Apaturiis interessent; contra, qui istic cum luctus indiciis essent, hos perduxisse eum dicitur, ut, quod ipsi fortasse omisissent, eo habitu in concionem venirent, itaque reliquorum civium animos et misericordiam commoverent, quasi omnes tanto numero cognati essent eorum qui periissent, quamquam ex iis multi alios lugerent.

Dicitur praeterea Theramenes *πεῖσαι Καλλίξενον ἐν τῇ βουλῇ κατηγορεῖν τῶν στρατηγῶν* § 8, in quo abutitur Xenophon verbo

---

3) Grotius p. 193, »Xenophon in his narration describes this burst of feeling at the Apaturia as false and factitious, and the men in mourning as a number of hired impostors, got up by the artifice of Theramenes.

κατηγορεῖν. Ipsae enim κατηγορίαι, ut statim post in ipso Callixeni psephismate dicitur, iam in prima concione auditae fuerant; nunc autem nihil a Senatu postulabatur praeterquam ut auctor esset populo ὅτῳ τρόπῳ οἱ ἄνδρες κρίνοιντο, quod ipsum vel ita definire licebat, ut iusta, quae lege deberentur, reis concederentur, vel ut iis sublatis ipsi in deteriori conditione essent: postremum hoc, ut apparet, pertulit Callixenus, sed neque hoc erat κατηγορεῖν, neque, quod fortasse cui in mentem veniat, κακηγορεῖν, et exspectasses ἀπολλύναι τοὺς στρατηγούς.

Callixeni psephisma, quo continebatur ἡ τῆς βουλῆς γνώμη ad populum deferenda, recitatur omissa solemni formula quae perpetuo psephismatis praemitti solebat, in qua fuerat hoc, Καλλίξενος εἶπε. Hoc postremum indicavit Xenophon verbis Καλλιξένου εἰπόντος. Non attendit satis hoc Grotius, quum exponebat »hoc psephisma in concione recitatum et latum esse »ab ipso Callixeno [4])." Primum nullum ferebatur psephisma, nisi praeposito nomine auctoris, sine quo vanum fuisset institutum παρανόμων γραφῆς, cuius metu admodum impedita fuit Athenis dicendi libertas: tum non auctor recitabat in concione, sed recitandum dabatur vel γραμματεῖ, vel uni de proëdris. Conf. quae dixi supra § 15. pag. 172.

Et quandoquidem semel ingressi sumus Xenophonteae narrationis in hac miserabili causa explorationem, nolo reticere aliquid hoc loco turbatum mihi videri, ubi post recitationem istius psephismatis, haec subiiciuntur, § 11: παρῆλθε δέ τις ἐς τὴν ἐκκλησίαν, φάσκων, ἐπὶ τεύχους ἀλφίτων σωθῆναι· ἐπισέλλειν δ' αὐτῷ τοὺς ἀπολλυμένους, ἐὰν σωθῇ, ἀπαγγεῖλαι τῇ δήμῳ, ὅτι οἱ στρατηγοὶ οὐκ ἀνείλοντο τοὺς ἀρίστους ὑπὲρ τῆς πατρίδος γενομένους. Haec ubi reddit Grotius [5]), hoc ordine facit, ut videatur factum esse postquam Lyciscus minis deterruisset Euryptolemum, quo minus Callixenum παρανόμων in ius vocaret. Et sane quae de Euryptolemo narrantur, necessario statim post recitatum psephisma facta sunt, omnisque

4) p. 195: »as soon as the assembly met, it was read and moved by Kallixenus himself, as coming from the Senate —."

5) p. 198 sq.

contentio continuo fuit de eo, utrum psephisma legum severitatem et aequitatem servaret, nec ne. Igitur non tantum istius hominis denuntiatio non erat huius loci, sed omnino nihil attingebat praesentem contentionem. Ideo miror rem ita exponi, quasi iste ad verba facienda ad populum prodiisset, et demonstrari hoc inesse in verbo παρῆλθε. Non attendit ista, παριέναι, παρελθεῖν, παρελθών, ubi narrentur ea quae concionis essent, (sicut Thucydid, III. 36 et 41.) aut absolute dici solita esse, aut addito ἐπὶ τὸ βῆμα, numquam addi potuisse εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Igitur apud Thucydidem VI. 25. dicitur παρελθών τις τῶν Ἀθηναίων, sed in ipsa deliberatione, quae instituta erat, cum Niciae interpellatione, qui modo verba fecerat. Xenophon autem hoc loco nihil, ut mihi videtur, commemorare potuit, nisi accessisse quemdam in concionem, qui quam plurimos posset excitaret adversus praetores, narrando quid sibi accidisset: accedit quod illud ipsum nunc quidem in controversiam non veniebat, quippe constabat τοὺς ναυαγοὺς non servatos esse a praetoribus, sed utrum hi defendere hoc nec ne possent. Concedo igitur Grotio alios quoque tum fuisse, qui alia eiusdem generis narrarent, aut dictitarent; sed erant hae querelae in multitudine sparsae, non orationes ex superiori loco ad populum habitae.

De Canoni psephismate, cuius diligentiam Euryptolemus servari postulabat in hac causa praetorum, ita dissentio a Grotio, ut non putem eius praescriptis contineri illud δίχα ἕκαστον κρίνεσθαι. Primum, nihil eius generis apparet in iis verbis, quibus Euryptolemus § 21 eius psephismatis capita describit: quod si fuisset non sane illud omisisset ad suam sententiam commendandam. Tum si quid huiusmodi illo psephismate praeceptum fuisset, non alterutrum fieri posse concessisset Euryptolemus in praecedentibus verbis (§ 20. τοὺς ἀδικοῦντας κολάσεσθε ἢ ἂν βούλησθε δίκῃ, καὶ ἅμα πάντας, καὶ καθ' ἕνα ἕκαστον). Postremo, ubi brevissime Euryptolemi γνώμη enunciatur § 37. et dicitur κατὰ τὸ Κανώνου ψήφισμα κρίνεσθαι τοὺς ἄνδρας, δίχα ἕκαστον, perspicuum est, δίχα ἕκαστον, addi de ipsius Euryptolemi sententia, nec contineri illo psephismate, quemadmodum supra iam, § 24, post aliarum quo-

que legum mentionem, addiderat de suo *καθ' ἕνα ἕκαστον*, quum hoc praesertim nulla usquam lege, quantum memini, praeceptum fuerit. Haec igitur Euryptolemi sententia, quam ipse scripto consignatam prytanibus tradidisse putandus est (*ἔγραψε γνώμην*), ut de ea populus in suffragium mitteretur, adversabatur ei, quam Senatus tulerat, quae praeterquam quod criminis disceptationem tollebat, hoc quoque continebat ut de omnibus *μιᾷ ψήφῳ* pronuntiaretur.

Hoc postremum igitur, contrarium legibus omnibus, quibus civium iura et libertas defendebantur, in primis tyrannicum, recte noluit Socrates *ἐπιψηφίζειν*, utpote *παρὰ τοὺς νόμους* (sicut dicitur in Memor. Socrat. I. 1. 18. conf. IV. 2. 2, ubi corrigendum *ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ*) et, quod eodem redit, negabat se nisi *κατὰ νόμον ποιήσειν*, ut dicitur Hellen. l. c. § 15. Eodem modo leges violatas esse conqueritur Lysias Contr. Eratosth. § 52, ubi hunc accusat *τριακοσίους τῶν πολιτῶν ἀπαγαγεῖν εἰς τὸ δεσμωτήριον καὶ μιᾷ ψήφῳ αὐτῶν ἁπάντων θάνατον καταψηφίσασθαι*. Servare solitos esse vel proëdros vel prytanes, quid ex legibus liceret *ἐπιψηφίζειν*, intelligitur e Demosthen. Timocrat. p. 749. init.

Ceterum non tantum in Canoni psephismate, sed per totam normam iudiciorum Athenis hoc servabatur, *κρίσιν* eo contineri maxime, ut iusta criminis disceptatio concederetur, ideoque tyrannicum esse *ἄκριτον* damnare: quod ne everteretur vel negligentia vel pravo studio iudicum, horum iureiurando hoc quoque continebatur, *ἀκροάσομαι τοῦ τε κατηγόρου καὶ τοῦ ἀπολογουμένου ἀμφοῖν*. Demosth. Timocrat. p. 747. a qua norma in uno discedebatur ostracismo, sicuti recte observatur ab Andocide qui dicitur contr. Alcib. § 3.

Quoniam ea disputatio cum hoc loco coniungi solet a viris doctis, verbo dicamus de Aristophane Eccles. 1089—91, quo uno loco, praeter Xenophonteum, Canoni psephismatis memoria servata est. Contra Thirlwallum contendit Grotius [6]), iuvenem illum non cum rei conditione, sed cum tribunali se conferre, ita ut per iocum *βινεῖν* ponatur pro *κρίνειν*, dicat-

6) p. 197.

que ille »necesse nunc esse ut in duas partes dividatur, si»cut tribunal iudicans ex Canoni psephismate, ut hoc negotio »fungatur;" utque quaerat, »quomodo fieri possit ut utrique »simul operam det." In hac interpretatione statim hoc offendit, quod cum tribunali se confert iuvenis ille, quae similitudo nulla esse potest: quid porro magis aequum est, quam ut cogitetur de reo, cum cuius conditione suam conferat iuvenis? qui praesertim prehensus et ἑλκόμενος in diversa non habeat quo se vertat. Accedit quod illa tribunalis similitudo nihil magis Canoni psephismati, quam cuivis alii iudiciorum legi conveniret, quum tamen necesse sit ut similitudo in eo quaeratur, quod istud psephisma peculiare habuerit. Sed in ipso illo psephismate, quantum eius nobis cognitum est e Xenophonte, hoc unum proprium fuisse videtur, oportere reum δεδεμένον ἀποδικεῖν, quod participium ille ludens mutat in διαλελημμένον.

Euryptolemi elegans et prudens oratio luculenter exponitur a Grotio [7]), sed pauca quaedam attendenda restant. Statim ab initio § 16, prae se fert velle se partim accusare Periclem et Diomedontem, partim defendere, partim ea commendare quae utilia sint. Tum pergit § 17. hoc modo: κατηγορῶ μὲν οὖν αὐτῶν, ὅτι ἔπεισαν τοὺς ξυνάρχοντας βουλομένους πέμπειν γράμματα τῇ τε βουλῇ καὶ ὑμῖν, ὅτι ἐπέταξαν τῷ Θηραμένει καὶ Θρασυβούλῳ — ἀνελέσθαι τοὺς ναυαγούς, οἱ δὲ οὐκ ἀνείλοντο. Εἶτα νῦν τὴν αἰτίαν κοινὴν ἔχουσιν ἐκείνων ἰδίᾳ ἁμαρτόντων· καὶ ἀντὶ τῆς τότε φιλανθρωπίας νῦν ὑπ' ἐκείνων τε καί τινων ἄλλων ἐπιβουλευόμενοι κινδυνεύουσιν ἀπολέσθαι. Apparet Periclis et Diomedontis φιλανθρωπίαν hanc intelligi, quod noluissent eas literas publicas domum mitti, e quibus constaret negotium a praetoribus mandatum fuisse istis trierarchis, quos non perfecisse istud. In hac necessaria sententia molestum est ἔπεισαν, de quo tamen assentire nequeo Grotio p. 184, accipiendum esse et posse accipi, tamquam si esset ἀνέπεισαν· nihil efficitur exemplo Thucydidis III. 32, ubi ἐπείσθη longe diversam habet rationem, Credo Xenophontem voluisse οὐκ εἴασαν.

---

7) p. 201. sq.

In iis quae statim sequuntur, tollenda est prava distinctio, quae divellit in Editionibus ea, quae arctissime cohaerent, hoc modo: *οὐκ ἂν ὑμεῖς γ' ἐμοὶ πείθησθε τὰ δίκαια καὶ ὅσια ποιοῦντες, καὶ ὅθεν μάλις' ἀληθῆ πεύσεσθε κτέ.*

Quum dixisset velle se ut secundum Canoni psephisma praetores iudicarentur, cuius aequitatem laudaverat, addit: *τοῦτο δ' εἰ βούλεσθε, κατὰ τοῦτον τὸν νόμον κρίνατε, ὅς ἐστιν ἐπὶ τοῖς ἱεροσύλοις καὶ προδόταις.* Statim absurdum videri debet, si dixisset *τοῦτο* (i. e. *κατὰ τὸ Κανώνου ψήφισμα κρίνεσθαι τοὺς ἄνδρας*) *εἰ βούλεσθε*, iudicate eos secundum aliam legem. Suspicor tamen non nisi hoc voluisse Euryptolemum, quum reliquae leges postularent *κριθῆναι ἐν δικαστηρίῳ*, ideo nunc, quum populus *τῇ κρίσει* fungi vellet, valere oportere Canoni psephisma, in quo populi iudicium sumeretur, et praescriberetur reum *δεδεμένον ἀποδικεῖν ἐν τῷ δήμῳ*. Itaque, quum postremo § 37. ipse praeferat Canoni psephisma, nunc autem optionem facere videatur utra lege uti vellet populus in praetorum crimine, necesse erit corrigere *τοῦτο δ' εἰ μὴ βούλεσθε* —.

Turbatum est in § 28. Dixerat, si Callixeni psephisma probabitis, fieri potest ut insontem condemnetis, *μεταμελήσει δ' ὕστερον*. Tum subiicitur, *ἀναμνήσθητε ὡς ἀλγεινὸν καὶ ἀνωφελὲς ἤδη ἐστί· πρὸς δ' ἔτι καὶ περὶ θανάτου ἀνθρώπους ἡμαρτηκότες*. Nullo modo haec sibi constare, apertum est. Intelligerem si hoc modo scriptum esset: *τότε δ' αἰσθήσεσθε ὡς ἀλγεινὸν καὶ ἀνωφελὲς ἡ μετάνοιά ἐστι, πρὸς δ' ἔτι καὶ περὶ θανάτου εἰς ἀνθρώπους ἡμαρτηκότες*. Conf. § 20.

Quum populus in suffragia mitteretur, utram sententiam, Euryptolemi an Senatus probaret, primum accepta est Euryptolemi sententia: sed *ὑπομοσαμένου Μενεκλέους καὶ πάλιν διαχειροτονίας γενομένης, ἔκριναν τὴν τῆς βουλῆς*. Non videntur

---

8) p. 203. »It seems to me here to denote, an obiection taken on formal grounds, and sustained by oath either tendered or actually taken, to the decision of the prytanes, or presidents. These latter had to declare on wich side the show of hands in the assembly preponderated: but there surely must have been some power of calling in question their decision, if they declared falsely, or if they put the question in a treacherous perplexing, or obscure manner etc."

consentire viri docti de eo, qualis fuerit illa Meneclis ὑπωμοσία, et quid spectaverit. Postremo Grotius [8]) sic eam interpretatur, ut fieret obiectio, iureiurando firmata, qua usus esset Menecles contra id quod prytanes proclamassent, quaque eorum fidem in dubium vocasset, itaque coëgisset eos populum iterum in suffragia mittere. Nihil in omni iudiciorum disciplina, qualem Athenis obtinuisse novimus, reperio quod illam opinionem tueatur. Una et simplex ratio est ὑπωμοσίας, nempe quae continebat denunciationem instituendae παρανόμων γραφῆς adversus psephismatis auctorem. Huius denunciationis tanta erat vis, ut etiam quod suffragiis acceptum et probatum esset irritum redderet, donec de ea causa iudices ἐν δικαστηρίῳ pronuntiavissent, si quidem heliastae erant correctores concionis, et τὸ δικαστήριον ἁπάντων κυριώτατον. Erat igitur ὑπωμοσία quasi provocatio a concione ad iudicum potestatem, et Menecles nunc eodem auxilio utebatur adversus Euryptolemum, quo hic, modo ante, sed frustra, usus erat adversus Callixenum, § 12. Sed quemadmodum tunc Euryptolemo reclamabat turbulenta multitudo, ita nunc Menecli favebat, eodemque terrore prytanes adductos esse intelligo, ut statim de Senatus psephismate populum in suffragia mitterent (conf. § 15), nec tanto multitudinis studio consentaneum erat ut res in aliam concionem reiiceretur: quin ipsa condemnatio (§ 38. καὶ μετὰ ταῦτα κατεψηφίσαντο —) in tanta festinatione continuo secuta est.

De postrema parte huius narrationis Xenophonteae dixi nonnulla in Epistola ad Hermannum versus finem. Quum dicitur ἐψηφίσαντο προβολὰς εἶναι, disceditur ab ingenio τῆς προβολῆς, quam unusquisque προβάλλεσθαι poterat in quemcumque vellet, quamque si populus probaret dicebatur καταχειροτονεῖν τοῦ προβληθέντος, sicut e Demosthenis Midiana init. cognitum est. Propterea ne cogitari quidem potest psephisma, quo decretum esset in genere ut fierent προβολαί in eos qui populum decepissent, quemadmodum Grotius probare videtur p. 205. Non indigebat προβολὴ concionis auctoritate; sed, quam quis proferret, eam concio χειροτονίᾳ probare poterat, ita ut ὁ προβληθεὶς iudicio tribunalis destinaretur, et, ut in Xenophonte videmus, nunc quidem addito, ut statim sponsores daret,

non ἐὰν κριθῶσιν, sicut edi solet, sed ἕως ἂν κριθῶσιν, ut corrigendum est.

Inter eos, quos illae προβολαὶ attingerent, non videtur fuisse Theramenes, quamquam princeps fuerat eorum qui praetores accusarant; sed nullius ipse psephismatis auctor fuerat, neque ὑπωμοσίαν attulerat. Itaque videmus eum sequenti anno, quum numerum praetorum augerent Athenienses, crearentque Menandrum, Tydeum, Cephisodotum πρὸς τοῖς ὑπάρχουσι (Xenoph. Hellen. II. 1. 16), ipsum quoque suffragiis creatum esse, sed tum ἀποδοκιμασθῆναι, οὐ νομιζόμενον εὔνουν τῷ πλήθει (Lysias Agorat. § 10), ut tamen quis suspicetur istam praetorum accusationem invidiae causam fuisse.

In unius praetoris nomine turbatum videtur ab ipso Xenophonte, cuius σφάλμα non advertit Grotium p. 159 et 180. Nam decem praetores bis appellantur, primum Hellen. I. 5. 16. iterum 7. init.: sed postremo loco Lysias appellatur (ut 6. 30), quem priori loco (ut 6, 16.) Leontem appellaverat. Tum neglexerat commemorare, ante proelium apud Arginusas unum de decem, Archestratum, periisse apud Mytilenam, de quo bello narraverat I. 6. 16. sqq. Archestrati interitum commemorat Lysias Ἀπολ. Δωροδ. § 7.

Tribus annis antea in ius vocatus fuerat Anytus, quem Athenienses triginta triremibus praefectum miserant ut Pylum obsidione liberaret, quique re infecta domum reverterat, neque ulla defensione in iudicio utebatur, praeterquam quod vi tempestatis a Malea reiectus fuisset. In hoc quoque iudicio, utrum ἐν τῷ δήμῳ an ἐν δικαστηρίῳ ignoramus, iram multitudinis ille expertus esset, nisi primus iudices corrupisset. Haec qui tradiderint, indicantur a Grotio l. c. p 151: sed de hoc iudicio silet Xenophon Hellen. I. 2. fin.

§ 20.

Interponamus nonnulla ex Latinarum literarum observatione. Quae nuper (Vol. VIII. p. 195.) de Ciceronis Vatiniana disputavi, novis quibusdam inventis cumulanda sunt. Non acriter contendo, sed suadeo ut in § 2. legatur, *nulla me causa impulit* (ab Ernesto commendatum), *nisi ut ferocitatem tuam*

istam comprimerem, *ut audaciam frangerem*, *ut loquacitatem — retardarem*, pro *et aud. — et loquac.*

Non me poenitet in § 8. correxisse *requirebat eius cuius* — (vitiose tum editum est *requirit*): sed ea ratio cogit, ut initio *nemo humanitatem* legatur, omisso, quod adiicitur, *meam*. Vanitatem huius pronominis vitavit Orator ea enunciandi forma, quam restitui.

Quod in § 11. abiicienda censebam verba *in adolescentia*, non, spero, quisquam a me dissentiet propter locum Muren. § 63, ubi *in adolescentia* cum excusatione eius aetatis dicitur, aut Coelianae § 43, ubi *in adolescentia* necessario dicitur. Sed in eadem § 11, ubi editur *quum P. Sestius quaestor sit cunctis suffragiis factus*, tollendum est interpolatum *quaestor*. Qui inseruit, ignorabat *factum* quem dici, cui opponeretur *praeteritus*, sine adiecto nomine honoris, ut Planc. § 14, 16 et 52. et passim. Solet ita, ubi vel nihil interest qui honor intelligatur, vel id ipsum e reliqua oratione apparet. Igitur Muren. § 18. *quum multi pares dignitate fiant*, et ibid. § 45, *alium faciam*, § 50. *si ille factus esset*. Tum Verr. II. § 121. Eodem iure in § 20. abiiciebam *augur*. Praeterea, Ernestus iure censuit *sit* mutandum esse in *esset*.

Non dissimilem interpretationem irrepsisse suspicor in hunc locum, qui est § 22: *idemque tu quum — M. Bibulum foro, curia, templis, locis publicis omnibus expulisses, inclusum domi continueres*. Neque supra § 10, neque usquam memini, ub *templa* appellentur, addi *loca publica*, quae recte et suo loco dicuntur v. c. Verr. II. § 66. (*loca communia*, ibid. § 112.) et Agrar. II. § 36. Quare satis erit haec servare, — *templis expulsum inclusum domi contineres:* nam ita quoque tollendum est asyndeton h. l. minime opportunum.

Sunt complura eiusdem generis ab Ernesto commendata, sed spreta a novissimis editoribus. Tanto facilius fero mea saepe negligi, eiusmodi scilicet quorum me post diuturnam considerationem nondum poeniteat: complura enim excidisse mihi fateor, in quibus meum ipse errorem agnoscam, quaeque si otium fuerit retractabo. Sed in Sestiana § 102. fin. vere monuisse mihi videor de emblemate eiiciendo (Schol. Hypomn. I. p. 110): et confirmare lubet suspicionem meam du-

plici observatione. Nam istud, *alio loco*, recte tum dicitur, si refertur ad eiusmodi orationem, quae iustam argumentorum distributionem ordinemque prae se fert, sicuti in Planc. § 8. *sed hoc totum agetur alio loco*, nempe inde a § 27, ubi proprie de laudis et dignitatis contentione inter Plancium et Laterensem disputat: eodemque modo Leg. Manil. § 10, *de Lucullo dicam alio loco*, nempe § 20, quum antea tripartitam orationem fore descripsisset (§ 6), itaque Lucullum in alteram partem inclusurus esset. (Obiter, ne forte effluat, hoc adiiciamus, in illa § 20. ridicule propemodum edi solere, *in quo maxime laborandum est*, necessario corrigendum *elaborandum*.) Tum idem valet Flacc. § 55. et in Verr. II. § 15: et quod est in Verr. V. § 58, *quod alio loco ante dixi*, refertur ad Verr. IV. § 15. sqq., siquidem Actionem secundam in certas partes distribuerat: itaque, quod est ibid. § 88. fin., referendum ad Lib. IV. de signis. In Muren. § 4. quod dicit *ostendam alio loco*, pertinet ad § 79. fin. Ideo non assentior Ernesto, qui ad Div. VII. 1. 2, ubi de Aesopo narratur, *is iurare quum coepisset, vox eum defecit in illo loco*, SI SCIENS FALLO, censebat *loco* glossema esse: carmen enim iurantis per Iovem lapidem certis ac distinctis formulis continebatur: Aesopus igitur initium istius carminis pronuntiare potuit, sed vox eum defecit quum ad illum locum pervenisset. Alterum peccatum in illo Sestianae loco est *dixit* (quamquam facile, si necesse est, corrigendum), quoniam in referendis poetarum aut aliorum monumentorum verbis, praesens *dicit* servare solet Cicero, de quo more, si bene memini, alibi notavi. Ex simili observatione recte Madvigius in Verr. IV. § 31. (Epist. Crit. p. 64.) pro vulg. *retulit*, revocat ex Leid. *refert*: idque egregie confirmatur auctoritate loci Flacc. § 33. init. In Offic. II. § 53. interpolatum est illud *dixit*, per se vitiosum, ibique legendum censeo, post commemorata verba ex epistola Philippi, *bene ministrum et praebitorem, quia sordidum regi: melius etiam, largitionem corruptelam esse.* Alia similium interpolationum exempla indicavi ad Oratorem § 15. (p. 39.) Innumerabilia poterant exempla excitari huius formae, ut Fin. III. § 67. *praeclare enim Chrysippus, cetera nata esse hominum causa et deorum, eos autem communitatis*

et societatis suae. conf. V. § 58. Et memini *dixit* prudenter ab editoribus exclusum esse e loco Offic. III. § 58, post verba *se hortos non habere.* — De Sestianae § 103. init. addam nunc, necessario legendum esse, *praeclara enim ille praecepta dederat iuventuti*, non *illa:* intelligit poëtam, ut in praeced. *inquit.*

Sed quum ad Sestianam § 121. (*haec omnia vidi inflammari*) contulerim locum Milonianae § 90, hunc ipsum nunc suspicor Quintiliano obversatum esse XII. 10. 62, cuius locus corruptus describendus est. Exposito enim triplici dicendi charactere, subtili, grandi et medio (sicut in Ciceronis Oratore explicatur), grandis orator quibus artificiis suum locum tueri possit exemplis ostenditur e Ciceronis orationibus delectis: *hic orator et defunctos excitabit, ut Appium Caecum* (Coel. § 33): *apud hunc et patria ipsa exclamabit, aliquandoque Ciceronem in oratione contra Catilinam in Senatu alloquetur* (Catilin. I. 18 et 27). *Hic et amplificationibus extollet orationem, et in superlationem quoque erigetur: quae Charybdis tam vorax? et Oceanus medius fidius ipse* (Philipp. II. § 67). *Nota sunt enim iam studiosis haec lumina. Hic deos ipsos in congressum prope suum sermonemque deducet: vos enim Albani tumuli atque luci: vos, inquam, Albanorum obrutae arae, sacrorum populi Romani sociae et aequales* (Milon. § 85). *Hic iram, hic misericordiam inspirabit: hic dicet, te vidit, et appellavit, et flevit, et per omnes affectus tractatus hic itaque illuc sequetur, nec doceri desiderabit.* Postrema de auditore dicuntur, corrigendumque est *huc atque illuc sequetur.* Sed quae antecedunt, ut illa de Albanis tumulis, videntur mihi ad eandem Milonianam pertinere § 90 sqq., *haec vidimus* ut dicat, non *te vidit:* neque de suo addidit Quintilianus, *et appellavit*, sed praecipit quid facere oporteat oratorem, *et appellabit* (ut Cicero ibid. § 91. *excitate, excitate ipsum, si potestis, ab inferis*) et *flebit* (ibid. § 92. *in nostro omnium fletu*, et 95. *ut ego nunc flens*).

Sed quoniam ita, nullo destinato consilio, ad praeclaram illam Sestianam revocatus sum, spero fore ut, quantumvis ea nimia sedulitas videatur, ornare nonnulla eorum quae tum disputavi mihi concedatur. Verbi causa, quod § 1, pro *ex hoc tempore*, demonstrabam corrigendum esse *is hoc tempore*,

exemplo firmatur hoc Verr. II. § 143: *quod si quem statuae magno opere delectant, et si quis earum honore et gloria ducitur; is haec tamen constituat necesse est* —. Tum Flacc. § 3: *si umquam respublica consilium — imploravit, hoc tempore implorat*, non *ex hoc tempore.*

Nondum repudio id, quod contendebam, in § 2. interpolata videri verba *iis potissimum vox haec serviat*, ideoque, ut Garatonio visum erat, tollendum esse *quia*, initio huius sententiae. Etiamsi verba illa ipsa per se probari possent, nullo modo ferenda esset tautologia, quae manifesto deprehenditur in his, *mea voce utar ad* —, et *vox mea serviet iis* —. Priori forma contentus in Miloniana § 2. scripsit Cicero, *si quid auctoritatis in me est, ea apud vos utar, qui eam mihi dederunt.* Sed ipsum *servire* ut *voci* tribuatur, in Ciceronis oratione concedi non potest, quippe, ut *inservire*, Offic. I. § 49, perpetuo de personis, non de rebus dicitur, (veluti Verr. III. § 9 et 94.) et incideret ea prosopopoeia in illud genus, quod notavit Porson. ad Eurip. Hecubam 297. Si tamen liceret, alienum esset *servire* ab huius loci sententia, quoniam ii demum *servire* dicuntur, qui omissa sui animi aut moris libertate alterius imperio aut voluntati se accommodant, id quod omnium minime valet in Cicerone, qui perpetuo instituto amicorum pericula defendebat: aut est *indulgere*, ut in Muren. § 6. *naturae meae consuetudinique servire.* Ne in Archiana quidem vitiosa illa prosopopoeia usurpatur, ubi § 1. haec leguntur: *quod si haec vox — nonnullis aliquando saluti fuit; a quo id accepimus — huic profecto ipsi — opem et salutem ferre debemus.*

Quae, laudato Madvigio, contra Orellium disputavi ad Sest. § 32. de consecutione temporum et modorum, et nullam haberi rationem eius verbi, quo non nisi forma sententiae enunciandae utuntur, neque eo primaria sententia continetur, multis exemplis firmari poterant, quorum unum apponam ex Orat. II. § 71: *videris — posuisse quid oporteret*, non *oporteat* propter *videris*, quoniam ipsa et primaria sententia est *posuisti quid oporteret.* Non attendit hoc Madvigius in Verr. IV. § 68. (Epist. Crit. p. 71), ut ostendi in Scholic. Hypomn. IV. p. 219. sq.

Quod in Sest. § 124. *consessu gladiatorum* legi volebam,

pro *gladiatorio*, iisdem rationibus adducor ut in Epist. ad Div. V. 13. 3. Cratandrianae *casus gladiatorum* verum esse existimem, prae vulgato *c. gladiatorii*.

Tum ibid. § 128. e verbis, *in unius mea salute conservanda*, ut interpolatum eiiciebam *conservanda*, recte, opinor, demonstrans *salutem* ita nude a Cicerone appellari. Sed prope stolidum ipsum illud est *salutem conservare*, quae in eo sita erat, quod ab exsilio in patriam revocabatur Cicero. Quam intemperantes sint ii, qui olim veteres libros suis scilicet explicationibus complerent, exemplo, de multis, sit locus Muren. § 75: *huius (Africani) in morte celebranda graviter tulit populus Romanus hanc perversam sapientiam Tuberonis.* Reliquos non offendit hoc, quum dicitur *alicuius mortem celebrare:* sed Tullianae orationis intelligentes ferre hoc potuisse miror. Recte modo dictum erat, *Africani mortem honestare:* sed *celebrare* non nisi in re laeta et eventu prospero dicitur; *Huius in morte* i. e. quum talis ac tantus vir exstinctus esset. Abiiciatur illud *celebranda*, ideoque intelligitur quam recte dicatur Flacc. § 95. Catilinae sepulchrum *hominum audacissimorum — conventu epulisque celebratum est.* Sed ita defenditur id, in quo Pluygersius haerebat, quum in Flacc. § 41. diceretur, *quum efferretur magna frequentia consessuque vestro.*

Haud aliena hinc sunt, quae disputavi ad Legg. I, 19, 51. fin. — Sed eiusdem Murenianae alius locus § 68, (*multi obviam prodierunt —. quae fuit ista multitudo* cet.) repudiandam persuadet mihi esse interpolationis suspicionem in his verbis Sestianae § 131. fin., *ad urbem accessus incredibili hominum multitudine et gratulatione florebat.* Servanda nunc censeo *multitudine et.*

Quoniam ad complurium locorum rectam interpretationem pertinet, adiiciamus aliquid iis, quae disputabamus ad Sest. § 140, horum verborum opportunitate: *unus in hac civitate, quem quidem ego possum dicere, praeclare vir de re publica meritus, L. Opimius, indignissime concidit:* in quibus Madvigius postulabat *possim*, ego contendebam Indicativum requiri, ubi per pron. relativum, addita coni. *quidem*, sententia compleretur. Huius rationis est hoc exemplum, Orat. II. § 105:

ac nostrae fere causae, quae quidem sunt criminum: in quibus nihil agit nisi ut pressius definiat illud causarum genus, de reliquis mox dicturus. Sic ibid. § 291: *habetis ea, quae voluistis ex me audire, de quibus quidem accuratius dicendum et cogitandum fuit.* Ex eademque ratione servanda est lectio Stephaniana ibid. § 93, in his: *antiquissimi fere sunt, quorum quidem scripta constant,* prae vulg. *constent:* statim definit quos appellaturus sit. Et operae pretium est exempla persequi quibus Madvigius suam disciplinam demonstrare conatur. Veluti in hac ipsa Sestiana § 106. quum dicitur, *quae concio fuit, quae quidem non esset conducta,* necessario hoc indicatur, *modo non esset conducta concio.* Ideoque eandem rationem sequitur sermo, ubi non *quidem*, sed *modo* usurpatur: ut Pison. § 45: *nemo denique civis est, qui modo se civem esse meminerit, qui vos non oculis fugiat.* Flacc. § 97. *nemo erit tam iniustus, qui me audierit, sit modo liber et civis.* In Bruto § 27: *ante Periclem — et Thucydidem litera nulla est, quae quidem ornatum aliquem habeat et oratoris esse videatur.*

Toto coelo hoc diversum est ab iis, quae nunc erant consideranda, in quibus omnibus *qui quidem* interponebatur ad explicandum; in hoc autem absolvitur et clauditur ita sententia, quam brevissime sic enunciare potuisset, *ante Periclem nihil ornatum et oratorium literis mandatum est:* sed in illa forma quam optavit, non coni. *quidem*, sed ipsum relativum *qui* postulabat Coniunctivum. Republ. I. 2. § 2: *nihil enim dicitur a philosophis, quod quidem recte honesteque dicatur, quod non ab his — partum sit:* in quibus iterum haec sententia inest, *si modo recte dicatur.* Rursus, Legg. I. § 54: *quae quidem ad rem pertineat, una:* ad alterum illud genus referendum est, quod modo in Bruti loco explicui. Postremo Madvigius, quo planius scilicet indicaret quid vellet, mirum quoddam comminiscitur exemplum. Excitat enim haec e Bruto § 65: *Catonem vero quis nostrorum oratorum, qui quidem nunc sunt, legit?* Tum adiicit, contra necessario dicendum esse, *Catonem unus, qui quidem nunc sit, Caius legit.* Quis, quaeso, umquam ita Latine locutus est? Ista per se, *qui quidem nunc sit,* nihil aliud continent nisi hoc, *si modo sit:* et sane, nisi *esset*, legere non poterat. Non attendit, ut in

illo exemplo *quis*, ita *unus* postulare adiectum genitivum in eiusmodi definitione et circumscriptione: et, quamquam recte dicatur *Catonem unus legit Caius*, ita in illa ampliori forma dicendum fuisse, *Catonem unus, eorum quidem qui nunc sunt, Caius legit.*

Pauca nunc attingamus in Pisoniana. Aliquanto melius oratio distinguenda est in his, quum dicitur § 12: *atque haec dicere vix audeo: vereor ne qui sit* —. Intelligi nequit quae sint ista *haec*, quae nulla relativa sententia subiecta explicantur, neque statim commemorantur. Apparet, opinor, oratorem, quum dicere aggrederetur, subito deterreri metu ne forte incredibilia dicere videatur. Distinguamus igitur hoc modo: *Atque haec — dicere vix audeo: vereor ne qui sit, qui istius insignem nequitiam frontis involutam integumentis, nondum cernat: dicam tamen; ipse certe agnoscet, et cum aliquo dolore flagitiorum suorum recordabitur: — meministine —.* Sic, nova sententiae forma instituta, omittens id quod dicere instituerat (*atque haec*), plane exponit quod vult. Similem sustinendae sententiae formam animadvertimus in § 32: *quum vero — forsitan hoc erit*, tum iterum § 50: *ausus esset — mitto* cet.

Vix quisquam dubitabit mecum corrigere hoc in § 13: *meministine — excusatione te uti valetudinis, quod diceres* cet. Immo, *quum diceres*, ut perpetua consuetudo sermonis postulat. De usu Coni. *quum* cum imperf. Coni., utilia annotavit Madvig. Opusc. Acad. alt. p. 8.

Tum operae pretium est hunc locum considerare, § 46. Quum dixisset, *plura etiam acciderunt, quam vellem. Nam ut amitteretis exercitum, numquam mehercule optavi:* statim addit: *illud etiam accidit praeter optatum meum, sed valde ex voluntate: mihi enim numquam veniret in mentem furorem et insaniam optare vobis, in quam incidistis. Atqui fuit optandum. Me tamen fugerat deorum immortalium has esse in impios et consceleratos poenas certissimas constitutas.* Quum dicitur *illud etiam*, i. e. praeterea, apparet novum quoddam exspectandum esse, quod tamen non simpliciter commemoratur hoc modo, *accidit ut in furorem incideretis*, sed in novam sententiam coniicitur cum coni. *enim:* de quo Graecismo (quoniam ea-

dem in forma part. γὰρ usurpari solet) et Madvigius monuit Gramm. Latin. § 340. b, et ipse alibi dixi, et exemplum est Offic. II. § 56: *illud absurde* (Theophrastus): *est enim multus* —. Suspensam pronominis *ille* explicationem animadverte in Flacc. § 14. *quanta illa sunt!* Sed in verbis *me tamen fugerat*, non sine causa haeret Ernestus, cui videbatur postulari negatio, ut legeretur *me tamen non fugerat*. Legatur plena prudentiae annotatio. Ego commendaveram *nec me tamen:* nec tamen ita huius orationis ingenio satisfieri existimo. Quod enim antecedit, *atqui fuit optandum*, necessario ita explicandum est, *si optassem recte optassem;* in primis alienum ab ea mente quam nunc explicat Orator. Corrigo: *at quid fuit optandum? mene tum fugerat — constitutas?* quorum sententia haec erit: »ne necesse quidem erat istud a me optari, siquidem certo noveram cet."

Retractare lubet quae olim disputavi de eo loco, qui est § 81. Quum dixisset, se propter tantas res, quas gessisset, gereretque quotidie, Caesari non amicum esse non posse, haec subiungit, ut nunc edi video: *Cuius ego imperium, non Alpium vallum contra adscensum transgressionemque Gallorum, non Rheni fossam, gurgitibus illis redundantem, Germanorum immanissimis gentibus obiicio et oppono; perfecit ille, ut si montes resedissent, amnes exaruissent, non naturae praesidio, sed victoria sua rebusque gestis Italiam munitam haberemus.* Splendide haec in laudem Caesaris dicuntur, quae tamen, quoniam unum illud quod praecesserat ornari oportebat (*quum tantas res gessisset gereretque quotidie*), una sententiae conformatione absolvi necesse erat, non in duas partes dissecari (*cuius ego — oppono: perfecit ille* —). Recte nunc receptum est *imperium*. Quid alii iudicent, inquit, nescio; sed ego Caesaris imperium obiicio Gallis et Germanis, non Alpes neque Rhenum. His nunc subiicitur id, quod inde conficere licebat: *ut, si montes* cet., quibus perperam praeponitur, cum alienissimo pronomine, *perfecit ille*, inani studio a nescio quo interpositum. Sed ne *victoria sua* quidem vitio caret. Non movebo controversiam de reflexivo *suus*, de cuius collocatione dubitari potest, nec plane satisfaciunt ea quae explicuit Madvig. Grammat. Latin. § 351. sq. Sed ipsum *victoriae* voc. in

singulari numero non nisi in totius belli extremo eventu usurpari solet, sicuti belli civilis quoque *victoria* appellatur: Caesaris nunc non *victoriam*, sed *victorias* ab Oratore celebrari aequum erat (sicuti Pompeii *victoriae* appellantur Leg. Manil. § 28), *victoria* profligato demum compositoque bello appellari potuisset. Quapropter locum ita ad rectam dicendi rationem revocandum esse censeo, ut, omissis illis *perfecit ille*, legamus, *non naturae praesidio, sed huius victoriis rebusque gestis* —.

In Oratione pro Fonteio § 28, quum ostenderet in optimi cuiusque iudicio saepe multa ab accusatore in reum dici, quamquam falsa, haec subiicit: *quam multa M'. Aquilius audivit in suo iudicio! quam multa L. Cotta! denique P. Rutilius, qui etsi damnatus est* cet. Sed ineptum est illud *denique*, etiamsi quis putat esse pro *postremo:* nam post Rutilium L. Pisonis iudicium commemoratur, viri insignis virtutis et integritatis. Quum tamen hoc Rutilii exemplum efficax videretur ad obtinendum id quod volebat, plura de hoc dicere instituit, neque iteravit illud *quam multa*, sed scripsit, *Quid P. Rutilius! qui, etsi damnatus est* —. *Ille igitur ipse homo sanctissimus ac temperantissimus multa audivit in sua causa.*

Adiiciamus unum alterumque de Agraria II. Veluti quod dicitur § 10: *nec si qui agros populo Romano pollicentur, sed aliud quiddam obscure moliuntur, aliud spe ac specie simulationis ostentant, populares existimandi sunt.* Statim revocamur ad illud exordium Lib. I. Nat. Deor., ubi § 3. est ipsum illud *in specie fictae simulationis.* Neutro loco intelligo, quid sit *species simulationis.* Novimus *speciem utilitatis, honestatis, virtutis, viri boni*, similiaque: sed quid, quaeso, sibi vult *specie simulationis aliquid ostentare?* Et, si quidem *species* et *simulatio*, in huiusmodi sententia, fere synonyma sunt, corrigendum erit certe *specie et simulatione.* Infra § 15. est, *legis agrariae simulatione atque nomine*, et § 16. *simulatio largitionis*, quae eodem redeunt. Sed abiiciendum est, quod e vitioso conatu sequentis vocabuli exarandi remansisse suspicor, *spe ac:* neque enim quisquam dixerit *spe ostentare*, quasi id esset sic ostentare, ut inde in aliis spes excitetur: sed *dare, ostendere* aut *ostentare spem:* neque *spe*

ostentare, aut quidquid aliud facere, nisi in ea spe dici potest, quam ipse habeat is qui ostentat. Similiter illa in Nat. Deor. corrigenda erunt, *in specie ficta et simulatione*, quae referuntur ad illam Deorum informationem et descriptionem, qualem Epicurus excogitaverat. *Fictum* et *simulatum* aequiparari solent, ut Flacc. § 93.

In § 16. haec dicuntur: *si falsa vobis videbuntur esse* (quae exposuero), *sequar auctoritatem vestram, mutabo meam sententiam: sin insidias fieri libertati vestrae, simulatione largitionis, intelligetis, nolitote dubitare, plurimo sudore et sanguine maiorum* [*vestrorum*] *partam, vobisque traditam libertatem, nullo vestro labore, Consule adiutore defendere.* Istud *defendere libertatem* nihil aliud est, nisi legem in comitiis reiicere suffragiis: ideo iste *nullus labor* appellatur: qui tamen, si nullus erat, neminem *adiutorem* postulabat, id quod Orellius, ut ex eius annotatione apparet, non assecutus est, temereque repudiavit Ernesti correctionem, ut legeretur *auctore.* Modo dixerat *sequar auctoritatem vestram:* nunc dicit, repudiatote legem mea auctoritate. Bis modo ante, § 12 et 14. *auctor atque adiutor* coniungebantur: sed apparet quid intersit inter eorum locorum sententiam et praesentem locum.

In § 17. quum dixisset omnes potestates a populo Romano proficisci oportere, de Rullo haec subiicit (quemadmodum hucusque editum est): *hoc tribuno plebis potissimum venit in menten populum Romanum universum privare suffragiis.* Non puto quemquam explicare posse illum ablativum (*hoc tribuno*): sed non est illa modestia, aut verecundia, sed plane ἀναισθησία, non recipere facillimam Ernesti correctionem, *huic tribuno.* Perpetuo ita Orator in eadem oratione: § 27, *hic autem tribunus plebis:* ut § 30 et § 81. *Rullus exstitit.* Ideo fortasse in Agrar. III. § 11. restituendum *hic tribunus plebis.*

Levi opera corrigendum est hoc, quod constanter editur § 65: *reperietis partem esse eorum —, partem —.* Imo utrobique leg. *partim:* qui dubitant, consulant Grammaticos et Indices.

Non puto defendi posse hoc, quod editur § 70: *Sullanus ager — tantam habet invidiam, ut veri ac fortis tribuni plebis stridorem unum perferre non possit.* Equidem neque *unum*

stridorem, nec *plures stridores* novi. Aptius sententiae credo fore, *stridorem minimum*.

Curas secundas in Brutum Ciceronis edidi Mnemos. Vol. VI. p. 421. sqq. Quod ad § 40. contendebam, *superiorem Lycurgum* perperam dici, addenda erant haec exempla, quibus proprius istius comparativi usus defenderetur: *Cyrum superiorem* appellari Divin. II. § 136. *Africanum superiorem*. Fin. V. § 70, ex eademque Ciceronis consuetudine ab Asconio p, 23. *Crassum superiorem*.

Ibid. § 56, quum ederetur *ut erat laena amictus*, abiicienda censebam duo postrema vocabula. Incidi postea in viri docti opinionem, qui in his Herodoti I. 24. de Arione, *ῥῖψαί μιν ἐς τὴν θάλασσαν ἐωϋτὸν, ὡς εἶχε, σὺν τῇ σκευῇ πάσῃ*, tollendum contendebat illud *ὡς εἶχε*. Mihi contra retinendum id videtur, ac lubentius carerem verbis, quae adiiciuntur, *σὺν τῇ σκευῇ πάσῃ*. Sed ipsum illud *ὡς εἶχε*, compluribus locis in Herodoto recurrens, (vid. index Schweighaeuserianus) sic explicandum est, *sine ulla mora*. De Livio pronuntiare non audeo, apud quem XXVII. 51. 11. C. Claudius Consul dicitur iussisse *captivos Afros vinctos, ut erant, ostendi*.

Restituendum dixi in § 57. *ementitum*, prae vulgato *mentitum*. Eodem modo corrigendum in Planc § 72: *nam primum illud fuit asperius, me, quae de Plancio dicerem, mentiri et temporis causa fingere:* imo *ementiri:* alterum non asperum, sed improbum et impudens et prope immane fuisset: et recte servatum *ementior* i. e. fingo, ibid. § 73: conf. Fontei. § 40. Philipp. II. § 83.

Quoniam demonstravi in § 178. corrigendum esse *noverat* pro *cognoverat*, non abs re est indicare locum Pisonianae § 30: *quisquam vos Consules tunc fuisse — putet, qui eius civitatis — non leges, non instituta, non mores, non iura noritis?* Itaque ibid. § 47, *quid est aliud furere, non cognoscere homines, non cognoscere leges, non Senatum, non civitatem?* bis corrigendum *nosse*.

In § 315. notavi perversam Latinitatis interpretationem horum verborum, quae cum vitio edi solebant, *a me Asia peragrata est cum summis oratoribus*. Post Ciceronem, ut in aliis multis, ita in hoc is verborum usus invalescere coepit, quo

dicas fere vim inferri ingenio sermonis. Unum indicabo Livium, in quo haec exempla notanda: XXXV. 12. 11. *peragratus orbis terrarum victoriis* regum Macedoniae: conf. XXX. 17. 5. XXVI. 41 23: *exercitum — traducite in terras cum multis fortibus factis saepe a vobis peragratas.* Contra sine praepositione, VII. 20. 9: *quum populatione peragrati fines essent.* XXXIV. 56. 10, Ligures agrum Placentinum *cum caedibus et incendiis perpopulatos esse.* Nihil horum Cicero probasset, qui tamen Muren. § 11. Asia a Murena *in militari labore peragrata est.*

Quam facile *illudere* corrumpatur in *includere*, (quo nitebatur mea correctio in § 522), apparet ex Orat III. § 202, ubi in aliquot Codd. deprehenditur *inclusio*, pro *illusio*.

§ 21.

Flaccianam nuper relegi adhibitis exquisitis observationibus Pluygersii (Mnemos. VI. p. 138. sqq.). Itaque eius acumine excitatus unum alterumque reperisse mihi videor, quorum summam hic expromere lubet, etiamsi fortasse minoris momenti esse videantur. In ipsa prima huius Orationis periodo nomen ipsum *L. Flacci* efferri necesse erat, facileque patimur in clausula hoc iterum fieri. Sed quum statim subiicitur, *Quod enim esset* (l. *est*) *praemium dignitatis, quod populus Romanus, quum huius maioribus semper detulisset, huic denegaret, quum L. Flaccus veterem Valeriae gentis in liberanda patria laudem prope quingentesimo anno rei publicae retulisset?* nec per se ferendum est ut denuo L. Flaccus appelletur, quum praesertim hoc in iis suo loco fiat quae statim sequuntur, nec convenit nomen proprium post *huic denegaret*, quasi L. Flaccus diversus esset ab eo, qui illo pronomine indicaretur. Nihil igitur nos moretur quin, abiecto nomine proprio, legamus, — *huic denegaret, qui veterem Valeriae gentis* cet.

Rursus, ut modo dicebam, suo loco nomen proprium ponitur in his verbis § 2: *sed si forte aliquando aut beneficii huius obtrectator, aut virtutis hostis, aut laudis invidus extitisset, existimabam L. Flacco multitudinis potius imperitae, nullo tamen cum periculo, quam sapientissimorum et lectissimo-*

rum virorum iudicium esse subeundum. Nihilne igitur offendit, quod iterum nomen proprium infertur post pronomen, si quidem *huius* ad Flaccum ipsum referendum sit? Sane offendit: sed nunc quidem ipsum pronomen in vitio est, quod tum in hac orationis compositione vix ad Flaccum pertinere potest, tum *hoc beneficium* intelligi nequit, quoniam nullum modo beneficium commemoratum est. Quid autem voluit Orator? Hoc fere: fieri potest ut aliis aliquando obtrectatores exstiterint qui eos in ius vocarent, at in Flacco non exspectandum erat eo usque progressuram invidiam, ut tam gravi quaestione in summum periculum adduceretur. Me si audire vis, excluso illo pronomine, et alio revocato, quod propter similitudinem praecedentis vocabuli saepius excidisse alibi ostendimus, legas, *sed si forte aliquando alicui aut beneficii obtrectator* cet.

Non plane Oratoris sententiam referunt haec, in § 9. Dixerat contemnere se Graecos testes, non quo nationi huic maxime fidem derogaret: *Nam si quis umquam de nostris hominibus a genere isto studio ac voluntate non abhorrens fuit, me et esse arbitror, et magis etiam tum, quum plus esset otii, fuisse: sed sunt in illo numero multi boni, docti, pudentes, qui ad hoc iudicium deducti non sunt, multi impudentes — quos variis de causis video concitatos.* Post ea quae antecedunt, mirum est subiici *sed sunt — boni.* Convenit potius ut hoc concedendi forma dicatur, ita ut firmius exstet id, quo destinantur haec omnia. Equidem vix dubito, quin *sed* ortum sit ex praeced. syllaba: quo abiecto legam, *sint in illo numero — deducti non sunt; sunt multi impudentes* cet.

Negationem excidisse puto in his § 11: *Graecus testis quum ea voluntate processit ut laedat, non iurisiurandi, sed laedendi verba meditatur: vinci, refelli, coargui putat esse turpissimum: ad id se parat: nihil aliud curat.* Quum dicitur *ad id*, per sermonis morem fieri non potest ut explicetur *ne coarguatur:* necessario est *ad laedendum.* Sed qui nihil nisi hoc curat, quem nulla iurisiurandi religio impedit, quique temere omnia effundit atque ementitur, hic facillime et *convincitur* et *arguitur:* quod quum isti Graeci testes non curarent, dixit Ora-

tor, *vinci — non putat esse turpissimum.* Conf. infra § 22 et 41.

In Laelio accusatore primum hoc reprehenditur (§ 13.) quod in inquirendo quasi vim adhibuisse videretur: tum obiicitur § 14, *sermo est tota Asia dissipatus, Cn. Pompeium, quod L. Flacco esset vehementer inimicus, contendisse a D. Laelio — ut hunc hoc iudicio arcesseret, omnemque ei suam auctoritatem, gratiam, copias, opes ad hoc negotium conficiendum detulisse. Id hoc veri similius Graecis hominibus videbatur, quod paulo ante in eadem provincia familiarem Laelium Flacco viderant. Pompeii autem auctoritas quum apud omnes tanta est, quanta esse debet, tum excellit in ista provincia, quam nuper et praedonum et regum bello liberavit. Adiunxit illa, ut eos, qui domo exire nolebant, testimonii denunciatione terreret,* cet. Primum, illa, *Pompeii autem —*, non novam sententiam inchoant, sed iungenda sunt cum praecedentibus: tum illis, *adiunxit illa*, addendum est *Laelius*, quo subiecto vix carere potest sententia. Sed ne *domo exire* quidem rectum est, quod quid sit ut uno exemplo defungar, intelligitur in Bibulo,, ad Div. I. § 7. H. l. dicendum erat *d. abire*, aut *d. abesse.*

Violatur perpetua componendae orationis consuetudo, quum dicitur § 31. *tamen Flacci consilium in remigibus imperandis reprehendetur?* oportebat enim *remigum imperandorum.* Sed totum illud, *in rem. imp.* inutile emblema est. Ut initio huius § *diligentia*, ita nunc *consilium* memoratur, nulla explicatione adiecta.

In illa narratione de teste Dorylensi, quum dixisset § 40, *dubitabitis, iudices, quin ab hoc ignotissimo Phryge nobilissimum civem vindicetis? Atque huic eidem nuper tres equites Romani — non crediderunt.* Post illam interrogationem ineptum est inferre coniunctionem *atque*, idemque valet de Lambiniano *atqui*. Quum enim ista interrogatione declararet hominem istum nihili esse, neque ullam eius testimonii fidem esse, subiecit, *Itaque* equites Romani ei non crediderunt.

Reperire non potui quo modo interpretandum esset hoc, § 64, ubi de Graecia dicitur, *Asiae maximam oram, bello superatam, cinxit urbibus, non ut munitam coloniis augeret,*

sed ut obsessam teneret. Quae est ista *Asiae ora munita?* quid est *munitam augere?* et quid *coloniis augere?* Sunt haec omnia nihili: corrigendumque, *non ut inanem colonis augeret.*

Castricio mortuo, primum hoc concessum esse dicitur § 75, *ut in oppidum introferretur: deinde ut ferrent ephebi.* Sed requiritur, *ut efferrent.*

Corruptissima verba § 77. *Flaccum in curia decrevissent veridicas*, coniicio sic ad sanam sententiam, quae argumento conveniat, revocanda esse: *Flaccum iniuriam decrevisse vindicas.* Alloquitur Decianum, ut initio § 70. quaesierat, *quid tibi tandem, Deciane, iniuriae factum est?*

Orellius sanum esse hunc locum putat, et scilicet interpretatur, § 87: *sed tamen Lurconem, quamquam pro sua dignitate moderatus est in testimonio dicendo religioni suae, tamen iratum esse Flacco vidistis.* Prava tamen sententia ex istis exit: »*vidistis Lurconem iratum quamquam est moderatus:*" tamquam si non videre potuissent iratum, si non esset moderatus. Iungenda haec erant per continuatum accusativum, et hoc modo corrigenda: *sed tamen Lurconem, quamquam pro sua dignitate moderatum et in testimonio dicendo religiosum, tamen* —. Crebro ita loquitur Orator: supra § 23, *natio minime in testimoniis dicendis religiosa*, item Caecin. § 26.

Turbatum est in his, quae de Valeriae hereditate narrantur, quam Flaccum praetorem exigere non oportuisse contendebat testis Lurco. In quo crimine defendendo haec quoque dicuntur § 89: *quid? si ista omnis pecunia huic adolescentulo L. Flacco reddita est? si petita, si redacta per hunc Antiochum, paternum huius adolescentis libertum, seni illi Flacco probatissimum* —? Apparet ex iis quae statim subiiciuntur, hereditatem illam lege venisse non tantum ad Flaccum, sed ad propinquum quoque eius, adolescentem; tum Flaccum eam totam concessisse huic adolescenti. Quid igitur sibi volunt illa, *ista omnis pecunia huic adolescentulo L. Flacco reddita est?* quum praesertim Flacco, praetor qui fuerat anno ante, omnium minime conveniat nomen *adolescentuli.* Retulit igitur hinc Orellius in Onomasticon, istius adolescentis nomen fuisse L. Flaccum. Non credo: et totius loci forma

eiusmodi est, ut non nomine appellatum ab Oratore fuisse putem, quamquam credibile est unum fuisse de Valeriis, si quidem agebatur de Valeriae hereditate. Sed suspicor nomen proprium additum esse a commentatore, qui scilicet explere vellet quod omissum esset. Videtur in iudicio affuisse ille propinquus, quem satis erat indicare *hunc adolescentulum*.

Minutum, nec tamen negligendum hoc est, quod in § 106. dicitur: *cui si patrem conservatis, qualis ipse debeat esse civis praescribetis: sin eripitis, ostendetis bonae rationi — nullum a vobis fructum esse propositum.* Et ratio, et perpetua Ciceronis consuetudo postulat ut utrobique futurum restituatur, *conservabitis* et *eripietis*. Monuit de ea syntaxi Beierus ad Off. III. § 19. Conf. III. § 89. sq. Maxime servatur hoc in harum causarum peroratione: Muren. § 88: *si hunc vestris sententiis afflixeritis, quo se miser vertat?* Et in ipso exitu Coelianae corrigendum, *quem si vobis — conservabitis*. In simili causa Graeci quoque εἰ cum futuro iungunt: Lysias Polystrat. § 35, εἰ δ' ἡμᾶς ἀδίκως ἀπολεῖτε. Agorat. § 93, εἰ γὰρ ἀποψηφιεῖσθε Ἀγοράτου τουτουΐ, ut fortasse statim post corrigendum sit διαπράξεσθε et καταψηφιεῖσθε. Aeschin. Timarch. § 192, εἰ μὲν δώσει τῶν ἐπιτηδευμάτων Τίμαρχος δίκην, ἀρχὴν εὐκοσμίας ἐν τῇ πόλει κατασκευάσετε.

§ 22.

Nulla facile reperietur in Tullianis Orationibus quam quis maiore cum voluptate relegat, quam Murenianam, quae ita venustate et omni lepore nitet, ut mireris Ciceronem Consulem, tam difficillimo tempore, necdum Catilina profligato (conf. Flacc. § 98), tantum de severitate remittere potuisse, et omni ingenii festivitati indulgere, ut eos qui audirent necessario ad hilaritatem traduceret. Quid causae fuerit, ut, quum ad Atticum scribens Cicero (II. 1. 3.) consulares orationes enumeraret, hanc pro Murena omiserit, difficile est ad iudicandum, et fortasse coniunctum cum alia controversia de illo loco, quam nunc attingere non vacat. Non tamen reticebo quae mihi suspicio orta sit, quam tamen multum abest ut argumentis idoneis commendari posse existimem. Fieri

potest ut non statim, non certe eodem tempore quo reliquas consulares, ita hanc quoque edendam paraverit: tum satis nunc constat in commentariis relicta esse ea, quibus nunc caremus post § 57. (conf. Plin. Epp. I. 20. 4. Niebuhr Ciceron. Oration. fragment. Romae 1820. p. 40. et Rinkes. de Catilin. Prima Introd. p. XIV. sq.) de Postumii criminibus, deque Serv. Sulpicii adolescentis criminibus. Tum ipse introitus, qui § 1. absolvitur, eam continet tautologiam, ut dicas Oratorem, quod edere vellet, diversis modis tentasse quo modo enuntiaret. Nisi tamen edidisset postea, non instaurasset eius memoriam, ut puto, Fin. IV. § 74. Sed, quemadmodum dicebam, non tantum tribuo huic suspicioni, ut rationes conquirere et explorare operae pretium sit. Videamus potius de uno alteroque loco, in quibus, quemadmodum e libris edi solet, laborare mihi videtur oratio.

Statim § 3. ubi respondet Catoni, qui negaret rectum fuisse Ciceronem Murenae causam attingere, et alia dicit, et haec: *quis mihi in re publica potest aut debet esse coniunctior, quam is cui res publica a me uno traditur sustinenda, magnis meis laboribus et periculis sustentata.* Nulla commemoratur varietas, nisi *una* pro *uno.* Sed *una tradi rem publicam* merito sensu cassum visum est. Quid autem est *a me uno traditur?* Fac ita gloriari Ciceronem, omnia per se gesta esse hucusque, nihili fuisse Antonium, (quamquam ne sic quidem enuntiandum hoc erat, ut diceret *ego unus trado rem publicam*) excluditur huiusmodi sententia ea gloriatione quae statim subiicitur (*magnis — sustentata.*) Sed ne *traditur* quidem recte dicitur. Quum Cicero Murenam comitiis centuriatis *renuntiabat* consulem aut *declarabat*, nondum ei *tradebat rempublicam.* Non contendo verum me vidisse, sed tamen coniicio scripsisse Ciceronem, *cui res publica continuo tradetur sustinenda —.* Igitur infra § 80. dicit, *cui rem publicam cupio tradere incolumem.* Frustra certe Halmius coniecit *cuncta.*

Ego, (inquit § 7.) *Servi Sulpici, me in petitione tua tibi omnia — praestitisse arbitror. Nihil tibi consulatum petenti a me defuit, quod* cet. —. Quum modo praecedat *in petitione tua*, putidum videtur et molestum iterari hoc statim, verbis *consulatum petenti*, quae mihi interpolata esse viden-

eiusmodi est, ut non nomine appellatum ab Oratore fuisse putem, quamquam credibile est unum fuisse de Valeriis, si quidem agebatur de Valeriae hereditate. Sed suspicor nomen proprium additum esse a commentatore, qui scilicet explere vellet quod omissum esset. Videtur in iudicio affuisse ille propinquus, quem satis erat indicare *hunc adolescentulum*.

Minutum, nec tamen negligendum hoc est, quod in § 106. dicitur: *cui si patrem conservatis, qualis ipse debeat esse civis praescribetis: sin eripitis, ostendetis bonae rationi — nullum a vobis fructum esse propositum.* Et ratio, et perpetua Ciceronis consuetudo postulat ut utrobique futurum restituatur, *conservabitis* et *eripietis*. Monuit de ea syntaxi Beierus ad Off. III. § 19. Conf. III. § 89. sq. Maxime servatur hoc in harum causarum peroratione: Muren. § 88: *si hunc vestris sententiis afflixeritis, quo se miser vertat?* Et in ipso exitu Coelianae corrigendum, *quem si vobis — conservabitis*. In simili causa Graeci quoque εἰ cum futuro iungunt: Lysias Polystrat. § 35, εἰ δ' ἡμᾶς ἀδίκως ἀπολεῖτε. Agorat. § 93, εἰ γὰρ ἀποψηφιεῖσθε Ἀγοράτου τουτουΐ, ut fortasse statim post corrigendum sit διαπράξεσθε et καταψηφιεῖσθε. Aeschin. Timarch. § 192, εἰ μὲν δώσει τῶν ἐπιτηδευμάτων Τίμαρχος δίκην, ἀρχὴν εὐκοσμίας ἐν τῇ πόλει κατασκευάσετε.

§ 22.

Nulla facile reperietur in Tullianis Orationibus quam quis maiore cum voluptate relegat, quam Murenianam, quae ita venustate et omni lepore nitet, ut mireris Ciceronem Consulem, tam difficillimo tempore, necdum Catilina profligato (conf. Flacc. § 98), tantum de severitate remittere potuisse, et omni ingenii festivitati indulgere, ut eos qui audirent necessario ad hilaritatem traduceret. Quid causae fuerit, ut, quum ad Atticum scribens Cicero (II. 1. 3.) consulares orationes enumeraret, hanc pro Murena omiserit, difficile est ad iudicandum, et fortasse coniunctum cum alia controversia de illo loco, quam nunc attingere non vacat. Non tamen reticebo quae mihi suspicio orta sit, quam tamen multum abest ut argumentis idoneis commendari posse existimem. Fieri

potest ut non statim, non certe eodem tempore quo reliquas consulares, ita hanc quoque edendam paraverit: tum satis nunc constat in commentariis relicta esse ea, quibus nunc caremus post § 57. (conf. Plin. Epp. I. 20. 4. Niebuhr Ciceron. Oration. fragment. Romae 1820. p. 40. et Rinkes. de Catilin. Prima Introd. p. XIV. sq.) de Postumii criminibus, deque Serv. Sulpicii adolescentis criminibus. Tum ipse introitus, qui § 1. absolvitur, eam continet tautologiam, ut dicas Oratorem, quod edere vellet, diversis modis tentasse quo modo enuntiaret. Nisi tamen edidisset postea, non instaurasset eius memoriam, ut puto, Fin. IV. § 74. Sed, quemadmodum dicebam, non tantum tribuo huic suspicioni, ut rationes conquirere et explorare operae pretium sit. Videamus potius de uno alteroque loco, in quibus, quemadmodum e libris edi solet, laborare mihi videtur oratio.

Statim § 3. ubi respondet Catoni, qui negaret rectum fuisse Ciceronem Murenae causam attingere, et alia dicit, et haec: *quis mihi in re publica potest aut debet esse coniunctior, quam is cui res publica a me uno traditur sustinenda, magnis meis laboribus et periculis sustentata.* Nulla commemoratur varietas, nisi *una* pro *uno*. Sed *una tradi rem publicam* merito sensu cassum visum est. Quid autem est *a me uno traditur?* Fac ita gloriari Ciceronem, omnia per se gesta esse hucusque, nihili fuisse Antonium, (quamquam ne sic quidem enuntiandum hoc erat, ut diceret *ego unus trado rem publicam*) excluditur huiusmodi sententia ea gloriatione quae statim subiicitur (*magnis — sustentata.*) Sed ne *traditur* quidem recte dicitur. Quum Cicero Murenam comitiis centuriatis *renuntiabat* consulem aut *declarabat*, nondum ei *tradebat rempublicam*. Non contendo verum me vidisse, sed tamen coniicio scripsisse Ciceronem, *cui res publica continuo tradetur sustinenda —*. Igitur infra § 80. dicit, *cui rem publicam cupio tradere incolumem.* Frustra certe Halmius coniecit *cuncta.*

Ego, (inquit § 7.) *Servi Sulpici, me in petitione tua tibi omnia — praestitisse arbitror. Nihil tibi consulatum petenti a me defuit, quod* cet. —. Quum modo praecedat *in petitione tua*, putidum videtur et molestum iterari hoc statim, verbis *consulatum petenti*, quae mihi interpolata esse viden-

tur. Nam proximo loco, § 8, ubi est *quum peteres consulatum*, requirebatur hoc, cui opponeretur *quum Murenam ipsum petis.*

Leviter corrigendum mihi videtur in his, § 11; *an, quum sedere in equis triumphantium praetextati potissimum filii soleant, huic donis militaribus patris triumphum decorare fugiendum fuit, ut rebus communiter gestis paene simul cum patre triumpharet?* Aptius videtur, *et rebus — triumphare?* Non placet, quod e Monac. edidit Halmius, *ne rebus.*

Manifesto deprehensam tenemus grammatici cuiusdam interpretationem, quae per errorem in Ciceronis orationem adscita est, § 15, ubi dicitur: *et proavus L. Murenae, et avus praetores fuerunt, et pater, quum amplissime atque honestissime ex praetura triumphasset, hoc faciliorem huic gradum consulatus adipiscendi reliquit.* Haec plana sunt et eleganter enuntiata. Abiiciamus igitur ea quae adduntur: *quod is iam patri debitus a filio petebatur*, quum praesertim inscite composita sint: necessario enim pron. *is* referendum ad *gradum consulatus*, et ne ipsum quidem consulatum cuiquam *deberi* dicendum erat.

Si ratio valebit, corrigendum videbitur in his, § 18: *neque enim quemquam vestrum fugit — non eumdem esse ordinem dignitatis et renuntiationis, propterea quod renuntiatio gradus habeat, dignitas autem sit persaepe eadem omnium:* imo, *habet*, et *est:* nihil haec attingit praecedens forma accusativi cum Infinitivo.

Quum Murenam laudasset propter ea, quae legatus Luculli in Asia gesserat, addit § 20: *atque haec, quamquam praesente L. Lucullo loquor, tamen, ne ab ipso — concessam videamur habere licentiam fingendi, publicis literis testata sunt omnia, quibus L. Lucullus tantum laudis impertit, quantum neque ambitiosus imperator neque invidus tribuere alteri in communicanda gloria debuit.* Ridiculum servatur hoc: *quibus* (i. e. literis publicis) *Lucullus laudem impertit.* Noli dubitare quin *L.* remanserit ex eo quod scriptum fuerit, *legato*, quem ideo significat, quod mox dicitur, *quantum imperator debuit.* Spero hoc probatum iri Halmio, qui de sua coniectura ediderat *tantum huic laudis.* Quod Ernestus *impertiit* commendavit, refutari spero iis, quae supra pag. 206. disputavi ad Sest.

§ 102. — Quod statim sequitur § 21, *summa in utroque est honestas*, sic prodit, quasi novum quid dicatur: sed est conclusio e superioribus, et propter extremam syllabam praeced. vocabuli (*debuit*) coniunctionem excidisse puto, ut restituendum sit, *ita summa* —.

Vix credibile tam constanter in novissimis editionibus servari potuisse illud in eadem § 21, quum dicitur *de dignitate contendas;* quippe multae veteres editiones illud *de* rectissime omittunt. Contendunt duo *de* eo, quod uterque consequi et obtinere studet; sed contendunt sua virtute uterque, et hic sua dignitate, i. e. utrius dignitas praestantior sit.

Aut fallor, aut in castissimo Ciceronis sermone tolerandum non est, ut dicatur hoc in § 22: *simul atque increpuit suspicio tumultus, artes illico nostrae conticescunt.* Dicitur *increpare* absolute, ut sonum edere, v. c. Pison. § 99: sed fieri non potest ut *suspicio*, quae sensim in hominum animis oritur, et lente vulgatur, dicatur *increpare.* Aptius erit *increbruit.*

Sulpicio haec dicit § 23: non est id, quod didicisti, praeclarum aliquid: *aliis ego te virtutibus — omni honore semper dignissimum iudicavi. Quod quidem ius civile didicisti, non dicam operam perdidisti, sed* —. Quorsum in his illa coniunctio *quidem?* Non est novum hoc quod dicit, *ius civile didicisti*, sed modo iam dictum erat. Lego, *quodque ius civile didicisti* —.

Dicendi facultatem saepe valuisse dicit in consule deligendo, § 24. *Quaeritur consul, qui dicendo nonnumquam comprimat tribunicios furores* cet. Sed, propter antecedens, *in consule deligendo*, perspicuum est *consul* interpolatum esse.

Non multo post, § 25. *Cn. Flavii* nomen interpolatum est a grammatico, qui scilicet interpretaretur: *inventus est scriba quidam, Cn. Flavius.* Ubi sic per contemtum eum significat, fieri non potest ut honoris causa nomen addiderit.

Corrigendum hoc quoque est, § 26: *quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille, unde petebatur, non habebat.* Immo *quod huic* —.

Mithridatici belli magnitudinem demonstraturus, dixerat § 32, *omnibus* regibus, quibuscum populus Romanus bellum gessisset, Mithridatem unum anteponendum esse: ut verba,

hunc regem nimirum antepones, si sententiae convenient, hoc modo sint corrigenda, *hunc regem unum antepones*, quod post *omnibus regibus* maiori cum emphasi sic enuntiatur. Quod editur, *nimirum*, nihili h. l. est, quod aut in timida affirmatione, aut in dubio etiam usurpari solet: *nimium*, quod ipsum quoque e libris profertur, manifesto prava lectio est, librario debita. Sed continuo subiicit haec: *quem L. Sulla, maximo et fortissimo exercitu, pugnax et acer, et non rudis imperator, ut aliud nihil dicam, cum bello invectum totam in Asiam, cum pace dimisit.* Iure recepta nunc est egregia Niebuhrii coniectura. Sed sollemnis fluctuatio librorum est in hoc, ut vel *eum bello*, vel *cum bello* prae se ferant. Nollem Orellius defendisset *eum*, quod »saepenumero repetitur *is* post relativum:" ex eo exemplo, quo nos ablegat, Philipp. II. § 17, conficiendum erat tum hoc fieri, si post relativum integra quaedam sententia cum verbo interponatur. Contra Ernestus *cum* delere iubebat. Tamen servandum est, non tantum quod *bello invehi* Latinum non est, rursus *cum bello invehi*, i. e. invadere ita ut bellum inferas, probatur iis exemplis, quae supra p. 216. indicavi ad Brut. § 315; sed ita quoque servatur, quam quaesivit, oppositio, *cum bello invectum — cum pace dimisit*, i. e. quamquam non debellatum, pace composita discedere eum passus est.

Debilitant oratoriam vim ea quae mihi interpolata videntur in his, quae brevi intervallo de Mithridate dicuntur: *qui rex sibi aliquot annis sumtis ad confirmandas rationes et copias belli, tantum spe conatuque invaluit, ut se Oceanum cum Ponto, Sertorii copias cum suis coniuncturum putaret.* Non tantum asyndeton, quo nihil h. l. ineptius est, arguit verba illa, *Sertorii — suis*, ab interprete quodam adiecta esse, sed ipsa tam humilia sunt, ut propemodum insulse splendidis illis *Oceanum cum Ponto* subiiciantur. Non pugnabo cum iis, qui talia non sentiant; demonstrari certe vix possunt. Sertorii nomen ne Leg. Manil. § 9. sq. quidem ponitur, adeoque credibile est istic quoque verba *Sertorianae atque Hispaniensis* interpolatori deberi. Propter sequens *putaret*, retinui *invaluit*, prae altero *valuit*.

(*Continuabitur*). I. Bake.

ATAKTA.

(*Continuantur ex* VIII. *pag.* 224).

§ 23.

Quum nuper exponere coepissem nonnulla eorum, quae denuo pervolutata Ciceronis Mureniana invenisse mihi videbar fortasse non spernenda ad meliorem praestantissimae orationis interpretationem, meaque accommodarem Halmianae recensioni in 2da Edit. Orelliana, nescio qua senili vel levitate vel inertia et Addenda istius voluminis consulere neglexeram, neque ullam rationem habueram eius disputationis, qua Bootius Murenianam ornaverat in 5to volumine Mnemosynes. Huius igitur et Kayseri simul ac cognovissem disputandi genus elegans et acutum, statim animadverti, si quid inde proficere vellem, iterum iterumque Orationem illam mihi diligenter perlegendam esse. Quae ex hoc labore, quem non sine voluptate perfeci, nata sunt, nunc explicare aggredior, nec recusabo quin de uno alteroque loco sententiam mutem, quam ante explicueram.

Quum in ipso exordio Orator praedicavisset quid sollenni more a diis immortalibus precatus esset, quum Murenam comitiis centuriatis consulem renuntiavisset, in quibus hoc erat, *ut iis quoque hominibus, quibus hic consulatus se rogante datus esset, ea res fauste feliciter prospereque eveniret:* convertit orationem ad iudices (§ 2), ad quos quum deorum immortalium potestas translata esset, haec loquitur: *idem consul eum vestrae fidei commendat, qui antea diis immortalibus commendavit.*

In his neque assentior Kaysero, qui *ea* pro *eum* legi postulabat, quasi eadem nunc, quae antea, precari voluisset Cicero: neque Bootio, qui corrigebat *idem consulem eum:* necessario enim se *consulem* hac commendatione apud iudices fungi, sicuti consul ista diis immortalibus commendaverat, significandum erat. Tum hanc commendationem nunc ad unum Murenam pertinere, satis declarant ea quae statim subiiciuntur. Nihil videtur in edita lectione mutandum, praeter *qui*, pro quo *quem* legatur, (id in quod video Beneckium quoque incidisse, confirmatum a Zumptio) quod pronomen requiritur post *eum*.

Ubi orator Catonis reprehensioni occurrit, demonstratque rectum esse se *et consulem et legis ambitus latorem et tam severe gesto consulatu causam L. Murenae attingere*, praeter alia hoc exemplo utitur § 3: *quod si in iis rebus repetendis, quae mancipi sunt, is periculum iudicii praestare debet, qui se nexu obligavit, profecto etiam rectius in iudicio consulis designati is potissimum* [*consul*], *qui consulem declaravit, auctor beneficii populi Romani defensorque periculi esse debebit* (§ 4). *Ac si* (ut statim subiicitur), *ut nonnullis in civitatibus fieri solet, patronus huic causae publice constitueretur, is potissime honore affecto defensor daretur, qui eodem honore praeditus non minus afferret ad dicendum auctoritatis, quam facultatis.* In his facile sane erat corrigere *potissimum*: sed quid quaeso adipiscuntur legentes assumta Madvigii correctione *potissimum summo?* Valeat nonnumquam illa observatio mendorum, quae e superlativi cuiusdam terminatione orta sunt, (qua ipsi quoque subinde usi sumus), sed h. l. nihil ea proficitur. Quid est enim *honore affecto?* in quo omnis difficultas est. *Honore afficere* quem, ut *honore prosequi*, recte sane dicitur, sed sine ulla significatione certae potestatis, aut magistratus, quem populus alicui mandet, ita ut absurdum esset si diceretur *consulatu*, aut *imperio afficere* quem. Tum inscita est illa verborum compositio, qualis hic deprehenditur, ut alterum in ablativo (*honore*,) alterum in dativo ponatur (*affecto*). Postremo, credibilene est Oratorem tam brevi intervallo bis *defensoris* verbo usum esse? Quo verbo sublato et verum substantivum refingendum est, et compositio restituenda, et sententia revocanda ad aliquam certe similitu-

dinem eius exempli, quod modo ante excitarat. Legendum censeo: — *is potissimum honoris assertor daretur*, nempe adversus eum, qui alteri eripere eum honorem aggrederetur. Cognitum est in Cicerone *asserere*, pro *vindicare*, quo Velleius Paterculus quoque et Plinius in Epist. utuntur: quumque *assertoris* nomen usurpet Suetonius, pro *defensore*, eiusque frequens usus sit in Pandectis, vix dubitari potest quin Cicero, qui innumerabilia istiusmodi substantiva derivata in *or* formaverit ipse, hoc quoque verbo uti potuerit, quo praesertim eiusmodi iudicii imaginem fingeret, quae sibi hanc causam defendenti utilis esset.

Quod Kaysero videbatur, in § 4. verba *alio loco* nihil huc pertinere, quum paulo post § 6. dicat *alia in parte orationis* sibi dicendum esse, non attendit haec postrema ad aliud argumentum referri: illud *alio loco* explicui nuper p. 206. Neque amplector id, quod ille commendat, ut initio huius § pro *ac si*, substituatur *etenim si*. Non instituitur initium argumentationis, sed idem, quod modo, alio exemplo illustrat.

Difficile est probare id, quod editur § 8, *summam mihi superbiae crudelitatisque famam inussisset*, quoniam, ut suspicor, *fama* illud adiectivum non patitur. Legendum *summa*.

In § 9. haec eduntur: *quod si licet desinere, si te auctore possum, si nulla inertiae nota, nulla superbiae turpitudo, nulla inhumanitatis culpa suscipitur; ego vero libentur desino. Sin autem fuga laboris desidiam, repudiatio supplicum superbiam, amicorum neglectio improbitatem coarguit, nimirum haec causa est eiusmodi, quam nec industrius quisquam nec misericors nec officiosus deserere possit.* Prorsus assentior Bootio, repudiandum esse quod Lambino auctore editum erat, *nota*, tum abiiciendum *turpitudo:* ideoque haec mihi opinio placet, quoniam primum ita liberatur verbum *suscipitur*, (quod ut Planc. § 52. recte cum *culpa* iungitur,) violento zeugmate, tum quod difficile est *turpitudinem* cogitare in *superbia*, quemadmodum ne *nota* quidem *inertiae* recte dicitur. Praeterea suadeo ut corrigatur *desinam*. Tum difficile est probare *quisquam*, Gulielmi auctoritate susceptum, contra Codd., ut videtur, in quibus vel *quem* exstat, vel totum omissum est. Nusquam deprehendi *quisquam* ita iungi cum adiectivo: contra, sicut

nemo, vel cum genitivo plur. componitur, ut *quisquam omnium mortalium*, vel cum substantivo, ut *quisquam vir*. Et omnino, in eiusmodi negatione si *quisquam* ponitur, excluditur magnus numerus, aut potius de omnibus pronuntiatur, ut Verr. IV. § 123. *taetrior hic tyrannus Syracusis fuit, quam quisquam superiorum.* Nec tamen cogitari potest *quisquam industriorum*, quorum quippe notatio et definitio incertissima est. Quod scribere potuit Orator, hoc esse suspicor, *nec industrius homo*, sicuti *hominis* subst. saepe in eiusmodi enuntiatione utitur, ut infra § 19. *unum hominem:* § 28, *mihi, homini vehementer occupato:* § 54. *Catoni, homini in omni virtute excellenti:* § 64. *prudentissimum hominem:* § 75. ter recurrit. Dicam fere ista adiectiva usurpari hoc modo non posse sine adiecto illo substantivo.

De Murena dicitur § 11, *huic donis militaribus patris triumphum decorare fugiendum fuit?* Nondum assequor, quo modo patris triumphum decorare potuerit donis militaribus, ita ut propterea dici potuerit *paene simul cum patre triumphare:* et omnino perperam dicitur *triumphus decorari*, qui ipse dici solet *decorare quem.* Alia vitia non effugerunt Bootium, cuius laudo correctionem, ut legatur, *huic donis militaribus decorato fugiendum fuit ne rebus comm.* cet.

Non puto usquam Catonem uno praenomine indicari, et in § 13, pro *Marce*, mallem *M. Cato.* Confirmat Zumptius.

In § 14, ubi editur, *inimicorum confessione virum bonum atque integrum hominem defendimus.* Kayserus requirebat *hominem esse defendimus*, et hoc postremum adeo mutari volebat in *defenditur.* Non puto commendari hanc opinionem collatione eius, quod exstat § 34, *hoc igitur in bello L. Murenam, legatum fortissimi animi, summi consilii, maximi laboris cognitum esse defendimus*, in quibus abesse non poterat *esse*, quoniam defendebatur id, quod in facto consistebat, in illo loco contra non nisi ad existimationem de Murena attenditur. Igitur et *virum bonum*, et *nocentem defendere* dicitur, neque adsciscere licet *esse*, tamquam si generale quoddam placitum esset de quo ageretur.

In his, § 15: *sin autem sunt amplae et honestae familiae plebeiae, et proavus L. Murenae et avus praetor fuit, et pater*

quum amplissime atque honestissime ex praetura triumphasset, hoc faciliorem huic gradum consulatus adipiscendi reliquit, quod is iam patri debitus a filio petebatur. Non tantum nemo requiret postrema verba (*quod — petebatur*) si abiicientur, sed ipsa oratio coarguit interpolatorem. Etenim et *is* in hac verborum compositione vel ad *patrem* vel ad *gradum* referendum erit: tum, si de *consulatu* dicitur, non puto dici posse cuiquam vel consulatum vel alium quemcumque magistratum *deberi*, quem libero suffragio populus mandare soleat: postremo vix probandum ut, quod in eo genere patri debitum fuisset, statim filius peteret.

Tua nobilitas, Servi Sulpici, (inquit § 16.) tametsi summa est, *tamen hominibus literatis et historicis est notior, populo vero et suffragatoribus obscurior.* In his recte *homines literati* appellantur; sed neque *homines historici*, neque *historici* substantive dictum Tullianum est, neque ibi hoc usurpavit Cicero, ubi maxime commodum fuisset, veluti Orat. II. § 51 sqq. Legg. I. § 6 sqq. Praeterea si historiae scriptores intellexisset, difficile erat hos intra praesentem aetatem, ut literatos homines, includere. Igitur ista, *et historicis* abiiciantur.

In eadem § haec comparatio instituitur inter Q. Pompeium et Aemilium Scaurum: *nec mihi umquam minus in Q. Pompeio — virtutis esse visum est quam in — M. Aemilio: etenim eiusdem animi atque ingenii est posteris suis, quod Pompeius fecit, amplitudinem nominis, quam non acceperit, tradere, et, ut Scaurus, memoriam prope intermortuam generis sui virtute renovare.* Tum ad ambiguitatem vitandam, tum quod necessario in Scauro designandum erat, quod ipse attulisset, legendum est *sua virtute*, id quod Halmius quoque commendat.

Non puto defendi posse hoc, quum legitur § 18, *quum multi pares dignitate fiant, unus autem primum solus possit obtinere.* Quod enim obiectum indicatur illo *primum?* Sed populus facit aliquem *primum* (ut Pison. § 2.), ita ut is fiat *primus.* Ut brevi absolvam, et hoc ex ignorantia librarii ortum est, et inde reliqua deformata. Legendum censeo, *unus tantum primus possit obtinere.*

Mommsenius non videtur perspexisse, quum ibidem modo

dixisset Orator, *non ad omnia respondendum esse*, mox ubi ad utriusque praeturam explorandam pergit, ei necessario dicendum esse, *sed quaestura* —, quod ille perperam in *et* mutari volebat.

Corrupta esse mihi videntur haec, § 20. ubi explicat quae integritas fuisset Murenae, quum in Asia Luculli legatus esset: *Asiam istam refertam et eandem delicatam sic obiit, ut in ea neque avaritiae neque luxuriae vestigium reliquerit.* Primum enim non simpl. *referta* Asia appellari poterat, nullo addito ablativo: tum in primis improprie eadem dicitur *delicata*. Haec donec quis mihi interpretando solvat, corrigendum censebo *refertam et redundantem deliciis.* — Modo ante recte Kayserus tollit *L. Lucullo.*

Duo, nisi fallor, corrigenda sunt in § 21. Initio haec eduntur: *summa in utroque est honestas, summa dignitas: quam ego si mihi per Servium liceat, pari atque in eadem laude ponam.* Omitto Mommsenii correctionem scilicet, qui *atque* in *aeque* mutabat. Sed, quemadmodum supra dixerat, § 15, *paria cognosco esse ista in L. Murena*, conf. § 41, ita h. l. scripsit *parem.* — In fine haec sunt: *sed tamen ego mei satietatem magno meo labore superavi, et tu item* (Codd. *idem*) *fortasse.* Utrumque in his molestum est, et *item* et *idem*: tum abest id, quod ad sententiae explicationem nunc desideratur. Legendum existimo *et tu tui fortasse. Satietas* et *desiderium* eodem modo inter se opponuntur Att. II. 5. init.

Non miror neminem attendisse ad haec, quae leguntur § 22: — *qui potest dubitari quin ad consulatum adipiscendum multo plus afferat dignitatis rei militaris, quam iuris civilis gloria.* Profecto dubium non est quin rectissime dicatur *ad consulatum adipiscendum*: conf. Orat. III. § 136. Offic. I. § 72. Sed illis locis adiectum *adipiscendum* postulabatur, propterea quod actionis sermo erat; neque omitti poterat participium supra § 15, quoniam *gradus consulatus* per se intelligi non poterat: conf. Planc. § 59. sq. Hoc loco autem malim interpolatione liberare orationem, ut legatur *ad consulatum multo plus* —. Sic § 23 *nullam esse in illa disciplina munitam ad consulatum viam:* § 29. *dicendi consuetudo — multum — ad honorem antecellit.* § 37. *quae (res) ambae in consulatu Mu-*

renae profuerunt, § 38. *adiumenta et subsidia consulatus.* § 41. *egregia et ad consulatum apta provincia.* Quae si probantur (et poteram permulta alia exempla congerere), eadem interpolatione liberanda est § 34 fin. Rursus retinendum participium § 53 fin. *spem consulatus adipiscendi*, quoniam non satis erat Catilinam *sperare consulatum.*

In eadem § Bootius iure tollendum censebat *instituis*, in his: *tu actionem instituis, ille aciem instruit.* Tum iterum laudandus Kayserus, qui in § 23. commendat *quod tanto opere diligis*, prae librorum lectione *didicisti.*

Ubi § 25. negat dignitatem esse posse in scientia iuris civilis haec addit: *res enim sunt parvae, prope in singulis literis atque interpunctionibus verborum occupatae.* Ipsam *interpunctionem* nusquam appellavit Cicero: neque ea erat huius loci. Scripsisse mihi videtur *interpunctis verborum*, ut Orat. III. § 181. Significat brevissimas clausulas, ut Orat. § 53.

Nondum discedam ab illa §, in qua primum corrigendum censeo, *etiam si quid apud maiores nostros fuerit in isto studio admirationis*, pro *fuit:* tum, *inventus est scriba quidam* [*Cn. Flavius*], *qui singulis diebus edendis fastos populo proposuerit*, pro *edisccndis.* Quid enim est *ediscere dies?* sed conf. Orat. I. § 186.

Quod toties corrigere ausi sumus, denuo commendandum est in § 26: *quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille unde petebatur, non habebat:* imo *quod huic* —.

Non per se fortasse vitiosum est quod dicitur § 28, *triduo me esse iureconsultum profitebor*, sed res et veritas postulant ut hinc illud *esse* absit; quemadmodum Tusc. II. § 12. *si grammaticum se professus quispiam.* conf. Planc. § 102. Hinc diversum est quod legitur in Verr. III. § 217: *quod si suspiciones iniicere velitis, ad plures homines — crimen hoc pertinere; non ego istam defensionem vestram pertimescam, sed me omnium provinciarum defensorem esse profitebor*, id est, quum nunc sim Siciliae defensor, simul ero omnium provinciarum defensor. Perspicuum est in hac sententia Infinitivum illum abesse non posse.

Quod Lambino placebat, ut § 29, ubi similitudo illa explicatur, sententia sic inchoaretur, *Et ut aiunt in Graecis ar-*

tificibus —, idem requirebam in Orat. I. § 73, ut notavi in Scholic. Hypomn. II. p. 66. et aliud exemplum indicavi ad Legg. p. 466: conf. Brut. § 192 et 287. In Planciana quidem § 62. facillime *et* excidere potuisse intelligitur.

Neque § 29. *magnus dicendi labor, magna res:* neque § 30: *sit denique in civitate ea prima res:* ferendum est *res*. Corrigatur *ars*, quod ipsum, altero loco, in v. l. commemoratur. Perperam igitur, pace viri acutissimi dicam, huius loci commendatione utebatur Kayserus, ut obtineret in eadem § paulo ante, in his verbis, *sed nunc de studiis ad honorem dispositis, non de insita cuiusque virtute disputo*, corrigendum esse *de rebus*, pro *de studiis*. Quumque ibidem *dispositis* mutandum censeat in *potissimis*, (quod nulla commendatione nititur), equidem totum vocabulum interpolatum esse existimo, ex ignoratione eius consuetudinis, de quo modo ante ad § 22. dixi.

In § 32. legimus *aliquot annis sumtis ad confirmandas rationes et copias belli:* in quibus non intelligo quales illae *rationes*, sint, et aptius esse credo *opes*, ut § 33, *ut se — novis opibus copiisque renovarit*. Idem vocabulum alio modo corruptum est § 36, ubi ex certissima Hotomani correctione legendum erat *opibus*, pro *opera*.

Vix, opinor, carere possumus nomine proprio, quod per errorem excidisse suspicor, itaque § 33. legendum esse: *expulsus regno tandem aliquando Mithridates, tantum tamen —*.

Nobilis locus hic est § 35: *quod enim fretum, quem Euripum tot motus, tantas tam varias habere putatis agitationes fluctuum, quantas perturbationes et quantos aestus habet ratio comitiorum?* Propter nonnullas Codd. discrepantias Halmio videbatur veram fortasse esse lectionem quam servavit Quintilianus I. O. VIII. 6. 49, *agitationes, commutationes, fluctus:* Kaysero, ut video in Addendis, hoc probabatur, *agitationes commutationesque fluctus*. Recte hic quod genitivum servavit, minus quod singularem numerum praetulit, quoniam in tali sententia perpetuo plurale servatur, ut Milon. § 5. et Planc. § 11 et 15: nec Cicero Orat. I. § 3. scripsit se post consulatum *fluctui* obiectum fuisse, sed *fluctibus*. Sed deceptus est ipse Quintilianus interpolatione, quae inseruit illud *commutationes*, quod ideo improprium est, quoniam dicere non licet

commutari inter se fluctus, quasi alii aliis ex ordine succederent, ut in *coeli tempestatibus* dicitur Divin. II. § 89, neque illud intelligendum, quod dicitur apud Horatium Ep. II. 2. 176. *unda supervenit undam:* et, quod indicandum erat, inest in eo quod dicitur *varias agitationes*, i. e. modo in hanc, modo in illam partem; nec credibile est Oratorem nunc de *reciprocando motu* in Euripo cogitasse, de quo Nat. Deor. III. § 24. Accedit quod, quum *tantas agitationes* recte dixerit, concedendum non est ut cogitaverit *tantas commutationes*, quae minime magnitudine censentur.

Quod § 38. recte dicitur *adiumenta consulatus*, commendat, opinor, meam suspicionem in Planc. § 27. corrigendum esse *tanta adiumenta huic honoris fuisse:* sicut ibidem § 23. *quanto adiumento in honore.*

In § 39. haec leguntur, quum modo dictum esset non esse mirandum populum ludis magno opere delectari: *sed si nosmet ipsi, qui et ab delectatione omni negotiis impedimur et in ipsa occupatione delectationes alias multas habere possumus, ludis tamen oblectamur et ducimur, quid tu admirere de multitudine indocta?* Nescio quid alios: me quidem in his offendit primum, quod *delectationis* vocabulum tam brevi intervallo bis ponitur: tum prorsus inaudita syntaxis, ut quis dicatur *negotiis impediri ab aliqua re*: omnium maxime, quod, quum dixisset se ab omni delectatione impediri, tamen alias delectationes se habere posse profitetur, et nihilominus ludis illis delectari. Occurremus his vitiis, si verba *ab delectatione omni*, ut insulsum additamentum, expungemus. Postremo initium ita scribendum, *Et si nosmet ipsi:* continuat institutam argumentationem: et vitii origo in aperto est, quum credibile sit in archetypo fuisse *profuisset si nosmet* —.

Frustra hucusque quaesivi quales *catenae* intelligendae sint in his § 42, ubi quaestionem peculatus describit Orator: *ex altera parte lacrimarum et squaloris, ex altera plena catenarum atque indicum.* Credibile est, ut *indicis* appellatio fere convicium erat, ita cum his coniunxisse eum *delatorum* nomen. Sed nihil definio.

Assentior Kaysero ex his in § 43, *in quo meus necessarius fuerit inferior Servius*, tollenti nomen proprium. Sed in ea-

dem §, ubi haec legimus, *et in iis rebus ipsis, quas te magno et forti animo et agere et dicere videbam, tibi solitus sum dicere* —, non tantum quod brevi intervallo bis *dicere* molestum, sed magis etiam quod *videre Servium dicere* nullo modo ferendum est, omisso inutili additamento legam *forti animo agere videbam.* Quid praeterea *candidatum*, in petitione quidem, *dicere* necesse erat?

In sq. § 44. inter se opponuntur, quae accusatorem, quaeque candidatum decent: *non placet mihi inquisitio candidati, praenuntia repulsae, non testium potius quam suffragatorum comparatio, non minae magis quam blanditiae, non declamatio potius quam persalutatio*, cet. Sed quorsum et cuius generis *declamatio?* Consilio conveniret potius *denuntiatio.* Conf. § 46.

De § 45: *eiusmodi candidatorum amici intimi debilitantur*, vere iudicat Kayserus, *candidatorum* abiiciendum esse, contra excidisse id, quod cum *eiusmodi* esset iungendum: ipse vult *eiusmodi vocibus*, ego malim *eiusmodi rumoribus.*

In § 48. verum vidit Bootius p. 362, quae initio proponuntur suspendi in verbis *non tacente me, maxima*, et, post longiorem parenthesin, instaurari alia forma eandem sententiam, sollemni formula *sed tamen*: itaque sic distinguendum esse totum hunc locum, ut id appareat. Quum ipse mihi hoc dudum notavissem, addideram ideo quoque necessariam esse hanc interpretationem, si vera essent quae supra p. 7. in loco Pison. § 46. demonstravissem, pron. *ille* ita poni solere, ut novum quid exspectes quod nunc commemorandum sit: igitur statim ab initio quaeri quae sit *illa plaga*, cuius explicationem in his demum proponi, *quum populum Romanum* cet. Sed in ipsa illa parenthesi extrema quoque corrigenda sunt. Dixerat molestum sibi esse quod ante se et Hortensius et Crassus dixissent: *itaque in iisdem rebus fere versor et, quoad possum, iudices, occurro vestrae satietati.* Sic duo dicuntur, et *iudicum* appellatio inepte in altera parte ponitur: tum ipsa illa conclusio (*itaque — versor*) languida est et puerilis. Scripsisse mihi videtur Orator, *itaque quod in iisdem — versor, quoad possum* —.

Aliquanto difficilius est haec sanare in § 49: *etenim te inquirere videbant, tristem ipsum, moestos amicos; observationes,*

testificationes, *seductiones testium*, *secessionem subscriptorum animadvertebant*, *quibus rebus certe ipsi candidatorum vultus obscurior ei videri solet.* Qui Latine scit admonitus concedet, opinor, neque *observationes* neque *testificationes* huius loci esse. Nec dubito quin, quemadmodum praecedit *videbant*, sequitur *animadvertebant*, sic scripserit *moestos amicos observabant*, eiiciendumque sit ineptum *testificationes.* Quo modo alius alio modo postrema verba corrigere tentaverit, ex Halmii annotatione intelligere licet, nec mihi singulas coniecturas edisserere lubet, quibus Bootii coniectura accessit p. 358. Appellatur sane *vultus candidatorum* § 44, sed ita, ut tum hinc, tum aliunde (Orat. § 60.) intelligatur *vultum* esse imaginem animi, indicem voluntatis, ideoque non ipsum dici posse *obscurum*, sed obscurum esse posse id, quod vultu indicandum erat. Qui libros manuscriptos triverunt minime violentam hanc esse medicinam fatebuntur, si locum sic restituemus, *quibus rebus certe ipsa candidatorum voluntas obscurior* [*ei*] *videri solet.* In § 36. est, *nihil obscurius voluntate hominum.*

Advertit me quoque id, quod exstat § 50; *meministis enim, quum illius nefarii gladiatoris voces percrebruissent, quas habuisse in concione domestica dicebatur:* sed non statim amplector id quod Kayserus commendabat, ut *iactavisse* legeretur. pro *habuisse*, quum praesertim *conquestiones habitae in senatu* legatur § 72: et Planc. § 58. dicatur *aculeos habere in reprehendendo.*

Propterea quod nil nisi voces illae percrebruissent, in § 51. bis tollendum *rebus*, vitio inculcatum, ut postremo subiiciatur, *quae ad me allata essent.* Ibidem, inexplicabile est *si ita de se meritum esset*, et ex v. l. *cum*, efficiendum *quod.* — In eadem §, quum dicitur *partim — quia nihil timebant, partim quia timebant*, oppositio melius prodibit, si legemus in postremis, *quia omnia timebant*, sicut *omnia timere* est Sest. § 40.

In campum deduci, nempe multorum comitatu, est, sicuti constat, candidatorum: conf. § 44. Quomodo igitur probari poterit hoc, in § 52, *quod homines iam tum coniuratos cum gladiis in campum deduci a Catilina sciebam?* Quidni, transpositis casibus, legamus, *quod ab hominibus cum gladiis in*

campum deduci Catilinam sciebam. Omisi intempestivam annotationem *iam tum coniuratos.*

Duabus de causis probari non possunt haec, quae leguntur § 53. Modo dixerat, quo modo factum, ut omnes, qui Catilinam ab re publica depellere cuperent, omisso Sulpicio, ad Murenam se contulissent: tum sequitur, *magna est autem comitiis consularibus repentina voluntatum inclinatio, praesertim quum incubuit ad virum bonum et multis aliis adiumentis petitionis ornatum.* Ea forma huius sententiae nunc est, ut dicas generalem ea observationem contineri, quamquam in ea ipsa requireres *magna esse solet*, aut simile quid. Sed quid est *magna est inclinatio?* et quid *magna repentina inclinatio?* Omnino absurdum est tali in re *magnam inclinationem* appellare, quamquam recte Philipp. V. § 26. dicuntur *magnae inclinationes temporum.* Quum igitur manifestum sit pergere Oratorem in narrando, equidem existimo sic eum scripsisse: *facta est tum comitiis consularibus repentina voluntatum inclinatio, praesertim quum incubuisset ad virum bonum* cet., quibus postremis Murenam indicari, apertum est e sequentibus. *Inclinationem incumbere in quem*, legimus quoque in Balb. § 58.

Propter similitudinem vocabuli sequentis excidit Infinitivus eiusdem verbi in his § 56: *nam ut omittam Serv. Sulpicium, quem intelligo non iniuria L. Murenae, sed honoris contentione permotum, accusat paternus amicus, Cn. Postumius* cet. Legendum est, — *permotum accusare, accusat* —.

Non sine causa contenderat, non oportere Catonis accusatoris auctoritatem nocere Murenae. Tum § 60. hoc subiicit: *nam si quis hoc forte dicet, Catonem descensurum ad accusandum non fuisse, nisi prius de causa iudicasset, iniquam legem, iudices, et miseram conditionem instituet periculis hominum, si existimabit iudicium accusatoris in reum pro aliquo praeiudicio valere oportere.* Nihil erat metuendum si quis ipse ita *existimaret*, sed si ita communis opinio et tamquam lex nasceretur. Itaque legendum est *si existimabitur.*

Alia praeterea notanda sunt in eadem § 60. Modo professus erat Orator, se non posse vituperare Catonem, sed *nonnulla forsitan conformare et leviter emendare posse.* Tum subiicit haec e poëta: *non multa peccas; — sed si peccas te regere*

possum. Continuat ipse haec: *at ego verissime dixerim peccare te nihil, neque ulla in re esse eiusmodi ut corrigendus potius quam leviter inflectendus esse videare.* Kaysero non satisfacit illud *at ego verissime:* quumque in compluribus Codd. sit *at ego non verissime*, suspicatur, tamquam si in archetypo fuisset *vere*, corrigendum esse *at ego non temere dixerim.* Corrumpi mihi videtur ista correctione Ciceronis sententiam, cuius, ut ex reliquis omnibus apparet, hoc consilium erat, ut laudaret Catonem quod perfectus Stoicus esset: tum ipsa oppositio vindicat eam lectionem, quam Halmius edidit, quaeque indicatur coni. *at.* Poëtae verba erant *non multa peccas:* contra, inquit, ego verissime dixerim *peccare te nihil:* adeoque mihi videtur Orator poëtae verba premere voluisse, ut fortasse non *corrigendus*, quod lenius aliquanto est, sed *regendus* dixerit, itaque melius servaverit eandem metaphoram, quam secutus est in *inflectendus.* Solet aliquoties Cicero, quae ex poëta citat in aliam sententiam flectere suoque proposito accommodare: conf. Nat. Deor. I. § 12. et Caton. § 1.

Catonis rationem et consilium aggressurus, primum enumerat insitas eius virtutes; tum addit § 60: *accessit istuc doctrina non moderata nec mitis, sed, ut mihi videtur, paulo asperior et durior quam aut veritas, aut natura patiatur.* Prius *aut* omittunt alii. Sed non tantum perperam aliquando disiunguntur quae coniungenda essent, iterata part. *et* (ut bene disputat Madvigius ad Fin. p. 254), sed ipsa simplex particula disiunctiva *aut* nonnumquam in vitio est. Hoc quidem loco tantum abest ut *veritas* et *natura* sibi invicem opponantur, ut potius in unam notionem contrahenda sint, et sicut aliquoties apud Ciceronem reperies *res et veritas*, ita nunc dixit *veritas et natura*, i. e. naturae veritas. Aliquanto post, § 65, idem dicit uno *naturae* vocabulo contentus.

In principio huius loci expressi *istuc*, quod Ernestus ediderat ex Cod. Guelph., quum pridem coniecisset *his dotibus.* Hoc autem ipsum nollem ab Halmio susceptum esset, qui frustra suspicatur latere id in plerorumque Codd. vitiosa lectione *his tot.* Scilicet non temere Ciceroni tribuendum est, quod ipsius consuetudo repudiat. *Naturae dotes*, i. e. bona aut dona quae quis a natura habet, numquam appellavit Cicero,

neque *ingenii dotes* aut *animi*. Ovidio libuit postea audaciori hac metaphora uti, et aliquanto post Plinius eam usurpavit Epist. I. 24. 5. II. 17. 29. III. 5. 4; itaque in Latinitatem ea forma loquendi paulatim recepta mansit. Semel tantum, sed alio modo, *dotis* vocabulo in figurata oratione usus est Cicero, Orat. I. § 234, ubi dicit Crassum *verborum dote locupletasse et ornasse* ius civile, cuius *artem* Scaevola teneret *indotatam et incomptam*. Sed in *verborum dote* genitivus epexegeticus est, ut sit dos, quae verbis i. e. dicendi facultate constat: contra *naturae dotes* intelligantur necesse est, quas natura tribuat, pro quo Cicero usurpare solet *dona naturae*, ut *dona fortunae*, aut, sicut paulo post, *bona a natura* esse dicuntur. Quapropter praestat (quod Halmio quoque in Addendis probari video) istud *tot*, ortum quippe e vitioso initio sequentis vocabuli, abiicere, et tenere *accessit his doctrina* —. Quod Kayserus excogitaverat, *accessit a Stoicis*, abiiciet, spero, ipse, si reputaverit *Stoicorum* nomen, utpote inauditum in iudicio, primum in seq. demum § appellari.

Catonis propria esse dicit, divina et egregia bona, quae a natura haberet: tum addit, § 61: *quae nonnumquam requirimus, ea sunt omnia non a natura, verum a magistro.* Quid est illud *requirere* ea, quae a magistro habebat Cato? et quare *nonnumquam?* Nihil me in illis offenderet, si probari posset, quod Ernesto videbatur, *requirere* idem esse quod *reprehendere:* in Planciana contra § 62. *reprehendere* poni videtur pro *requirere.*

Nescio quid aliis placeat: equidem non utor additamento quo haec augentur in § 61: *nos autem, qui sapientes non sumus, fugitivos, exsules, hostes, insanos denique esse dicunt.* Abiiciantur haec duo postrema, quemadmodum simili additamento liberare me memini (*putaverunt*) locum Nat. Deor. I. § 2. Diversum est hoc quum dicitur § 63, *nostri autem illi a Platone et Aristotele — aiunt, apud sapientem valere aliquando gratiam:* nam *aiunt* i. q. affirmant. Sed, quum perspicuum sit h. l. nota illa Stoicorum paradoxa indicari, excludatur hinc *fugitivorum* mentio alienissima ab hac disputatione: non dubito quin *servos* scripserit Cicero: conf. Parad. V.

In fine eiusdem § haec dicuntur: *quod atrociter in Senatu*

dixisti aut non dixisses aut seposuisses aut mitiorem in partem interpretarere. Misere haec turbata esse arguit varietas lectionis: itaque viri docti emendare conati sunt. Postremo accessit Kayserus, qui hoc excogitabat, ut pro *aut seposuisses* legeretur *aut si pronuntiasses* vel *professus esses*, tum Halmius, qui *aut si proposuisses* commendat. Neutra ratione tollitur id, quod vitiosum esse in hac enuntiatione existimo, ut tria distinguantur, quum illud *aut non dixisses*, unum tantum sibi opponi postularet; neque hoc ferendum, ut post *dixisses*, in altero membro, mutato tempore, dicatur *interpretarere.* Equidem suspicor, quod saepe factum, hoc quoque loco accidisse, ut eiusdem vocabuli iteratione neglecta truncata sit oratio et pessumdata sententia. Perspicuum demum erit, opinor, hoc: *aut non dixisses, aut si dixisses potuissemus mitiorem in partem interpretari.*

In § 65. non fortasse, ut Bootio videbatur, sed certissime legere praestat *nihil gratiae concesseris*, quod in eadem figura sequitur *resistito.* — Tum in § 67. praestabit *quod id defendam*, prae eo quod editur *quod idem defendam.*

Quum demonstrasset Scto de ambitu nihil decerni contra Murenam, sed incertum relinqui factum sit nec ne, addit § 68: *quare doce a L. Murena illa esse commissa: tum egomet tibi contra legem commissa esse concedam.» Multi obviam prodierunt de provincia decedenti consulatum petenti.*" *Solet fieri. Eccui autem non proditur revertenti?* Cato, si istud obiecit, inepto illo additamento abstinuit, *consulatum petenti*, quae verba sine mora expungenda sunt, idque tanto magis, quod paulo post a Cicerone respondetur *tali viro advenienti, candidato consulari*, quod de industria ibi additur. Nondum purgatus locus est. Nam ista *Eccui autem* — ipsa inchoant responsum, ipsaque coni. *autem* nullo modo fert ut praecedat *solet fieri*, quo praesertim prorsus idem significatur: itaque illud tollatur. Postremo quis admonitus feret illud *revertenti?* quod verbum, ut subst. *reversio*, non attinet demonstrare in quam sententiam usurpari et possit et soleat, numquam, certo scio, de eo qui de provincia *decedat.* Interpolatum est.

Quum refutat crimen illud, Murenae obiectum, multos obviam prodiisse de provincia decedenti, omniaque ista de more

et consuetudine fieri demonstrat, sic concludit § 69: *hoc dico, frequentiam in isto officio gratuitam non modo dignitati ullius umquam sed ne voluntati quidem defuisse.* In postremis verbis recte intelligimus significari, fieri id semper solere, quod eius, qui decederet, *dignitas* postularet, idque ipsum valere ad illustrandam eius *dignitatem.* cf. Planc. § 21. Similem interpretationem *voluntati* conciliare non licebit, etiamsi (quod vix probandum) sumamus eum qui revertatur *velle* solitum esse hanc frequentiam. Sed sicuti haec satisfaciebat eius *dignitati*, ita si hanc minus curaret, esse poterat *voluptati*, tantum ut ea delectaretur: atque sic istud corrigendum esse arbitror. Ita *dignitas* et *voluptas* distinguuntur supra § 40. init., quemadmodum *praesidium* et *voluptas*, Planc. § 82.

Nondum expeditum est hoc, quod in § 71. editur: *si nihil erit praeter eorum suffragium, tenue est: si ut suffragantur, nihil valent gratia. Ipsi denique* cet. In his recte explicat Bootius, aliud esse *suffragium tribuere*, aliud *suffragari.* Sed non accipio eius correctionem, ut legatur *ipsi enim:* multoque melius (in quod ipse incideram) Kayserus sic distinguit *valent gratia ipsi. Denique* —. Manent tamen illa inexplicabilia, *si ut suffragantur.* Legas mecum, *sine ut suffragentur, si nihil valent gratia ipsi.*

Si qui probant, quod e § 40, Bootio quoque commendante p. 351, scholion eiicitur, non dubitabunt mecum simile scholion tollere e § 71, abiectis verbis *quae est de numero sectatorum.* Sed simile emblema tollendum e Planc. § 36, *legis Liciniae* [*quae est de sodaliciis.*]

Nulla varietas lectionis commemoratur in his, § 73: *haec omnia sectatorum, spectaculorum, prandiorum item crimina a multitudine in tuam nimiam diligentiam, Servi, coniecta sunt.* Nondum assequi mihi licuit, quid sit *crimina sectatorum coniicere in Servii diligentiam.* Quid in aliquo libro legerit Camerarius, nescio: sed hanc eius reperio prudentem interpretationem »hoc videtur dicere, crimina a multitudine collecta a »Servio, nimia quadam diligentia et immodico accusandi stu»dio." Mihi videtur gravius quid Servio exprobrare voluisse Orator, et locum melius intelligerem, si scriptum esset — *crimina e multitudine tua nimia diligentia, Servi, confinxit,*

i. e. quod multi istic prodiissent, quam *multitudinem* appellat supra § 68.

Facile erat, § 77, *quid posteaquam es designatus*, ex ipsa var. lect., quum alii *quid*, alii *quod* exhibeant, conficere id, quod ipsa ratio suadere potuerat, legendum esse, *quid quod posteaquam* —. Sed in iisdem pronominibus erratur, quum § 81. e libris editur: *atque ad haec mala, iudices, quid accedat aliud, non videtis?* Imo, *quod aliud* sc. malum.

Hoc quoque mirari soleo, tam patienter viros doctos tulisse haec in eadem § 77: *quare nec plebi Romanae eripiendi fructus isti sunt ludorum, gladiatorum, conviviorum, quae omnia maiores nostri comparaverunt.* Res longe diversae *comparantur*, et absurdum est, si de maioribus scilicet dicitur, eos *ludos et convivia comparasse.* Corrigendum: *comprobaverunt.*

Ex emendationibus, quibus Madvigius unum alterumque locum Murenianae laborantem curare operam dedit, facillima, credo, videbitur ea, qua verba haec, in § 83. quae edebantur, correxit (ad Fin. p. 224; quamquam Klotzius eam correctionem praeceperat:) *est tuum, M. Cato, qui non mihi, non tibi, sed patriae natus es, videre quid agatur*, ita, ut abiiceret prius *non*, et quod propter similitudinem sequ. voc. aliud excidisse putabat, ut coniicio, locum sic expleret, *qui mihi non tibi, sed patriae natus esse videris, videre quid agatur.* Primum deserendum est perversum doctissimorum etiam virorum institutum, qui eiusmodi dictorum auctoritatem a Platone, aut alio quocumque repetunt: satis, nisi fallor, ingenio ipse movebatur Cicero ut talia excogitaret, et apte enuntiaret; id quod Zumptii quoque causa dicendum est, qui, in novissima editione Murenianae, ad hunc locum in eodem versatur errore, nec obliviscor Schaeferi, qui, ante multos annos, in Apparatu Crit. ad Demosthenem Vol. I. p. 755. salutarem mihi castigationem adhibuit, quum in idem vitium incidissem. Sed illa correctio si probatur, aliquanto minus quam decebat Orator diceret, quoniam nihil aliud ex illis verbis oritur nisi hoc »equi»dem puto te non tibi, sed patriae natum esse." Non ita solet Cicero talia iudicia attenuare. De Pompeio, Brut. § 239, *vir ad omnia summa natus:* de Metello, Cael. § 59, *qui se natum*

huic imperio putavit. Equidem crediderim ista *non mihi* ex errore librarii remansisse, qui, ut fit, non deletis illis, statim veram lectionem subiecerit, *non tibi.* Et post tot luculenta iudicii sui testimonia quae Cicero tribuit egregiis Catonis virtutibus, recte nunc mihi dixisse videtur haec: *M. Cato, qui non tibi, sed patriae natus es,* non item, si ita *sibi videri* dixisset. Catonis esse dicit retinere consulem Murenam, § 83: quibus haec subiunguntur: *quamquam huiusce rei potestas omnis in vobis sita est, iudices: totam rem publicam vos in hac causa tenetis, vos gubernatis.* Ex ipsa huius loci distinctione apparet editorem non agnovisse argumentationem quae istic contineatur: et, quum per se illud *quamquam*, in illa serie sententiarum, alienissimum sit, facile corrigemus, *quumque huiusce rei potestas omnis in vobis sita sit, totam remp.* cet. Simile quid dixerat § 2: tum *tenetis* mutandum in *sustinetis*, quod in ea re solemne est.

Non aggrediar locum lacunosum § 85. coniecturis explere. Sed in ipso initio particula mihi excidisse videtur: *Sed quid tandem fiet, si haec elapsa de manibus nostris in eum annum, qui consequitur, redundarint? Unus erit consul* —. Immo, *si unus erit consul.*

Minus eleganter iunguntur haec § 87. *sit apud vos modestiae locus, sit demissis hominibus perfugium, sit auxilium pudori.* Qui destinatus erat habitus huic sententiae, eum recuperabit si legemus *demisso animo.* Sed initio quoque huius § vitium tollendum est, quo oratio deturpatur. Verba haec sunt: *nolite — iudices, hac eum re, qua se honestiorem fore putavit, etiam ceteris ante partis honestatibus — privare.* Nihili est *hac re*, neque id quod voluit Cicero, illo substantivo designare potuit; quare coniectura quoque Orellii, *hac eum cum re*, improbanda est. Illud *re* remansit ex eo vocabulo, quod restituendum est, scripsitque Cicero, *hoc eum cum honore, quo se* —: et conf. Sull. § 90, *quum huic omnia cum honore detracta sint.*

(*Continuabitur*). I. Bake.

THEMISTII LOCI ALIQUOT EMENDANTUR.

Themistii Orationes adhuc editorem exspectant qui Codicum lectionibus perite utatur et, ubi nihil est in libris auxilii, recte coniectando antiquam veritatem restituat. G. Dindorfius festinanter admodum e Codice Ambrosiano modo emendavit Themistium modo ultro corrupit. Corrupit autem sic ut Ambrosiani libri scripturas permultas aut manifesto mendosas aut vulgatis deteriores calidius reciperet prae festinatione non tantum leviter depravatis pessime depravata subinde substituens, sed etiam sanis et integris vitiosa, absurda aut plane barbara supponens. Istiusmodi errores et aliis multis modis deprehenduntur, si quis Graece scit et hoc agit, et imprimis luculenter arguuntur ubi in Themistii oratione scriptoris antiqui imitatio subest, ut solet Themistius passim et aliorum locos et praesertim Homeri, Demosthenis et Platonis verbis suis non illepide intexere. In talibus enim nulla esse potest de genuina scriptura dubitatio nec librorum dissensiones quemquam a vero possunt abducere. Simul ex his liquido constat libris etiam optimis numquam satis credi posse: qui enim liber MS. passim eximias lectiones solus exhibuisset, eundem in locis huiusmodi solum mendosum esse deprehendes. Si quid dabitur otii Themistii orationes omnes ordine percurram, nunc paucos quosdam locos in integrum restituere iuvat. Editur in Orat. XXIV. p. 309. A: *οὐκοῦν οὐδὲ διὰ τῆς ἑτέρας ποιήσεως καὶ θατέρου τοῖν Φιλοσόφοιν οὕτω τεταγμένου καὶ καρτερῶς ἀμυνομένου τὴν τύχην ἄλλο τι ἐμοὶ δοκεῖ λέγειν ὁ ποιητής κτἑ.* In his Dindorfius quum apud Harduinum legeretur *παρατεταγμέ-*

νως καὶ καρτερῶς e libro Mediolanensi recepit τεταγμένου καὶ καρτερῶς, in qua re quam vehementer erraverit hic Platonis locus demonstrat Rep. III. p. 399. B; ἐν πᾶσι τούτοις παρατεταγμένως καὶ καρτερούντως ἀμυνομένου τὴν τύχην, quae verba Themistium a Platone sumsisse manifestum est. Eundem Platonis locum in suam rem convertit Iamblichus in vita Pythagorae quum scriberet in § 220: καὶ παντάπασι παρατεταγμένως καὶ καρτερούντως ἠμύνετο τὴν τύχην. His locis inter se comparatis singulorum vera scriptura firmiter stabilitur et scribarum vel editorum errores apparent. Themistio reddendum est καρτερούντως pro καρτερῶς, quod Iamblicho male obtrudebat Kusterus quum in suo Codice καρτεροῦντος reperisset. Vera lectio καρτερούντως exstat in Codice Laurentiano, unde reliqui omnes Iamblichi Codices manaverunt, ut alio tempore ostendam. Praeter unum Platonem nemo Veterum adverbio καρτερούντως usus est: itaque librarii inauditum sibi vocabulum refinxerunt in notiorem formam. Simul apparet παρατεταγμένως apud Platonem convelli non debere, quod in παρατεταμένως aliquis inconsiderate mutare voluit.

Gravius etiam corruptus est sed et ipse certa medicina sanandus Themistii locus qui legitur in Orat. XV. p. 192. A: οὐδὲ οἱ τοῦ χοροῦ κορυφαῖοι δυσπρόσιτοί τε καὶ συννεφεῖς καὶ οὐ ῥᾳότεροι ἀτεχνῶς, ὥσπερ τοὺς δράκοντάς φασιν ἐν ταῖς χειμαῖς κακὰ φάρμακα βεβρωκότας ζητεῖν ὅτῳ ἂν ἐγχρίψαιντο τὴν τοῦ ὀλέθρου παρασκευήν κτέ. Iacobsius in his vocabula corrupta non attigit et sanissimum ἀτεχνῶς levi coniectura in ἐντυχεῖν mutavit. Profecto verum est Homericas allusiones etiam doctissimis viris latere. Ipsum ἀτεχνῶς tantum non clamat vocabulum aliquod Homericum praecessisse, veluti p. 196. C: κολοβὰ καὶ ἀτελῆ — καὶ ἡλιτόμηνα ἀτεχνῶς, et p. 64 B: ἀτεχνῶς διογενῆ καὶ διοτρεφῆ, καθάπερ Ὅμηρος λέγει, et alibi saepius. Itaque οὐ ῥᾳότεροι corruptum est et nihil est facilius quam Themistii manum revocare e nobilissimo Homeri loco:

ὡς δὲ δράκων ἐπὶ χειμῇ ὀρέσεροος ἄνδρα μένῃσι
βεβρωκὼς κακὰ φάρμακ'. ἔδυ δέ τέ μιν χόλος αἰνός.

unde emendandum esse apparet: καὶ ὀρέσεροι ἀτεχνῶς, ὥσ-

περ τοὺς δράκοντάς φασιν ἐπὶ (non ἐν) ταῖς χειαῖς κακὰ φάρμακα βεβρωκότας κτἑ.

Similiter ex Homero vera lectio agnoscitur p. 312. B: μεριμνήσας καὶ πολλὰς νύκτας ἀγρύπνους ἰαύσας, ubi quum ἀΰπνους olim legeretur Dindorfius ex Ambrosiano ἀγρύπνους recepit, non facturus, ut opinor, si meminisset versus Homerici:

ὡς καὶ ἐγὼ πολλὰς μὲν ἀΰπνους νύκτας ἴαυον.

non poterat Themistius ἰαύσας aliunde quam ex hoc ipso Homeri loco petere. Similiter p. 50. A: οὐ Πληιάδας ἰσοροῦντι καὶ ὀψὲ δύοντα Βοώτην, non debebat Dindorfius abiicere vulgatam εἰσορόωντα, sed dativum εἰσορόωντι reponere, quod Graeculus in ἰστοροῦντι depravaverat.

Ioviano blandiens Themistius p. 66. B. ita dicit: ἐξεσράτευσας μὲν αἰχμοφόρος ἐπανήκεις δὲ αὐτοκράτωρ, οὐχ ἵππου χρεμετίσαντος ὥσπερ Δαρεῖος, οὐδὲ κυνὶ σπείσας ὥσπερ Ψαμμήτιχος. Alias res agebat Dindorfius quum spreta vulgata κυνῇ σπείσας e Monacensi libro κυνί substituit immemor loci Herodotei II. 151. Ψαμμίτιχος περιελόμενος τὴν κυνέην — ἐπέσχε τε καὶ ἔσπενδε.

In exercitu, inquit p. 69. C: οἱ μὲν ὁπλιτεύουσιν, οἱ δὲ ἱππεύουσιν, οἱ δὲ ὁπλίζονται, οἱ δὲ σφενδονῶσιν. Mirifica est de hoc loco Spanhemii annotatio ad Iulianum p. 112. ubi mendosum ὁπλίζονται primum interpretari satagit ne ab Homerico quidem ὁπλίζειν i. e. παρασκευάζειν abstinens, deinde, ubi vidit sagittarios omnino dici oportere, pro ὁπλίζονται levissima coniectura τοξεύουσιν reposuit. Aliquanto facilius poterat vera scriptura elici, quae haec est: οἱ δὲ τοξάζονται, οἱ δὲ σφενδονῶσιν. Omnem dubitationem eximet locus p. 152. C: ἐν τοῖς πολέμοις σοὶ μὲν — ὁ σφενδονιστὴς σφενδονᾷ, σοὶ δὲ τοξάζεται ὁ τοξότης, ubi Dindorfius nisi summa festinatione esset usus pro barbara forma σφενδονιστής reposuisset Graecam σφενδονήτης. Compositum ἐπιτοξάζεσθαι legitur p. 284. A: ὅσῳπερ ἂν πλείω καὶ ἐντονώτερα μοι ἐπιτοξάζωνται. Sunt hae veteres formae Homericae, quibus Sophistae impense delectantur, nam populus τοξεύω et ἐπιτοξεύω solebat dicere. Saepe apud Homerum τοξάζεσθαι occurrit et notum est:

τῷ δ' ἐπετοξάζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί.

Cave tamen credas Themistium scripsisse p. 219. A: τοξεύεσθαι ἐπίσκοπα, quia barbarum est τοξεύομαι pro τοξεύω. Iterum restitue τοξάζεσθαι. Cave etiam p. 97. D, ne te decipiat scriptura ἵλας τοξευτῶν, ἵλας ἱππέων, sed emenda τοξοτῶν, quorum insignem dexteritatem praedicat p. 116. B: τοὺς φερομένους τοξότας ἑορακὼς οἱ τοῖς ἵπποις ἐπιτρέποντες τὰς ἡνίας ἐπισκοπώτερα βάλλουσι τῶν ἐπὶ γῆς ἑστηκότων. Similiter τοξεύοντα et τοξευόμενον in libris confusa videbis p. 11. D.

Ex Oratoribus Atticis nullo negotio suppleri et emendari possunt Themistii verba quae nunc sensu vacua leguntur p. 313. C: ἐπίτιμον ἑαυτὸν ἀποδείξας καὶ οὐκ ὀφείλοντα κοινωνεῖν τε καὶ βουλευτηρίου καὶ ἐκκλησίας. Dixisset scriptor Atticus ἐπίτιμον ὄντα ἐμαυτὸν ἀποδείξας de eo, qui se optimo iure civem esse probasset. Requiritur igitur in sqq. contrarium, quod sic est restituendum καὶ οὐκ ὀφείλοντα τῷ κοινῷ κοινωνοῦντα καὶ βουλευτηρίου καὶ ἐκκλησίας. *Aerarii debitores*, ut nemo nescit, ἄτιμοι ἦσαν et Curia et Comitiis arcebantur. In Attica dicebantur οἱ ὀφείλοντες τῷ δημοσίῳ, pro quo Themistius τῷ κοινῷ dixit, ut κοινωνεῖν pro μετέχειν. Sequens ΚΟΙΝΩΝΟΥΝΤΑ absorbsit praecedens ΚΟΙΝΩ, et sic pro ὀφείλοντα τῷ κοινῷ κοινωνοῦντα natum est ὀφείλοντα κοινωνεῖν τε sine sensu. Melius Themistius p. 25. A: Ἀθήνησι τοὺς ὀφείλοντας τῷ δημοσίῳ εἴργει ὁ νόμος μὴ κοινωνεῖν τῆς πολιτείας.

Lubenter Themistius, ut reliqui Sophistae, utitur antiquis Atheniensium verbis formulisque forensibus, sed imperite admodum iis utitur et diversissima aut iungit aut confundit, ut in hac ipsa oratione p. 313. C: ὥσπερ ἐν δικαστηρίῳ τὴν ἀντωμοσίαν ὑμῖν ἀναγνωστέον, ἣν ὑπογράφονται καθ' ἡμῶν οἱ κομψοὶ κατήγοροι οὗτοι. Priora sumsit e Platonis Apologia p. 19. B: ὥσπερ οὖν κατηγόρων τὴν ἀντωμοσίαν δεῖ ἀναγνῶναι αὐτῶν, sed vide mihi quam inepte addiderit de suo: ἣν ὑπογράφονται καθ' ἡμῶν. Intelligis quam absurdum sit dicere γράφεσθαι ἀντωμοσίαν; aliquanto absurdius etiam est ὑπογράφεσθαι.

Quis credit auditores in concione sedentes dici posse κεῖ-

σθαι ἄνω ἐπὶ τῆς πέτρας, ut hodie editur p. 315. C: οὐδεμία μηχανὴ τὸν τῷ λόγῳ ὁμοπαθοῦντα κεῖσθαι ἄνω ἐπὶ τῆς πέτρας καὶ τοῦ βάθρου ἀκινητότερον. Scripserat, ut opinor, καθῆσθαι ἄνω, ut apud Demosthenem legerat πᾶς ὁ δῆμος ἄνω καθῆσο.

Miram lectionem e Cod. Ambros. recepit Dindorf. p. 316. B: Ἀμεινοκλῆς Σαμίας ἦλθεν ὁ Κορίνθου ναυπηγός. Vera lectio est apud Thucyd. I. 13: Ἀμεινοκλῆς Σαμίοις ἦλθεν.

Barbarum est quod legitur p. 336. B: τὰ πτερὰ μᾶλλον αὐτὴν κουφιεῖται καὶ ὑψηλοτέραν ποιήσει. Corrige κουφιεῖ τε καί.

Antiqua forma πλεῖν, quae in Atticorum scriptis ubique obliterata est, apud Themistium hic illic evasit, ut p. 354. A: ταύτην ἄρχουσι τὴν ἀρχὴν πλεῖν ἑπτακόσια ἔτη, sed tu supple πλεῖν (ἢ) ἑπτακόσια, ut recte legitur p. 87. B: πλεῖν ἢ τριάκοντα. Servata est vetus forma p. 138. A: πλεῖν ἢ χιλίους, et p. 168: πλεῖν ἢ ςαδίους χιλίους, et p. 200. B: πλεῖν ἢ τριάκοντα ὅλων ἐνιαυτῶν. Variant libri p. 110. A, ubi deteriores exhibent πλὴν ἢ μυρίους νενίκηκας, Ambrosianus veram lectionem πλεῖν ἤ servavit solus.

Lepida historia legitur p. 358. B. de rege Antigono Persaei Stoici iactationem confutante, ubi editur: ποιεῖται δή τινας ἥκειν ἐμπόρους ἀπὸ Κύπρου, ἃ χρὴ λέγειν ἐπὶ τοῦ Περσαίου προεκδιδάξας. Saepius vidi apud Themistium praepositionis πρός siglam veterem a scribis omissam esse. Rescribe προσποιεῖται, *simulat.*

Tralaticio errore scribitur p. 366. D: ἐὰν μὴ πρὸ τοῦ λόγου ὁμολογήσητε μὴ χαλεπαίνειν μηδὲ θορυβήσειν, pro χαλεπανεῖν.

Infelicem Iacobsii coniecturam Dindorfius recepit p. 3. A: ἆρα ὁμοίως εὐπετὲς καταμαθεῖν αὐτόν τε (τὸν θεὸν) καὶ τὰ ποιήματα; ἢ πρὸς ταῦτα μὲν ἡ Φύσις ὄμματα ἐξ ἀρχῆς ἐτεκτήνατο καὶ πάρεσιν ἀνεφγμένοις ὁρᾶν ἥλιόν τε καὶ σελήνην κτέ. Quid attinebat dicere *apertis* oculis haec cerni? In libris est εὖ γενομένοις, in quo latet εὐθὺς γενομένοις. Noto usu dicimur homines εὐθὺς γενόμενοι id est *ab ipsa nativitate* alicuius rei sensum aut facultatem habere. Plato Phaedon. p. 75. B: γενόμενοι εὐθὺς ἑωρῶμέν τε καὶ ἠκούομεν καὶ τὰς

ἄλλας αἰσθήσεις εἴχομεν, et post pauca: ἡπιςάμεθα καὶ πρὶν γενέσθαι καὶ εὐθὺς γενόμενοι τὸ ἴσον καὶ τὸ μεῖζον κτέ. Opponuntur igitur apud Themistium εὐθὺς γενομένοις et εἰς χρόνον et expedita sunt omnia. Videor mihi ipsum Platonis locum reperisse, quem Themistius haec scribens imitatus est. Legitur in Theaeteto p. 186. B: τὰ μὲν εὐθὺς γενομένοις πάρεςι φύσει αἰσθάνεσθαι, — τὰ δὲ — ἐν χρόνῳ παραγίγνεται οἷς ἂν παραγίγνηται.

De Procopio tyrannidem invadente haec scribit p. 91. D: ἐπέσειε τὰ χαλεπώτερα μηχανήματα — τὰς ἀτόπους φήμας καὶ τοὺς ἀγγέλους τοὺς ἐκ τῶν προαςείων κεκονιαμένους. Noli existimare eos nuncios *calce obductos* fuisse: *pulvere conspersos* dixerat Themistius κεκονιμένους, non κεκονιαμένους. Solent Graeculi κονίειν et κονιᾶν stulte inter se permutare, ut apud Hesychium dederunt: Κεκονιαμένος: κεκονιορτωμένος pro κεκονιμένος, quod apud Aristophanem legitur Eccles. 291. ἥκῃ κεκονιμένος, et saepius apud Lucianum. Dindorfius, qui in Themistio festinans mendum non animadvertit, ad Steph. Thes. complura huius confusionis exempla expromsit.

Quod paulo ante scripsit Themistius p. 91. A: Ἄλλοι μέν ῥα θεοί τε καὶ ἀνέρες εὗδον παννύχιοι καὶ οὐδ' ἂν τὸν Δία ἴσως ἡ κωμῳδία τοῦ τηνικαῦτα ἀποδραθεῖν ὑπεξείλετο. in iis respicit antiqui Comici fabulam, de qua ita scribit Celsus apud Origenem VI. p. 329: ὁ κωμῳδὸς ἐν τῷ θεάτρῳ γελωτοποιῶν συνέγραψεν ὅτι Ζεὺς ἐξυπνισθεὶς Ἀθηναίοις καὶ Λακεδαιμονίοις τὸν Ἑρμῆν ἔπεμψεν. Duo menda ex Themistio eximenda sunt: scribe οὐδ' αὐτὸν τὸν Δία — ὑπεξείλετο, et τοῦ τηνικαῦτα ἀποδαρθεῖν. De forma Homerica — ἔδραθον, et Attica — ἔδαρθον diligenter egimus ad Charitonem.

In oratione, quam Maius edidit, multa sunt in quibus Editoris aut peritiam desiderem aut fidem. Pro διεξιόντες dedit δικάζονται cap. 24. p. 466. in his: τὰ ἄμαχα παρὰ Ῥωμαίων τὸν Αἷμον ὑπελάμβανον καὶ τὸν Ἔβρον καὶ τὰς Θετταλικὰς δυσχωρίας, ἃς δικάζονται οὐ σὺν πολλῷ πόνῳ τοῖς θείοις ἐρύμασιν ἐνεσχέθησαν. Haud vidi magis.

C. G. COBET.

AD IULIANI

ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ Η ΚΡΟΝΙΑ

VULGO

CAESARES.

Venio nunc ad Iuliani CAESARES, in quo ludicro libello post multorum curas etiamnunc superest quod aut ex Codicibus aut recte coniiciendo melius constitui possit.

Inscribitur in utroque Codice, quocum diligenter libellum contuli, Vossiano et Marciano CCCLXVI. eodem modo:

Ἰουλιανοῦ αὐτοκράτορος συμπόσιον ἢ κρόνια: —

Quemadmodum in reliquis Iuliani scriptis ubi recte Spanhemius Vossiani libri scripturas enotavit nihil admonebo: itaque ubicumque de Spanhemii scriptura tacuero sic in Codice scriptum esse scito ut ille retulit.

Peccant cum editis Codices p. 306 C. in verbis: *ἀκόλουθα σοί τε καὶ φίλα τῷ σῷ μᾶλλον δὲ τῷ κοινῷ* Πλάτωνι *διανοούμενος*, nam non difficulter concedes mihi pro *φίλα* emendandum esse *φίλῳ τῷ σῷ μᾶλλον δὲ τῷ κοινῷ*. Sic demum verba ordine composita decurrunt et apparet quomodo *τῷ κοινῷ* dici potuerit. Ut enim *ὁ σὸς* Πλάτων rectissime dicitur, sic *ὁ κοινὸς* Πλάτων nec dici neque intelligi ullo modo potest.

Pag. 307 A. pro *εἴτε ἀληθὲς οὕτως ἔχει* recipe ex VM *εἴτε καὶ τἀληθὲς οὕτως ἔχει*. Tum V. exhibet: *εἴτε μίξις τίς ἐστιν ἀληθείας ἀμφοῖν καὶ ψευδοῦς*, unde emblema arguitur et sic scribendum esse patet: *εἴτε πλάσμα λέγεις . . . εἴτε καὶ*

τἀληθὲς οὕτως ἔχει εἴτε μῖξίς τις ἐστὶν ἀμφοῖν, expunctis ἀληθείας καὶ ψευδοῦς, quod insulsum additamentum quum olim supra versum esset adscriptum in hunc modum:

ἀληθείας καὶ ψευδῶς
μῖξίς τις ἐστὶν ἀμφοῖν

factum est ut in Vossiano ἀληθείας in locum prorsus alienum irreperet, quo manifesto indicio permultae istiusmodi interpolationes deprehenduntur. Solent scioli ἀμφοῖν, ἀμφοτέρων et similia pueriliter ex vicinis interpretari. Sunt istiusmodi interpolationes semper frigidae admodum et insulsae, nonnumquam et prorsus absurdae, ut in Platonis Charmide p. 157 B: τοῦτ' ἔστι τὸ ἁμάρτημα περὶ τοὺς ἀνθρώπους ὅτι χωρὶς ἑκατέρου [σωφροσύνης τε καὶ ὑγιείας] ἰατροί τινες ἐπιχειροῦσιν εἶναι. Non vidit homuncio ἑκατέρου esse ψυχῆς τε καὶ σώματος. Lepidi sunt illi ἰατροὶ σωφροσύνης, lepidiores etiam οἱ ὑγιείας ἰατροί.

Quod continuo sequitur αὐτὸ ἐπιδείξει τὸ πρᾶγμα non est bene Graecum, nam in tali re Graeci omnes verbo simplici δείκνυμι utuntur, αὐτὸ δείξει τὸ πρᾶγμα, ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι, δείξω ἔτι ζῶν et sim. Scilicet ἀποδεικνύναι et ἐπιδεικνύναι est *verbis* et *argumentis* probare et demonstrare, δεικνύναι *factis* et *re ipsa* ostendere. Δείξω ἔτι ζῶν significat: *Faciam* aliquid unde me adhuc vivere sentiant. Itaque αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ἐπιδείξει, vel αὐτὸ τοὔργον ἀποδείξει vitiosum est.

In Cod. V. apparet αὐτὸ . . . . δείξει τὸ πρᾶγμα, macula abscondit medium spatium. Scribi poterit αὐτὸ, φασὶ, δείξει τὸ πρᾶγμα, nam proverbium est, aut αὐτὸ τάχα δείξει, sed praepositionem retineri non posse certum est.

Pag. 307 C. non est in V. ἅτε παρετύγχανον, ut refert Spanhemius, sed ἅτεπερ ἐτύγχανον.

Ut parcam operae et simul ut facilius de cuiusque scripturae fide et auctoritate constet, subiiciam ordine Vossiani Codicis lectiones utiles et memorabiles a Spanhemio aut plane omissas aut indiligenter enotatas. Ubi duo Codices conspirant adscribam VM. Deinde de nonnullis locis explicatius agam.

Pag.	Spanhem.	Cod. Vossianus
307. C.	εὐπρεπεῖς	εὐτρεπεῖς
307. D.	προσβλέπει	προσβλέπῃ. VM.

Pag.	Spanhem.	Cod. Vossianus.
308. A.	ἐκαθιζέτην	ἐκαθέζετον. VM.
	κἂν ἐπαινῆται	καὶ φανεῖται. VM.
	τῇ τῶν θεῶν ὄψει	τῆς τῶν θεῶν ὄψεως.
308. C.	δοκῶν μοι	μοι δοκῶν. VM.
309. A.	ἐρυθρὸς γενόμενος	ἐρυθρὸς γινόμενος. VM.
B.	εἶπεν ληρῶν	εἶπε ληρῶν.
	εἶπεν ὁ Ζήνων	εἶπεν ὦ ζήνων.
C.	τοῦ ἐμοῦ θρέμματος	τοὖμοῦ θρέμματος. M. τοὐμοῦ θρέμματος.
310. A.	προβάλλεσθαι	προβαλέσθαι.
	αὐτὸν μὲν ἡ Δίκη δίδωσι	αὐτὸν δίδωσιν ἡ δίκη.
	ἀντὶ τοῦ Δημοσθένους	ἀντὶ τοῦ δήμου. VM.
	Spanh. μικροῦ δεῖ ἄφωνον	μικροῦ δέω φᾶναι.
D.	γίνεταί μου	γίγνεταί μου.
	τυφούμεθα	τυφόμεθα. VM.
311. A.	κατασβέσαι	κατασβέσῃ. VM.
B.	ᾐδέσθη τούτῳ	ᾐδέσθη τοῦτον.
	ναὶ μὰ Δία ἔφη	ναὶ μὰ δί' ἔφη.
	εἰσάξω	εἰτάξω in quo latet ἐπάξω.
C.	ἔχων ὑπήνην	ἔχων τὴν ὑπήνην.
312. A.	μικρολογίας	σμικρολογίας.
B.	τὸν δὲ ὅτι τὴν ἀρχὴν	τῷ δὲ ὅτι τὴν ἀρχὴν.
	ἧς ὁ Μάρκου παῖς	ἣν ὁ μάρκου παῖς.
	Σέβηρος	σευῆρος.
	ὑπὲρ τούτου	ὑπὲρ τούτου δὲ.
	λίαν ἀπηνὲς	τὸ λίαν ἀπηνὲς.
313. A.	Ἐμίσης	ἐμέσης. VM.
	Spanh. δὲ ἰθεῖα	δ' ἰθεῖα.
B.	ὑπὸ τῶν θεῶν	ὑπὸ τῶν ἀθέων. VM.
	ὁ μὲν Σειληνὸς	ὁ σειληνός.
	εἰκὼν δὲ	εἴκων τὲ.
	συγχωροῦντα	ξυγχωροῦντα.
	Spanh. ὦ παπίδιον	ὦ παπία.
	εἰ τῷ Δελφῷ πιστεύεις	εἰ τῶδελφῷ πιστεύεις. M. τῷδελφῷ.

Pag.	Spanhem.	Cod. Vossianus.
315.	τὼ μὲν οὖν δύω	τοὺς μὲν οὖν δύο.
	συνεχώρησεν	ξυνεχώρησεν. VM.
316.	οὕσης δὲ τοιαύτης	οὔσης δὴ τοιαύτης.
	Spanh. παρακαλεῖς	παρεκάλεις.
	νὴ μὰ Δία	μὰ δία.
317. B.	ἐκ τρίτου	ἐκ τρίτων.
	γινέσθω τοίνυν ἐπὶ τῶν προθύρων εἶπεν.	γιγνέσθω τοίνυν εἶπεν ἐπὶ τῶν προθύρων.
318.	τίνα γὰρ ἔχρη τρόπον	τίνα χρὴ τρόπον. VM.
	ἐπιμετρήσαντας ἡμᾶς εἶτα	ἐπιμετρήσασιν εἶτα.
	τοι γὰρ οὖν	τοιγαροῦν.
	ἀγὼν ὁ τῶν καλλίστων	ἀγώνων τῶν καλλίστων.
319.	βασιλεῖς	βασιλῆες. VM.
	ἴστατε κρίσιν	ἵσασθαι κρίσιν.
	θέμενοι βιοτῆς	θέσθε βιοτῆς. VM.
	νενόμιστο καλοῦ· καὶ ὅθ' ἡδίστην	νενόμιστο. καλοῦ θ' ἡδίστην.
320.	τὸ τὰ δεύτερα	τὸ καὶ τὰ δεύτερα.
	ἀνδρῶν ἀρξαμένη	ἀρξαμένη ἀνδρῶν.
	ἐν δὲ τῇ τοσαύτῃ	ἐν δὴ τοσαύτῃ. VM.
D.	Ἰταλοὺς	omittit.
	τοῦτο τὸ ἐμὸν	τοῦτό τε ἐμὸν.
	ἐγὼ δὲ πρὸς Ἀριόβιστον	ἐγὼ πρὸς ἀριόξβιστον.
321. C.	ἔπαθον οὖν	ἔπαθον γοῦν.
	ὅτι οὖν περὶ τῶν πρωτείων	ἔτι οὖν μοι περὶ τῶν πρωτείων. VM.
	αὐτόθεν σὺ	αὐτόθεν καὶ σὺ. VM.
	ἀναγκάζεις	ἀναγκάσεις. VM.
	καίτοι ἢ τί τοσοῦτον	καίτοι, τί τοσοῦτον.
322. C.	ἃ πότε ἀφῆκας	ἃ τότε ἀφῆκας.
323.	τί γὰρ τοσοῦτον ἐκείνῳ	τί γὰρ ἐκείνῳ τοσοῦτον.
	Σκιπίωσι τοῖς δύω	σκηπίωσι τοῖς δύο.
	τὰ ἄλλα ἀλώπεκος	τἄλλα ἀλώπεκος.
	καλῶς καὶ Φρονίμως παντοχοῦ	πανταχοῦ καλῶς καὶ Φρονίμως VM.

Pag.	Spanhem.	Cod. Vossianus.
323.	ὑπὲρ τῶν Ἑλληνικοὺς πολέμους	ὑπὲρ τῶν ἑλλήνων τοὺς πέρσας δίκην καὶ τοὺς ἑλληνικοὺς πολέμους.
	ἐπικόπτων	ἐπισκώπτων.
324.	πολεμωθέντας	πολεμηθέντας.
	εἰ δὲ πρὸς	οἱ δὲ πρὸς. Recte.
	Spanh. γινωσκομένου	γιγνωσκομένου.
	ὑπὲρ Τίγρητα	ὑπὲρ τὸν τίγρητα. VM.
	οὐ κατεκρατήσατε	οὐκ ἐκρατήσατε. VM.
	Spanh. ὑπομνηθέντων	ὑπομνησθέντων.
325.	ἔφερεν τοῦ Ποσειδῶνος	ἔφερεν ὁ τοῦ ποσειδῶνος.
	Spanh. περὶ τῶν ἄλλων	περὶ τῶν ἀλλ ** ρι *. Codex perrosus est, sed manifesto habuit ἀλλοτρίων.
	Ἐγὼ, εἶπεν, ὦ Ζεῦ	ἐγὼ δὲ εἶπεν ὦ ζεῦ. VM.
326.	Ἀρεῖον	ἄρειον supra ει lineola nomen proprium esse significans.
327.	ᾐτιᾶτο δὲ γῆρας	ᾐτιᾶτο δὲ τὸ γῆρας.
	ὑπὸ δὲ τῆς οἴκοι	ὑπό τε τῆς οἴκοι.
	προσβάλλειν ἔθνη	προσλαβεῖν ἔθνη. VM.
	ἑτοιμοτέρους αὐτοὺς ποιοῦσιν	ἑτοιμότερον αὐτὸ ποιοῦσιν.
327.	Spanh. εἴσω που	ἴσως που.
328.	τιμᾶσθαι καὶ πρὸ τῶν ἄλλων	καὶ τιμᾶσθαι πρὸ τῶν ἄλλων.
	τοὺς ὑπηκόους	πρὸς τοὺς ὑπηκόους.
	προσῆκον ἦν ἐμὲ	προσῆκον ἦν ἐμοὶ.
329.	ἦν αὐτῷ γελοῖα	ἦν γελοῖα αὐτῷ.
	ἔμελλε αὐτῷ	ἔμελε αὐτῷ.
	πονηροτάτοις τυράννων	πονηροτάτοις τῶν τυράννων.
	ἀλλ' ἢ	ἀλλ' ἤ.
330.	ἀγὼν ἡμῖν πρὸς ταῦτα	ἀγὼν ἡμῖν ἐϛι πρὸς ταῦτα.
331.	ἐξεπόρθουν	ἐξεπόρθησα. VM.
	πῶς σοί γε εφέπεσθαι μικροῦ νεκρῷ, πῶς οἵ γε φέρεσθαι μικροῦ	πῶς οἵ γε ἐφέρεσθε μικροῦ νεκροὶ. VM.

Pag.	Spanhem.	Cod. Vossianus.
	νεκροί; manifesta dittographia.	
331.	τὸ πρωτεύειν, ἔφη, τῶν ἐμαυτοῦ	τὸ πρωτεύειν ἔφη τῆς ἐμαυτοῦ. VM.
	πότερον κατὰ σοφίαν	πότερον γὰρ εἶπε κατὰ σοφίαν. VM.
332.	προσγεγραμμένον	προσεγγεγραμμένον.
	ᾤετο γοῦν καὶ	ᾤετο οὖν καὶ. VM.
	εἶτα, ἔφη, διὰ τί τοῦτο	εἶτα διὰ τί τοῦτο ἔφη.
333.	πρόσεχε δὲ νοῦν	πρόσεχε δὲ νῦν.
334. D.	τὰ οὖν περὶ τὴν	τά τε οὖν περὶ τὴν. VM.
	παισί τε γὰρ	πᾶσι τὲ γὰρ.
335.	ἐστὶν οὐκ εὔλογον	οὐκ ἔστιν εὔλογον.
	συγγνώμονες γένεσθε	συγγνώμονες γένοισθε.
B.	καὶ ταῖς τῶν φίλων	καὶ τῶν φίλων.
	ἔφη θέλων εἶναι	εἶναι ἔφη θέλων.
	ἥ τε κόμη καὶ τὸ εἶδος	ἥ τε κόμη τό τε εἶδος. VM.
	ἡγεμόσι καὶ βιωσόμενοι	ἡγεμόσι βιωσόμενοι.
336. B.	ἐπέτριβον δὲ αὐτὸν κἀκείνους οὐχ ἧττον τῆς ἀθεότητος οἱ παλαμναῖοι δαίμονες	ἐπέτριβον δ' αὐτὸν . . . . ὡς αἴτιον τῆς ἀθεότητος οἱ παλαμναῖοι δαίμονες.

Hae lectiones tantum non omnes sunt optimae et verissimae et Iuliano reddendae. De nonnullis pauca addam simul de quibusdam locis dicturus, quibus nil remedii Codex attulit.

Pag. 507. C. κλῖναι μὲν οὖν ἔκειντο τέτταρες εὐπρεπεῖς τοῖς μεγίστοις θεοῖς. Cod. recte εὐτρεπεῖς. Tralaticius hic error est: raro εὐτρεπής, quod in desuetudinem abierat, ex scribarum manibus illaesum elabitur. Sexcenties in εὐπρεπής deformatur.

Pag. 308. B. δοκεῖ μοι παρὰ τῶν Μουσῶν αὐτῶν ἀκηκοώς, rescribe δοκεῖν μοι, noto usu positum pro ὥς μοι δοκεῖ.

Pro ὅρα μὴ — διανοηθείη p. 308. D. requiritur διανοηθῇ.

Pag. 309. B. ἐγὼ γὰρ αὐτὸν τούτῳ Ζήνωνι παραδούς, imo vero τουτῳὶ Ζήνωνι. Pervulgatum vitium hoc est saepe e Vossiano emendatum et alibi nonnumquam emendandum. Quo-

niam in plerisque Codd. antiquis τὸ προσγεγραμμένον ἰῶτα omitti solebat, propterea ΤΟΤΤΩΙ scribebatur pro τουτῳῖ, nam pro τούτῳ ponebatur ΤΟΤΤΩ. Facillimum est ubique deprehendere hoc vitium, quia in talibus *omisso articulo* non οὗτος sed οὑτοσί dicendum esse constat. Itaque aut τούτῳ τῷ Ζήνωνι aut τουτῳῖ Ζήνωνι Graecum est, τούτῳ Ζήνωνι non est.

Ubi Zenoni dixerat Iupiter: ἴθι, ὦ Ζήνων, ἐπιμελήθητι τοῦμοῦ θρέμματος, sequitur p. 309. C: ὁ δὲ ἐπακούσας κτἑ. Etiam absque Codicis auxilio manifestum est ὑπακούσας esse reponendum. Passim in libris ὑπακούειν et ἐπακούειν ineptum in modum inter se permiscentur. Nihil est tamen facilius quam ea discernere et utri verbo locus sit ubique definire: ἐπακούειν τινός est *audire*, dicenti aut recitanti *dare operam*: ὑπακούειν τινί est *dicto audientem esse*, iubenti aut vocanti *obtemperare*. Zeno Iovi *paruit*: itaque ὑπακούσας etiam invitis libris emendandum fuisset.

Pag. 339. C: σώφρων τε ἅμα καὶ πολεμικὸν βλέπων, et res ipsa et compositio loci demonstrant σῶφρόν τε corrigi oportere.

Vera lectio Spanhemii vitio periit p. 310. B: τοῦ Κλαυδίου δὲ ἐπεισελθόντος ὁ Σειληνὸς ἄρχεται τοὺς Ἀριστοφάνους Ἱππέας ᾄδειν ἀντὶ τοῦ Δημοσθένους κολακεύων δῆθεν τὸν Κλαύδιον. Locum sic scriptum nemo mortalium intelligere umquam poterit. Vera lectio est ἀντὶ τοῦ δήμου κολακεύων δῆθεν τὸν Κλαύδιον, quae est in Vossiano Codice, est in Marciano, est in editis praeterquam apud Spanhemium, qui *ex ingenio* (si Musis placet) pro ἀντὶ τοῦ δήμου ne admonito quidem lectore substituit ἀντὶ τοῦ Δημοσθένους. Secutus est, credo, opinionem Cantoclari, qui initium fabulae a Iuliano respici putans mirificam commentus est huius loci interpretationem, ex qua animi causa aliquid proferam. Scilicet serio arbitratus est Silenum viso Claudio ita cantitare coepisse:

Ἰαττataιὰξ τῶν κακῶν, ἰαττataῖ!
κακῶς Παφλαγόνα τὸν νεώνητον κακὸν
αὐταῖσι βουλαῖς ἀπολέσειαν οἱ θεοί.

Quid haec ad Claudium? dixeris. Nemo hoc umquam poterit excogitare aut reperire nisi ab ipso Cantoclaro edoctus. »νεώνητον *cum vocat*, inquit, *quia boletorum et eiusmodi cibo-*

rum erat avidissimus. Graeci καταχύσματα vocant quibus νεώνητοι pascebantur. Vide Ammonium." Ne ipse quidem Claudius istam interpretationem concoquere potuisset. Ne caetera tangam, quomodo ista Silenum cantare potuit *κολακεύων δῆθεν τὸν Κλαύδιον*. Sed satis nugarum. Facessat hinc Demosthenes ac videamus quid insit in librorum omnium scriptura: *ὁ Σειληνὸς ἄρχεται τοὺς Ἀριστοφάνους Ἱππέας ᾄδειν ἀντὶ τοῦ δήμου κολακεύων δῆθεν τὸν Κλαύδιον*. Quid est *ἀντὶ τοῦ δήμου*? Credebant esse *ex persona populi*, quasi apud Aristophanem *ὁ Δῆμος* ea loqueretur, quae Silenus subsannans in Claudium convertebat. Sed non est illa sana interpretatio: *ἀντὶ τοῦ Δήμου κολακεύων δῆθεν τὸν Κλαύδιον* sic accipiendum est, ut dicatur Silenus ea in Claudii adulationem convertisse quae apud Aristophanem cantantur ab iis qui *τῷ Δήμῳ* adulantur. Quibus verbis apud Aristophanem *ὁ Δῆμος ἐκολακεύετο*, iisdem Silenus *ἐκολάκευε δῆθεν τὸν Κλαύδιον*. Is locus ex *Equitibus* et olim erat et nunc est notissimus omnibus, qui Aristophanem lectitarunt. Quis enim eorum qui amant Aristophanem ignarus est aut immemor lepidissimae cantilenae, cuius initium est:

ὦ Δῆμε, καλὴν γ' ἔχεις
ἀρχὴν ὅτε πάντες ἄν-
θρωποι δεδίασί σ' ὥσ-
περ ἄνδρα τύραννον.

Viden ut nunc clara luce splendeant omnia? Silenus conspecto Claudio cantare coepit:

ὦ Κλαύδιε, καλὴν γ' ἔχεις ἀρχὴν κτέ.

In ipsum Claudium et in Claudii vecordiam ac stuporem alias semper res agentis et libertis suis stolide servientis reliquos versiculos dixeris esse scriptos:

ἀλλ' εὐπαράγωγος εἶ
θωπευόμενός τε χαί-
ρεις κἀξαπατώμενος,
πρὸς τόν τε λέγοντ' ἀεὶ
κέχηνας, ὁ νοῦς δέ σου
παρὼν ἀποδημεῖ.

Simul intelligitur cur haec Silenus *ᾄδειν* dicatur. Sed satis verborum est: sententia Iuliani olim ab Editore temere obscurata nunc de novo reperta neminem posthac fugiet.

In iis quae continuo sequuntur Claudii liberti Narcissus et Pallas et uxor Messalina arcessi iubentur, his verbis: ἀλλ' ἴθι πέμψον ἐπ' αὐτούς· εἰ βούλει δὲ καὶ τὴν γαμετὴν Μεσσαλίναν. In his iteranda praepositio est: εἰ βούλει δὲ καὶ (ἐπὶ) τὴν γαμετήν, et inserto articulo (τὴν) Μεσσαλίναν.

Vitiosa forma maculat locum p. 310. D: πόθεν ἐξεύρατε; pro ἐξεύρετε. Notum est hoc Graeculorum loquendi vitium, qui εὗρα dicebant (ut ἦρα) et ἔπεσα et ἀφειλάμην, aliaque id genus.

Atticorum more dixerat Iulianus p. 310. B: ναὶ μὰ Δία μέμφομαί γε ὑμῖν, sed Graeculi γὰρ pro γε substituerunt. Vossianus veram lectionem servavit, quam Spanhemius cum multis aliis eiusdem praestantiae relegavit in marginem.

Idem in vicinia ubi editur: εἰσάξω γὰρ ἐπὶ τούτῳ πολλοὺς καὶ ἀγαθούς, ne enotavit quidem Vossiani scripturam εἰτάξω, quae vitiosa est sed ipsam Iuliani manum intus continet. In ΕΙΤΑΞΩ enim male latet ΕΠΑΞΩ, ἐπάξω, quod unice verum est.

Articulus prorsus necessarius periit p. 311. C: φέρων ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ τρόπαια τό τε Γετικὸν καὶ Παρθικόν, imo vero καὶ (τὸ) Παρθικόν. Cur sit repetendus articulus quis non videt? Duo enim haec tropaea sunt, non unum et idem. Emendate scriptum est p. 327. B: ἐπεδείκνυεν αὐτοῖς τό τε Γετικὸν καὶ τὸ Παρθικὸν τρόπαιον.

Noto ioco in sordidos utitur Iulianus p. 312. A: εἷς εἶναί μοι δοκεῖ τῶν διαπριόντων τὸ κύμινον. Hi sunt qui pervulgato nomine κυμινοπρίσαι dicebantur. Ex Iuliano emendaverim Theocriti lepidum locum X. 55.

μὴ 'πιτάμῃς τὰν χεῖρα καταπρίων τὸ κύμινον,

qui locus haud scio an Iuliano obversatus fuerit lubenter Theocritea lectitare solito, sed quidquid huius rei est, διαπρίων certe Theocritus, non καταπρίων, scripsisse videtur.

Plane restituit sententiam Iuliani Vossianus liber p. 312, B: τὸν δὲ ὅτι τὴν ἀρχὴν συναπολλυμένην περιεῖδεν. Verissima enim est lectio τῷ δὲ ὅτι κτἑ. Commodus enim τὴν ἀρχὴν ἀπολέσας αὐτὸς συναπώλετο, pater qui talem filium imperii successorem reliquit recte dicitur τὴν ἀρχὴν τῷ υἱῷ συναπολλυμένην περιιδεῖν.

Pag. 314. B. (Πρόβος) — ἄδικα πεπονθὼς ὑπὸ τῶν θεῶν ἐτιμᾶτο τά τε ἄλλα καὶ τὸ τοὺς φονέας αὐτῷ τὴν δίκην ἐκτῖσαι. Est aliquid inter vulgatam scripturam et eam quae in Vossiano et Marciano libro est: ὑπὸ τῶν θεῶν et ὑπὸ τῶν ἀθέων, quam Spanhemius ne memoravit quidem. Ἀθέους Iulianus appellavit sceleratos milites, qui optimum principem impia manu occiderunt. Praeterea emenda καὶ τῷ (non τὸ) — ἐκτῖσαι. Est enim τὰ ἄλλα in iis accusativis, qui promiscue verbis omne genus apponuntur: sed si quid additur, quod non sit eiusdemmodi, dativo utendum, quod quum Graeculi non caperent diversa exaequaverunt.

Pag. 314. D: τί τοῦτο; — ὦ παππίδιον, φιλόσοφος ἡμῖν ἀνεφάνης; Scriptura Codicis Voss. ὦ παπία indicio est ὦ παππία a Iuliano profectum esse. Praeterea pro ἀνεφάνης ratio et usus loquendi *perfectum* postulant ἀναπέφηνας.

Post pauca egregiam lectionem servavit Codex uterque in verbis οὐκ οἶσθα ὅτι ὁ Σωκράτης τὰ πρωτεῖα κατὰ τὴν φιλοσοφίαν ἀπηνέγκατο — εἴ τι τῷ Δελφῷ πιστεύεις ὅτι ἐστὶν ἀψευδής. Noli credere Apollinem τὸν Δελφόν umquam esse appellatum. In V. est τῶδελφῶ, in M. τὼδελφῷ, quod leniter correctum in τἀδελφῷ unice verum est: »si quid *fratri* tuo credis."

Non scripsit Iulianus p. 315. B: προθέειν αὐτοῦ βουλομένων, sed προθεῖν. Faex Graeculorum πλέειν dicebat et ῥέειν et χέειν et θέειν et πνέειν et δέεσθαι aliaque, quae saepe in antiquiorum scripta irrepserunt. Μεταθεῖν tuto latet in corrupta scriptura apud Iulianum p. 386. D: ἴσῃ γὰρ δήπου σοι τῶν λόγων ἡ πτέρωσις ἢ τοὺς ἑταίρους μεταθεῖναι δύνασαι. Luce clarius est μεταθεῖν emendari oportere, ut dudum Wyttenbachius vidit.

Pag. 315. D. ὅτι μηδὲν ὑγιὲς ἐπεπράγει repone ἐπεπράχει. Scribae confundere solent πέπραχα et πέπραγα, quae certo discrimine apud Graecos diremta sunt. Πέπραχα est idem atque πεποίηκα, εἴργασμαι, egi: πέπραγα est intransitivum et ponitur de fortuna qua quis usus est. Nesciebant hoc Graeculi, neque hoc mirandum nam eruditi quoque magistri discrimen illud non animadverterant. Phrynichus in Bekk. Anecd. p. 60, 5: Πέπραγεν διὰ τοῦ γ προκρίνουσι τοῦ πέπραχεν.

Moeris pag. 293: Πεπραγὼς ἐν τῷ γ Ἀττικῶς, πεπραχὼς Ἑλληνικῶς. Manifesto fallitur et Piersonum secum in errorem traxit. Rectissime tamen emendavit Piersonus locum Euripidis Suppl. vs. 647. ubi quum in libris esset:

σῶς καὶ πεπραγμέν' οἴ' Ἄδραστος ὤφελε
πρᾶξαι ξὺν Ἀργείοισιν.

verissime πέπραγεν correxit. Admoneo novissimi Editoris causa, qui quum πέπραγμεν substitueret non cogitavit barbaram eam formam esse. Plutarchi Editores in Platonis Comici versiculis de Hyperbolo (in vit. Alcib. c. 13. et Niciae c. 11):

καίτοι πέπραχε τῶν τρόπων μὲν ἄξια
αὐτοῦ δὲ καὶ τῶν σιγμάτων ἀνάξια.

male tuentur vitiosam scripturam πέπραχε pro πέπραγε, non enim εἴργασαι significat, sed plane contrarium πέπονθεν. Nihil est igitur facilius quam πέπραγα et πέπραχα ubique distinguere, praesertim quum πέπραγα compositionem non admittat, ita ut in διαπεπράχασιν (Anab. V. VII. 29.) et καταπεπραχέναι (Cyropaed. VII. v. 42.) similibusque nulla detur optio. Sed ad Iulianum revertor.

Pag. 316. B. quum in Heroum coetum Alexander ingrederetur οὔτε ὁ Καῖσαρ οὔτε ἄλλος τις ἐπανίσατο, imo vero ὑπανίσατο, namque hoc est alicui honoris causa *adsurgere*. Saepe ὑπανίσασθαι τῶν θάκων et ἀπὸ τῶν θάκων apud Atticos legitur, ut in Aristoph. Nubibus vs. 393:

καὶ τῶν θάκων τοῖς πρεσβυτέροις ὑπανίσασθαι,

et in Xenophontis Hierone VII. 2: ὑπανιστῶνται δ' ἀπὸ τῶν θάκων ὁδῶν τε παραχωρῶσιν, et in eiusdem Symposio IV. 31: ὑπανίστανται δέ μοι ἤδη καὶ θάκων καὶ ὁδῶν ἐξίστανται οἱ πλούσιοι. Falluntur qui credunt eandem notionem in verbo ἐπανίστασθαι inesse, auctore Eustathio ad Iliad. B. 85, quo non est in talibus auctor levior. Ἐπαναστῆναι apud Veteres aut nihil differt ab ἀναστῆναι, aut de rebellantibus ponitur deque iis qui eos, quorum potestati vel imperio subiecti essent, vi et armis aggrediuntur. Multis post Iulianum saeculis haec quoque confundi coepta sunt, et h. l. non Iuliani, sed scribae errorem tenemus.

Duplex mendum inest p. 316. D. in verbis: οὐ μὴν ἔτι καὶ τῶν παρ' ἑαυτοῖς γεγονότων οἴονται (Voss. οἷόν τε) μείζονα τοῦτον

ἴσως μὲν ὑπὸ φιλαυτίας παθόντες ἴσως δὲ καὶ οὕτως ἔχοντες (Voss. οὕτως εἶχον). Primum inserto τι ita scribe: ὑπὸ φιλαυτίας (τι) παθόντες. Sequens Π ut saepissime alibi praecedens TI absorpsit. Tum quaere quid pro ἔχοντες, quod manifesto mendosum est, reponendum esse videatur. Egregiam opem fert Vossianus, nam quod dedit οὕτως εἶχον si unam literulam exemeris ipsa est Iuliani manus, qui sic scripserat: ἴσως δὲ καὶ οὕτως ἔχον. Ubi dixerat Romanos Alexandrum ex claris imperatoribus apud se natis nemini anteponere, addidit *fortasse quia sua cuique praeplacent, fortasse etiam quia ita se res habet.* Mirantes Graeculi quo pacto τι παθόντες et οὕτως ἔχον componi potuerint (quae res Graece scientibus nihil habet admirationis) turbas dare coeperunt: alii ἔχοντες correxerunt scilicet, alii εἶχον. Stulte utrumque, ut vides.

Evidens mendum tenemus p. 317. B: ἐκήρυττεν οὖν ὁ Ἑρμῆς παρεῖναι Καίσαρα. Sine mora repone παριέναι. Recte legitur in vicinia p. 317. C: ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ Μάρκος κληθεὶς παρῆλθεν, et p. 313. B: ἐπὶ τούτῳ παρῆλθεν εἴσω Γαλλιῆνος, et p. 315. D: ὁ Κωνσαντῖνος δὲ παρῆλθεν εἴσω. Notum est praesertim in compositis temere -εῖναι et -ιέναι passim confundi.

Pag. 318. B: βουλόμενος δὲ ὁ Ζεὺς — προσάγειν ἐπὶ πλέον αὐτοῖς τὴν συνουσίαν, perspicuum est προάγειν (*producere*) ἐπὶ πλέον corrigi oportere.

Non uno vitio inquinata verba sunt, quae leguntur p. 318. C: τοῦ ὑμετέρου πόματος ἐραςαὶ τὼ ἄνδρε ἐγενέσθην. Antiquum loquendi usum imitatus Iulianus et πώματος dederat et ἐραςά. Quis nescit quoties scribae suum πόμα antiquae formae substituerint? In dualium usu multum sibi placebant οἱ Ἀττικῶς γράφοντες. Iulianus quoque illis formis impense delectatur, ut alias ostendimus. Addere iuvat exemplum ex Aeliano, ut eadem opera ridiculum Suidae errorem redarguam. Legitur apud Suidam v. Ἔχετον ἀντὶ τοῦ ἐχέτωσαν δυϊκῶς. λέγεται τοῦτο Τίμαιος καὶ Ἀναξιμένης, ἔχετον δὲ καὶ Κλείταρχον αὐτοῖς νοοῦντα εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτήν. Tumor orationis Aelianum auctorem arguit, qui pro λέγουσιν et ἔχουσιν sic dicere maluit et mirifice locutum esse se putavit. Quid autem Suida facias qui ἔχετον pro ἐχέτωσαν dictum esse opinatur et Interpretibus persuasit qui *Dicant hoc — habeantque consentientem* verte-

runt. Certum est neque ἔχετον pro ἐχέτωσαν dici posse, et ἐχέτων, quam formam pueri sedulo edidicimus, in grammaticorum cerebris esse natum, et in Graecorum scriptis nusquam apparere. Suidas igitur de nihilo comminiscitur ἔχετον pro ἐχέτωσαν dici et novo exemplo ostendit Graeculis in tali re credi non debere:

οὕτως αὐτοῖς ἀταλαιπώρως ἡ γραμματικὴ διέκειτο.

Forma ἐραςά a scribis obscurata admonet me versiculi Callimachei apud Bentl. Fragm. XXXVI.

Δαίμονες εὐυμνότατοι, Φοῖβέ τε καὶ Ζεῦ, Διδύμων γενάρχαι.

ubi in aliis γενάρχα scribitur »*numero singulari ut ad solum Iovem referatur*", ut scribit Bentleius, qui γενάρχαι probat. Verum est γενάρχα, sed ultima producta numero *duali*.

Quod Mercurius p. 318. D. pronuntiat κήρυγμα in eo Iulianus non illepide imitatus est carmen antiquum, quo in ludis Olympicis praeco utebatur. Hinc parata emendatio est primis versibus. Editur:

Ἄρχει μὲν ἀγὼν | ὁ τῶν καλλίςων
ἄθλων ταμίας | καιρὸς δὲ καλεῖ
μηκέτι μέλλειν.

in Vossiano est: ἀγώνων καλλίςων, vera lectio est: ἀγὼν τῶν καλλίςων ἄθλων ταμίας, ut apparebit ex iis quae annotavimus ad Philostrati libellum περὶ Γυμναςικῆς p. 38 sq. Etiam in reliquis passim vitiata antiqua scriptura aut ex indiciis libri Vossiani aut ex ingenio redintegranda est. Primum pro:

ἀλλ' ἀκούοντες | τὰν ἡμετέραν
κήρυκα βοὰν | οἱ τὸ πρὶν βασιλεῖς

suadente metro rescribe ἀλλὰ κλύοντες et οἱ πρὶν βασιλῆς, quo ducit librorum scriptura βασιλῆες. Tum pro:

ἴτ' ἐς ἀντίπαλον ἵςατε κρίσιν,

optime nobis reddidit Vossianus ἵςασθε κρίσιν, quod simul sententiam restituit et metrum. Quod dederat scriba ἵςασθαι κρίσιν statim ipse correxit supra αι scribens ε. Nihil horum Spanhemius enotavit. Rectissime autem dicitur ἵςασθαι εἰς κρίσιν, quemadmodum ἵςασθαι εἰς ἀγῶνα, et sim. Caeterum animadvertendum est Iuliani versus anapaesticos esse monometros, non dimetros, in quibus singulis contra antiquam horum numerorum legem Iuliano ignotam ultima syllaba arbi-

tratu poëtae aut producitur aut corripitur. Iulianus igitur pro spondeo trochaeum, pro anapaesto tribrachyn securus ponit et versiculos pangit istiusmodi:

ἔθνεα πολλὰ | δουλωσάμενοι

et: ἴτ' ἐς ἀντίπαλον | ἵσασθε κρίσιν

et: ὄμμασι τερπνὰ | μαλακάς τε φέρειν

neque se suspicatus est violare legem metricam quam a Veteribus diligenter ubique observatam permultis post Iulianum saeculis animadvertit Bentleii acumen: vid. Epist. ad Millium p. 26, et Respons. ad C. Boyleum p. 73 sqq. Lennepii.

In iis quae continuo sequuntur p. 319. B. pro θέμενος βιοτῆς in Vossiano et Marciano est θέσθε βιοτῆς, quod non est abiiciendum nam continet intus veram lectionem θέσθαι βιοτῆς sic restituendam:

οἷς τε φρόνησιν | τέλος ὀλβίσῃς
θέσθαι βιοτῆς | οἷς τ' ἀντιβίους
κακὰ πόλλ' ἔρξαι | καὶ χρησὰ φίλους
τέκμαρ βιότου | νενόμισο καλοῦ.

Nunc demum omnia optime composita sunt et aptissime coalescunt: οἷς τε — οἷς τε — τέκμαρ βιότου νενόμισο. Ubi prius οἷς τε (scriptum de more οἷσε) in οἵ τε depravatum est, nihili Graeculus θέσθαι (θέσθε) in θέμενοι refinxit nil curans quomodo haec caeteris aptarentur. Eadem sententiae forma in sqq. quoque instauranda est. Vossianus enim exhibet: νενόμισο καλοῦ θ' ἡδίσην ἀπόλαυσιν ἔχειν: editur: νενόμισο καλῶ καὶ ὅθ' ἡδίσην, sed tu sic scribe:

νενόμισο καλοῦ. | οἷς θ' ἡδίσην
ἀπόλαυσιν ἔχειν | . . . . ἐφάνη
μακαρισότατον.

quae proximis similia commodissime decurrunt, ut in Mercurii praeconio nihil prorsus supersit difficultatis. Quinque priores versiculi et duo ultimi videntur esse antiqui ex ipso vetusto praeconis Olympici carmine depromti. Caeteri non sunt elegantissimi, sed Iulianus non optimus poëta meliores pangere non poterat.

Non habet Graecum colorem oratio p. 320. A: ὥσε τὴν μὲν ὅσον οὐ πώποτε ἄλλη πόλις ἐβασίλευσε βασιλεύειν, namque in hac compositionis forma elegans ellipsis perpetua est, quae in

hunc modum restituenda: *ὅσον οὐ πώποτε ἄλλη πόλις βασιλεῦσαι*, resecto verbo finito *ἐβασίλευσε*, quod natum esse suspicor ex sq. infinitivo vitioso scripto ΒΑΣΙΛΕΤΣΕ pro ΒΑΣΙΛΕΤΣΑΙ, ex quo quum nescio quis *ἐβασίλευσε* effinxisset necessarium infinitivum addidit de suo.

Duplici errore edidit Spanhemius p. 320. B: *ἐν δὲ τῇ τοσαύτῃ καὶ τηλικαύτῃ πόλει γεινάμενος*, ubi imperite sprevit *γενόμενος* a Vossiano oblatum (ut paulo ante recipere debuerat: *ἐμοὶ μὲν — γενέσθαι συνέβη*, pro *γείνασθαι*) et pro *τοσαύτῃ*, ne bis idem diceretur, *τοιαύτῃ* dare debuerat. Non meminit inter *γείνασθαι* et *γενέσθαι* tantundem interesse atque inter *genuisse* et *genitum* (*natum*) *esse*.

Non est sanum quod legitur p. 321. C: *Ἀλέξανδρος Αἴγυπτον παρῆλθε θεωρῶν*, requiro *περιῆλθε*.

Manifesto errore scribitur p. 320. C: *τὰ μαχιμώτατα τῷ Δαρείῳ πρότερον ὑπακουόντων ἐθνῶν*, quantocyus corrige: *τὰ μαχιμώτατα τῶν Δαρείῳ πρότερον ὑπακουόντων*.

Revoca pronomen necessarium pag. 321. D: *ἀναγκάσεις με λέγειν ὅπως (σὺ) μὲν ἐχρήσω πικρῶς Θηβαίοις, ἐγὼ δὲ τοῖς Ἑλβετίοις φιλανθρώπως*. Nullo modo in illa oppositione *σύ* omitti potuit.

Perspicuum est *τὸ* in *τοῦ* mutari oportere p. 322. B: *ἐχρῆν δὲ μάλιστα μὲν ἀμφοῖν φείδεσθαι — πλέον δὲ τὸ* (imo vero *τοῦ*) *τἀμὰ διασύρειν*. Simillimus locus est p. 325. D. *τοῦ διασύρειν μὲν τὰ τῶν ἄλλων ἔργα ἀφέξομαι*, nam plane idem significat in talibus *φείδομαι* et *ἀπέχομαι*.

Vide mihi Spanhemii *ἀκρισίαν* qui p. 322. D. edidit: *ἄλλοι μὲν κατειργάσαντο, Κράσσος καὶ Λούκιος, τοὔνομα δὲ καὶ τὴν ὑπογραφὴν ἔσχε Πομπήϊος*, quum olim rectissime *τὴν ἐπιγραφήν* legeretur, quod diserte in Marciano Codice scriptum est. Etiam si in omnibus libris *ὑπογραφήν* legeretur, tamen et ex rei natura et ex certo loquendi usu unusquisque perspicere potuisset *ἐπιγραφήν* a Iuliano scriptum esse. Non fugit ea res Wyttenbachium, qui in Epist. Crit. p. 31. *ἐπιγραφήν* et aliorum testimoniis munivit et ipsius Iuliani verbis p. 323. B: *ἀλλοτρίαις ἐπεγράφησαν πράξεσιν*. Natum est hoc dicendi genus ex more Romanorum apud quos nomen illius qui aedem sacram dedicavisset in fastigio inscribebatur,

ut perspicuum facit Iulianus ipse p. 323. A. *ὥσπερ ἐν πολιτικαῖς οἰκοδομίαις ὑπ' ἄλλων καταβληθείσαις καὶ ἐπιτελεσθείσαις ἕτερος ἄρχων ἐπεγράφη μικρὰ κονιάσας τὸν τοῖχον*, id quod in Capitolio usu venit: vid. Tacit. Histor. III. 72.

Apud Graecos *ἐπιγράμματος τυχεῖν* dicuntur quibus statua cum inscriptione ponitur, cuius rei memorabile exemplum est apud Iulianum p. 8. C, qui de Constantio haec refert: *βασιλεὺς γὰρ ὢν καὶ κύριος πάντων στρατηγὸς ἐκείνων (τῶν Ἀθηναίων) ἠξίου καλεῖσθαι καὶ τοιαύτης εἰκόνος τυγχάνων μετ' ἐπιγράμματος ἐγάνυτο πλέον ἢ τῶν μεγίστων τιμῶν ἀξιωθείς*. Eodem sensu usus est Iulianus verbo *ἐπιγράφω* p. 267. B: *οὐκ ἀλλοτρίοις ἐμαυτὸν ἔργοις ἐπιγράφων, τῷ θεῷ δὲ — προσανατεθεικὼς ἅπαντα*.

Spanhemius igitur vitiosum *ὑπογραφήν* imperite e Vossiano libro ne admonito quidem lectore recepit: quanto melius ex eodem libro *Κράσσοι καὶ Λούκιοι* pro vulgatis *Κράσσος καὶ Λούκιος* Iuliano reddidisset.

Quod scribit Iulianus p. 323. B. *εἰ κεκράτηκας Πομπηΐου δακτύλῳ κνωμένου, qui digito caput scalpebat*, sumtum est ex Plutarchi vita Pompeii cap. 48, et quod addit: *καὶ τἄλλα ἀλώπεκος μᾶλλον ἢ λέοντος* respicere videtur iocosum dictum vetus in Spartanos:

οἶκοι λέοντες, ἐν Ἐφέσῳ δ' ἀλώπεκες.

Post pauca p. 323. D. ubi editur: *Πέρσαι καὶ καλῶς καὶ φρονίμως πανταχοῦ παρεσκευασμένοι*, recipe e Vossiano: *Πέρσαι δὲ πανταχοῦ καλῶς καὶ φρονίμως π.*

Impeditus est locus et lacunosus, ut suspicor, p. 234. B. *τούτων δὲ αὐτῶν ὀλίγον ἔθνος, Αἰτωλοὺς λέγω τοὺς παροικοῦντας ὑμῖν, οὓς φίλους ἔχειν — ἐποιήσασθε περὶ πολλοῦ, πολεμωθέντας δὲ ὑμῖν — οὐκ ἀκινδύνως ὑπακούειν ὑμῖν ἠναγκάσατε*. Non sunt haec apte composita, ut vides: pro *οὓς φίλους ἔχειν* in Vossiano est: *οἳ φίλους μὲν ἔχειν*, quo nihil iuvamur. Aliquid dicet Iulianus si *οὓς* (vel *οἳ*) deleveris, sed probabilius est nonnulla desiderari. Praeterea rescribendum *τοὺς παροικοῦντας ἡμῖν*, nempe *Macedonibus*. Lepide Interpres: »*Aetolos dico*, qui vestram Italiam contingunt," qui non videtur recordatus esse,

ὅτιὴ μάλα πολλὰ μεταξὺ
οὔρεά τε σκιόεντα θάλασσά τε ἠχήεσσα.

Non intellexit Spanhemius p. 324. B. quum ex Codice Voss. pro *εἰ δὲ πρός* in margine *οἱ δὲ πρός* enotaret, se ipsam Iuliani manum tenere. Sine mora enim recipiendum: *Οἱ δὲ πρὸς τὸ γῆρας τῆς Ἑλλάδος — μόγις ἀρκέσαντες τίνες ἂν ἐγένεσθε εἰ κτἑ.*

Obiter emenda p. 324. D. *ἐγὼ δ' ἐν οὐδὲ ὅλοις ἐνιαυτοῖς δέκα*, pro *δὲ οὐδὲ ἐν ὅλοις*, nam certa et perpetua in talibus haec verborum compositio est, quae saepius et apud alios et apud ipsum Iulianum recurrit. Post pauca corrige: *εἶτ' ἐμοὶ τολμᾷς ἀμφισβητεῖν, ὃς — ἔργα ἔπραξα τηλικαῦτα.* Editur *εἶτά μοι.*

Expunge importunum *δέ* p. 325. A. *ὥςε τὴν μνήμην — ὅμως* [*δὲ*] *συμπαραμένειν τῷ βίῳ.*

Sine cunctatione p. 325. C: *ἐπεὶ δὲ εἴρητο καὶ τούτῳ ςρατιωτικώτερος ὁ λόγος* e Vossiano recipiendum adverbium *ςρατιωτικώτερον.* Deinde expunge *τι* in verbis: *ἀφεὶς τὸ λέγειν* [*τι*] *περὶ τῶν ἀλλοτρίων· Ἐγὼ δέ, εἶπεν.* Tum *οὑτοσὶ* pro *οὗτος* repone in his: *ὥσπερ ὁ γενναῖος οὑτοσὶ Ἀλέξανδρος.*

Expunge unam litterulam p. 326. A: *περὶ τὸ Ἀκτικόν*, nam *Ἄκτιον* genuinum est.

Quod modo vidimus pronomen *τι* moleste abundare, idem incommode abest p. 326. C. ubi supple: *ἐπικτᾶσθαί* (*τι*) *πάντως αὐτῇ διενοήθην.*

Ubi dicit Augustus p. 326. C: *Ὅρια δὲ διττὰ ὥσπερ ὑπὸ τῆς Φύσεως ἀποδεδομένα Ἴςρον καὶ Εὐφράτην ποταμοὺς ἐθέμην*, offendo in *ἀποδεδομένα.* Nihil est enim: *ἡ Φύσις τὰ ὅρια ἀποδίδωσι.* Quid ergo requiritur? Nempe *ἀποδεδειγμένα. Natura ipsa fines constituit* Graece sonat *ἡ Φύσις τὰ ὅρια ἀπέδειξεν*, idque ipsum requirit sententia.

Elegans ellipsis inscite a Graeculo expleta est p. 326. D. in verbis: *πολέμους ἐκ πολέμων ἑαυτοῖς ὥσπερ οἱ Φιλοπράγμονες δίκας* [*μελετῶσι*] *κατασκευάζοντες.* Alienum est ab huius loci sententia *δίκας μελετῶσι.* Resecto additamento apparet Iulianum hoc dicere: *ὥσπερ οἱ Φιλοπράγμονες δίκας* [*ἐκ δικῶν ἑαυτοῖς παρασκευάζουσιν*].

Recipe ex Vossiano articulum p. 327. B: *ἠτιᾶτο δὲ* (*τὸ*) *γῆρας* et post pauca *τε* pro *δέ* in verbis: *ὑπό τε τῆς οἴκοι — τυραννίδος καὶ τῆς τῶν Γετῶν ὕβρεως*, et p. 327. D. *ἑτοιμότερον αὐτὸ ποιοῦσιν* pro *ἑτοιμοτέρους αὐτούς.*

Exciderunt nonnulla pag. 329. A. inter *Φόρους γὰρ ὥσπερ ἐτετελέκει* et *καὶ πρὸς τὴν Τρυφὴν ἀφεώρα*, ut unicuique statim perspicuum erit. Tum *αὕτη* repone pro *αὐτοῦ* in sqq. *πόρρω δὲ εἰςήκει τῶν θεῶν αὕτη περὶ τὰ πρόθυρα τῆς Σελήνης*, et *ὅλος* pro *ὅλως* in his: *ὅλος πρὸς ἐκείνην βλέπων οὐδὲν ἔμελεν αὐτῷ περὶ τῆς νίκης*, quae negligentius a Iuliano composita sunt, qui neque *ὅλος — βλέπων* cum *ἔμελεν αὐτῷ* debebat coniungere neque *περί* addere, quam praepositionem nemo veterum verbo *μέλειν* addidit umquam. Ne *ὅλος βλέπων* quidem bene habet, nam veteres *ὅλος εἰμί* vel *γίγνομαι πρός τι* dicebant. Sed de Iuliani vitiosa dictione alibi erit dicendi locus.

Quem locum supra emendavimus ex p. 329. C. *ἦν οὗτος προεκτήσατο χώραν*, et *προσεκτήσατο* reponendum esse admonuimus, sciendum est diserte *προσεκτήσατο* in Marciano Codice exstare. Idem liber pro *ἴσως* (*ἴσος*) *οὐκ ἂν ἀπεικότως νομιζοίμην* dedit: *ἴσως ἂν οὐκ ἀπεικότως*, unde *ἂν οὐκ* recipiendum pro *οὐκ ἄν*. *Ἴσος* enim voculam *ἄν* trahit ad sese, quoniam in eo vocabulo pondus est. Nihil ponderis est in *οὐκ ἀπεικότως*, itaque non est illa particulae *ἄν* iusta sedes.

Periit manifesto pronomen relativum p. 329. C: *τί δέ εἰσιν οὓς λέγεις Ἀδώνιδος κήπους*; (*οὓς*) *αἱ γυναῖκες, ἔφη, τῷ τῆς Ἀφροδίτης ἀνδρὶ Φυτεύουσι κτέ.* Vulgata lectio, in qua *οὓς* omissum est, quod neque in Codd. comparet, nullo modo intelligi potest. Tum recipe ex Vossiano *χλοήσαντα* (Marcianus *χλοΐσαντα*) pro *χλωρήσαντα*.

Vehementer nos sciolus ludificatur p. 330. D. ubi Silenus ad Alexandrum ita dicit: *αὐτὸς οὖν, εἶπεν, ἡττήθης σεαυτοῦ πολλάκις*. quem Alexander redarguens scilicet: *ἀλλ' αὐτὸν ἑαυτοῦ, εἶπεν, κρατεῖν καὶ ἡττᾶσθαι ὁμωνύμως* (*λέγεται*). Addendum est enim verbum *λέγεται*, ut loci sententia constet. Lepide traducit in his Alexandrum *Περιπατητικῶν παρακουσμάτων γέμοντα*, ut paulo ante scite de eo dixerat. Pessumdedit venustatem loci Graeculus, qui post *πολλάκις* de suo inseruit; [*ὀργῆς ἢ λύπης ἤ τινος τοιούτου τὸν νοῦν ἢ τὰς Φρένας ἥττω καὶ χείρω ποιήσας*] quae nunc pro Iulianeis leguntur. Vel dicendi genus abiectae aetatis Graeculum arguit: *ποιήσας τὸν νοῦν ἢ τὰς Φρένας ἥττω καὶ χείρω ὀργῆς ἢ λύπης* bellissima sunt, ut

vides. Praeterea si Silenus tam multis explicuisset quid esset *αὐτὸς ἑαυτοῦ ἠττήθης*, non potuisset Alexander respondere *ἀλλ' αὐτὸν ἑαυτοῦ κρατεῖν ἢ ἡττᾶσθαι ὁμωνύμως λέγεται*. Reddamus igitur censeo Graeculo suam interpretationem, qua demum expuncta Iuliani locus intelligi poterit et rectissime procedet.

Uterque Codex recte p. 331. B. pro *ἐξεπόρθουν τὴν πόλιν* exhibet *ἐξεπόρθησα*.

Abesse non potest vocula *γε* p. 331. B. ubi quum Silenus dixisset: *σὺ μὲν γὰρ ἔκεισο — ὀλιγοδρανέων, οἱ δὲ ἠγωνίζοντο καὶ ἐνίκων*, Alexander concitate respondet: *ἡγουμένων (γ') ἡμῶν*. Tolle voculam restrictivam, quae abest a libris, et Alexander nihil dicet.

Vide mihi quam indiligenter Spanhemius Iuliani orationem constituerit p. 331. B. Ad Alexandri verba, quae modo correximus: *ἡγουμένων γ' ἡμῶν* subsannans Silenus haec ei occinit: *πῶς; οἵγε ἐφέρεσθε μικροῦ νεκροί*; Haec est sana et integra lectio, quae in Vossiano et Marciano servata est. Spanhemius edidit: *πῶς σοίγε ἐφέπεσθαι μικροῦ νεκρῷ; πῶς οἵ γε φέρεσθαι μικροῦ νεκροί*, bis apponens eadem verba diversis modis vitiata: deinde ipsam Iuliani manum omni mendo vacuam in margine apposuit. Hoc vero est boni Editoris officio fungi!

In vicinia iterum pro *τὸ πρωτεύειν τῶν ἐμαυτοῦ*, quod sensu vacuum est, uterque Codex veram lectionem servavit *τῆς ἐμαυτοῦ*.

Pag. 332. A. pro *ἠδυνήθης* et *ἐδυνάσθης* bis Marcianus *ἐδυνήθης* exhibet, quod recipiendum esse arbitror. Praeter Xenophontem nemo utitur forma *ἐδυνάσθην*.

Pag. 332. B: *τῶν διαθηκῶν ἀκροασάμενοι μισθὸν ἐώρων τῆς ἀγανακτήσεως αὐτοῖς οὐ τὸν τυχόντα προσεγεγραμμένον*. Duo Codices consentiunt in *οὗτοι τὸν τυχόντα*, deinde Vossianus *προσεγγεγραμμένον* habet, Marcianus *ἐγγεγραμμένον*, quorum illud rectius.

Post pauca egregia lectio ex utroque Codice recipienda *ὁ κοροπλάθος* pro *ὁ κοροπλάστης*. Haec est enim sequiorum forma, illa veterum Atticorum, de qua Moeris annotarunt et Timaeus, et ad utrumque eruditissimus Editor.

Insere necessarium *καί* p. 333. A: *ἠττήθης οὖν (καὶ) σὺ*

τῶν ἀγεννεστέρων, et egregiam Vossiani libri lectionem amplectere: ἀλλ' ἐπ' ἐκείνων εἶχέ σοι χώραν τὰ σκώμματα pro: ἀλλ' ἀπ' ἐκείνων ἔχε σὺ κατὰ χώραν τὰ σκώμματα, quae Petavio videbantur significare: »*tu ab istis deridendis abstineto.*" Vera lectio significat: »*sed in illis erat tibi iocandi materies*, multa erant in illis, quae lepide traducere posses, πρόσεχε δὲ νῦν (sic recte Voss. pro νοῦν) ὅπως ἀντιλήψῃ τοῦ Μάρκου. Facile est ad intelligendum unde vulgatae lectionis vitium natum sit. Confundi solent ΣΥ et ΣΟΙ. Itaque ubi incidit Graeculus corrector in hanc scripturam ἀλλ' ἐπ' ἐκείνων εἶχε σὺ χώραν τὰ σκώμματα medicinam quaerere coepit, et, ut isti solent, vitii sedem reperire non potuit. Venit ei in mentem locutionis ἔχειν κατὰ χώραν pro ἡσυχίαν ἄγειν, quamobrem ἔχε σὺ κατὰ χώραν dedit, quibus verbis ἀπ' ἐκείνων utcumque accommodavit.

Pag. 334. A. verba ὥσπερ ὑπὸ πύκτου δεξιοῦ πληγείς sumta sunt ex Platonis Protagora p. 339. E.

Marcianus solus verum servavit p. 334. C: περὶ δὲ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ τοῦ Διὸς ἀπόφασιν ἔχων, imo vero ἔχω, quod etiam sine Codice facile reperiri potuisset.

Ut solent in libris παῖς et πᾶς, παισίν et πᾶσιν inter se permutari, sic in Vossiano peccatum est p. 334. D. nam pro: παισί τε γὰρ νόμιμον ἐπιτρέπειν τὰς διαδοχάς, inepte ac sine sensu exhibet: πᾶσι τὲ γάρ.

Pag. 335. A. pro μακρότερα ἀπολογούμενος in Marciano est μακρότερον, vitiose. Notandus error est et alibi apud Iulianum et alios corrigendus. Facile error nascitur in Codd. τρ' o scribitur pro -ότερα vel -ότερον, sed nusquam optio dubia esse potest. Ut enim πολλὰ λέγειν dicitur, sic et μακρά, βραχέα, ἀληθῆ, ψευδῆ, δίκαια, ἄδικα λέγειν, unde consequitur ut πλείω λέγειν, sic μακρότερα, δικαιότερα sim. λέγειν dicendum esse.

Post pauca ex utroque Codice legendum: ἀναναγχάσας εἶπ ὁ Σειληνὸς μέγα· Ἀλλ' ἦ τραπεζίτης εἶναι, ἔφη, θέλων ἐλελήθεις σεαυτὸν ὀψοποιοῦ καὶ κομμωτρίας βίον ἔχων, nisi quod pro ἔχων ex Graecorum usu requiro βίον ζῶν.

Praeterea uterque liber optime dedit ἥ τε κόμη τό τε εἶδος, quae sunt Homeri verba, ut supra ostendimus.

Pag. 336. A. recte emendant προαγορεύοντα πᾶσι pro προσαγορεύοντα. Multis aliis apud Iulianum locis stulte legitur *salutare* (προσαγορεύειν) pro *edicere* (προαγορεύειν), quamquam nusquam est dubia optio.

In Codice Marciano omissa sunt ea omnia quae leguntur inter πρὸς τὴν Ἀσωτίαν ἀπήγαγεν et Ὁ δὲ σφόδρα ἄσμενος ἐνέτυχεν αὐτῇ. Cur omissa sint luce clarius est. Ferre non poterant Christiani convicia, quibus sua sacra Iulianus illo loco insectabatur, itaque eum locum resecuerunt. Haec ipsa causa est cur in Codice Vossiano folium unum rescissum sit: quod qui postea explevit odiosum locum et ipse omisit. Scriba Marciani Codicis ad p. 336. A. ubi Constantinus exagitatur, iratus adscripsit: ὅρα τὸν ἀλιτήριον οἷα φησὶ κατὰ τοῦ μεγάλου κωνσταντίνου, et passim eodem modo in Vossiano libro lectores in margine maledicta in Iulianum evomunt, quae satius est cum risu contemnere. Nondum sciebant illorum temporum Theologi quam esset bono viro et Christiano indignum tam intemperanter debacchari et istiusmodi maledicta auctoribus suis in capita recidere.

Nos non tantum ista convicia et petulantiam aequissimo animo ferimus, sed etiam si quid in iis a scribis peccatum est quo minus appareat Iuliani in Christianos acerbitas, sedulo id in integrum restituemus. Ubi Mercurius sic pronuntiaverat: πορεύεσθε οὖν ὅποι φίλον ἑκάστῳ ὑπὸ θεοῖς ἡγεμόσι (nam sic e Cod. Voss. scribendum) βιωσόμενοι τὸ ἐντεῦθεν, alius ad alium Deum se applicuit, ὁ δὲ Κωνσταντῖνος — ἐγγύθεν τὴν Τρυφὴν κατιδὼν ἔδραμε πρὸς αὐτήν. Ἡ δὲ ὑπολαβοῦσα μαλακῶς — πρὸς τὴν Ἀσωτίαν ἀπήγαγεν. In mediis, quae omisi, emenda καλλωπίσασα pro καλλωπήσασα. Deinde haec continuo sequuntur: ἵνα καὶ τὸν υἱὸν εὑρὼν ἀναστρεφόμενον καὶ προαγορεύοντα πᾶσιν· Ὅσις φθορεύς, ὅσις μιαιφόνος — ἴτω θαρρῶν· ἀποφανῶ γὰρ αὐτὸν τουτῳῖ τῷ ὕδατι λούσας αὐτίκα καθαρόν. Creduntur haec significare: »*Quo in loco ille etiam* fi»lium suum *reperit morantem omnibusque haec denunciantem.*" sed in his gravissimus error a scriba commissus est, quem multis indiciis deprehendere et manifesto deprehensum evidenti correctione tollere poteris. Quem tandem *filium suum* Constantinus apud Luxuriam morantem reperire potuit? nam

Constantinus filios tres secum in Deorum coetum adduxerat, vid. p. 315. D. ὁ Κωνσαντῖνος δὲ παρῆλθεν εἴσω — εἶτα μετ' αὐτὸν τὰ παιδία. et, ne Iulianum sui oblitum esse putes, vide quae continuo sequantur p. 336. B: ὁ δὲ σφόδρα ἄσμενος ἐντυχεν αὐτῇ συνεξαγαγὼν τῆς τῶν θεῶν ἀγορᾶς τοὺς παῖδας. Non metuo ne quis existimet quartum Constantini filium dici, Crispum, ex Minervina concubina susceptum et ex Faustae novercae calumniis nefario scelere a Constantino interemtum. Audiamus autem quid ille Constantini filius palam omnibus edicat, si forte eum agnoscere possimus: Ὅσις φθορεὺς, ὅσις μιαιφόνος — ἴτω θαρρῶν. ΑΠΟΦΑΝΩ γὰρ αὐτὸν καθαρόν. κἂν πάλιν ἔνοχος τοῖς αὐτοῖς γένηται ΔΩΣΩ — καθαρῷ γενέσθαι. Cuius haec oratio est? Quis solus ita locutus est? Maledictis Iuliani φθορεύς et μιαιφόνος substitue aliud nomen, ἁμαρτωλός verbi causa, et punctum temporis dubitare non poteris. Nempe Christi haec oratio est omnes ad peccatorum poenitentiam magna voce vocantis. Paratae erant in haec Ethnicorum calumniae paratumque παράκουσμα, quo haec in atrocissimum crimen detorquerentur. Audi ad haec luculentum Celsi testimonium Ethnicorum προρρήσεις in rebus sacris cum Christianorum sacrorum praefatione comparantis apud Origenem contra Cels. III. p. 147: Οἱ μὲν γάρ, inquit, εἰς τὰς ἄλλας τελετὰς καλοῦντες προκηρύττουσι τάδε· Ὅσις χεῖρας καθαρὸς καὶ φωνὴν συνετός. καὶ αὖθις ἕτεροι· Ὅσις ἀγνὸς ἀπὸ παντὸς μύσους καὶ ὅτῳ ἡ ψυχὴ οὐδὲν σύνοιδε κακόν, καὶ ὅτῳ εὖ καὶ δικαίως βεβίωται. quibus Christianam hanc πρόρρησιν opponit: Ὅσις ἁμαρτωλὸς, ὅσις ἀσύνετος, ὅσις νήπιος καὶ ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν ὅσις κακοδαιμων τοῦτον ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ δέξεται. Ex iis quae continuo addit Celsus apparet quibus haec calumniis obnoxia essent apud eos qui novam religionem aut contemnerent aut odissent: τὸν ἁμαρτωλὸν ἄρα, inquit, οὐ τοῦτον λέγετε τὸν ἄδικον καὶ κλέπτην καὶ τοιχωρύχον καὶ φαρμακέα καὶ ἱερόσυλον καὶ τυμβωρύχον, τίνας ἂν ἄλλους προκηρύττων λῃσὰς ἐκάλεσεν; Eodem colore ac specie Iulianus quum Christianam πρόρρησιν significare vellet ita dixit: Ὅσις φθορεὺς, ὅσις μιαιφόνος, ὅσις ἐναγὴς καὶ βδελυρὸς ἴτω θαρρῶν· ἀποφανῶ γὰρ αὐτὸν τουτῳῖ τῷ ὕδατι λούσας αὐτίκα καθαρόν. Iterum nunc quaero: cuius tan-

dem haec oratio est? quem tandem Constantinus audire potuit haec προαγορεύοντα πᾶσιν? Non hercle filium suum, sed neminem alium praeter ipsum Christum, qui solus ex omnibus sic προαγορεύειν potuit: ΑΠΟΦΑΝΩ αὐτὸν καθαρὸν καὶ ΔΩΣΩ καθαρῷ γενέσθαι. Ubi hoc mihi dederis videndum erit nobis an veram lectionem ex scriptura librorum elicere possimus. In verbis ἵνα καὶ τὸν υἱὸν εὑρὼν ἀναγρεφόμενον καὶ προαγορεύοντα πᾶσιν vitii sedes est in TON TION. Fieri non potest ut Iulianus Christum, de quo eum haec dicere palam est, appellaverit τὸν υἱόν. Ne attigissem hoc quidem, nisi me advertisset Iuliani locus e libro quem contra Christianos scripsit servatus apud Cyrillum c. Iul. V. p. 159. fin. Εἰ γὰρ οὐδένα θέλει (ὁ θεὸς) προσκυνεῖσθαι, τοῦ χάριν τὸν Τίὸν τοῦτον προσκυνεῖτε; ὃν ἐκεῖνος ἴδιον οὔτ' ἐνόμισεν (leg. ὠνόμασεν) οὔθ' ἡγήσατο πώποτε, — ὑμεῖς δὲ οὐκ οἶδ' ὅθεν ὑποβλητὸν αὐτῷ προστίθετε. Sed in Christianos scribens ita loqui potuit, quibus ita solemne esset dicere, in alio libro si ita dixisset nemo quid diceret intelligere potuisset. Circumspicienda igitur nobis est vocabuli corrupti simplex et evidens emendatio, ut simul appareat quo pacto vulgata scriptura nata sit et olim veram lectionem expulerit. Lucem afferet palaeographica observatio: υἱός scribebatur in libris antiquissimis noto compendio $\overline{\text{TC}}$, ut $\overline{\Theta\text{C}}$ pro θεός, $\overline{\text{KC}}$ pro κύριος, similiaque multa. Itaque $\overline{\text{TN}}$ pro υἱόν scribi solebat, unde factum est ut ὖν et υἱόν perridicule inter se permiscerentur, cuius rei exemplum unum expromam. Apud Suidam v. ζωπυρήσεις affertur versus Aristophanis (Lysistr. vs. 682.) sic scriptus in omnibus Codd.:

Εἰ μὴ τὼ θεὼ ζωπυρήσεις λύσω τὸν ἐμαυτῆς υἱόν.

sed verum est:

εἰ νὴ τὼ θεώ με ζωπυρήσεις λύσω τὴν ἐμαυτῆς ὖν.

tenemus correctorem ἐπ' αὐτοφώρῳ qui quum TN male legisset υἱόν pro ὖν, *emendavit*, si Musis placet, τὸν ἐμαυτῆς υἱόν, pro τὴν ἐμαυτῆς ὖν. Similes in eadem re errores annotavimus in *Variis Lectt.* Itaque ex antiqua scriptura εὑρὼν $\text{TON}\overline{\text{TN}}$ una tanta literula leviter mutata $\text{TON}\overline{\text{IN}}$ emicat vera lectio εὑρὼν τὸν Ἰησοῦν. Perpetuo enim veterum scribarum more $\overline{\text{IC}}$, $\overline{\text{IT}}$ et $\overline{\text{IN}}$ scribuntur pro Ἰησοῦς, Ἰησοῦ et

Ἰησοῦν. Viden quanta luce nunc locus splendeat: *εὑρὼν τὸν Ἰησοῦν — προαγορεύοντα πᾶσιν· Ὅσις φθορεὺς, ὅσις μιαιφόνος — ἴτω θαρρῶν. ΑΠΟΦΑΝΩ γὰρ αὐτὸν τουτῳὶ τῷ ὕδατι λούσας αὐτίκα καθαρόν.* Ex ea emendatione statim nova nascitur in iis quae sequuntur: *ὁ δὲ σφόδρα ἄσμενος ἐνέτυχεν αὐτῇ συνεξαγαγὼν τῆς τῶν θεῶν ἀγορᾶς τοὺς παῖδας*, nam quis non videt legendum esse: *σφόδρα ἄσμενος ἐνέτυχεν αὐτῷ*, id est *τῷ Ἰησοῦ*. Pronomen *αὐτῇ* neque per loci sententiam neque per verborum compositionem ad *τὴν Ἀσωτίαν* referri potest. Simul atque constat verum esse *εὑρὼν τὸν Ἰησοῦν προαγορεύοντα πᾶσιν* sequitur eodem referri ea quae statim subiiciuntur: *ὁ δὲ σφόδρα ἄσμενος ἐνέτυχεν αὐτῷ*, quibus significanter haec adduntur *συνεξαγαγὼν τῆς τῶν θεῶν ἀγορᾶς τοὺς παῖδας*. Reliqui Principes applicuerunt sese alius ad alium Deum, Constantinus solus *οὐχ εὗρισκεν ἐν θεοῖς τοῦ βίου τὸν ἀρχέτυπον* (p. 356. A.). Itaque ad *Mollitiem* (*τὴν Τρυφήν*) se convertit, quae eum deliciis multis in victu cultuque diffluentem ad *perditam Luxuriam* (*τὴν Ἀσωτίαν*) deduxit, ubi Iesum invenit facinorosis omnibus veniam scelerum ac flagitiorum omnium pollicentem, ad quem se lubentissime applicuit tres secum filios e Deorum coetu abducens. Satis haec, ut opinor, perspicua sunt, et ex Iuliani persona aptissime, ne dicam verissime, dicuntur. Insectatur Iulianus Constantinum non quod luxuriae se dedidit, sed quod Christianam religionem amplexus est spretis ac desertis Diis, quibus imperium Romanum stetisset. Non obscure arguit quid eum potissimum ad id faciendum permoverit. Nempe illud ipsum quod in celebrato Zosimi loco scriptum est II. 29. p. 94. sq. Constantinum conscientiae stimulis agitatum a Christianis audivisse *πάσης ἁμαρτάδος ἀναιρετικὴν εἶναι τὴν τῶν Χριστιανῶν δόξαν καὶ τοῦτο ἔχειν παράγγελμα τὸ τοὺς ἀσεβεῖς μεταλαμβάνοντας αὐτῆς πάσης ἁμαρτίας ἔξω παραχρῆμα καθίστασθαι*, idque arripuisse Principem et ad Christianos ea spe transiisse. Planissime idem Iulianus affirmat, cuius testimonium duobus mendis obscuratum nemo adhuc satis diligenter audivit aut intellexit. Magno irarum aestu Zosimum testem plurimi conati sunt destruere, quos prudenti disputatione retudit Reitemeierus in annotat. ad h. l. et Sozomeni testimonio usus et nostro

Iuliani loco, sed nondum emendato, ut quantum haberet ponderis non appareret. Itaque qui cum Zosimo contendunt posthac Iulianum ἕφεδρον habebunt acrem sane ac metuendum adversarium, quem quis impudenter mentitum esse dicere poterit, sed illarum rerum ignarum fuisse et rationes temporum inepte confudisse nemo facile dicet. Molesta res est de Constantino ferre iudicium. Falsi plerique testes sunt et cupidi, tabulae corruptae aut amissae. Stant hinc adulatorum agmina, illinc infestorum hostium manus. Qui Iulianum bene novit non facile in animum inducet eum in tali re impudenter praeter animi sententiam mentiri. Non amabat Constantinum, fateor, sed quis praeter fanaticos sacrificulos Constantinum amat? Ostende, si poteris, Iulianum in alia re scientem dolo malo dixisse mendacium et falsum maledictum vel in eos quos pessime oderat coniecisse, et concedam eum nunc quoque falsi criminis Constantinum insimulare potuisse. Si non poteris, reputa id quod inter omnes constat, facinorosum hominem et superstitiosum Constantinum fuisse. Utere vel ipsis adulatoribus testibus, nihil aliud admitte quam quod isti inviti fatentur. Quam Iulianus dedit Christi πρόρρησιν· Ὅσις φθορεὺς, ὅσις μιαιφόνος — ἴτω θαρρῶν· ἀποφανῶ γὰρ αὐτὸν τουτῳῖ τῷ ὕδατι λούσας αὐτίκα καθαρόν, videmus omnes doctrinae Christianae esse παράκουσμα hominum angusti animi et ingenii hebetioris. Quis tamen negabit ipsius Constantini hoc παράκουσμα fuisse, quod ille facto ostendit quum vitae finem exspectarit priusquam illa aqua conspergeretur, callide scilicet existimans illa conspersione omnem simul scelerum suorum ac flagitiorum labem ablui, haud secus ac si ipsa illa verba, quibus Iulianus utitur, audivisset: ἀποφανῶ σε τουτῳῖ τῷ ὕδατι λούσας αὐτίκα καθαρόν. Multos diu eadem superstitio tenuit. Quatuordecim saeculis et amplius post Constantini mortem scriptor Gallicus elegans et diligens, sed paulo infirmior et in superstitionem pronior, de ea re sic scripsit: *La vertu des eaux du Baptême, qu'il reçut à la fin de sa vie, est assez efficace pour en avoir lavé toutes les souillures.*" (Crévier, Histoire des Empereurs Romains XII. p. 180.)

Aliquanto sanius sinciput Graeco philosopho fuit, qui ἰδών τινα περιρραινόμενον εἶπεν· Ὦ κακόδαιμον, οὐκ ἐπίσασαι ὅτι ὥσ-

περ τῶν ἐν γραμματικῇ ἁμαρτημάτων περιρραινόμενος οὐκ ἂν ἀπαλλαγείης οὕτως οὐδὲ τῶν ἐν τῷ βίῳ, teste Diogene Laërtio Libr. VI. § 42.

His dudum scriptis cognovi lectionem τὸν ΙΝ pro τὸν υἱόν Codicis Augustani auctoritate confirmari, in quo libro Heusingerus diserte ita scriptum esse vidit. Simul cognovi repertam veritatem temere repudiari ab Heylero ad Iuliani Epistolas p. 403. »*Quantumvis enim*, inquit, *infensus Redemtori censeatur Iulianus, haudquaquam ita scaevus existimandus est, ut iuxta Luxuriam illum finxerit morari, cuius vita praeceptaque luxuriae quam maxime repugnarunt.*" Itaque τὸν υἱόν retinet et sanissimum esse putat hoc tantum ambigens »*utrum cum Spanhemio Constantium, an cum Bleterio Tourletoque Crispum*" dici existimet.

Sed, ut vidimus, in Deorum coetum Constantinus tres liberos tenera adhuc aetate secum adduxerat, eosdemque secum ἐκ τῆς τῶν θεῶν ἀγορᾶς ἀπήγαγεν. Non potuit igitur, ut opinor, Constantium simul secum adducere et eum apud Ἀσωτίαν commorantem reperire. De Crispo nuperrime interfecto cogitare absurdum est. Quod autem *nuperrime interfectum* esse dico, vide quo indicio collegerim. Legitur p. 315 D: ὁ Κωνσταντῖνος δὲ παρῆλθεν εἴσω — εἶτα μετ' αὐτοῦ τὰ παιδία. Quod Constantini liberos παιδία appellat certo indicio est eum id aetatis induci quum eorum tenera adhuc aetas esset; de Crispo quia nulla mentio fit, apparet eum iam interemtum esse. Quum Crispus annos XXVI natus necaretur maximus natu e Constantini liberis decimum aetatis annum agebat, ita ut ipse cum duobus fratribus παιδίον adhuc esset. Res est perspicua. Cur autem ea potissimum aetas Constantini in hac veluti fabula Iuliani in scena agitur? Nempe quod circa hanc vitae partem et ipse ad Christianorum sacra transiit et filiolos (τὰ παιδία) secum abduxit. Itaque brevissime post Crispi caedem, unde stabilitur Iuliani sententia Constantinum conscientiae stimulis ex illa caede agitatum confugisse ad eum, qui ita diceret: Ὅσις μιαιφόνος — ἴτω θαρρῶν· ἀποφανῶ γὰρ αὐτὸν αὐτίκα καθαρόν. Quomodo igitur Crispus, qui Christianorum sacris initiatus non fuit, statim post caedem patri scelerum veniam potuit polliceri?

Restat igitur quod Heylerus contendit Iulianum non tam inique de Iesu existimare ut eum apud Luxuriam morari fingere potuerit, cuius vita praeceptaque luxuriae maxime repugnaverint. Sed facile unusquisque intelliget in quo errore Heylerus versetur. Iulianus enim non ipsi Iesu luxuriam exprobrat, sed eum cum hominibus una versari criminatur, qui luxuria deperditi et vitiis flagitiisque cooperti essent. Non est hoc novum et inauditum crimen quod in Iesum coniicitur. Ethnici omnes in ea criminatione conspirant et παράκουσμα est adeo minus mirabile, quoniam ipsius Iesu aequales Iudaei plane idem ei saepius vitio verterunt, quos saepe sapienter redarguit sed frustra. Quamquam igitur vanum et inane crimen hoc est, tamen eam speciem et colorem semper habuit ut etiam homo non maledicus nec mendax illud posset arripere. Audi modi quae Celsus (apud Origenem I. p. 47.) de Apostolis scribat: Δέκα εἶπεν ἢ ἕνδεκά τινας ἐξαρτησάμενον τὸν Ἰησοῦν ἑαυτῷ ἐπιρρήτους ἀνθρώπους τελώνας καὶ ναύτας τοὺς πονηροτάτους μετὰ τούτων τῇδε κἀκεῖσε ἀποδεδρακέναι. Similia his apud Celsum subinde recurrunt et quamquam ab Origene luculenter refutata sunt tamen evelli ex Graecorum animis opinio non potuit faecem esse plebis ac minimi pretii homines et facinorosos plerosque qui avita sacra deseruissent. Sic igitur Iulianus existimare et scribere poterat τὸν Ἰησοῦν παρὰ τῇ Ἀσωτίᾳ ἀνασρέφεσθαι, quemadmodum eum populares olim μετὰ τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν καθῆσθαι καὶ συνεσθίειν solebant criminari.

His igitur de causis probanda et recipienda est lectio εὑρὼν τὸν Ἰησοῦν et ab iis, qui recte cogitant, propter suam ipsius evidentiam, et a caeteris, qui librorum fidem deserere non audent, propter Codicis Augustani auctoritatem. Difficile est persuadere illis, qui libris Mss. addicti sunt, veram lectionem tam certis argumentis sine ullo librorum auxilio reperiri et constitui posse, ut Codicum auctoritas, si forte postea accesserit, repertae veritati nihil addat ponderis aut fidei. Videbo tamen an aliquem eorum manifesto exemplo in hanc sententiam pertrahere passim. Legitur apud Iulianum in Orat. VII. p. 205. D: εἰ δὲ ὥσπερ ἡμεῖς ἐν Θράκῃ καὶ Θετταλίᾳ, τοξόται δὲ καὶ τὰ κουφότερα τῶν ὅπλων ἐν Ἰνδίᾳ καὶ Κρήτῃ καὶ Καρίᾳ

τῇ Φύσει τῆς χώρας ἀκολουθούντων οἶμαι τῶν ἐπιτηδευμάτων κτέ. Pro absurdo ἡμεῖς docti homines legendum esse coniecerunt ἱππεῖς. In libris Mss. nihil est auxilii: in Vossiano quoque diserte ἡμεῖς scriptum est. Quis tamen tam plumbeus est ut de restituta vera lectione dubitet? Testem nuper reperi prudentioribus quidem plane inutilem, fortasse etiam reliquis. Apud Suidam v. Ἱππεῖς λευκοθώρακες additur καὶ παροιμία· Ἱππεῖς μὲν ἐν Θετταλίᾳ καὶ Θρᾴκῃ, τοξόται δὲ καὶ τὰ κουφότερα τῶν ὅπλων ἐν Ἰνδίᾳ καὶ Κρήτῃ καὶ Καρίᾳ, ad quae Bernhardy annotavit: »*Locum scriptoris, quem proverbialem esse voluit Suidas, non observavi.*" Vides nunc unde haec sumta sint. Simul vides nihil in iis inesse quod sit proverbii simile. Noli mirari, sed pro παροιμία emenda mecum παρ' Ἰουλι, id est παρ' Ἰουλιανῷ.

Videturne tibi nunc prolato hoc diserto testimonio lectio ἱππεῖς pro ἡμεῖς plus habere fidei quam si ex ipso Iuliani loco recte cogitando excogitata tantum fuisset? Quod per se est evidens certiorem fidem neque requirit neque admittit. Sunt autem qui harum rerum ἀναισθήτως ἔχουσιν. Licebit, opinor, eorum qui iudicare non possunt iudicia contemnere. Ratio docet apud Iulianum τὸν ΙΝ̄ (Ἰησοῦν) legendum esse pro τὸν ΤΝ̄ (υἱόν): verum esse non agnoscunt. Liber Ms. veram lectionem offert: non admittunt. Fruantur igitur quod ament, nos post repertas fruges glandibus non vescimur.

Ad extrema usque verba errare pergit Spanhemius, qui edidit p. 336. C: Σοὶ δὲ δέδωκα (Mercurii verba sunt ad Iulianum) τὸν πατέρα Μίθραν ἐπιγνῶναι. Σὺ δὲ αὐτοῦ τῶν ἐντολῶν ἔχου πεῖσμα καὶ ὅρμον ἀσφαλῆ ζῶντί τε σεαυτῷ παρασκευάζων καὶ, ἡνίκ' ἂν ἐνθένδε ἀπιέναι δέῃ, ἡγεμόνα θεὸν εὐμενῆ κεκτῆσα σεαυτῷ. Loci compositio clamat pro κεκτῆσα emendari oportere κεκτησάς, namque manifestum est ζῶντί τε παρασκευάζων et ἡνίκ' ἂν ἐνθένδε ἀπιέναι δέῃ κεκτησάς sibi inter se respondere. Quid Spanhemius? Repertum in Vossiano κεκτησάς in marginem relegavit quum tot falsas lectiones alibi recepisset.

Subiiciam his Suidae testimonium de hoc Iuliani libro, ut eius errorem refutem. In v. Ἰουλιανός ita scribit: ἔγραψε τοὺς

καλουμένους Καίσαρας· περιέχει δὲ τοὺς ἀπὸ Αὐγούστου Ῥωμαίων βασιλεῖς· ἑτέραν βίβλον περὶ τῶν τριῶν σχημάτων· καὶ τὰ καλούμενα Κρόνια. In sqq. haec leguntur: περὶ τοῦ Ἐμπεδοτίμου λέγει ὁ παραβάτης οὕτως ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις Κρονίοις· Ἡμεῖς δὲ Ἐμπεδοτίμῳ καὶ Πυθαγόρᾳ πιστεύσαντες κτέ. Kusterus ad h. l. et aliis obloquitur et Casaubono, qui *Saturnalia* et *Caesares* idem opus esse putarunt. »*Sed hanc opinionem*, inquit, *refellit hoc loco Suidas, qui non solum Cronia a Caesaribus distinguit, sed etiam e Croniis de Empedotimo locum affert qui in Caesaribus non reperitur.*" Nihil est periculosius quam Suidae quidquam credere, homini indocto et negligentissimo et alias res agere solito. Suidas hunc Iuliani librum ipse oculis non usurpavit. Nihil ex illo libro apud eum enotatum est, quum permulta in eo insint, quae Suidas cupide, si libri copiam habuisset, recepisset in suam farraginem. Itaque duplici errore lapsus est: ex uno libro duos commentus est, et tamquam e Croniis Iuliani locum aliunde sumtum attulit. Quam recte idem liber et Κρόνια et Καίσαρες inscribatur ex ipso satis apparet. Iulianus ipse Κρόνια inscripsisse videtur, reliqui propter argumentum τοὺς Ἰουλιανοῦ Καίσαρας appellaverunt: deinde, uti fit, utraque ἐπιγραφή coniuncta est. Eadem est ratio libelli, quo Antiochenses perstrinxit. Ab ipso Iuliano lepide Μισοπώγων inscriptus est, a caeteris Ἀντιοχικὸς (λόγος) dicebatur. Nunc in libris Mss. inscribitur.

Μισοπώγων ἢ Ἀντιοχικός.

vel inverso ordine, ut in Vossiano libro:

Ἀντιοχικὸς ἢ Μισοπώγων.

Veteres duplici inscriptione uti solent, veluti Gregorius Nazianz. et Ammianus Marcellinus a Kustero laudati. Ammiani haec verba sunt: *in eos* (Antiochenses) *saeviens ut obtrectatores et contumaces volumen composuit invectivum, quod* Antiochense vel Misopogonem *appellavit.* Quibus addo testimonium Zosimi III. 11. pag. 140. librum hunc sic describentis: ὁ δὲ ἠμύνατο (τοὺς Ἀντιοχέας) λόγον ἀσειότατον εἰς αὐτούς τε καὶ τὴν πόλιν συνθεὶς, ὃς τοσαύτην ἐν ἑαυτῷ μετ' εἰρωνείας ἔχει πικρίαν ὥστε πανταχοῦ γῆς ἥρκεσε τὰ Ἀντιοχέων ὀνείδη διενεγκεῖν. Ad illum librum mox veniam.

C. G. COBET.

BABRII FABULAE.

IMPOSTORIS GRAECULI FRAUS DEPRENSA.

Georgius Cornewall Lewis A. M. nuperrime edidit fabulas quasdam, sumtas e Codice »*chartaceo, apographo Codicis cuiusdam, qui paucis abhinc annis a Mina Minoide in Monte Atho repertus huc usque non comparuit.*" Eum Codicem »*Musei Britannici custodes a Mina Minoide redemtum inter libros Musei manuscriptos deposuerunt,*" ut in Praefatione scribit Editor. Doleo virorum doctorum vicem, quibus Musei Britannici custodia commissa est, namque iis fraudulentus et nequam Graeculus indignissime imposuit. Non facile enim comparebit Codex a Mina Minoide in Monte Atho repertus, nam quidquid Lewis tamquam ex illo libro a Mina descriptum edidit. impudentissime ab impostore Graeculo fictum est, idque tam inepte ac stulte ut vehementer mirer quomodo tam manifesta fraus Custodibus Musei Britannici non suboluerit: suspicor enim iis, quibus in Britannia Codicum Graecorum publico aere emendorum negotium datum sit, aliquem certe in Graecorum lingua et litteris usum et facultatem inesse oportere. Sed multo etiam magis miror quo pacto reperiri potuerit homo doctus, qui istas quisquilias pro genuinis Babrii reliquiis serio ederet in lucem. Perpluit enim fraus non tantum in unaquaque fabula, sed in unoquoque versiculo. Minas antiquae linguae Graecae tam imperitus erat, ut ne unum quidem versiculum pangere posset, non dico qui Graecum colorem haberet et antiquae poëseos speciem quamdam refer-

ret, sed in quo non turpiter et absurde Graeci sermonis certa ratio et perpetuus usus passim violaretur. Ne dicam eum in re prosodiaca et metrica plumbeum esse et omnia de genere hoc susque deque habere, nullum est erroris genus contra verborum formam, significationem, compositionem et constantissimam in his loquendi consuetudinem (illam etiam quam abiectissimae aetatis Graeculi diligenter sequuntur) a quo levis homo et indoctus falsarius satis caverit. Qui sequiorum Graeculorum vitiosam scribendi *συνήθειαν* probe noverunt ad primam statim lectionem agnoscent nihil esse ad Minoideam orationem, in qua quidquid attigeris ulcus est. Intexuit hic illic genuinas Babrii reliquias in propatulo positas et omnibus notas, ne quid putes in ea farragine inesse quod Babrianum sit et sic e Minae sterquilinio fortasse aliquid gemmularum erui posse. Tres antiquos choliambos, quos Callimachi esse suspicor, intexuit in exordium ex Apollonii Lex. Hom. v. *ἄειδε*, novem Babrii versiculos notissimos praeposuit fabulae XIII, duos ex Suida v. Γέρανος fabulae XLII, unum ex Suida v. Τιττυβίζετε recepit in Fabulam L. vs. 4. alterum ex Suida v. *κωμῆται* ita recepit falsarius ut sanam lectionem:

Ὄνῳ τις ἐπιθεὶς ξόανον εἶχε κωμήτης.

depravaret in hanc plane *ἄμετρον*:

ὄνῳ ποτ' ἐπιθείς τι ξόανον κωμήτης.

Praeter has pauculas Babrii lacinias nihil est in Minoideis sanum et genuinum, si exceperis fabulas quasdam, quas Vaticanus Codex olim nobis obtulit, ita ex ipso Babrii opere descriptas, ut exceptis librariorum quibusdam erroribus et sciolorum additamentis ipsa poëtae manus fideliter servaretur. Qui primus omnium eas fabulas edidit in lucem Fr. de Furia ne suspicatus est quidem quantum boni in illo Codice inesset, et optima carmina et suavissimos versiculos pro pedestri oratione numerisque soluta et legit et descripsit. Fabula CCCLVIII apud eum sic habet: *Ὄνος τις ἀναβὰς εἰς τὸ δῶμα καὶ παίζων τὸν κέραμον ἔθλα καί τις αὐτὸν ἀνθρώπων ἐπιδραμὼν κατῆγε τῷ ξύλῳ παίων. ὁ δ' ὄνος πρὸς αὐτὸν ὃς τὸν νῶτον ἤλεγχε· καὶ μὴν ὁ πίθηκος χθές, εἶπε, καὶ πρώην ἔτερπεν ὑμᾶς αὐτὸ τοῦτο ποιήσας.* Audi nunc ipsum Babrium in his latentem:

Ὄνος τις ἀναβὰς ἐπὶ τὸ δῶμα καὶ παίζων
τὸν κέραμον ἔθλα, καί τις αὐτὸν ἀνθρώπων
ἐπιδραμὼν κατῆγε τῷ ξύλῳ παίων.
ὁ δ' ὄνος πρὸς αὐτὸν, ὃς τὸ νῶτον ἤλεγχε·
καὶ μὴν πίθηκος ἐχθὲς, εἶπε, καὶ πρῴην
ἔτερπεν ὑμᾶς ταὐτὸ τοῦτο ποιήσας.

Similiter in fabula CCCLI.

Θεοῖς Ἀπόλλων ἔλεγε μακρὰ τοξεύων· οὐκ ἂν βάλλῃ τις πλεῖω οὐδὲ τοξεύσει. ὁ Ζεὺς δὲ παίζων ἠρίδαινε τῷ Φοίβῳ. Ἑρμῆς δ' ἔσειεν Ἄρεος ἐν κυνῇ κλήρους. λαχὼν δὲ Φοῖβος τὸ τόξον ἐκκυκλώσας τὸ βέλος ἔπηξεν ἐντὸς ἑσπέρου κήπου. ὁ Ζεὺς δὲ διαβὰς ταὐτὸ μέτρον ἔσῃ. καὶ ποῦ βάλω, ναὶ, φησὶν, οὐκ ἔχω χώραν. τόξου δὲ νίκην ἔλαβεν μὴ τοξεύσας.

Babrius sic cecinerat:

Θεοῖς Ἀπόλλων ἔλεγε μακρὰ τοξεύων·
οὐκ ἂν βάλοι τις πλεῖον οὐδὲ τοξεύσαι.
ὁ Ζεὺς δὲ παίζων ἠρίδαινε τῷ Φοίβῳ.
Ἑρμῆς δ' ἔσειεν Ἄρεος ἐν κυνῇ κλήρους.
λαχὼν δ' ὁ Φοῖβος καὶ τὰ τόξα κυκλώσας
τὸ βέλος ἔπηξεν ἐντὸς Ἑσπέρου κήπου.
ὁ Ζεὺς δὲ διαβὰς ταὐτὸ μέτρον εἰσήκει
καὶ· Ποῖ βάλω, παῖ; φησίν. οὐκ ἔχω χώρην.
τόξου δὲ νίκην ἔλαβε μηδὲ τοξεύσας.

Fabula CCCLXIII. sic e Codice editur:

Νεώς ποτε σὺν αὐτοῖς ἀνδράσι βυθισθείσης ἰδών τις ἀδίκως ἔλεγε τοὺς θεοὺς κρίνειν· ἑνὸς γὰρ ἀσεβοῦς ἐμβεβηκότος πλείω πολλοὺς σὺν αὐτῷ μηδενὸς αἰτίους θνήσκειν. καὶ ταῦτα ὁμοῦ λέγοντος, οἷα συμβαίνει, πολλῶν ἐπ' αὐτὸν ἑσμὸς ἦλθε μυρμήκων σπεύδων τὰς ἄχνας πυρίνας ἀποτρώγειν. ὑφ' ἑνὸς δὲ δηχθεὶς συνεπάτει τοὺς πάντας. Ἑρμῆς δ' ἐπισὰς τῷ τε ῥαβδίῳ παίων, εἶτ' οὖν κἂν ἐξῇ, φησὶ, τοὺς θεοὺς ὑμῶν εἶναι δικαστὰς οἷος εἶ σὺ μυρμήκων.

Emergit ex his Babrius ita canens:

Νεώς ποτ' αὐτοῖς ἀνδράσιν βυθισθείσης
ἰδών τις ἀδίκως ἔλεγε τοὺς θεοὺς κρίνειν,
ἑνὸς γὰρ ἀσεβοῦς ἐμβεβηκότος πλοίῳ
πολλοὺς σὺν αὐτῷ μηδὲν αἰτίους θνήσκειν.
καὶ ταῦθ' ὁμοῦ λέγοντος, οἷα συμβαίνει,

πολλῶν ἐπ' αὐτὸν ἐσμὸς ἦλθε μυρμήκων
σπεύδοντες ἄχνας πυρίνας ἀποτρώγειν.
ὑφ' ἑνὸς δὲ δηχθεὶς συνεπάτησε τοὺς πάντας.
Ἑρμῆς δ' ἐπισὰς τῷ τε ῥαβδίῳ παίων·
εἶτ' οὐκ ἀνέξῃ, φησὶ, τοὺς θεοὺς ὑμῶν
εἶναι δικασὰς οἷος εἶ σὺ μυρμήκων.

Unum exemplum addam. E Vaticano Codice sic editur fabula CCCLXIX:

Ὀρνιθοθήρᾳ Φίλος ἐπῆλθεν αἴΦνης μέλλοντι θύμβραν καὶ σέλινα δειπνήσειν. ὁ δὲ κλωβὸς εἶχεν οὐδὲν, οὐ γὰρ ἠγρεύκει. ὥρμησε δὲ πέρδικα ποικίλον θύσων, ὃν ἡμερώσας εἶχεν εἰς τὸ θηρεύειν. ὁ δ' αὐτὸν οὕτως ἱκέτευε μὴ κτεῖναι· τὸ λοιπὸν δικτύῳ τί ποιήσεις, ὅταν κυνηγῇς; τίς δέ σοι συναθροίσει εὐωπῶν ἀγέλην ὀρνέων Φιλαλλήλων; τίνος μελῳδοῦ πρὸς ἦχον ὑπνώσεις; ἀΦῆκε τὸν πέρδικα καὶ γεννήτην ἀλεκτορίσκον συλλαβεῖν ἠβουλήθη. ὁ δ' ἐκ τοῦ τέγους κλαγγὴν εἶπε Φωνήσας· πόθεν μαθήσεις πόσον εἰς ἕω λείπει τὸν ὡρομαθὴν ἀπολέσας; πῶς γνώσῃ πότ' ἐννυχεύει χρυσότοξος Ὠρίων; ἔργων δὲ τίς σε πρωϊνῶν ἀναμνήσει, ὅτε δροσώδης ταρσός ἐσιν ὀρνίθων; κἀκεῖνος εἶπεν· οἶδας χρησίμους ὥρας· ὅμως δὲ δεῖ σχεῖν τί δειπνήσει. ex quibus facile est Babrii cantum agnoscere:

Ὀρνιθοθήρᾳ Φίλος ἐπῆλθεν ἐξαίΦνης
μέλλοντι θύμβρα καὶ σέλινα δειπνήσειν.
ὁ δὲ κλωβὸς εἶχεν οὐδὲν, οὐ γὰρ ἠγρεύκει.
ὥρμησεν οὖν πέρδικα ποικίλον θύσων,
ὃν ἡμερώσας εἶχεν εἰς τὸ θηρεύειν.
ὁ δ' αὐτὸν οὕτως ἱκέτευε μὴ κτεῖναι·
* * τὸ λοιπὸν δικτύῳ τί ποιήσεις
ὅταν κυνηγῇς; τίς δέ σοι συναθροίσει
εὐωπὸν ἀγέλην ὀρνέων Φιλαλλήλων;
τίνος μελῳδοῦ πρὸς τὸν ἦχον ὑπνώσεις;
ἀΦῆκε τὸν πέρδικα καὶ γενειήτην
ἀλεκτορίσκον συλλαβεῖν ἐβουλήθη.
ὁ δ' ἐκ πεταύρου κλαγγὸν εἶπε Φωνήσας·
πόθεν μαθήσῃ πόσσον εἰς ἕω λείπει
τὸν ὡρόμαντιν ἀπολέσας με; πῶς γνώσῃ
ποτ' ἐννυχεύει χρυσότοξος Ὠρίων;
ἔργων δὲ τίς σε πρωϊνῶν ἀναμνήσει

ὅτε δροσώδης ταρσός ἐσιν ὀρνίθων;
κἀκεῖνος εἶπεν· οἶσθα χρησίμους ὥρας,
ὅμως δὲ δεῖ τὸν φίλον ἔχειν τί δειπνήσει.

ad vs. 13. emendandum utilem operam praestitit Suidas v. Πέταυρα, ubi quod legitur τὸν ὡρονόμον θύσας με, mihi quidem longe praeplacet quod dedi:

τὸν ὠρόμαντιν ἀπολέσας με.

quod Hermanno quoque in mentem venisse nunc video. Si ὡρονόμον verum est et θύσας, numeri sic sunt restituendi ut scribatur:

τὸν ὠρονόμον θύσας με; κἄτα πῶς γνώσῃ
πότ' ἐννυχεύει χρυσότοξος Ὠρίων;

Omnino Vaticanus Codex, unde haec omnia desumta sunt, in xxxvii fabulis, quas continet, quindecim habet fabulas ex ipso Babrio sic descriptas, nempe has, quae numerantur in Furiae Editione Lipsiensi 351, 355, 358, 360, 363, 364, 365, 366, 367, 368, 369, 371, 374, 378 et 379. In his omnibus, nisi quod multa vehementer depravata sunt et hic illic nonnulla exciderunt, puri puti sunt Babrii scazontes, quos nullo negotio in integrum restituas, veluti in Fab. 367. ubi editur: ὁ δέ γ' ὄνος τὴν μὲν νύκτα ἀλήθων πυρὸν φίλης Δήμητρος ἡμέρας δ' ὕλην ἦγεν ἀΦ' ὕψους ἐξ ἀγροῦ δ' ὅσων χρεία, statim apparent hi versiculi:

νυκτὸς ἤληθεν
πυρὸν φίλης Δήμητρος, ἡμέρης δ' ὕλην
ἦγεν καθ' ὕψους, ἐξ ἀγροῦ δ' ὅσων χρείη.

Ex quae sequuntur sic in veteres numeros redeunt:

δηχθεὶς δὲ θυμῷ καὶ περισσὸν οἰμώξας
σκύμνον θεωρῶν ἐν ἀβρότητι τῇ πάσῃ,
Φάτνης ὀνείης δεσμὰ καὶ κάλως ῥήξας
ἐς τὸ μέσον αὐλῆς ἦλθ' ἄμετρα λακτίζων.
σαίνων δ' ὁποῖα καὶ θέλων περισκαίρειν
τὴν μὲν τράπεζαν ἐς μέσον βαλὼν θλάσσεν,
ἅπαντα δ' εὐθὺς ἠλόησε τὰ σκεύη,
δειπνοῦντα δ' εὐθὺς ἦλθε δεσπότην κύσσων
νώτοις ἐπεμβάς.

nihil in his mutavi vulgatam scripturam, nisi quod inserui articulum in ἀβρότητι (τῇ) πάσῃ, et δεσμὰ καὶ κάλως dedi pro

δεσμοὺς καὶ κάλους, et ἐς τὸ μέσον pro ἐς μέσον, et θλάσσεν pro θλάσεν, et κύσσων pro κρούσων. Similiter in fabulae exitu in verbis: ἔτλην, ἔλεξεν, οἷα χρή με δυσδαίμων. τί γὰρ παρ' οὔρεσιν οὐκ ἐπολευόμην, βαιῷ δ' ὁ μέλεος κυνιδίῳ παρισούμην; male latent hi suavissimi choliambi:

ἔτλην, ἔλεξεν, οἷα χρῆν μ' ὁ δυσδαίμων.
τί γὰρ παρ' οὐρεῦσιν μὲν οὐκ ἐπωλεύμην,
βαιῷ δ' ὁ μέλεος κυνιδίῳ παρισούμην;

Falsarius igitur has Babrii lacinias adhibuit et ipse, ut inde sua commenta confingeret, et est operae pretium videre quam perite et eleganter ex genuinis bonorum versuum reliquiis panxerit versus sine exemplo pessimos et ineptissimos. Delegit fabulas quatuor, notatas numeris 365, 364, 366 et 367, quas nova veste indueret. Compone autem mihi haec in fabula 367: Οἷς τις εἶπε πρὸς νομέα τοιάδε·

κείρεις μὲν ἡμᾶς καὶ πόκους ἔχεις κέρσας
γάλα δ' ἀμέλγων ἐσί σοι φίλον πῆξαι.
ἡμῶν δὲ τέκνα μῆλά σοι περισσεύει.

Impostor ex primoribus verbis hunc versum nobis procudit:

ὅϊς νομῆα τοιάδε προσεξηύδα,

simul novi verbi προσεξηύδα monstrum procudens, deinde de suo commentus est haec:

σὺ δ' οὖν ποδηγεῖς πρὸς μόνην νομὴν ἡμᾶς.
πλέον γὰρ ἡμῖν οὐδὲν ἀλλὰ καὶ φορβὴν
πᾶσαν φέρει σοι γῆ τιθηνὶς ἁπάντων.
κἂν τοῖς ὄρεσσιν εὐθαλές τι γεννᾷ σοι
ζειδωρος αἶη σῶν ἀπειράτως ἔργων
αὔρας νοτείης καὶ δρόσου πεπτωκυίας.
τοσοῦτον δ' ἡμῶν ὠφέλημα λαγχάνων
ὅμως δὲ φέρβεις τὴν κύν' ἐν μέσοις ἡμῖν
τρέφων ὁποῖα σαυτὸν εὐθαλεῖ σίτῳ.

quae quibus scateant vitiis sermonis et compositionis et metri nihil attinet Graece scientibus singulatim demonstrare. Unus tantum versiculus sanus est et integer:

τρέφων ὁποῖα σαυτὸν εὐθαλεῖ σίτῳ,

qui ad verbum e Vaticano Codice descriptus est, in reliquis οὐδὲν ὑγιές. Si quis igitur has quatuor fabulas exceperit et pauculos versiculos Babrianos ex Apollonio et Suida sumtos,

quos supra indicavimus, scito nihil prorsus inesse in Lewisii sylloge, quod non ex ipsius Minae penu sit promtum. Quod vir doctus et palaeographiae probe gnarus, quum Simonideum Codicem vidisset et quot annorum ei videretur is liber interrogaretur, fertur dixisse »*ante hos tres an quatuor annos exaratum esse sibi videri*," idem de Lewisianis fabulis dici potest. Minas ipse pervulgata fabularum argumenta numeris innumeris et sermone barbaro illigavit: pleraque omnia hausit ex fabulis Aesopicis, fabulam XXXVIII. ex Achille Tatio sumsit, sed nihil, plane nihil in istis omnibus inesse video, quod vel abiectissimae aetatis Byzantinae Graeculo quamvis inepto non sit indignum. In eodem Codice Vaticano, in quo insunt eximiae Babrii reliquiae, continentur Graeculorum poëmata insulsa et *ἄμετρα*, in quibus omni syllabarum quantitate neglecta duodenae syllabae versum senarium faciunt: cuiusmodi est fabula 340. his *versibus*, si Musis placet, concepta:

Ἡλίῳ ποτὲ γάμος θέρους ὑπῆρχε·
πάντα δὲ τὰ ζῷ' ἔχαιρον ἐπὶ τούτῳ.
οἱ δὲ βάτραχοι ἠγάλλοντο μεγάλως
ἐπὶ τῇ λαμπρᾷ τραπέζῃ τοῦ ἡλίου.
εἷς δὲ ἐξ αὐτῶν μέγα ἀνασενάξας
ἀνεκεκράγει καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐβόα·
ὦ ἀνόητοι καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ,
εἰς τί βοᾶτε μεγάλα κεκραγότες
ὡς ἐπ' ἀγαθῷ τινι προσδοκωμένῳ;
εἰ νῦν ἥλιος μονώτατος ὑπάρχων
ὕλην ἅπασαν καὶ τὴν γῆν ἀναφλέγει,
εἰ γήμας παιδίον ὅμοιον ποιήσει
τί πάθωμεν ἡμεῖς καλόν; εἴπατέ μοι.

Eiusdem farinae est fabula 352:

Ἰκτῖνος ὄφιν ἄνω πετάσας φέρει.
ὁ δ' ἐπισραφεὶς καὶ δακὼν τοῦτον αὖθις
εὐθὺς ἔκτεινεν. ὁ δ' ὄφις ἀνεβόα·
ἵνα τί ἄρα οὕτως αὐτὸς ἐμάνης
ὥσε τοὺς μηδὲν ὅλως ἠδικηκότας
βλάπτειν ἐβούλου καὶ θάνατον προσάγειν;
ὅμως πέπονθας ὃ ἐβούλου μοι πρᾶξαι.

similes his quisquilias deprehendes in fabula 338. inde a verbis:

ἡ δὲ πρὸς αὐτὸν ἀνεβόα τοιαῦτα.

et in fabula 349:

Ἑρμῆς ποτὲ ψεύσματα καὶ πανουργίας
θεὶς εἰς ἄμαξαν εἰς πᾶσαν γῆν ἀπῄει κτἑ.

et in fabula 362:

Λύκος δήποτε ἅρας ἀρνὸν ἐκ τοίμνης
ἀπεκόμιζεν εἰς τὴν ἰδίαν κοίτην,
λέων δὲ τούτῳ ἐξαίφνης συναντήσας κτἑ.

Eiusdemmodi poëmata insulsa et inficeta permulta inesse in fabulis Aesopicis olim in *Variis Lectt.* et in *Mnemosyne* demonstravimus. Quam sint haec fatua et inepta vides: sed erat tum in desipiente et effoeta Graecia saeculum talia effutire. Novimus probe illud homuncionum genus, novimus istorum orationem et vitiosam loquendi συνήθειαν καὶ λήρους. Ista tamen, si cum Minoidea Musa componuntur, tolerabilia videri possint: adeo ille monstra et portenta loquitur σολοικίζων ἅπαντα καὶ βαρβαρίζων καταγελάσως. Nihil opus est acervos mendorum et vitiorum cumulare, quae iste passim commisit. Video esse qui nihil horum sentiant, nihil quidquam animadvertat. Subindignor ab iis Graecos scriptores tractari et edi priusquam huic rei necessaria doctrinae subsidia sibi comparaverint, et rem difficillimam aggredi homines prorsus impares et immaturos. Ridere solemus Iohannem Clericum, qui quum Graece non satis sciret eruditis risum debere maluit quam ab iis quae ignoraret abstinere manum: sed plures nunc sunt qui Clerico palmam hanc dubiam facere possint. Sed nemo facile eorum, qui Musas severiores colunt et Graecis litteris diu et multum studuerunt, ab impudenti impostore Graeculo in errorem ac fraudem inducetur. Undique enim fraus perpluit. Laetus vidi Dubnerum meum, simul atque syllogen Lewisianam cognovit, falsarii malas artes perspexisse et multis luculentis indiciis patefecisse, cuius rei notitia ad me pervenit ex Diario Belgico *Revue de l'Instruction Publique en Belgique Mars* 1860. pag. 84 sqq. Indidem cognovi esse in Gallia hominem doctum qui fabulas Lewisianas impense admire-

tur et antiquioribus omnibus anteponat. Vidi esse etiam alium qui has fabulas sine mora censuerit iuventuti Graecas litteras discenti in manus esse tradendas.

Ignaris homines in vita mentibus errant.

Quam rideret, sed in sinu, Minoides, si foret in terris, quum videret commentis suis homines eruditos tam ioculariter deceptos. Sed poterat meminisse verissimi dicti, quod Gallis saepe in ore est:

un sot trouve toujours un plus sot qui l'admire.

et si decepit homines quosdam simpliciores et in his Editorem suum, non multum vereor ne diu impune ferat tantam impudentiam cum tanta linguae Graecae ignorantia coniunctam. Concursu facto eruditi omnes asino pellem leoninam detrahent, et qui sarcinam omnibus voluerat imponere male mulcatus ipse ab omnibus et derisus se proripiet. Praeeuntem Dubnerum secuturi sunt, sat scio, complures alii, qui pseudo-Babrii ineptias et stuporem exagitent confutentque. Ipse nunc quidem satis habeo falsarii facinus harum rerum intelligentibus indicasse et patefecisse insidias ne quis simplicior incautus capiatur. Qui ista bona fide pro genuinis Babrii reliquiis edidit admonitus, spero, agnoscet errorem suum et ab edendis scriptoribus Graecis fortasse deterrebit alios, priusquam tam arduo negotio pares sint facti. Diligenter audiant iuniores Menandrum sapientissime monentem:

πολὺ κρεῖττόν ἐστιν ἓν καλῶς μεμαθηκέναι
ἢ πολλὰ φλαύρως περιβεβλῆσθαι πράγματα.

Nihil videtur facilius quam Graecum Codicem fideliter descriptum edere in lucem et notulas quasdam adspergere, et hic illic scripturam tentare, et locos similis argumenti apponere, sed nisi haec omnia docte et ingeniose feceris inanis opera perit. Quid sentiam de annotatiunculis, quas Editor Minoideis fabulis adsperserit, nil opus est dicere, nam hoc solum nunc ago ut pro virili parte Graeculi commenta explodam. Finem faciam igitur adscriptis ultimis versibus fabulae, quam totam de suo Minas finxit, argumentum pariter et formam. Fabula est 31, in qua inducitur Veritas fame enecta a Mendaciis et Commentis emuncto caupone cibo satiata. Caupo de-

lusus et coenae pretio defraudatus querulus exclamat: *ubi es, Veritas?* quod Minas putavit Graece sic sonare: *ποῦ σύγ' εἶσθ', Ἀληθείη*, in quatuor verbis *ter* turpiter impingens. Cui Veritas: *adsum*, inquit, *mi homo; sed quid agam? absque illis fuisset periissem fame; idque vestro vitio factum est qui nunc vivitis homines*

οἳ χαίρετε ψεύδεσσι κοὐκ ἀληθείῃ.
ἀλλ' ἔρρετ' οἰμώξοντες ἐργάται τούτων.

Haeccine de se ipso ac rebus suis auctorem fabulae cogitasse et scripsisse dicamus pertaesum hominum, apud quos, nisi fraudibus ac mendaciis utare, male sit esuriendum? Nescio, sed hoc scio ista convenire in illum ipsum, qui *τὰ ψευδῆ ταῦτα* conflavit et, ut solet errare in Graecitatis usu, simul futuro Graeco *οἰμώξομαι* imperite suum *οἰμώξω* substituit. *ἐρρέτω οὖν ὁ τούτων ἐργάτης καὶ ποιητὴς οἰμωξόμενος.*

C. G. Cobet.

HERODOTEA.

Herodotus in scriptis suis conservandis fortunam non iniquam expertus est. Mendis haud ita multis deformatur, quorum pleraque dictioni aliquid nitoris et elegantiae deterunt, sententiae non magnopere officiunt. Paucos quosdam locos male habitos in libr. VII et VIII. indicabo alias plura daturus.

Mirifico additamento laborat locus VII. 214: *εἰδείη μὲν γὰρ ἂν καὶ ἐὼν μὴ Μηλιεὺς ταύτην τὴν ἀτραπὸν Ὀνήτης, εἰ τῇ χώρῃ πολλὰ ὡμιληκὼς εἴη.* Vertunt: *cognita quidem haec semita Onetae quoque quamquam non Maliensi esse potuit, si hanc regionem saepius adierat:* sed statim intelliges minime haec Graecis respondere, si animadverteris optativi usum *εἰδείη ἄν, εἰ πολλὰ ὡμιληκὼς εἴη*, et *ἐὼν μὴ Μηλιεύς* pro *οὐκ ἐὼν Μηλιεύς*. Non possunt haec de Onata dici ante multos annos mortuo: *Fieri potest, ut Onatae illa semita cognita sit.* Quid multa? Antiqua scriptura haec fuit: ATPAΠONTIC, deinde duabus

litterulis male repetitis ex ONTIC natus est ONHTHC. Itaque sic legendum est: εἰδείη μὲν γὰρ ἂν καὶ ἐὼν μὴ Μηλιεὺς ταύτην τὴν ἀτραπόν τις, εἰ τῇ χώρῃ πολλὰ ὡμιληκὼς εἴη, quod rectissime dictum est. Tollitur simul alia loci difficultas: non enim in ea argumentatione solus Ὀνήτης ὁ Καρύστιος commemorari debuerat, sed Κορυδαλλὸς quoque ὁ Ἀντικυρεύς, cuius eadem causa est. Herodotus, ut vides, neutrum nominaverat, sed generali sententia usus complexus erat utrumque.

Inanis et fatua verbositas est in Laconis dicto VII. 226: ὡς πάντα σφι ἀγαθὰ ὁ Τρηχίνιος ξεῖνος ἀγγέλλοι εἰ ἀποκρυπτόντων τῶν Μήδων τὸν ἥλιον ὑπὸ σκιῇ ἔσοιτο πρὸς αὐτοὺς ἡ μάχη [καὶ οὐκ ἐν ἡλίῳ]. Sexcenties intrepidi viri lepidum dictum laudatur: quis umquam insulsum illud additamentum aut ipse adiecit aut alium adiicientem audivit?

In eodem libro VII. 234. soloeca oratio est. Editur: κόσοι τινές εἰσι οἱ λοιποὶ Λακεδαιμόνιοι καὶ τούτων [ὁ]κόσοι τοιοῦτοι τὰ πολέμια; Recta oratio est, in qua ὅσις, ὁπόσος, ὁποῖος, ὅπου, et similia omnia locum nullum habent, quamquam hic illic aliquid in talibus turbant librarii.

Paulo ante pro ὅσα γὰρ εἶπας ἅπαντα ἀνέβη οὕτω, requiro ὡς γὰρ εἶπας, quo nisi οὕτω referatur commode intelligi non poterit.

In libro VIII. duo menda eximenda sunt e cap. 19: Θεμιστοκλέης συλλέξας τοὺς στρατηγούς — παραίνεε προεῖπαι τοῖσι ἑωυτῶν ἑκάστους πῦρ ἀνακαίειν, ubi corrigendum est τοῖσι ἑωυτοῦ ἕκαστον, et post pauca πυρὰ ἀνακαυσάμενοι, non πῦρ, quia passim *ignes* ardebant.

In cap. 25. scribae error mendum e dittographia peperit. Editur: πάντες δὲ ἠπιστέατο τοὺς κειμένους εἶναι πάντας Λακεδαιμονίους καὶ Θεσπιέας. Vera et antiqua lectio est ΠΑΝΤΑCΔϴ, pro qua quum scriba dormitans πάντες δέ substituisset adscriptum a correctore πάντας in alienam sedem irrepsit. Emendandum igitur est: πάντας δὲ ἠπιστέατο τοὺς κειμένους εἶναι Λακεδαιμονίους.

Importuna praepositio a Graeculo interposita est VIII. 53: ἔμπροσθε ὧν [πρὸ] τῆς ἀκροπόλιος, ὄπισθε δὲ τῶν πυλέων καὶ τῆς ἀνόδου.

Alio modo turbatum est VIII. 65. in verbis: ἐκ δὲ τοῦ κονιορτοῦ καὶ τῆς φωνῆς γενέσθαι νέφος καὶ μεταρσιωθὲν φέρεσθαι ἐπὶ Σαλαμῖνος ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ τῶν Ἑλλήνων, in his verbum μεταρσιοῦν malae notae est et vitio in Graecitatem invectum. Dicebant Veteres non μεταρσιοῦν, sed μετάρσιον, vel Attice μετέωρον, αἴρειν: non μεταρσιοῦται, sed μετάρσιος (μετέωρος) αἴρεται, quemadmodum nemo Veterum dixit φανεροῦν vel φανεροῦσθαι, sed φανερὸν ποιεῖν vel γίγνεσθαι, et Latine *sublimem rapere* dicitur, non verbum ex *sublimis* formatur. Sic Aristophanes loquitur in Equitt. vs. 1362:

ἄρας μετέωρον εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλῶ.

et in Pace vs. 80:

ὁ δεσπότης γάρ μου μετέωρος αἴρεται,

et sic omnes loquuntur. Facile igitur apparet corrigendum esse: καὶ μετάρσιον ἀρθὲν φέρεσθαι.

Expellendum emblema est ibid. VIII. 67: πρῶτος μὲν ὁ Σιδώνιος [βασιλεύς], μετὰ δὲ ὁ Τύριος. Cui non notum est dici ὁ Σιδώνιος pro ὁ τῶν Σιδωνίων βασιλεύς? Sic passim occurrit ὁ Τύριος, ὁ Λυδός, ὁ Μακεδών, et sim. praesertim si quis contemtim Reges commemorat. Sic de Persarum rege apud Xenophanem dicitur:

πηλίκος ἦσθ' ὅθ' ὁ Μῆδος ἀφίκετο;

Alia exempla collegit Wesseling ad Herod. I. 2. Si quis autem βασιλεύς vult addere, dicendum est ὁ τῶν Σιδωνίων, τῶν Τυρίων, τῶν Λυδῶν, τῶν Περσῶν, τῶν Μακεδόνων βασιλεύς. Quis serio credat ὁ Μακεδὼν βασιλεύς dici posse? Itaque in Herodoti loco interpolatorem tenemus manifestum. Sine mendo scriptum est de eodem cap. 68: ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ Σιδωνίου.

Frequens admodum vitium adhuc Criticorum aciem fugit VIII. 94. in verbis: αὗτις τάδε λέγειν ὡς αὐτοὶ οἷοί [τε] εἶεν ἀγόμενοι ὅμηροι ἀποθνήσκειν ἢν μὴ νικῶντες φαίνωνται οἱ Ἕλληνες. Herodotus scripsit: ὡς αὐτοὶ οἷοι εἶεν — ἀποθνήσκειν. Quid intersit inter οἷός εἰμι et οἷός τε εἰμί fugit, ut opinor, neminem. Nemo tamen redarguit scribarum fraudem, qui saepe ubi οἷός εἰμι requiritur substituunt quod solum noverant οἷός τε εἰμί. Verissime docet Harpocration in v. Οἷος εἶ καὶ οἷός τε εἶ: τὸ μὲν χωρὶς τοῦ τε σημαίνει τὸ

βούλει καὶ προῄρησαι, τὸ δὲ σὺν τῷ τε τὸ δύνασαι. Itaque sicubi οἷός τε εἰμί significare videtur βούλομαι vel προῄρημαι vel ἕτοιμός εἰμι, hoc tenebimus voculam τε contra Veterum usum a Graeculis interpolatam esse. Rarius οἷός εἰμι intactum evasit, veluti apud Demosthenem pag. 1086, 21: οἷος ἦν ἐπεξιέναι τῷ Λεωκράτει, et p. 1239, 2: οἷος οὖν εἰμὶ κἀγὼ τὰ ἐνθάδε αὐτὸς ἀξιοῦν λαμβάνειν, sed saepius optimi quoque libri τε perperam inserunt, ut apud Demosthenem p. 542, 5: οἷός τ' ἦν πείθειν αὐτόν, et p. 677: 11: οἷός τ' ἦν πολεμεῖν, et p. 1091, 6: οἷός τ' ἦν ἐγγράφειν αὐτόν, et aliis locis. Dudum haec omnia corrigenda esse Dobraeus admonuit, sed Editores non audiunt.

Levis error, sed non contemnendus, commissus est VIII. 101. in verbis: πρὸς Μαρδόνιον βουλευσάμενος ἔφη ἀποκρινέεσθαι ὁκότερον ποιήσει τούτων. Ἀποκρίνομαι enim apud Iones significat χωρίζομαι vel ἀφορίζομαι, respondere ὑποκρίνομαι constanter ab iis dicitur, et ὑπόκρισις, et ὑποκριτὴς ὁ τὸν χορὸν ἀπαμειβόμενος. Itaque emendandum est ὑποκρινέεσθαι.

Duplex mendum obsidet VIII. 108. haec verba: ὡς ἄγοντι μέν οἱ ἡσυχίην — οὔτε τις κομιδὴ τὸ ὀπίσω φανήσεται, λιμῷ τέ οἱ ἡ στρατιὴ διαφθαρέεται. Primum inserenda est necessaria praepositio: κομιδὴ (ἐς) τὸ ὀπίσω φανήσεται. Quemadmodum enim κομίζεσθαι ἐς Σῖριν, ἐς Βαβυλῶνα, ἐς Βούβασιν, ἐς ἤθεα τὰ Σκυθικά apud Herodotum legitur, sic κομιδὴ ἐστι vel φαίνεται eandem praepositionem requirit. Deinde emaculanda est forma διαφθαρέεται, quae prorsus est barbara. Attici formam διαφθαρήσομαι usurpant, Iones forma media διαφθερέομαι utuntur cum aoristo διεφθάρην, quemadmodum Atticis usitatum est dicere ἀπεφθάρην, περιεφθάρην, ἀνεφθάρην, sed in futuro ἀποφθεροῦμαι, ut Socrates Strepsiadi intonat in Nub. vs. 789.

οὐκ ἐς κόρακας ἀποφθερεῖ
ἐπιλησμότατον καὶ σκαιότατον γερόντιον.

et Demus Cleoni in Equitt. vs. 892:

οὐκ ἐς κόρακας ἀποφθερεῖ βύρσης κάκιστον ὄζων.

Reddendum igitur Herodoto est: λιμῷ τέ οἱ ἡ στρατιὴ διαφθερέεται, quod in multis libris integrum servatum est. Eadem scripturae varietas in libris est IX. 42: εἰρώτα εἴ τι εἰ-

δεῖεν λόγιον περὶ Περσέων ὡς διαφθερέονται ἐν τῇ Ἑλλάδι, ubi in aliis est διαφθορεῦνται, in aliis διαφθαρέονται errore manifesto. Planc eiusdemmodi vitium Graeculi apud Homerum et Tragicos committere solent in futuro verbi κτείνω et κατακτείνω, barbaras formas κτανέω, κατακτανέουσι, κτανῶ et κατακτανῶ substituentes genuinis κτενῶ κατακτενῶ et κτενέω κατακτενέουσιν. Quod enim Bekkerus edidit in Iliad. Z. 409:

τάχα κέν σε κατακτανέουσιν Ἀχαιοί,

et in Iliad. Σ. 309:

ξυνὸς Ἐνυάλιος καί τε κτανέοντα κατέκτα,

non minus est vitiosum quam apud Herodotum διαφθαρέεται.

Manifesto excidit ἄν VIII. 111: Ἀνδρίους οὐ δώσειν χρήματα· οὐδέποτε γὰρ τῆς ἑωυτῶν ἀδυναμίης τὴν Ἀθηναίων δύναμιν εἶναι κρέσσω. Quoniam perspicuum est eos dixisse: »numquam enim fore *ut Atheniensium potentia suam superet impotentiam*," perspicuum est emendari oportere: οὐδέποτε γὰρ (ἂν) — εἶναι.

Sententia laborat VIII. 112. in verbis: Θεμιστοκλέης μέν νυν — χρήματα παρὰ νησιωτέων ἔκτητο λάθρῃ τῶν ἄλλων στρατηγῶν. Erravit Dindorfius quum ἔκτητο (*possidebat*) reponeret, nam requiritur imperfectum, *colligebat*, *cogebat*, ἠργυρολόγει, ut in tali re scriptor Atticus dixisset. Revoca igitur veterem lectionem ἐκτέετο.

Errore non infrequenti scribitur VIII. 113: ἔδοξε γὰρ Μαρδονίῳ ἅμα μὲν προπέμψαι βασιλέα, ἅμα δὲ ἀνωρίην εἶναι τοῦ ἔτεος πολεμέειν. Unice verum est in talibus ἅμα δὲ ἀνωρίη εἶναι nempe ἔδοξε. vide quae de ea re scripsimus in *Novis Lectt.* p. 434. ad Xenophontis Anab. III. 1. 11, ubi simillimum in libris mendum est: ἔδοξεν αὐτῷ σκηπτὸς πεσεῖν εἰς τὴν πατρῴαν οἰκίαν καὶ ἐκ τούτου λάμπεσθαι πᾶσαν, pro πᾶσα. Eadem ratio est in loco Themistii p. 6. A: ταύταις ἁπάσαις τοιόνδε εἶναί μοι δοκεῖ. ἑκάστη μὲν γὰρ αὐτῶν — ἀνθρωπικὸς εἶναι κόσμος, ubi apposite Dindorfius comparavit locum Isocratis p. 165. A. (de Pace § 28.) ἐμοὶ δοκοῦσιν ἅπαντες ἐπιθυμεῖν τοῦ συμφέροντος —. οἱ μὲν γὰρ ἔχειν ἐπιεικεῖς —, οἱ δέ κτἑ. Corrector Graeculus pro ἔχειν imperite ἔχουσιν supposuit, Urbinas Isocratis manum solus servavit. Sunt Herodoti quoque libri ἀνωρίη servantes, quibus obtemperatum oportuit.

In catalogo τῶν Εὐρυπωντιδῶν VIII. 131. nomen ipsum τοῦ ἀρχηγέτου corruptum est, nam editur τοῦ Πολυδέκτεος τοῦ Πρυτάνιος τοῦ Εὐρυφῶντος pro Πολυδέκτεω et Εὐρυπῶντος. Bonum factum quod certa fide constat de forma Εὐρυπῶν, Εὐρυπωντίδαι et Ἀγιάδαι, nam librarii certatim ΕΤΡΤΠΩΝ et ΕΤΡΤΠΩΝΤΙΔΑΙ et ΑΓΙΑΔΑΙ in alia omnia refingunt. ΑΓΙΑΔΑΙ vitiose Ἀγίδαι appellari solent, aut ΓΙ in Π coalescit, ut ΕΝΑΓΙΑΔΩΝ, id est ἐν Ἀγιαδῶν, apud Pausaniam III. XIV. 3. κατὰ τοῦτο τῆς πόλεως τάφοι τῶν Ἀγιαδῶν βασιλέων εἰσίν, — Ἀσκληπιοῦ δὲ οὐ πόρρω ἐστὶν ἱερὸν ἐν Ἀγιαδῶν καλούμενον. Mirantes Graeculi quid esset ΕΝΑΓΙΑΔΩΝ dederunt ἱερὸν ἐναπάδων καλουμένων. Verum vidit Heringa, qui ἐν Ἀγιαδῶν palmaria emendatione restituit, quod dictum est ut ἐν Κλωπιδῶν, ἐν Ἰφιγιαδῶν, ἐν Ἐχελιδῶν, similiaque, quae raro ex Graeculorum manibus illaesa evadunt. Vide modo Hesychium in v. Ἐνεχελιδών: — ἔστι δὲ ὁ Ἀθηναίων ἱππόδρομος. Foedius etiam in Etymolog. M. scribitur Ἐνεχελιδᾷ, et amissa praepositione apud Photium: Ἐχελιδών: τόπος ἔχων ἱππόδρομον, quod legitur inter Ἐχέτλη et Ἐχθεζινόν, ne quid a scribis titubatum putes. Paulo ante in Pausaniae Codd. legitur τάφοι τῶν ἀγιπαδῶν βασιλέων, quod natum est ex ΓΙ ΑΠΑΔΩΝ, in quo corrupta scriptura cum correctione in unum coaluit. Ut apud Pausaniam ἐν Ἀγιαδῶν depravatum est in ἐναπάδων, sic in Plutarchi Codicibus ἀπάδης vitiose pro Ἀγιάδης scriptum est in Agide cap. 3: Ἄγις μὲν Εὐρυπωντιδης, — Λεωνίδας δὲ τῆς ἑτέρας οἰκίας ἦν Ἀγιάδης, nam sic docti homines optime emendarunt pro εὐρωτιωνίδης, εὐρυτιώνδης et ἀπάδης. Nusquam fere illa nomina labem effugiunt, sed in mendis vetustissimis tuto latuerunt donec perite elicerentur. Non est usitatum Ἀγίδης sed Ἀγιάδης, quod in ΑΠΑΔΗC et ЄΝΑΠΑΔΩΝ pellucet. Ἀγίδαι sicubi apud Strabonem et Pausaniam nominantur, reponendum est id quod Veteres dixisse constat. Vitiose scribitur apud Pausaniam III. II. 1: τὸ γένος τὸ Εὐρυσθένους καλοῦσιν Ἀγίδας, imo vero Ἀγιάδας, ut et aliunde et ex alio Pausaniae loco confirmatur III. XIV. 3: ἐγγυτάτω δὲ τῶν μνημάτων ἃ τοῖς ἀπάδαις πεποίηται, ubi ΑΠΑΔΑΙC manifesto ex ΑΓΙΑΔΑΙC natum est, ut caeteris apud

Plutarchum et Pausaniam locis. Sic et apud Strabonem VIII. p. 366: καλεῖσθαι τοὺς μὲν Ἀγίδας — τοὺς δὲ Εὐρυπωντίδας, non est ulla dubitatio quin Ἀγιάδας emendari oporteat. Emendata lectio aetatem tulit apud Themistium p. 250. A: Λακεδαιμονίους δὲ ἐγὼ πυνθάνομαι ἐπὶ τὸν βωμὸν τῆς Ὀρθίας ὁμοίως ἀνάγειν τόν τε Εἵλωτα, εἰ τύχοι, τόν τε Εὐρυπωντίδην (Codd. ἐρυποντίδην) ἢ Ἀγιάδην, et apud Plutarchum in Lysandro cap. 23: ἐβασίλευον ἐκ δυοῖν οἴκων (l. οἰκιῶν) μόνον Εὐρυπωντίδαι (Codd. εὐρυποντίδαι) καὶ Ἀγιάδαι προσαγορευόμενοι. Levissime tantum vitiatum idem nomen est apud Plutarchum in Lysandro cap. 30: ὡς χρὴ τῶν Εὐρυπωντιδῶν (Codd. εὐρυτιωντίδων) καὶ Ἀγιαδῶν (Codd. ἀγιάδων) τὴν βασιλείαν ἀφελομένους εἰς μέσον θεῖναι. Sed leves hi errores videri possint prae iis, qui in nomine Εὐρυπῶν et Εὐρυπωντίδαι passim et fere constanter committi solent. ΕΥΡΥΠΩΝ primum proclivi errore in Εὐρυτίων depravatur, veluti apud Polyaenum II. 13. ΕΥΡΥΤΙΩΝ. Εὐρυτίων βασιλεὺς Λακεδαιμονίων, ubi recte admonet Coraës: γραπτέον Εὐρυπῶν, sed evidentem correctionem sine mora recipere debuerat. Recurrit idem in Plutarchi Codicibus in Lycurgo cap. 1 et 2. Emendata scriptura evasit apud Pausaniam II. 36. 4. et IV. 4. 4, utrobique enim sine vitio legitur τοῦ Πολυδέκτου, τοῦ Εὐνόμου, τοῦ Πρυτάνιδος, τοῦ Εὐρυπῶντος. Evasit nomen Εὐρυπῶν illaesum apud Herodianum περὶ μονήρους λέξεως p. 9, 32. enumerantem nomina in -ῶν penultima corrupta: Εὐρυπῶν ὁ Λακεδαιμόνιος, ὅθεν οἱ Εὐρυπωντίδαι, nam sic Lehrsii emendationem perficiendam esse arbitror. His igitur locis inter se comparatis satis constat Εὐρυπῶν unice verum esse omnesque in eo nomine (ut et in Εὐρυπωντίδαι) scribendi varietates scribis esse imputandas et undique sedulo expellendas. Simul apparet genuinam scripturam non ex singulis locis et Codicum in quoque loco scripturis indagari oportere, sed collatis in unum omnibus omnium testimoniis reperiri constituique posse, quod vellem fecissent et alii et Clintonus in utilissimo opere, quod Fastos Hellenicos inscripsit, in quo saepissime in nominibus propriis virum eximium scribae futiles ac nihili transversum egerunt. Apud Clintonum enim in Fast. Hellen. I. p. 334. (ubi enumerat quos ipse *Agidas* et *Proclidas* appellat quum *Agiadas*

et *Eurypontidas* appellare debuisset) ponitur EURYPON *sive* EURYTION, quod perinde est ac si quis auctorem operis CLINTONUM *sive* DINTONUM vellet appellare. Multo etiam peius peccatur in nomine Εὐρυπωντίδαι. Sub uno veluti conspectu ponere iuvat scribarum hallucinationes. Pro Εὐρυπωντίδαι dederunt εὐρυτίωνι δὲ apud Plutarchum in comparat. Agesil. et Pomp. cap. 2: οὐκ ἂν ἠπόρησαν Εὐρυπωντίδαι (Codd. εὐρυτίωνι δὲ) γνήσιον τῇ Σπάρτῃ βασιλέα παρασχεῖν, emendavit locum Valckenaerius ad Herod. VIII. 131. Pro Εὐρυπωντίδης in Plutarchi Agide cap. 3. in libris est εὐρυτιωνίδης et εὐρυτιώνδης. Apud Themistium vidimus ἐρυποντίδην scribi. In Plutarchi Lycurgo cap. 2: οὐκ ἀπὸ τούτου (τοῦ Σόου) τὴν οἰκίαν ἀλλ' ἀπὸ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ προσηγόρευσαν Εὐρυπωντίδας, ὅτι δοκεῖ πρῶτος Εὐρυπῶν τὸ ἄγαν μοναρχικὸν ἀνεῖναι τῆς βασιλείας, libri exhibent εὐρυτιωντίδας et εὐρυτιωνίδας et omnes εὐρυτίων. Vidimus supra in vita Lysandri cap. 30. pro Εὐρυπωντιδῶν in libris scriptum esse εὐρυτιωντίδων. Levius peccatum est in eadem vita cap. 23, ubi libri servant εὐρυποντίδαι, sed multo gravius apud Pausaniam III. 7. 1: Εὐρυπῶντα δὲ τὸν Σόου φασὶν ἐς τοσοῦτον ἀφικέσθαι δόξης ὡς καὶ τὴν οἰκίαν ταύτην Εὐρυπωντίδας ὄνομα ἀπ' αὐτοῦ λαβεῖν Πρωκλείδας ἐς ἐκεῖνον καλουμένους, ubi pro Εὐρυπωντίδας futiles scribae εὐρυπῶντας et εὐρυπῶνδας supposuerunt, similiterque III. 12. 8: ἐγγύτατα — Δικτύννης ἐστὶν ἱερὸν καὶ βασίλειοι τάφοι τῶν καλουμένων Εὐρυπωντιδῶν, ubi εὐρυπώνδων et εὐρυπόδων substituerunt. Plane idem vitium commaculat luculentum Strabonis locum VIII. p. 366, quem totum apponam ut hic illic emendem. Ἑλλάνικος μὲν οὖν, inquit, Εὐρυσθένη καὶ Πρωκλέα φησὶ διατάξαι τὴν πολιτείαν. Ἔφορος δ' ἐπιτιμᾷ φήσας Λυκούργου μὲν αὐτὸν μηδαμοῦ μεμνῆσθαι, τὰ δ' ἐκείνου ἔργα τοῖς μὴ προσήκουσιν ἀνατιθέναι. μόνῳ γοῦν Λυκούργῳ ἱερὸν ἱδρῦσθαι καὶ θύεσθαι κατ' ἔτος, ἐκείνοις δὲ καίπερ οἰκιςαῖς γενομένοις μηδὲ τοῦτο δεδόσθαι, ὥςε τοὺς ἀπ' αὐτῶν τοὺς μὲν Εὐρυσθενίδας, (reliqua exhibebo ut in Parisino Codice A mutilato scripta sunt)

τοὺς δὲ προκλείδας καλεῖσθαι ἀ * * * *
ἀγίδας ἀπὸ ἄγιδος τοῦ εὐρυσθένους τοὺς δ * * * *
πὸ εὐρυπῶντος τοῦ προκλέους. τοὺς μὲν * * *
σαι δικαίως, τοὺς δὲ δεξαμένους ἐπ * * *

πους δι' ἐκείνων δυνασεῦσαι. ὅθε * * *
νομισθῆναι, ὅπερ πᾶσιν ἀποδίδοται * * *
σανίαν τε τῶν εὐρυποδῶν ἐκπεσόν * * *
οἰκείας ἐν τῇ Φυγῇ συντάξαι λόγ * * *
γου νόμων ὄντος τῆς ἐκβαλλούσῃ * * *
τοὺς χρησμοὺς λέγειν τοὺς δοθέντα * * *
πλείσων.

In his lacunas plerasque aut ex antiquis Excerptis aut ex ipsa loci sententia certo supplemento explere licet, in qua re Kramerum ita sequar ut nonnulla emendatius exhibeam. »*Exciderunt* (admonente Kramero) *in fine versuum literae nonnullae defectu ita paulatim crescente ut in primo decem, in ultimis quatuordecim fere desint.*" Itaque in primo exciderunt: ἀ(λλὰ τοὺς μὲν) Ἀγιάδας (non Ἀγίδας) ἀπὸ Ἄγιδος τοῦ Εὐρυσθένους. In secundo, quia *decem*, non plures, literae amissae sunt, manifestum est excidisse: τοὺς δ' (εὐρυπόδας ἀ)πὸ εὐρυπῶντος τοῦ προκλέους, in quibus idem est vitium, quod in sqq. recurrit παυσανίαν τε τῶν εὐρυποδῶν, et quod apud Pausaniam vidimus εὐρυπόδων pro Εὐρυπωντιδῶν. Optime igitur emendatum est: τοὺς δ' Εὐρυπωντίδας ἀπὸ Εὐρυπῶντος. In versu tertio male supplent: τοὺς μὲν (γὰρ δυναστεῦ)σαι δικαίως, nam perspicuum est suppleri oportere: τοὺς μὲν (γὰρ βασιλεῦ)σαι δικαίως, et inter se opponi τὸ βασιλεῦσαι δικαίως et τὸ δυνασεῦσαι, id est τυραννῆσαι. Tum rectissime suppletur: δεξαμένους ἐπ(ήλυδας ἀνθρώ)πους δι' ἐκείνων δυνασεῦσαι, et ὅθε(ν οὐδ' ἀρχηγέτας) νομισθῆναι, sed minus recte in sq. versiculo Kramerus dedit: ὅπερ πᾶσιν ἀποδίδοτα(ι οἰκισαῖς. Παυ) σανίαν τε τῶν Εὐρυπωντιδῶν κτέ. nam dare debuerat ἀποδίδοτα(ι τοῖς οἰκισαῖς. Παυ)σανίαν. Constat ex antiquis Excerptis: ὅθεν οὐδ' ἀρχηγέτας νομισθῆναι, ὅπερ πᾶσιν ἀποδίδοται τοῖς οἰκισαῖς, ὅτι ἐπήλυδας ἀνθρώπους δεξάμενοι δι' ἐκείνων ἐδυνάσευσαν. Non exputo quid exciderit in sq. ἐκπεσόντα * * τῆς οἰκείας. Fortasse εἰς Τεγέαν supplendum, sed nihil definire satius est. Quod reliqua sic sarciuntur συντάξαι λόγ(ον κατὰ τοῦ Λυκούρ)γου νόμων ὄντος τῆς ἐκβαλλούσῃ(ς αὐτὸν αἰτίου καὶ) τοὺς χρησμοὺς λέγειν τοὺς δοθέντα(ς αὐτῷ περὶ τῶν) πλείσων, alia sunt incerta, alia manifesto falsa. Quidnam sibi vult: Λυκοῦργος αἴτιος ὢν νόμων τῆς ἐκβαλλούσης αὐτόν? Meliora quaerenda erunt.

Mihi quidem videtur Pausanias *συντάξαι λόγον κατὰ τῶν Λυκούργου νόμων*, non *κατὰ τοῦ Λυκούργου*. In ceteris mihi ipse non satisfacio. In praecedentibus quoniam *οἰκίας* in libris est, non *οἰκείας*, subnascitur mihi suspicio Strabonem scripsisse *Παυσανίαν τε τῶν Εὐρυπωντιδῶν ἐκπεσόντα ὑπὸ τῶν ἐκ τῆς ἑτέρας οἰκίας ἐν τῇ Φυγῇ συντάξαι λόγον κτέ.* Sed superest alia gravior difficultas quam aliis solvendam relinquo. Nemo umquam fuit Spartae *Παυσανίας τῶν Εὐρυπωντιδῶν*. Pausanias enim, qui Tegeam exulatum abiit, fuit *τῶν Ἀγιαδῶν*, Plistoanactis filius et Agesipolidis pater, de cuius exilio Xenophon, Diodorus, Plutarchus et Pausanias memoriae prodiderunt. Vide modo Plutarchum *τοὺς Ἀγιάδας* inde ab antiquiore Pausania enumerantem in Agide cap. 3. quod quomodo expediendum sit videant alii. Equidem, quod nunc solum ago, satis mihi demonstrasse videor, Reges Spartanorum *ἐξ ἑκατέρας τῆς οἰκίας τοὺς μὲν Ἀγιάδας ἀπὸ Ἄγιδος τοῦ Εὐρυσθένους, τοὺς δὲ Εὐρυπωντίδας ἀπὸ Εὐρυπῶντος τοῦ Σόου τοῦ Προκλέους* appellatos fuisse. Nomina *Εὐρυσθενίδαι* et *Προκλεῖδαι* ab eruditis ficta sunt, et nomen *Ἀγίδαι* vitiosum est et Veteribus inauditum. Quod modo audivimus Pausaniam dicentem III. 7. 1: *τὴν οἰκίαν ταύτην Εὐρυπωντίδας ὄνομα λαβεῖν Προκλείδας ἐς ἐκεῖνον καλουμένους*, facile apparet id eum de suo excogitasse aut coniecisse. Nulla supererant illius aetatis monumenta unde id quisquam, ne Ephorus quidem, colligere potuisset. Supererant ex remota antiquitate nomina *τοὶ Ἀγιάδαι* et *τοὶ Εὐρυπωντίδαι*, unde *Ἄγις* et *Εὐρυπῶν ἀρχηγέται ἐνομίσθησαν*. Vetusta haec nomina pessimis exemplis indocti scribae vitiant. *Ἀγιάδης* in *ἀπάδης* abit aut in *ἀγίδης*, *Εὐρυπῶν* in *εὐρυτίων*; *τοὺς Εὐρυπωντίδας* deformant in *εὐρυτιωντίδας*, *εὐρυτιωνίδας*, *εὐρυτιώνδας*, *εὐρυποντίδας*, *ἐρυποντίδας*, *εὐρυπώνδας* et *εὐρύποδας* denique, quae omnia non sunt unius assis, quia de vera nominis forma liquido constat, quae utcumque depravata e scripturae reliquiis ubique pellucet. Itaque Herodoto quoque tandem reddatur quod solum verum est *τοῦ Πολυδέκτεω τοῦ Πρυτάνιος τοῦ Εὐρυπῶντος*.

Duo emblemata mala manus inseruit in libro VIII. cap. 138: *οἴκησαν πέλας τῶν κήπων τῶν λεγομένων εἶναι Μίδεω —. ἐν τούτοισι καὶ ὁ Σειληνὸς [τοῖσι κήποισι] ἦλω*, spuria verba esse:

quae uncinis inclusimus, satis ostendit inepta sedes in quam casu ex ora libri irrepserunt.

Post pauca novum emblema apparet in verbis: *ἐνθεῦτεν δὲ ὁρμεόμενοι* [*ὡς ταύτην ἔσχον*] *κατεφρέφοντο καὶ τὴν ἄλλην Μακεδονίαν*. Qui adscripsit *ὡς ταύτην ἔσχον* non satis intellexit quid esset *ἐνθεῦτεν* (*ἐκ Βερμίου τοῦ οὔρεος*) *ὁρμεόμενοι*, id est *τοῦτο τὸ οὖρος ὁρμητήριον ἔχοντες*, quae frequens admodum locutio est, et e verbis *τὴν ἄλλην Μακεδονίαν* elicuit *ὡς ταύτην ἔσχον*, ineptissime, ut mihi quidem videtur.

Aliud scioli additamentum nos ludificatur in cap. 140. § 4, ubi legitur: *ὥστε καὶ ἢν ἡμέας ὑπερβάλησθε* [*καὶ νικήσητε*], *τοῦπερ ὑμῖν οὐδεμία ἐλπὶς εἴπερ εὖ φρονέετε, ἄλλη παρέσται πολλαπλησίη*. Verbum *ὑπερβάλλεσθαι* significat prorsus idem atque *νικᾶν*, *κρατεῖν*, *κρείττω εἶναι*, sed aliquanto acrius et significantius est quam haec, ita ut qui dixerit *ἢν ἡμέας ὑπερβάλησθε* addere non possit frigidum et iners *καὶ νικήσητε*. Addidit Graeculus aliquis quo tempore *ὑπερβάλλεσθαι* eo sensu dictum abierat in desuetudinem. Saepe alibi eodem verbo Herodotus utitur in re eadem, veluti VIII. 24: *οἳ ἤλπισαν τὴν βασιλέως δύναμιν ὑπερβαλέεσθαι*, ubi quis aequo animo ferret additum *καὶ νικήσειν*? Et de Dario V. 124: *πρὸς δέ οἱ καὶ ἀδύνατα ἐφάνη βασιλέα Δαρεῖον ὑπερβαλέσθαι*, et aliis locis. Sic et apud Aristophanem in Nub. vs. 1033:

εἴπερ τὸν ἄνδρ' ὑπερβαλεῖ καὶ μὴ γέλωτ' ὀφλήσεις.

et in Equitt. vs. 890:

ἀλλ' οὐχ ὑπερβαλεῖ με θωπείαις.

et vs. 408:

οὗτοι μ' ὑπερβαλεῖσθ' ἀναιδείᾳ μὰ τὸν Ποσειδῶ.

et saepius alibi. Eodem sensu *ὑπερακοντίζειν* poni solet, cui verbo quis umquam addidit *καὶ νικᾶν*?

In fine cap. 140. § 8. tralaticium mendum inest in verbis: *ἀλλὰ πείθεσθε*, et exemta vocali scribendum est *πίθεσθε*. Solent formae *ἐπιθόμην*, *πιθοῦ*, *πιθέσθαι*, *πιθόμενος* cet. sic a Graeculis corrumpi, qui dudum obsoleto aoristo *πιθέσθαι* solum *πείθεσθαι* noverant, et etiam apud poëtas iugulato metro *πείθου*, *πειθόμενος* et sim. pro antiquo aoristo substituebant. *Πείθου* et *μὴ πείθου* apud Veteres ponuntur pro *πίθευε* et *μὴ*

πίσευε. *Obsequere mihi, obtempera mihi* dicebatur πιθοῦ μοι apud omnes. Praeiit omnibus Homerus noto versu:

ἀλλὰ πίθεσθ', ἄμφω δὲ νεωτέρω ἔσσον ἐμεῖο.

In animosa Atheniensium oratione VIII. 143: Νῦν δὲ ἀπάγγελλε Μαρδονίῳ ὡς Ἀθηναῖοι λέγουσι ἔς' ἂν ὁ ἥλιος τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἴῃ τῇ καὶ νῦν ἔρχεται μήκοτε ὁμολογήσειν ἡμέας Ξέρξῃ, duo vitia insunt, levius alterum τῇ pro τήν, nam facile mihi dabis emendandum esse τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἴῃ τὴν καὶ νῦν ἔρχεται, quoniam neque ὁδῷ ἔρχεται pro ὁδόν dicitur, neque τῇ adverbium esse potest. Alterum gravius mendum est. Unde pendere putas verba μήκοτε ὁμολογήσειν ἡμέας Ξέρξῃ? An a verbo λέγουσι Ἀθηναῖοι? Fieri non potest, nam sic ἡμέας inepte abundat. *Renuncia Mardonio Athenienses dicere numquam* nos *cum Xerxe societatem iuncturos.* Imo vero *numquam* sese *societatem iuncturos* dictum oportuit. Pendent autem illa verba ab imperativo ἀπάγγελλε, quod ut fieri possit sciolum sibi habere iube verba quae de suo addidit ὡς Ἀθηναῖοι λέγουσι.

C. G. COBET.

LIVIUS NONNULLIS LOCIS EMENDATUS.

Manifesto mendosus est locus Livii XXII. 34: *Habere igitur interregnum eos* (Patricios), *consulatum unum certe plebis Romanae esse: populum liberum habiturum ac daturum ei, qui* magis vere *vincere quam diu imperare malit.* Veram lectionem huius loci Badhamus reperit et mecum communicavit. Nempe Livius sic scripserat: *qui* MATURE *vincere quam diu imperare malit.*

In libro XXII. 6 fin. scribe: *quae Punica religione servata fides ab Hannibale est, atque in vincula omnes coniecti,* pro *coniecit.* Corrige in cap. 10: *si quid rumpet occidetque insciens se fraude esto,* pro *ne fraus esto.* In cap. 14. *strepunt aures clamoribus plorantium sociorum saepius* nos *quam Deorum invocantium opem,* repone *nostram* pro *nos,* et post pauca in verbis: *media in urbe* [qua nunc busta Gallica sunt], expunge additamentum e libr. V. 48. huc invectum.

C. G. C.

ATAKTA.

(*Continuantur ex* IX. *pag.* 242).

§ 24.

In paucis, qui prudenter et eleganter Tullianam orationem interpretantur, Sauppius est numerandus, cuius vidi coniecturas Tullianas (editas cum Indice Scholarum in Academia Georgia Augusta, a. 1857.) e quibus strictim mihi in schedula notavi, quae per otium considerare operae pretium videbatur, tum ea, in quibus a me dissentiret, tum nova quaedam praeclare inventa.

Igitur is non probari sibi dicit, quod in Oratore § 27. tollebam voc. *iocatur*, et *iocos* Demostheni vindicat auctoritate ipsius Ciceronis, qui ibid. § 90. dixerit Demosthene *sibi nihil videri urbanius, sed non tam dicacem fuisse quam facetum;* tum Quintiliani VI. 3. 2, (qui tamen tradit, plerosque credere eius rei facultatem Demostheni defuisse): postremo Longini *π. ὕ.* XXXIV. 3: sed hic, postquam dixisset Demosthenem istorum omnium *κατὰ τὸ πλέον ἄμοιρον* esse, haec addit: *ἔνθα μέντοι γέλοιος εἶναι βιάζεται καὶ ἀστεῖος οὐ γέλωτα κινεῖ μᾶλλον ἢ καταγελᾶται· ὅταν δὲ ἐγγίζειν θέλῃ τῷ ἐπίχαρις εἶναι, τότε πλέον ἀφίσταται.* Facile concederem Sauppio, si mihi demonstraret in iis, quae isto loco e Demosthene memorantur, *iocum* contineri, qui solet ludi, et hilaritatis et ironiae affinis esse, nec potius indignationem Oratoris, qui Aeschinis odiosas et prope scurriles criminationes repellat.

Sed difficilius est Sauppio assentiri, quum ibid. § 50. exci-

disse nonnulla putat, eaque de suo supplet. Dixerat modo ante Cicero § 43. *tria videnda esse oratori, quid dicat, et quo quidque loco, et quo modo:* eorumque primum illud (quod erat inventionis) explicat dein, usque ad § 49. Statim subiiciuntur haec: *Iam vero ea, quae invenerit, qua diligentia collocabit? quoniam id secundum erat de tribus. Vestibula nimirum honesta aditusque ad causam faciat illustres: quumque animos prima aggressione occupaverit, infirmabit excludetque* (correxi *eludetque*) *contraria; de firmissimis alia prima ponet, alia postrema, inculcabitque leviora.* Sauppius igitur in his requirit praeceptum de narratione, tum de argumentationis priori parte, et postremo de peroratione. Hinc conficio referre eum illam *collocationem* ad distributionem cuiusque orationis in quinque sexve partes, qualem ex rhetorum disciplina sic exponit Antonius Orat. II. § 80: *iubent enim exordiri ita, ut eum qui audiat benevolum nobis faciamus —: deinde rem narrare —: post autem dividere causam, aut proponere, nostra confirmare argumentis —, deinde contraria refutare: tum autem — perorationem collocant:* et ipse quid in quaque harum partium maxime attendendum sit, uberius explicat, rhetorum exilia praecepta corrigens, ibid. § 315—333. Sed nihil horum quidquam commune habere cum altera distributione ipsius artis, perspicuum est inde, quod ante illam quinquepartitam orationis distributionem, hanc quoque commemorat § 79: *denique quinque faciunt* (rhetores) *quasi membra eloquentiae, invenire quid dicas, inventa disponere, deinde ornare verbis, post memoriae mandare, tum ad extremum agere ac pronuntiare:* quorum tria priora ea ipsa sunt, de quibus nunc in Oratore breviter explicat Cicero. Igitur illud *secundum de tribus* nihil aliud est nisi quod Catulus ab Antonio postulabat, ibid. § 179. fin., *qui ordo tibi placeat et quae dispositio argumentorum, in qua tu mihi semper deus videri soles:* cui Antonius satisfacit demum § 291—294, quo loco eadem continentur, quae in Oratore, sed pluribus verbis.

Quid igitur est quod Sauppium ad illam coniecturam movere potuerit? Suspicor eum *exordii* significationem agnovisse in his verbis: *vestibula honesta aditusque ad causam*, et *animos prima aggressione occupare:* itaque desiderasse ea, quibus

significarentur quae contrariorum refutationem praecedere oporteret. Sed illa *prima aggressio* ad causam multum abest ut de orationis exordio intelligenda sit: et, quemadmodum Antonius ibid. § 291. dicit, *quum ad causam sum aggressus*, ita h. l. *causa* est ipsa res de qua agitur in iudicio, ipsa controversia, omnino causa quae probanda ac demonstranda argumentis est: tum *vestibula et aditus ad causam* sunt ea, quae in eo quoque *quod proposueris atque agas, permovendorum animorum causa, saepe utilia* esse dicit ibid. § 311.

Huc accedit, quod alteram illam distributionem, cuius disertam significationem requirit Sauppius, de industria e rhetorum schola proponit Cicero in Oratore demum § 122. Sunt autem haec cuncta eiusmodi, ut, si modo bene eruditissimi viri disputationem intellexerim, necessario ab eo dissentiam.

In eodem Oratore § 47. hic locus a Sauppio corrigitur. *Facile igitur hic noster* (*non enim declamatorem* (l. clamatorem) *aliquem de ludo aut rabulam de foro, sed doctissimum et perfectissimum quaerimus*) *quoniam loci certi traduntur, percurret omnes, utetur aptis, generatim dicet.* Haec igitur sic mutanda censet vir eruditissimus: *faciet igitur hic noster — ut, quoniam loci certi traduntur, percurrat omnes, utatur aptis, generatim dicat.* In primis sane Latinum est et tritum in Cicerone, sive ea periphrasis, sive macrologia appellatur, quum *facio ut* ponitur, pro simplici verbo, quod ab *ut* suspensum additur: nec tamen infinite is loquendi modus usurpatur, cuius, ut mihi videtur, et ratio certa est et finibus circumscripta consuetudo. Omnibus exemplis exploratis hoc conficere mihi videor, non nisi in singularibus factis illam syntaxin usurpari, non item in generali praecepto, quo perpetuum quoddam agendi institutum significaretur. Non excitabo exempla quae prostant in grammaticorum libris, veluti apud Zumptium § 619: sed alia addam. Divin. I. § 7: *faciendum videtur, ut diligenter — argumenta cum argumentis comparemus:* quibus significat id, quod nunc statim suscepturus et perfecturus erat: et eiusdem generis est Legg. II. § 14. *id mihi credo esse faciendum, ut — de eius legis laude dicam.* ad Div. III. 8. § 1: *faciendum mihi putavi, ut tuis literis brevi responderem.* Fin. II. § 35, *fecisset* (i. e. interprete Madvigio, *debuit fa-*

disse nonnulla putat, eaque de suo supplet. Dixerat modo ante Cicero § 43. *tria videnda esse oratori, quid dicat, et quo quidque loco, et quo modo:* eorumque primum illud (quod erat inventionis) explicat dein, usque ad § 49. Statim subiiciuntur haec: *Iam vero ea, quae invenerit, qua diligentia collocabit? quoniam id secundum erat de tribus. Vestibula nimirum honesta aditusque ad causam faciat illustres: quumque animos prima aggressione occupaverit, infirmabit excludetque* (correxi *eludetque*) *contraria; de firmissimis alia prima ponet, alia postrema, inculcabitque leviora.* Sauppius igitur in his requirit praeceptum de narratione, tum de argumentationis priori parte, et postremo de peroratione. Hinc conficio referre eum illam *collocationem* ad distributionem cuiusque orationis in quinque sexve partes, qualem ex rhetorum disciplina sic exponit Antonius Orat. II. § 80: *iubent enim exordiri ita, ut eum qui audiat benevolum nobis faciamus —: deinde rem narrare —: post autem dividere causam, aut proponere, nostra confirmare argumentis —, deinde contraria refutare: tum autem — perorationem collocant:* et ipse quid in quaque harum partium maxime attendendum sit, uberius explicat, rhetorum exilia praecepta corrigens, ibid. § 315—333. Sed nihil horum quidquam commune habere cum altera distributione ipsius artis, perspicuum est inde, quod ante illam quinquepartitam orationis distributionem, hanc quoque commemorat § 79: *denique quinque faciunt* (rhetores) *quasi membra eloquentiae, invenire quid dicas, inventa disponere, deinde ornare verbis, post memoriae mandare, tum ad extremum agere ac pronuntiare:* quorum tria priora ea ipsa sunt, de quibus nunc in Oratore breviter explicat Cicero. Igitur illud *secundum de tribus* nihil aliud est nisi quod Catulus ab Antonio postulabat, ibid. § 179. fin., *qui ordo tibi placeat et quae dispositio argumentorum, in qua tu mihi semper deus videri soles:* cui Antonius satisfacit demum § 291—294, quo loco eadem continentur, quae in Oratore, sed pluribus verbis.

Quid igitur est quod Sauppium ad illam coniecturam movere potuerit? Suspicor eum *exordii* significationem agnovisse in his verbis: *vestibula honesta aditusque ad causam*, et *animos prima aggressione occupare:* itaque desiderasse ea, quibus

significarentur quae contrariorum refutationem praecedere oporteret. Sed illa *prima aggressio* ad causam multum abest ut de orationis exordio intelligenda sit: et, quemadmodum Antonius ibid. § 291. dicit, *quum ad causam sum aggressus*, ita h. l. *causa* est ipsa res de qua agitur in iudicio, ipsa controversia, omnino causa quae probanda ac demonstranda argumentis est: tum *vestibula et aditus ad causam* sunt ea, quae in eo quoque *quod proposueris atque agas, permovendorum animorum causa, saepe utilia* esse dicit ibid. § 311.

Huc accedit, quod alteram illam distributionem, cuius disertam significationem requirit Sauppius, de industria e rhetorum schola proponit Cicero in Oratore demum § 122. Sunt autem haec cuncta eiusmodi, ut, si modo bene eruditissimi viri disputationem intellexerim, necessario ab eo dissentiam.

In eodem Oratore § 47. hic locus a Sauppio corrigitur. *Facile igitur hic noster* (*non enim declamatorem* (l. clamatorem) *aliquem de ludo aut rabulam de foro, sed doctissimum et perfectissimum quaerimus*) *quoniam loci certi traduntur, percurret omnes, utetur aptis, generatim dicet.* Haec igitur sic mutanda censet vir eruditissimus: *faciet igitur hic noster — ut, quoniam loci certi traduntur, percurrat omnes, utatur aptis, generatim dicat.* In primis sane Latinum est et tritum in Cicerone, sive ea periphrasis, sive macrologia appellatur, quum *facio ut* ponitur, pro simplici verbo, quod ab *ut* suspensum additur: nec tamen infinite is loquendi modus usurpatur, cuius, ut mihi videtur, et ratio certa est et finibus circumscripta consuetudo. Omnibus exemplis exploratis hoc conficere mihi videor, non nisi in singularibus factis illam syntaxin usurpari, non item in generali praecepto, quo perpetuum quoddam agendi institutum significaretur. Non excitabo exempla quae prostant in grammaticorum libris, veluti apud Zumptium § 619: sed alia addam. Divin. I. § 7: *faciendum videtur, ut diligenter — argumenta cum argumentis comparemus:* quibus significat id, quod nunc statim suscepturus et perfecturus erat: et eiusdem generis est Legg. II. § 14. *id mihi credo esse faciendum, ut — de eius legis laude dicam.* ad Div. III. 8. § 1: *faciendum mihi putavi, ut tuis literis brevi responderem.* Fin. II. § 35, *fecisset* (i. e. interprete Madvigio, *debuit fa-*

cere) *idem ut voluptatem illam in prima commendatione poneret*, in quo agitur de eo, quod semel initio statuendum erat. Nec dissimile hoc est eiusdem formae, quum dicitur Legg. III. § 13: *reddes igitur nobis — ut disputes quibus de causis maxime placeat illa descriptio*, id cui statim satisfit: sed perperam hoc intelligebatur a Goerenzio, qui interpretatur *ita ut*. Et hoc quidem valet in Off. I. § 1: *ut ipse ad meam utilitatem semper cum Graecis Latina coniunxi, neque id in philosophia solum, sed etiam in dicendi exercitatione feci, idem tibi censeo faciendum, ut par sis in utriusque orationis facultate.* Quid enim Cicero faciendum praecipit filio? Non *ut par esset in utriusque orationis facultate*, ridiculum sane praeceptum, sed ut idem faceret quod ipse fecisset, cuius operae, inquit, hic eventus exspectari potest, *ut par sis* cet. Hinc diversum est quod dicitur Off. III. § 6. *tantum fac ut efficias ut —*. Tenemus igitur hoc, quod non metuo ne quis contrario exemplo convellat, ita usurpari illam periphrasin, si de singulari facto sermo sit, et valere hoc in quocumque tempore dicatur, *feci*, *facio* an *faciam*. In hanc rationem non cadere id, quod nunc a perfecto oratore postulat Cicero, satis manifestum est. Operae pretium est periculum facere in uno alteroque praecepto, si cui forte dubium videatur. In § 70. legimus: *nam et iudicabit quod cuique opus sit, et poterit, quocumque modo postulabit causa, dicere.* Licebitne haec ita enunciare *et faciet ut iudicet —, et ut possit dicere.* Stolidum quid evaderet. Aut quod est § 48, *iudicium igitur adhibebit, nec inveniet solum quid dicat, sed etiam expendet*, mutari posse arbitramur sic, *faciet igitur ut iudicium adhibeat, et expendat?* Non credo Sauppium talia probaturum esse. Sed hac opportunitate utar ut in Zumptio, ceteroquin prudentis iudicii viro, festinationem notem, per quam accidit ei ut pravo exemplo uteretur. Nam in eadem § 619. Grammaticae Latinae extremum excitat hoc e Catilin. III. § 7: *negavi me esse facturum, ut de periculo publico non ad consilium publicum rem integram deferrem.* Etenim, etiamsi nihil aliud in istis offenderet quod a terso loquendi genere Ciceroniano discederet, incredibilis propemodum abusus cernitur in his, quum dicitur *faciam ut non faciam*, quum et ratio iubeat et perpetua consuetudo hoc

unum confirmet, ut ista loquendi forma non nisi in aienti et positiva enuntiatione ponatur.

Neque hoc unum est quod Sauppii coniecturae opponamus. Contendo enim, si ita, ut ipse commendat, legeretur, inepte usurpatam esse coni. *igitur*. Quid enim praecedit? Aristotelem locos, quasi argumentorum notas tradidisse: inde autem non consequebatur quid facere oporteret *hunc nostrum:* recte, contra, § 44, quum dixisset *invenire et iudicare magna esse*, subiicit, *noverit igitur hic quidem orator* —: nam eius praecepti ratio in illorum magnitudine quaerenda erat. Nunc autem, propterea quod traditi essent ab Aristotele illi loci, iure addit *facile igitur — quoniam loci certi traduntur, percurret omnes.*

Alia in eodem Oratore, si quid iudicare possum, egregie animadvertit Sauppius. Verbi causa in § 4. delenda esse verba *aut natura sua:* tum iure tollenda censet haec in § 25, *Graeci autem multo minus:* neutri enim, neque Rhodii, neque Athenienses, a Graecis distinguendi erant. Pulchre quoque demonstrat § 64. corrigendum esse, *quum tristis Calchas esset, tristior Ulixes, maereret Menelaus.* Contra, non protinus accedo ad hanc eius opinionem, in § 68, ubi Orellius edidit, *Ego autem, etiamsi quorumdam grandis et ornata vox est poëtarum, tamen in ea quum licentiam statuo maiorem esse quam in nobis faciendorum iungendorumque verborum, tum etiam nonnullorum voluntati vocibus magis quam rebus inserviunt.* Aldinum *voluptati* prae *voluntati* probaverat Ernestus, coll. § 159, *voluptati autem aurium morigerari debet oratio.* Et sane in hoc argumento melius dicuntur poëtae inservire aliorum *voluptati* quam *voluntati:* quum in primis § 197. sit *delectationis aucupium*, et § 203. *aurium voluptas* appelletur, eademque *voluptas* commemoretur § 162. Sed prorsus me ignorare fateor, quid in eo intelligi possit quod Sauppius commendat, *nonnullorum voluntate.* Sed aliud manet corrigendum in eodem loco, quod ne Lambinus quidem vidit, quum corrigebat *auditorum*, pro *nonnullorum*, qui tamen recte videtur intellexisse absurdum esse, si poëtae dicantur *nonnullorum* tantum *voluptati inservire.* Sed in eius loci syntaxi abesse non potest subiectum verbi *inserviunt:* neque hoc negligendum

est, id quod cum quadam reprehensione coniunctum est, non credibile esse ut de omnibus poëtis dixerit Cicero. Igitur refingendum censco vitiosum illud *nonnullorum* sic, ut legatur *nonnulli aurium voluptati, et vocibus;* ipsum *nonnulli* continet quamdam reprehensionem: tum inserui copulam, primum quod *inservire* absolute dici solet, nec adsciscit ablativum modi, praetereaque quod aurium voluptati non facile dicatur quis inservire *rebus*, si ablativus in illa syntaxi probaretur. Utile est cum his conferre § 162. ubi dicitur, *quia rerum verborumque iudicium prudentiae est, vocum autem et numerorum aures sunt iudices* cet., et § 163, *duae sunt res, quae permulceant aures, sonus et numerus: — verba* (oratori) *legenda sunt potissimum bene sonantia, sed ea non ut poëtae exquisita ad sonum —:* tum, *servire numeris*, quod § 176. dicitur, et § 182. *servire gravitati vocum aut suavitati.*

Tantum de Oratore. Sed quoniam in hoc scribendi et commentandi instituto nulla ordinis lege adstringimur, alia quoque ex Sauppii disputatione deligamus, de quibus nostram opinionem explicemus. Veluti Tusc. V. § 7, ubi editur: *itaque et illos septem, qui a Graecis σοφοὶ, sapientes a nostris et habebantur et nominabantur, et multis ante saeculis Lycurgum, — etiam heroicis aetatibus Ulixem et Nestorem accepimus et fuisse et habitos esse sapientes.* Non consulto a me praeteritus est hic locus, quum in IV°. volumine Scholicorum Hypomnematum Tusculanas percurrebam, sed fugit me, tantoque magis laudo Sauppium, qui viderit verba haec, *qui a Graecis — nominabantur*, tollenda esse, quibus servatis oritur hoc, ut dixerit, *illos qui sapientes habebantur, habitos esse sapientes*, satis ridiculum. Sed praeterea putida est h. l. illa σοφῶν appellatio; multo etiam minus ferendum hoc, ut illi dicantur *sapientes* habiti et nominati esse *a nostris*, i. e. a Romanis, qui illam famam plane ignoraverunt. Igitur proprie magis hoc dicitur Orat. III. § 137, *septem fuisse dicuntur uno tempore, qui sapientes et haberentur et vocarentur:* tum solet *septem illos* appellare Cicero, nihil adiiciens, ut Fin. II. § 7, et *qui septem appellantur*, Amicit. § 7.

De loco Offic. I. § 74. plane assentior, verba *et cupidi bellorum gerendorum* esse delenda, in quibus alii iam haesc-

rant. Minus placet, quod ibid. § 119. molitur. Verba haec sunt: *nam quod Herculem Prodicium dicunt, ut est apud Xenophontem, quum primum pubesceret — exisse in solitudinem, atque ibi sedentem diu secum multumque dubitasse, quum duas cerneret vias, — utram ingredi melius esset*, cet., quorum initium, reliquis abiectis, sic constituere commendat Sauppius: *nam quod Herculem est apud Xenophontem* cet. Dura sane et vix excusanda verborum compositio. Equidem quum animadverto Ciceronem diligenter interpretari ipsum initium loci celebrati e Xenophontis Memor. II. 1. § 21. (quem adscribere nunc non attinet), sic corrigendum censeo: *nam quod Herculem Prodicus dicit* cet. Illud *dicunt* propterea ferendum non est, quod ea non popularis fama erat de Hercule, sed a Prodici ingenio profecta: neque est apud Xenophontem homines ista dicere de Hercule Prodicio, sed Προδικος φησί. Ut alia multa Beieri, ita hoc quoque explodatur, quum *dicunt* interpretatur quasi idem esset, quod *obiiciunt*.

Restant alia, de quibus sententiam pronunciavit Sauppius. Sic in Bruto § 191. quum in Codd. esset, *Plato enim mihi unus instar est omnium me illum*, dudum correctum, ut ederetur *omnium millium*, Iahnius eiecerat illud *omnium*, Sauppius, motus exemplo loci Att. II. 5. § 1. corrigit, *instar est centum millium*. Sed quum ipse excitaverit proverbiale εἷς ἐμοὶ μύριοι, quidni corrigebat *decem millium?* — Quod autem probat Iahnii correctionem in his, Orat. § 80, ubi edebatur, *in alienis aut tralatum aut factum aliunde ut mutuo aut factum ab ipso aut novum aut priscum et inusitatum*, ut abiiciantur verba *aut factum aliunde ut mutuo*, et *aut novum*, quae in ipso Cod. Laudensi per errorem addita fuisse iudicat Sauppius, nolo repugnare: sed mea ratio commendari mihi videtur compositionis quadam concinnitate, ut, quum extremum duobus verbis dicatur (*priscum et inusitatum*), idem necessario probandum sit in duobus praecedentibus.

Neque omittamus locum ex Offic. II. § 32, qui sic editur: *ac primum, de illis tribus quae ante dixi, benevolentiae praecepta videamus, quae quidem beneficiis capitur maxime, secundo autem loco benefica voluntate benevolentia movetur, etiam si res forte non suppetit, vehementer autem amor multitudinis*

commovetur ipsa fama et opinione liberalitatis cet. Sauppio videtur, id quod dicitur *benefica voluntate benevolentiam moveri*, idem esse quod subiicitur, *amorem fama et opinione liberalitatis moveri:* tum, *benefica voluntas* quod dicitur, suspicionem ei movet: postremo existimat, parum apte dici, *benevolentiam capi*, mox eandem *moveri*. Ex his primam offensionem remissurum eum esse spero, si reputaverit *famam* illam et *opinionem beneficentiae* eorum esse, qui vere benefici sint, quibusque igitur ad eam rem *res suppetat;* contra, in iis, quibus *res non suppetit*, non nisi *voluntatem* agnosci posse, quam ideo distinguit Cicero ab ipsis *beneficiis*, quae primum posuerat. Beierum credo hoc intellexisse, qui apposuerit locum Xenophontis Cyrop. I. 6. 24. Quod ad *beneficam voluntatem* attinet, nullo modo defendi posse puto, si quidem *beneficus* non nisi is dicitur, qui vere beneficium confert, aut solet conferre, non is, qui *vult* tantum, quum res non suppetit. Requiritur *bene faciendi voluntas*. Nonne tamen hoc offendit, quod iteratur substantivum, diciturque *quae (benevolentia) capitur maxime* et *secundo loco — benevolentia movetur?* Non puto, et suspicor Ciceronem de industria hunc verborum delectum fecisse, ut *benefaciendi voluntati* argute responderet simile, sed diversae significationis compositum, *benevolentia*. Quodam modo ista coniunguntur Att. VI. 7. § 2. *sed plane volo his magistratibus, quorum voluntatem in supplicatione sum expertus*. Denique quam rationem corrigendi commendat Sauppius, ea tum pessumdat sanam sententiam, tum adversatur scriptoris consuetudini. Etenim, quod ad sententiam attinet, efficit ut, *quum res non suppetat* (ad benefaciendum) *amor multitudinis commoveatur ipsa fama beneficentiae:* quae tamen *fama* quo modo exsistere potest, nisi e multis beneficiis in alios collatis, unde constaret *rem suppetere?*

De forma sententiae illud non est negligendum, quod, *secundo loco* quum aliquid ponitur, id longe plerumque aliquanto minoris aestimari apparet; cuius rationis haec exempla praesto sunt: Planc. § 50. *equidem primum ut honore dignus essem laboravi; secundo, ut existimarer; tertium mihi fuit illud, quod plerisque primum est, ipse honos.* ad Div. I. 6: *me in summo dolore — maxime scilicet consolatur spes, quod —: facile se*

cundo loco me consolatur recordatio —. Philipp. VII. § 31 fin., *huius industriam maxime quidem vellem ut imitarentur ii, quos oportebat: secundo autem loco, ne alterius labori inviderent.* Sic apparere credo, *secundo loco vehementer* iungi nullo modo posse, minus etiam si verbis interpositis (*etiamsi res forte non suppetit*) distrahuntur: tum istius adverbii (*vehementer*) ea vis est, si insigne quid et excellens significatur, ut inchoare soleat sententiam, nec in mediam partem inculcetur.

Male habet Sauppium locus Bruti § 276, ubi de Calidii genere dicendi haec dicuntur: *non erat ulla vis atque contentio: sive consilio, — sive quod natura non esset ita factus, sive quod non consuesset, sive quod non posset:* censetque vir doctissimus verba postrema (*sive quod non posset*) collocanda esse ante illa, *sive quod natura non esset ita factus.* Mihi tamen Orellius recte interpretari videtur istud *posse*, ita ut ad vires corporis referat. Et pertinet huc id, quod Antonius in futuro oratore postulabat, Orat. II. § 85. Praeterea in illa quadripartita excusatione postremum locum tribui decebat huic ipsi, quod vires et latera deficerent, siquidem in compluribus aliis oratoribus ea, quae actionis sunt, postremo commemorare solet. Alia excusatione tum Isocrates, tum Quintus Cicero utebatur, ut est Orat. II. § 10.

Non dubito quin Sauppius, qua est eruditione et iudicandi facultate, ea, quae indicavi, aliquanto melius expositurus fuisset, si maius otium nactus esset. Rursus contigit ei, quod mihi deesse neque ipse diffiteor, et fieri potest ut multi mihi crimini esse putent, ut cognita habeat et in promtu quae novissime viri docti ad librorum Tullianorum interpretationem contulerunt. De his ego si tacere soleo, intelligitur, spero, multum abesse ut ea contemnam, sed satis grave mihi incommodum esse quod a me ignorantur, itaque fieri nonnumquam ut tamquam meum proponam, quod alii iam occupaverint, aut iis caream praesidiis quibus in hoc interpretandi negotio lubentissime uterer.

I. Bake.

PAULI APOSTOLI LOCUS IN EPISTOLA AD HEBRAEOS XI. 4. TENTATUS.

Arduum negotium est Sacrae Scripturae locos iam olim in antiquissimis libris depravatos certa et evidenti emendatione in integrum restituere. Multi in genere hoc multa eximia et praeclara excogitarunt, sed quia pauci sunt qui in talibus certo iudicio vera a falsis dignoscunt, et plerique neque vulgatam librorum omnium etiam vetustissimorum scripturam mendosam et vitiosam esse posse intelligunt et propterea veritatem recte coniiciendo repertam non agnoscunt, factum est ut etiam palmariae emendationes tantum non ab omnibus utpote *coniecturas* anxie reformidantibus temere reiicerentur. Ut uno exemplo defungar, ecqua potest esse felicior et praeclarior emendatio quam qua Ioachim Camerarius restituit locum Iohannis in Euangel. XIX. 29, ubi in libris est: *οἱ δὲ πλήσαντες σπόγγον ὄξους καὶ ὑσσώπῳ περιθέντες προσήνεγκαν αὐτοῦ τῷ στόματι*, sed verum est, ut ille acutissime perspexit: *καὶ ὑσσῷ περιθέντες*. Romani enim militis *pilum* scriptores Graeci *ὑσσόν* appellant, quod quum sequiorum temporum scribae nescirent propterea haererent in veteri scriptura ΤCCΩΠΕΡΙΘΕΝΤΕC, ut solent, notius vocabulum substituerunt sententiae securi, et sic nata est vulgata lectio sensu vacua: *ὑσσωπῷ περιθέντες*. Qui Graeci scriptores de rebus Romanorum scripserunt saepe *pila* aut commemorant aut describunt eaque certo perpetuoque usu *ὑσσούς* appellant, ut *togam* *τήβεννον* et *senatum* *σύγκλητον* et *consulem* *ὕπατον* aliaque Romanis propria certis nominibus appellare solent. Exempla

multa sunt apud Polybium, Plutarchum, Appianum, alios. Describit τὸν ὑσσὸν Polybius V. 23. quibus addo testimonium Dionysii Halicarn. Antiq. Rom. V. 46: ἐκ τῶν καταπεπηγμένων παρὰ ταῖς σκηναῖς ὑσσῶν· ἔστι δὲ ταῦτα βέλη Ῥωμαίων, ἃ συνιόντες εἰς χεῖρας ἐξακοντίζουσι, ξύλα προμήκη τε καὶ χειροπληθῆ τριῶν οὐχ ἧττον ποδῶν σιδηροῦς ὀβελίσκους ἔχοντα προὔχοντας κατ' εὐθεῖαν ἑκατέρου τῶν ἄκρων μετρίοις ἀκοντίοις ἴσα σὺν τῷ σιδήρῳ. ἐκ τούτων δὴ τῶν ὑσσῶν περὶ τοῖς ἄκροις τῶν ὀβελίσκων φλόγες ἀνήπτοντο. Graeculi igitur et rei et nominis ignari pro TCCΩ substituerunt TCCΩΠΩ, notum sibi vocabulum e libris V. T. et Epistola ad Hebr. IX. 19. Egregiam Camerarii emendationem non tantum imperitum vulgus repudiavit, qui MUMSIMUS *propter fidem veterum membranarum* malunt legere quam SUMSIMUS de coniectura emendatum, sed acuti etiam et ingeniosi Theologi et Graece scientes non capiunt illius emendationis praestantiam et nescio quas ineptias ex *hyssopo* nectere malunt. Fortasse in ea emendatione non plane inest illa palaeographica πειθανάγκη, quae etiam pertinacissimos vulgatae scripturae assertores et defensores invitos, ac renitentes ad verum agnoscendum trahit. Incidi nuper in locum sic depravatum ut vera lectio ex ipsis litterarum ductibus, si quis hoc agit et perite manum admovet, emicet ultro. Quum in Woidii Editione Codicis Alexandrini Epistolam ad Hebraeos legerem incidi in hunc locum XI. 4:

ΠΙCΤΕΙΠΛΕΙΟΝΑΘΤCΙΑΝΑΒΕΛΠΑΡΑ
ΚΑΙΝΠΡΟCΗΝΕΓΚΕΝΤΩΘΩ̄ΔΙΗC
ΕΜΑΡΤΤΡΗΘΗΕΙΝΑΙΔΙΚΑΙΟC.

Ut vidi, ut scripturae vitium deprehendi et quid esset reponendum intellexi, sed credebam unum esse de multis mendis, quibus Codex Alexandrinus passim deformatur, et genuinam ac sanam lectionem in libris emendatioribus servatam exstare. Fallebar: apud omnes fideli concordia editur: Πίστει πλείονα θυσίαν Ἄβελ παρὰ Κάϊν προσήνεγκε τῷ Θεῷ, quae verba ita accipi video ut Abel MAIOREM HOSTIAM *quam frater Deo obtulisse* dicatur, quod neque verum est neque in Graecis inest. Cur Abel maiorem Deo hostiam quam frater obtulisse dicatur nemo intelligit, et nihil huiusmodi est in antiqua narratione, unde haec sumta esse constat, Genes. IV. 3 sq.: καὶ

ἤνεγκε Κάϊν ἀπὸ τῶν καρπῶν τῆς γῆς θυσίαν τῷ Κυρίῳ καὶ Ἄβελ ἤνεγκε καὶ αὐτὸς ἀπὸ τῶν πρωτοτόκων τῶν προβάτων καὶ ἀπὸ τῶν στεάτων αὐτῶν. καὶ ἐπεῖδεν ὁ θεὸς ἐπὶ Ἄβελ καὶ ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ, ἐπὶ δὲ Κάϊν καὶ ἐπὶ ταῖς θυσίαις αὐτοῦ οὐ προσέσχεν. Praeterea *maiores hostiae* ita dicuntur ut victimae victimis opponantur, id est pecudes pecudibus maiores minoribus, quod de aetate accipiendum esse docet locus Livii XXII. 1: *Decretum ut ea prodigia partim* maioribus hostiis *partim* lactentibus *procurarentur*. Graece autem eo sensu non θυσία sed ἱερεῖον dicitur, neque πολλὴ θυσία aut πλείων, sed μέγα ἱερεῖον aut μεῖζον. Sed non potest melius mendosa lectio redargui quam sic ut ei veram opponas, et quomodo haec in illam conversa sit luculenter demonstres. In ea re triplici utendum est palaeographica observatione: primum sciendum est in Codicibus antiquissimis Π et Η oculis discerni non posse. Utrum Π an Η scriptum sit non aliunde quam ex Graecitatis notitia et cuiusque loci sententia colligi cognoscique potest. Inspiciat mihi aliquis aut Herculanenses papyros aut Hyperideas orationes scriptas in libro papyraceo aliquanto vetustiore quam aut Vaticanus Codex est aut Alexandrinus aut Frederico-Augustanus, cuius reliquam partem nuper e monte Sinaitico retulit Tischendorfius, quem vehementer fallit opinio, quam semel et iterum professus est, illum Codicem esse unum omnium qui supersint antiquissimum, ut alio tempore demonstrare conabor. Ut in illis libris Π et Η dignosci prorsus nequeunt et propterea temere ubique permiscentur, sic Α, Δ et Λ tam tenui discrimine diremta sunt ut saepissime oculorum aciem fugiat, quamobrem passim Α, Δ et Λ a scribis alias res agentibus mirifice confunduntur. Exempla harum confusionum ubique sunt obvia. Pauca dabo de multis. In Valckenaerii Schedis Criticis ineditis de litterarum in libris Mss. permutatione haec annotata sunt:

»Π et Η. *Apud Gale ad Apollod.* p. 5. Πιόνη *pro* Ἠϊόνη.

»*Gataker* II. p. 131. *D.* πρὸς *L.* Ἠρὸς *Eris.*

»*Ad Hesych.* p. 1616, 23. Ἠιθόμην *L.* Πυθόμην.

»*Hesych.* Ἠροπᾶν ἥμαρ. *L.* Πρόπαν.

»Ἠέρι *pro* περὶ *D'Orv. in Charit.* p. 171.

»Ἐμηρέπης ἔφορος *apud Plutarch.* 2. p. 220. C. *L.* Ἐμπρέπης.

»Πρόδοτον *L.* Ἡρόδοτον. *Maxim. Tyr. Heins.* p. 84."

Similia his undique plurima congerere poteris. Ex solo Hesychio utriusque generis errorum pauca specimina subtexam, quae apud eum *κατὰ στοιχεῖον* disposita non scribarum hallucinationes esse sed ipsius Hesychii, Grammaticorum, ut aiunt, eruditissimi, errores esse intelliguntur, ut est illud Ἡροπᾶν ἦμαρ, quod inter Ἥροντο et Ἥρος collocatum est. Sic Ἀέρον dedit pro Δέρον, Αἶται pro Λιταί, Ἀλμήτην pro Ἀδμήτην, Ἄοιγον pro Λοιγόν, Ἀπόδοντο pro Ἀπόλοντο, Ἀριςῆραι pro Δρήςειραι, Ἄρτι μάγεν: *ἐχωρίσθησαν*, quadruplici errore pro Homerico ΔΙΕΤΜΑΓΕΝ

τώγ' ὣς βουλεύσαντε διέτμαγεν,

Δείληθι pro Δείδιθι, Ἐλένναζεν pro Ἐδένναζεν, Ἰάδος pro Ἰλλάς, Λῆται pro Ἀῆται, Λίξαντα pro Ἀΐξαντα, Λαϊάν pro Ἀλίαν, Πλακάτην: *ἐριουργικὸν ἐργαλεῖον* pro Ἡλακάτην, Σκιλλεῖον pro Σκιαδεῖον, Ὀμηνήν pro Ὀμπνήν, Κατέκπλησαν: *κατεπράϋναν* pro Κατεκήλησαν, similiaque complura. Si Grammaticorum eruditissimus potuit Πλακάτην dare pro Ἡλακάτην, et Ἡροπᾶν pro Πρόπαν in Homerico *πρόπαν ἦμαρ*, quid tandem indoctos scribas commisisse putemus?

Confusionis litterarum Λ et Δ duo lepidissima exempla e Dionysio Halic. afferam. In libro I. 33. Ant. Rom. *λέγονται (οἱ Ἀρκάδες) εἰς Ἰταλίαν πρῶτοι διακομίσαι μουσικὴν τὴν δι' ὀργάνων, ἃ δὴ λύρα τε καὶ τρίγωνα καὶ Λυδοὶ καλοῦνται.* Novum est hoc et ante hunc diem inauditum instrumentum musicum *οἱ Λυδοί*. Ioachim Camerarius pro ΛΤΔΟΙ malebat ΑΤΛΟΙ legere, »*non absurde*" ut bonus Sylburgius suavissime annotavit. In libro III. 69. ara Iuventutis posita esse narratur in templo Capitolini Iovis *πλησίον τοῦ ἕλους*. Sylburgius annotat: »*vix est ut credamus in Iovis Capitolini templo fuisse* paludem," itaque *ἕδους* reposuit. Rectissime: sed quod *sacrarium* opinatur esse fallitur. Iovis *signum* ἕδος dicitur, ut omnium Deorum. Emenda obiter Callimachi fragm. 105 Ern.

καὶ γὰρ Ἀθήνης
ἐν Λίνδῳ Δαναὸς λᾶαν ἔθηκεν ἕδος.

imo vero *λᾶαν ἀνέθηκεν ἕδος*.

Etiam tertia palaeographica observatione ad tollendum vul-

gatae vitium utendum erit. Notum est I productum in libris antiquis ΕΙ scribi solere, ut in ΝΕΙΚΗ, ΤΕΙΜΗ, ΚΡΕΙΝΩ, ΜΕΙCΩ, ΠΕΙΛΑΤΟC, similibusque sexcentis. Itaque comparativi quoniam I producunt in Codd. exeunt in -ΕΙΩΝ et -ΕΙΟΝ. Apud Hyperidem ΒΕΛΤΕΙΟΝ scriptum est et ΗΔΕΙΟΝ et ΚΑΛΛΕΙΟΝΩΝ et alia similia. In ipso Codice Alexandrino, in quo rarius ΕΙ pro I longo scribitur, bis tamen in hac ipsa Epistola ΤΑΧΕΙΟΝ scriptum est pro *τάχιον* in cap. XIII. 19 et 23. Itaque ubi *ἡδίων* et *ἥδιον* occurrebant scribae veteres ΗΔΕΙΩΝ et ΗΔΕΙΟΝ dare solebant, et confusis duabus litterulis quae assolent, ex ΗΔΕΙΩΝ nascitur ΠΛΕΙΩΝ et ΗΔΕΙΟΝ in ΠΛΕΙΟΝ depravatur. Iam apparet quid verum esse arbitrer: nempe locum sic esse emendandum censeo, ut scribatur: *Πίστει ἡδίονα θυσίαν Ἄβελ παρὰ Κάϊν προσήνεγκε τῷ θεῷ*, ut Abel non *maiorem hostiam* sed *gratius acceptiusque sacrificium* quam frater Deo obtulisse dicatur. Quomodo vetus et genuinum ΗΔΕΙΟΝΑ in ΠΛΕΙΟΝΑ abierit paene oculis cernimus. Quam apta et idonea sic sententia exeat nihil attinet pluribus demonstrare. Quid dici debuerit tam manifestum est ut neminem umquam fugerit. Quaesivi ex amico meo erudito Theologo, quomodo tandem Interpretes vulgatam lectionem explicuissent. Respondit Chrysostomo videri *πλείονα θυσίαν* esse *ἐντιμοτέραν*, *λαμπροτέραν*, *ἀναγκαιοτέραν*, Theodoreto et Theophylacto *τιμιωτέραν*, verum non est hoc interpretari, sed *αὐτοσχεδιάζειν* et de suo comminisci aliquid, quod loci sententiae accommodatum esse videatur. Quomodo enim *πλείων* poterit umquam significare *ἐντιμότερος* vel *τιμιώτερος*? Idem mihi narravit Interpretibus recentioribus et novissimis *πλείων* dici videri pro *maior*, id est *potior*, *praestantior*, et in eam rem laudari Hebr. III. 3, Matth. VI. 25, XII. 41 et 42. qui loci nihil faciunt ad rem, nam quid, quaeso, ad nostrum locum illustrandum haec faciunt: *πλείονος δόξης παρὰ Μωϋσῆν ἠξίωται*, *ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστι τῆς τροφῆς*, *πλεῖον Σολομῶντος ὧδε*, et similia? Nihil prorsus. Si Graece dicitur, ut nemo ignorat, *πολλὴ δόξα*, *τιμή*, *πολὺς ἔπαινος*, sim. pro *magna gloria*, *magnus honor*, *magna laus*, et sim. at nemo sic *πολλὴ θυσία* dicere potuit umquam. Maiorem speciem habet locus ex

Apocalypsi, quem alii afferunt II. 19: *καὶ τὰ ἔσχατα πλείονα τῶν πρώτων*, sed speciem tantum. Nemo harum rerum probe gnarus in animum inducet suum *πλείονα* pro *βελτίονα* sive *ἀμείνονα* usurpari posse. Quando *plura* Latine pro *meliora* dici poterit, tum Graece quoque *πλείονα* pro *βελτίονα* poni potuisse puta. Peius etiam Vulgatus locum nostrum interpretatus est: *fide* plurimam *hostiam Abel quam Cain obtulit Deo*, quae misere balbutientis oratio est et ne Latina quidem. Hoc solum loci sententia admittit ut Abel Deo *acceptius gratiusque* quam Cain sacrificium dicatur obtulisse, ut est in antiqua narratione *ἐπεῖδεν ὁ θεὸς ἐπὶ Ἄβελ — ἐπὶ δὲ Κάϊν καὶ ἐπὶ ταῖς θυσίαις αὐτοῦ οὐ προσέσχεν*. Illius sacrificium Deo *placuit*, huius munera ingrata *aspernatus est*, ut apud Menandrum est:

ἔθυον οὐ προσέχουσιν οὐδέν μοι θεοῖς.

et in carmine ithyphallico, quo Athenienses Demetrio Poliorcetae adulati sunt apud Athen. VI. p. 253. E:

ἄλλοι μὲν ἢ μακρὰν γὰρ ἀπέχουσιν θεοὶ,
ἢ οὐκ ἔχουσιν ὦτα,
ἢ οὐκ εἰσὶν ἢ οὐ προσέχουσιν ἡμῖν οὐδὲ ἕν,
σὲ δὲ παρόνθ' ὁρῶμεν.

et saepius alibi ubi sacrificia Diis *accepta non sunt*, *οὐδὲν προσέχειν οἱ θεοὶ* dicuntur. Praeterea communis est hominum sententia, quam proponam verbis Porphyrii de Abstin. II. 15: *ὅτι μᾶλλον τὸ δαιμόνιον πρὸς τὸ τῶν θυόντων ἦθος ἢ πρὸς τὸ τῶν θυομένων πλῆθος βλέπει*, cuius rei luculenta quaedam ex antiquis scriptoribus et poëtis exempla attulit, in his Antiphanis versiculum:

ταῖς εὐτελείαις οἱ θεοὶ χαίρουσι γάρ.

Fac igitur *πλείονα θυσίαν* esse posse *λαμπροτέραν* vel *μεγαλοπρεπεστέραν*, repugnabit ea notio et rei veritati et scriptoris sententiae, quae nihil aliud admittit quam *μᾶλλον κεχαρισμένην*, *δεκτήν*, *προσδεκτήν*, *εὐάρεστον τῷ θεῷ θυσίαν προσήνεγκεν*, itaque *ἡδίονα*, non *πλείονα*. Superest ut demonstrem alibi idem prorsus vitium in libris Mss. commissum esse. Ex iis quae annotavi de ea re ad Philostrati libellum *περὶ Γυμναστικῆς* p. 82. unum locum afferre satis esto. Apud Demosthe-

nem ἐν τοῖς Προοιμίοις p. 1434, 8. libri omnes exhibent: ἐγὼ μὲν οὖν ἐβουλόμην ἄν, ὥσπερ ὅτι ὑμῖν συμφέρει τοῦ τὰ βέλτιστα λέγοντος ἀκούειν οἶδα, οὕτως εἰδέναι συνοῖσον καὶ τῷ τὰ βέλτιστα εἰπόντι. πολλῷ γὰρ ἂν ΠΛΕΙΟΝ εἶχεν. Sensu vacuum est πλεῖον εἶχεν. Vera lectio servata est apud Demosthenem p. 55, 4: πολλῷ γὰρ ἂν ΗΔΕΙΟΝ (ἥδιον) εἶπον.

C. G. COBET.

EPIGRAMMA VETUS EMENDATUR.

Ad verba Clementis Alexandrini in Protreptico IV. 49: καθάπερ γὰρ οἶμαι οἱ ναοὶ, οὕτω δὲ καὶ οἱ τάφοι θαυμάζονται, πυραμίδες καὶ μαυσώλεια καὶ λαβύρινθοι, exstat vetus Scholion, quod e Codice Parisino primus protulit R. Klotz in Clementis Editione Lipsiensi, his verbis conceptum: πυραμίδες οἰκοδομήματα ἐν Αἰγύπτῳ, ἅπερ ᾠκοδομήθη εἰς μνημάτων χώραν (L. χρείαν), ὡς μαρτυρεῖ τὸ ἐν αὐταῖς ἐπίγραμμα οὕτως ἔχον·

Μνήματα καὶ Φρηνός τε καὶ ἀντιθέου Μυκερήνου
καὶ Χέοπος κατιδὼν Μάξιμος ἠγεσάμην.

Manifestum est in ΚΑΙΦΡΗΝΟC latere ΚΕΦΡΗΝΟC et scribendum esse:

Μνήματα Κεφρῆνός τε καὶ ἀντιθέου Μυκερίνου
καὶ Χέοπος.

vide modo Herodotum II. 124, 127 et 134, qui illum regem non Κεφρῆνα sed Χεφρῆνα appellat. Superest aliud vitium in ἠγεσάμην, quae forma est prorsus barbara. Maximus nescio quis, qui hos versiculos panxit, dixerat se Cephrenis et Mycerini et Cheopis monumenta *cum admiratione* spectasse. Itaque emendandum est:

κατιδὼν Μάξιμος ἠγασάμην.

Ipsi Clementi reddidi μαυσώλεια pro μαυσώλια nihili forma. Nomina monumentorum omnia in — εἰον exeunt, Ἀνακεῖον, Θησεῖον, Αἰγεῖον, Αἰάντειον, Ἀράτειον, Τιμολεόντειον, cet. quae a scribis de more deformantur. Emenda obiter Hesychium Αἰακόντιον: — τὸ Αἰακοῦ τέμενος, imo vero Αἰακεῖον.

C. G. C.

PAULI LOCUS IN EPISTOLA I. AD CORINTHIOS II. 4. EX ORIGENE RESTITUTUS.

DIONYSIUS HALICARNASSENSIS ALIQUOTIES EMENDATUS.

Quam corrupti et interpolati sint etiam illi libri, quos ob venerandam antiquitatem homines eruditi suspiciunt, luculento indicio apparet ex Pauli verbis, quae leguntur in Priore ad Corinthios Epistola II. 4. ubi sic praefatus: *κἀγὼ ἐλθὼν πρὸς ὑμᾶς, ἀδελφοί, ἦλθον οὐ καθ' ὑπεροχὴν λόγου ἢ σοφίας καταγγέλλων ὑμῖν τὸ μαρτύριον τοῦ θεοῦ*, post pauca ita pergit: *καὶ ὁ λόγος μου καὶ τὸ κήρυγμά μου οὐκ ἐν πειθοῖς σοφίας λόγοις ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως, ἵνα ἡ πίστις ὑμῶν μὴ ᾖ ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων ἀλλ' ἐν δυνάμει θεοῦ.* Verba, quae vitium et labem conceperunt, in Codice Vaticano sic scripta sunt:

ΟΥΚΕΝΠΕΙΘΟΙCCΟΦΙΑCΛΟΓΟΙC.

in Alexandrino sic:

ΟΥΚΕΝΠΙΘΟΙC | ΑΝΘΡΩΠΙΝΗCCΟΦΙΑCΛΟΓΟΙC

ubi ΠΙΘΟΙC pro ΠΕΙΘΟΙC scriptum est, ut solet libri Alexandrini scriba passim I pro ΕΙ dare, ut statim in sqq. ΑΠΟΔΙΞΕΙ, et alibi pro *δεικνύναι* substituit ΔΙΓΝΥΝΑΙ, similiaque permulta, quae nemini moram facere debent in vera scriptura constituenda, nam certi errores sunt certo ubique remedio sanandi. Itaque locupletissimi testes haec nobis verba:

οὐκ ἐν πειθοῖς σοφίας (vel *πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας*) *λόγοις ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως.*

legenda et interpretanda exhibent. Sed non possunt haec intelligi quoniam *πειθοῖς* nihili vocabulum est et Graeca lingua loquentibus inusitatum et inauditum. Quid viri docti? Com-

menti sunt ex hoc uno loco πειθός adiectivum Graecum esse ex πείθω formatum, et significare id quod apud reliquos omnes constanter πιθανός appellari solet. Sed non tam misere Paulina oratio balbutit, ut spreto vel ignorato vocabulo omnium usu trito vocabulum admittat aut fingat, quod pariter analogia Graecitatis respuit et omnium Graece loquentium consuetudo. Corrupta a sciolo Pauli manus est. Vetus scripturae vitium, ita uti fit, peperit additamentum. Corrector nescio quis nactus mendosam lectionem aliquid inseruit de suo. Tolle vitium et quod interpolatum est, quia locum suum obtinere non poterit amplius, resecandum et expungendum esse manifesto apparebit. Levis error commissus est in ΠΕΙΘΟΙCCΟΦΙΑC, bis scripta est littera sibilans, quam semel scriptam oportuit sic ΠΕΙΘΟΙCΟΦΙΑC, ut inter se opponantur ἐν πειθοῖ σοφίας et ἐν ἀποδείξει πνεύματος. Quod quum feceris vocabulo interpolato λόγοις locus in quo consistat nullus supererit: redeat igitur illuc unde male pedem intulit. Ad hanc lucem simul arguitur interpolatio libri Alexandrini ΠΙΘΟΙCΑΝΘΡΩΠΙΝΗCCΟΦΙΑC nam qui ἀνθρωπίνης (quod prorsus supervacaneum est) de suo interposuit, dissecuit antiquam scripturam ΠΕΙΘΟΙCCΟΦΙΑC, quae oriri non potuit nisi ΠΕΙΘΟΙ et CΟΦΙΑC olim uno tenore continuata fuissent. Haec igitur simplex et aperta emendatio olim a multis reperta est, sed officit veritati etiamnunc antiquissimarum membranarum veneratio. Piaculum esse videtur spretis Codicum vetustissimorum testimoniis *coniecturas* suapte natura incertas et fallaces, ut aiunt, recipere. Sed quid si testem produxero, qui et aetate et auctoritate illos libros multum antecedat? Audite diligenter qui membranas nimium veneramini quid dicat Origenes Celsi calumnias refutans libr. I. p. 48: Δοκεῖ δέ μοι, inquit, ὅτι σοφοὺς μέν τινας ὡς πρὸς τὴν τῶν πολλῶν ὑπόληψιν καὶ ἱκανοὺς πρὸς τὸ νοεῖν ἀρεσκόντως πλήθεσι καὶ λέγειν ἐπιλεξάμενος καὶ χρησάμενος αὐτοῖς διακόνοις τῆς διδασκαλίας ὁ Ἰησοῦς εὐλογώτατ' ἂν ὑπενοήθη ὁμοίᾳ φιλοσόφοις κεκηρῦχθαι ἀγωγῇ αἱρέσεώς τινος προϊσαμένοις καὶ οὐκέτι ἂν ἡ περὶ τοῦ θεῖον εἶναι τὸν λόγον ἀπαγγελία ἀνεφαίνετο ἅτε τοῦ λόγου ὄντος καὶ τοῦ κηρύγματος ἐν πειθοῖ τῆς ἐν φράσει καὶ συνθέσει τῶν λέξεων σοφίας, καὶ ἦν ἂν ἡ πίστις ὁμοίως τῇ τῶν τοῦ κόσμου φιλοσόφων

περὶ τῶν δογμάτων πίστει ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων καὶ οὐκ ἐν δυνάμει θεοῦ. In his Origenes, ut tu vides, Pauli verba de quibus agimus suis verbis intexuit et emendata lectione utitur ἐν πειθοῖ — σοφίας, quam eum in suis libris reperisse satis apparet. Sunt autem Origenis verba sic comparata ut λόγοις iis nullo modo addi et aptari possit. Vide autem quid scribae designaverint in proximis. Post pauca enim Origenes ipsum Pauli locum, quem supra in suum usum converterat sic apponit: δυνάμει τινὶ θείᾳ, ἥντινα καὶ ὁ Παῦλος παρισᾶς, ὡς καὶ ἐν τοῖς ἀνωτέρω εἰρήκαμεν, (id est illo loco quem modo descripsimus) φησί· Καὶ ὁ λόγος μου καὶ τὸ κήρυγμά μου οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις —— ἀλλ' ἐν δυνάμει θεοῦ. Eundem locum iterum adhibuit libr. VI. p. 276, ubi Platonis splendidam et magnificam orationem cum stili in libris N. T. tenuitate comparat et ita dicit: εἰ χρή γε τολμήσαντα εἰπεῖν, ὀλίγους μὲν ὤνησεν, εἴγε ὤνησεν, ἡ περικαλλὴς καὶ ἐπιτετηδευμένη Πλάτωνος λέξις, πλείονας δὲ ἡ τῶν εὐτελέστερον — γραψάντων. ἔστι γοῦν ἰδεῖν τὸν μὲν Πλάτωνα ἐν χερσὶ τῶν δοκούντων εἶναι φιλολόγων μόνον, τὸν δὲ Ἐπίκτητον καὶ ὑπὸ τῶν τυχόντων — θαυμαζόμενον αἰσθομένων τῆς ἀπὸ τῶν λόγων αὐτοῦ βελτιώσεως. καὶ ταῦτά γε οὐκ ἐγκαλοῦντες Πλάτωνι Φαμέν —, ἀλλὰ καὶ δεικνύντες τὸ βούλημα τῶν εἰπόντων τὸ· Καὶ ὁ λόγος μου καὶ τὸ κήρυγμά μου οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως. Non potuit Origenes ipse illa verba sic mendose scripta laudare qui modo eundem locum emendate scriptum usurpaverat, sed scribae notam sibi lectionem verae substituerunt. Rem per se satis probabilem scripturae in libris Origenis diversitas novo argumento confirmat: nam p. 276. pro ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, in aliis est ἐν πειθοῖ σοφίας λόγοις omisso ἀνθρωπίνης et λόγοις inepte abundante, in quo deprehendimus manum eius qui Origenis lectionem cum pervulgata illius loci scriptura in concordiam redegerit. Utrobique unice verum est: οὐκ ἐν πειθοῖ σοφίας ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος, quod tandem omnes unanimi consensu Paulo reddamus, alii quia in se omnes habet numeros veritatis, alii propter Origenis auctoritatem Codicibus quotquot supersunt omnibus longe anteponendam.

Itaque venerandae antiquitatis libri iisdem generibus vitiorum infecti sunt, quibus recentiores iidemque deteriores, ut plerisque videntur, passim laborant. Ineptum sed levem librarii errorem ΠΕΙΘΟΙCCΟΦΙΑC pro ΠΕΙΘΟΙCΟΦΙΑC futilis corrector interpolando gravissimum reddidit, sed ubi memineris quoties scripturae labem huiuscemodi interpolatio sequatur, audacter quod verum est spreta librorum auctoritate revocabis. Exemplorum de genere hoc affatim est. Compara mihi lectiones Urbinatis Isocratis cum vulgatis, compone in Dionysio Halicarnassensi veteres scripturas cum iis quae ex Codicibus Vaticano et Chisiano prodierunt, ac desines quidquam in correctoribus Graeculis mirari, qui in locis male habitis numquam vitii sedem sagaciter indagant eaque reperta demum sollerti coniectura laboranti sententiae succurrunt, sed leviter et incogitanter vitiosa non attingunt et ὅτ, τι κεν ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶσσαν ἔλθῃ adiiciunt de suo, ut in Pauli loco indocte admodum πειθοῖς adiectivum esse rati τὸ ἐπιτυχὸν ὄνομα nempe λόγοις ei agglutinarunt. Iucundissima res est in talibus verum videre: ubi constat in qua parte vitium alatur, si ei mederi potueris, sciolorum additamenta ultro corruunt, cuius rei iuvat exempla quaedam subtexere.

Apud Dionysium Halicarn. A. R. I. 67. editur: κινδυνεύωσί τε οὐ τὸ αὐτὸ πάντες ὅμως γέ πως τὸ αὐτὸ λέγειν. Corruptum est ὅμως. Librarii solent ubi in vetustis libris esset AMΩCΓΕΠΩC, aut ἄλλως γέ πως aut ὅμως γέ πως substituere, quia quid esset AMΩC nesciebant. Multa huius rei exempla collegimus in *Var. Lectt.* p. 255 et 367, et in *Nov. Lectt.* p. 404. Ubi igitur etiam hic reposueris ἀμῶς γέ πως τὸ αὐτὸ λέγειν, futile scioli additamentum οὐ τὸ αὐτό ultro excidet. In libro II. 38. legitur: ὁ τῶν Σαβίνων βασιλεὺς — τὸν στρατὸν ἦγε διὰ τῆς χώρας οὐδὲν οἰόμενος βλάπτειν τοὺς κατὰ τοὺς ἀγρούς. In vetusto libro erat οὐδὲν CINOMENOC τούς κτέ. Indoctus scriba pro σινόμενος dedit οἰόμενος et βλάπτειν addidit de suo. Veram lectionem servavit Cod. Vaticanus. In cap. 43. est ἦν αὐτοῖς — ἡ ἀναχώρησις ἀπὸ καθυψηλοῦ χωρίου, sed ΚΑΘΥΨΗΛΟΥ scribendum erat καθ' ὑψηλοῦ, itaque stulte ἀπό nescio quis adiecit. In cap. 44. pro συμβάσεως δὲ περὶ τοῦ (Vat. τὸ) διαλέγεσθαι — οὐχ ἑαυτοῖς ἁρμόττειν ὑπελάμβανεν, emendan-

dum est: *συμβάσεως δὲ πέρι διαλέγεσθαι*, scioli praepositionem cum sq. verbo coniungendam esse rati *τοῦ* vel *τό* inseruerunt. In cap. 55. editur: *ὄρος τι — οὐ πολὺν τοῦ στρατοπέδου τῶν πολεμίων τόπον ἀπέχον*, tu corrige *πολύ* pro *πολύν* et *τόπον* expunge. Mirifice corruptus est locus III. 4: *εἰσῄει τε αὐτῶν τοὺς χαριεστάτους εἰς τοὺς λογισμοὺς ὡς τὰ κράτιστα βουλευομένοις καὶ καταμέμψεις τῶν ἐν τέλει*, quae sic emendanda sunt: *εἰσῄει τε αὐτῶν τοὺς χαριεστάτους λογισμοὺς ὡς οὐ τὰ κράτιστα βουλευομένους καὶ κατάμεμψις τῶν ἐν τέλει*. Ubi semel repereris verum esse: *εἰσῄει — λογισμός*, reliqua nullo negotio restituuntur. Simili modo corrige locum IV. 10. ubi legitur: *εἰσπίπτει γὰρ αὐτοῖς* (Vat. *αὐτοὺς*) *λογισμός*, sed legendum est *εἰσῄει γὰρ αὐτούς*. Eadem opera emenda locum vicinum IV. 11. ubi pro *ἀλλ' ἤδη καὶ περὶ τῆς ἐμῆς ψυχῆς δέος ἐπεισέρχεται*, legendum est *δέος ἔμ' εἰσέρχεται*. In vicinia loci, de quo agimus III. 4. aliud emblema nos ludificatur in verbis: *οἱ δὲ ὑπὸ λύπης τε καὶ ἀμηχανίας* [*κρατούμενον*] *ἑκουσίῳ χρήσασθαι τελευτῇ αὐτὸν ἔφασαν*. Reseca importunum participium et Graeca oratio erit. Simillima vitia et alibi apud Dionysium tollenda sunt et III. 10. ubi scribe: *ὥσε ἐξίτηλον εἶναι ἤδη τὸ ἀΦ' ἡμῶν γένος ὑπὸ χρόνου*, ubi editur *ὑπὸ χρόνων* [*παλαιωθέν*]. Ridiculo errore scribitur III. 6. fin. *μήνυσιν ἑτέραν δεδιότες — εἴτε ὑποθέσει ἀναγκαζόμενοι γνώμης*, apage ineptum *ὑποθέσει* et repone *ὑπὸ θείας*.

Quam scateat vitiis Dionysii oratio in uno capite ostendere iuvat III. 11. ubi rex Romanorum Fufetium Albanum longa oratione refutat. *Si naturae lex est*, inquit, *ut coloniis imperet civitas unde deductae sunt*, *οὐκ ἂν Φθάνοιεν ἀμΦοτέροις ἡμῖν Λαουινιᾶται τὰ δίκαια πράττοντες*, imo vero *προστάττοντες*, nam hoc est *iura dare*, *προστάττειν τὰ δίκαια*, non *τάττειν*, ut Stephanus et Casaubonus volebant, multoque minus *πράττειν*. Post pauca *τὸ μὲν Ἀλβανῶν εὐγενὲς διαμένει*, inquit, *τὸ δ' ἡμέτερον ἐξέφθαρται ταῖς ἐπιμιξίαις τοῦ ἀλλοφύλου*, sed *διέφθαρται* verum est, ut saepe alibi apud Dionysium *δι* — et *ἐξ* — confusa sunt. Tum *μάθε καὶ μετὰ τοῦτο ἁμαρτάνων* dicit, sed scribae *ἥμαρτον καὶ κατὰ τοῦτο*, nam genuinum est *καὶ κατὰ τοῦτο*, et mox *τοσούτου δέομεν* pro *τοσοῦτον*. Quod Romani facile peregrinos in civitatem reciperent, imitari eos

dicit Atheniensium civitatem, ἧς μέγιστον κλέος ἐν Ἕλλησίν ἐστι καὶ διὰ τοῦτο οὐχ ἥκιστα [εἰ μὴ μάλιστα] τὸ πολίτευμα. O lepidum caput Graeculi, qui ista interposuit! Exime praepositionem ex his: τῆς ἡγεμονίας, [ὑπὲρ] ἧς τῶν ἄλλων Λατίνων οὐδεὶς ἀντιποιεῖται πρὸς ἡμᾶς. Tum pro ἡ ὑμετέρα πόλις — εἰς ἐλάττονα οἶκον συνῆκται, emenda ΟΓΚΟΝ pro ΟΙΚΟΝ, εἰς ἐλάττονα ὄγκον. Excidit ἄν in sqq. πολλὰ (L. πόλλ' ἂν) εἶχεν ἔτι — λέγειν, tum ita pergit vitiosissima oratione: μάταιον δὲ ὁρῶν τὸν λόγον καὶ ἐν ἴσῳ τὰ πολλὰ τοῖς σοῖς λόγοις ἐλεγχθησόμενα πρὸς ἀντιπάλους ὄντας ὑμᾶς τοὺς δικαίους κριτὰς παύομαι λέγων. Triplex in his vitium est: τοῖς σοῖς λόγοις pro τοῖς ὀλίγοις, quod Stephanus vidit, τοὺς δικαίους pro τοῦ δικαίου, quod Cod. Vaticanus optime servavit. Superest tertium satis manifestum in ἐλεγχθησόμενα: itaque sic locus constituendus est: ὁρῶν — ἐν ἴσῳ τὰ πολλὰ τοῖς ὀλίγοις λεχθησόμενα πρὸς ἀντιπάλους ὄντας ὑμᾶς τοῦ δικαίου κριτάς. Si de iure disceptatur apud ipsos adversarios iudices perinde esse dicit utrum pauca an multa dicantur. Sed revertor ad eos locos, ubi si vitii sedem repereris simul vera lectio restituitur et sciolorum stulta emblemata deprehenduntur. Peridoneum exemplum est III. 35. in his: παρελθεῖν εἴσω τῶν θυρῶν, ἀποκτείναντα δὲ τὸν βασιλέα καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ καὶ τῶν ἄλλων ὅσοις ἔτυχεν εἶναι πῦρ εἰς τὴν οἰκίαν ἐμβαλεῖν. Homines docti opinantur: καὶ τῶν ἄλλων ὅσοις ἔτυχεν εἶναι significare »*et aliis quotquot ibi aderant.*" et sic accipiunt ἐνεῖναι, quod pro εἶναι e Cod. Vat. affertur. Non viderunt ἐνεῖναι esse ab ἐνίημι et coniungenda esse ἐνεῖναι πῦρ, *iniecisse ignem*, scribendumque esse καὶ τῶν ἄλλων ὅσους ἔτυχεν ἐνεῖναι πῦρ εἰς τὴν οἰκίαν. Quid igitur verbo ἐμβαλεῖν facias? Reddas censeo Graeculo, qui de suo olim addidit. Unum e Dionysio locum adiiciam quia ioculariter a sciolis interpolatus est et res est manifesta. Legitur III. 41: δευτέρῳ δ' ὕστερον ἔτει πάλιν τῶν Οὐηϊεντανῶν καταλυσάντων ἃς ἐποιήσαντο πρὸς αὐτὸν ἀνοχὰς καὶ τὰς ἄλλας ἀξιούντων ἀπολαβεῖν πόλεις, ὧν ἐπὶ Ῥωμύλου βασιλέως καθ' ὁμολογίαν ἀπέστησαν. Vitii sedes est in ΑΛΛΑC, in quo latet vera lectio ΑΛΑC. De *salinis* ad ostium Tiberis Veientes et Romani contendebant. Vetus fama erat Veientes bello victos salinas Romulo cessisse.

Audi Dionysium II. 55: δίκας ὁ Ῥωμύλος αὐτοῖς (Veientibus) ἐπιτίθησι τάδε· χώραν τε παραδοῦναι Ῥωμαίοις τὴν προσεχῆ τῷ Τιβέρει τοὺς καλουμένους Ἑπτὰ πάγους καὶ τῶν ἁλῶν ἀποσῆναι τῶν παρὰ ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ ποταμοῦ. Illic quoque libri omnes conspirant in ἄλλων' pro ἁλῶν, sed fraus a viris doctis deprensa est Plutarchi indicio, qui in Romul. 25. de eadem re sic scribit: *Veientes cum Romulo pacem composuerunt* χώραν τε πολλὴν προέμενοι τῆς ἑαυτῶν, ἣν Ἑπταπάγιον (L. Ἑπτὰ πάγους) καλοῦσιν [ὅπερ ἐστὶν ἑπταμόριον, Graeculi indocti emblema est una litura delendum] καὶ τῶν παρὰ τὸν ποταμὸν ἐκσάντες ἁλοπηγίων. Illuc igitur referenda sunt ea, de quibus agimus. Veientes reposcebant *salinas*, quas Romulo olim ex foedere cesserant. Res est manifesta. Manifesta igitur est loci corrupti emendatio, nam quis non videt legendum esse: καὶ τοὺς ἅλας ἀξιούντων ἀπολαβεῖν, ὧν ἐπὶ Ῥωμύλου βασιλέως καθ' ὁμολογίαν ἀπέσησαν. Tenemus nunc Graeculos ἐπ' αὐτοφώρῳ. Vetus lectio ΑΛΑC de more in ΑΛΛΑC est depravata, quo facto τοὺς ἄλλας *correxerunt* scilicet in τὰς ἄλλας, quod quia intelligi non poterat, πόλεις addiderunt sic: καὶ τὰς ἄλλας ἀξιούντων ἀπολαβεῖν πόλεις ὧν — ἀπέσησαν. Eadem opera nunc vicinum locum emenda: τίθεται πρὸς αὐτοὺς μάχην περὶ ταῖς ἄλλαις (Cod. Vat. πρὸς τὰς ἄλλας) — ἣν εὐπετῶς ἐνίκησεν. Perspicuum est περὶ τοὺς ἅλας, *circa salinas*, scribi oportere, et quod continuo additur: καὶ τὰς ἄλλας πόλεις ἐξ ἐκείνου κατεῖχεν ἀναμφιλόγως luce clarius est emendandum esse in hunc modum: καὶ τοὺς ἅλας ἐξ ἐκείνου κατεῖχεν. Illae *urbes* in Graeculorum cerebris natae sunt, ut vides. Eandem rem Livius I. 33. sic refert: *hoc rege* (Anco Martio) *crevit ager finesque. Silva Maesia Veientibus ademta, usquè ad mare imperium prolatum, et in ore Tiberis Ostia urbs condita.* Salinae circa *factae*. Non *factas*, sed Veientibus ademtas esse crediderim, et fabulam de Romulo explodendam. Plinius XXXI. 7. *Ancus Martius Rex salis modia sex millia in congiario dedit populo et* salinas primus *instituit*, usus est certe primus et exercuit eas, quas cum Septem pagis Veientibus eripuisset. Easdem igitur *salinas* scribae Dionysio ademerunt, sed ita ut ei *urbes reliquas* pro iis obtruderent. Ut igitur ex ΠΕΙΘΟΙCCΟΦΙΑC unius litterulae vitio natum est

πειθοῖς σοφίας (λόγοις), sic ex ΤΟΥCΑΛΛΑC item una litterula vitiose abundante τὰς ἄλλας (πόλεις) ortum est. Foedus utrobique error est sed deprehendi etiam sine libris confutarique potuit.

Omnino in unciali scriptura C in vocabulorum exitu et initio positum multos errores parere solet. Aut enim male duplicatur, ut vidimus, aut e duobus alterum omittitur, aut perperam sequenti vocabulo praeponitur. Pauca e Dionysio exempla haec habe. In libro I. 41. laudantur senarii quidam ex Aeschylo sic:

ἥξεις δὲ Λιγύων εἰς ἀτάρβητον στρατόν,
ἔνθ' οὐ μάχης, εὖ οἶδα, καὶ θοῦρός περ ὢν
μέμψει.

ubi in Vaticano Cod. est μάχησ ἄφοιδα, quod corrector Graeculus in εὖ οἶδα refingendum esse putavit, quum μάχης, σάφ' οἶδα verum esset. In libro IV. 24. vehementer reprehendit Dionysius eos qui flagitiosa et scelerata mancipia temere manumitterent: εἰς τούτους μέντοι, inquit, τοὺς δυσκαθάρτους πίλους ἐκ τῆς πόλεως ἀποβλέποντες οἱ πολλοὶ δυσχεραίνουσιν, id est (ut Interpreti videtur): *hos* pileos *impuros multi ex ipsa urbe spectantes aegre ferunt.* Sed triplex mendum ex his eluendum est: extrita est litera C et δυσεκκαθάρτους σπίλους scribendum est, quorum illud Cod. Vaticanus obtulit, hoc reperit Sylburgius apte comparans verba vicina: μὴ περιορᾶν — ῥύπους δυσεκκαθάρτους εἰς τὴν πολιτείαν εἰσαγομένους. Sed superest tertius error: deleta praepositione scribendum est σπίλους τῆς πόλεως. Quod in δυσκαθάρτους omissum erat ΕΚ in ora adscriptum insinuavit se in alienam sedem.

Male transpositum est C in senariis Sophocleis I. 48:

Συνοπάζεται δὲ πλῆθος οὐχ ὅσον δοκεῖ
Σοὶ, τοῖς δ' ἐρῶσι τῆς ἀποικίας Φρυγῶν.

ubi in ΔΟΚΕΙCΟΙ latet δοκεῖς οἱ, non δοκεῖ σοὶ, quod qui per errorem substituit sequens τῆσδ' inconsulto mutavit in τοῖσδ'. Sophoclis manum restituit Reiskius:

Συνοπάζεται δὲ πλῆθος οὐχ ὅσον δοκεῖς,
Οἱ τῆσδ' ἐρῶσι τῆς ἀποικίας Φρυγῶν.

C. G. COBET.

LECTIONES TULLIANAE.

SCRIPSIT W. G. PLUYGERS.

CAPUT IX.

ORATIO DE IMPERIO POMPEII.

Orationis Pompeianae § 6. idoneum praebet firmamentum emendationi, qua olim apud Livium (XXII. c. 41.) pro »*impedimenta* per convallem medium agmen traducit" »*ipse* p. c. m. a. tr." restitui. In hac enim paragrapho idem illud *ipse* eadem de causa in compluribus libris factum est *imperator*. Sed locum apponam. Emendata lectio est »quibus est a vobis et ipsorum et rei publicae causa consulendum"; libri vitiosi »a vobis et imperatoribus rei publicae" Scilicet et apud Livium et apud Ciceronem *ipē* librario erat pro *impe*: vocabulum truncatum videbatur: pro suo quisque ingenio explevit. Apud eundem Livium (XXXVII. c. 45.) pro »quid ipsi dicamus" Vossianus habet »quid tempore dicamus". Librarius confudit *ipī* et *ipe*. Non prorsus inutile videtur talia proferre, in quibus perspecta corruptelae ratio aliis scriptorum locis saluti esse possit.

§ 15. Ceterarum provinciarum vectigalia vix sufficiunt ad ipsas provincias tutandas, Asia vero omnes terras opibus facile vincit. »Itaque haec vobis provincia, Quirites, — non modo a calamitate, sed etiam a metu calamitatis est defenden-

da. Nam in ceteris rebus, cum venit calamitas, tum detrimentum accipitur, at in vectigalibus non solum adventus mali, sed etiam metus ipse affert calamitatem. Nam cum hostium copiae non longe absunt, etiam si irruptio nulla facta est, tamen pecua relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorum navigatio conquiescit?" Libri omnes »pecora relinquuntur"; quod supra scripsimus ex Servio ad Virg. Georg. III. 64. receptum est. Nec *pecora* nec *pecua* verum esse videtur. Nam relinquendi verbum, qua potestate hoc loco usurpatur, accommodatissime ponitur de ipso opere vel studio quod deponitur, aut de instrumentis operis vel adiumentis studii quae dimittuntur. Velut si agricultura deseritur, aratrum, boves relinqui recte dicuntur; haec enim sunt instrumenta coloni: sic in pace relinquuntur arma, instrumenta belli: sic relinquuntur libri, si studium litterarum conquiescit. Sed quis umquam ita locutus est, ut significans, non amplius quaestui ex pascendis ovibus, capris, suibus operam dari, diceret: »relinquuntur oves, caprae, sues" aut »pecora relinquuntur". Ipsum, ni fallor, verbum quod Cicero scripsisse videtur suppeditabit Varro de re r. pluribus locis, velut III. 1. § 9. »(res pastoricia) duplex est, tametsi ab nullo satis discreta, quod altera est villatica pastio, altera agrestis, quae et *pecuaria* appellatur et multum homines locupletat et ad eam rem aut conductos aut emtos habent saltus". Ibid. § 9. »Cum putarem esse rerum rusticarum, quae constituta sunt fructus causa, tria genera — tres libros institui, e quis duo scripsi, primum — de agricultura, secundum de *pecuaria*" etc. Ibid. II. 10. § 4. »non omnis (servorum) apta natio ad *pecuariam*". Ibid. II. 5. § 3. »hos in *pecuaria* maxima debet esse auctoritate." Ibid. II. 2. § 2. »dicam de primigenia *pecuaria*". Cicero igitur propriis nominibus duas partes rei rusticae proponit e quibus uberrima vectigalia essent, pecuariam et agriculturam, scripsitque »*pecuaria relinquitur*, agricultura deseritur, mercatorum navigatio conquiescit". Nam quod ad »mitte in Venerem pecuaria" (Georg. III. 64.) in commentariis Servianis legitur: »*Pecuaria* ab eo quod est pecuare venit: nam *pecus*, ut ait in Pompeiana Cicero, ab eo quod est pecu venit, ut genu genua", quis, inquam, Servium ita scripsisse credat? De

vocabulo *pecuaria* disputatur; quid huc pertinet Ciceronem alicubi *pecua* scripsisse? Nonne veri multo similius est Servium locum ex Pompeiana attulisse, in quo idem legebatur *pecuaria*, et exposuisse diversam originem vocabuli apud Virgilium et apud Ciceronem. Sed exspecto quid dabunt libri mss. Serviani his annis, ut audio, summa diligentia a viro docto Germano excussi.

§ 54. »Quae civitas antea umquam fuit, non dico Atheniensium, quae satis late quondam mare tenuisse dicitur, non Karthaginiensium, qui permultum classe ac maritimis rebus valuerunt, non Rhodiorum, quorum usque ad nostram memoriam disciplina navalis et gloria remansit; quae civitas umquam antea tam tenuis, quae tam parva insula fuit, quae non portus suos et agros et aliquam partem regionis atque orae maritimae per se ipsa defenderet." In hac forma orationis particula *sed* non potest abesse. »*Sed* quae civitas umquam [antea] tam tenuis" etc.

§ 58. »Mea quidem sententia, Quirites, unus A. Gabinius belli maritimi rerumque gestarum Cn. Pompeio socius adscribitur". Pertinent haec nisi fallor ad laudem Pompeii ad posterorum memoriam transituram, cuius laudis pars Gabinio tribuetur. Itaque lego *adscribetur*.

ORATIO PRO A. CLUENTIO.

§ 27. »Petit Oppianicus ut sibi Sassia nubat —. Illa — quod haberet ille tres filios idcirco se ab iis nuptiis abhorrere respondit. Oppianicus qui pecuniam Sassiae concupivisset, domo sibi quaerendum remedium existimavit ad eam moram quae nuptiis afferebatur". In *domo* neque rem neque syntaxin facile expedies. Oppianicus autem filios sustulit domumque ita vacuam reddit. Quemadmodum hoc dici possit »domo remedium quaerere" non perspicio. Suspicor in *domo* latere *continuo* vel simile quid.

§ 34. Cn. Magius cum cognovisset uxorem esse gravidam testamentum fecit, qua grandem ei pecuniam legat a filio, si qui natus esset. Moritur Magius. »Quid Oppianicus fecerit cognoscite. — Quae pecunia mulieri legata erat a filio, si qui natus esset, eam praesentem Oppianicus non debitam mulieri solvit, si haec solutio legatorum et non merces abortionis appellanda est". Quod pecuniam *praesentem* Oppianicus solvisse dicitur, me adducit ut suspicer Ciceronem scripsisse »*nondum* debitam mulieri"; nam post partum demum pecunia debita erat.

§ 42. Crebro in hac oratione interpolatoris manum deprehenderunt viri docti. Eiusdem fraus bis verbum intulit in »Erat huic inimicus Oppianicus: [erat] sed tamen [erat] vitricus; crudelis et huic infesta mater, at mater". In nonnullis adeo libris prius *erat* ante *sed* omittitur.

§ 56. Condemnato Scamandro reus fit Fabricius oratque Ciceronem ut causam suam suscipere vellet. Cicero causam desperatam repudiat. »Itaque tum ille inopia et necessitate coactus in causa eiusmodi ad Caepasios fratres confugit, homines industrios atque eo animo, ut quaecunque dicendi potestas esset data in honore atque in beneficio ponerent. Iam hoc prope iniquissime comparatum est, quod in morbis corporis, ut quisque est difficillimus ita medicus nobilissimus atque optimus quaeritur, in periculis capitis, ut quaeque causa difficillima est, ita deterrimus obscurissimusque patronus adhibetur". In altera parte paragraphi explicatius necessitas illa proponitur, quae Fabricium ad Caepasios adduxit. Itaque legendum videtur. »*Nam* hoc prope iniquissime comparatum est". Idem vitium tollendum est § 67. et legendum »*Nam* hoc non ignoratio" pro »Iam h. n. i."

§ 107. »Longum est de singulorum virtute ita dicere: quae quia cognita sunt ab omnibus, verborum ornamenta non quaerunt". Laudes quae praemittuntur Balbi et Considii paucissimis verbis absolutae sunt, ut »sine causa dicatur *ita* de ceterorum virtute dicere longum esse. Tum non constat quae

ab omnibus cognita esse dicantur. Num ea quae de singulorum virtute orator proferre posset, nisi longus esse nollet? Sed ea suppressa oratio quemadmodum orationis ornamenta quaerere potest? Codex Laurentianus (M.) hoc loco mutilus veram lectionem habuisse videtur, cuius *non quaerit* (sunt haec prima vocabula in M. post lacunam aliquot paragraphorum) certa vestigia retinet. Nam legendum est »Longum est de singulorum virtute [ita] dicere: quae quia cognita *est* ab omnibus verborum ornamenta non *quaerit*".

§ 115. Disputatur litis aestimationem iudicium appellari non oportere »Numquam enim ea diligentia quae solet adhiberi in ceteris iudiciis, eadem reo damnato adhibita est". Sententia haec est: in ea parte iudicii, qua quaeritur utrum nocens sit reus an innocens, diligentiores sunt iudices quam in litis aestimatione, quae sequitur condemnationem. Ergo legendum est »in *cetero iudicio*".

§ 186. Tabellae quaestionis proferuntur, in quibus Cluentius aperte veneni insimulatur. Postquam harum tabellarum fidem orator elevare conatus est ita pergit: »Esto: in tabellis nihil est auctoritatis: quid, ipsa quaestio iudicibus, quid, amicis hospitibusque Oppianici, — quid huic tandem ipsi tempori cur non servata est? quid istis hominibus factum est, Stratone et Nicostrato? Quaeso abs te, Oppianice, servo tuo Nicostrato quid factum esse dicas etc." Recte repositum est »in tabellis *nonnihil* est auctoritatis". Praeterea »Stratone et Nicostrato" delendum esse videtur. Nam appellatio accusatoris de servo suo Nicostrato tam arcte coniuncta est cum praecedentibus »quid istis hominibus factum est", ut quidquid interponitur orationis cursum frangat.

§ 192. »Iam vero quod iter Romam eius mulieris fuisse existimatis? — quos concursus in his oppidis, quantos et virorum et mulierum gemitus esse factos: mulierem quamdam Larino atque illam usque a mari supero Romam proficisci cum magno comitatu et pecunia, quo facilius circumvenire iudicio capitis atque opprimere filium possit". »Mulierem quandam

Larino atque illam" iam aliis corruptum esse visum est. Ernestio spurium videtur *Larino*. Equidem haec inter se dictitasse suspicor qui ut nefariam matrem spectarent concurrebant: »mulier quaedam Larinas hac Romam proficiscitur ad opprimendum filium"! Quae oratio si ab alio refertur ita constituenda est: »mulierem quamdam *Larinatem illa* — Romam proficisci" etc.

ORATIO PRO C. RABIRIO.

§ 5. Id in hac causa Cicero efficere summopere nititur, ut non Rabirii caput, sed rei publicae salus in discrimen vocari videatur. »Agitur enim nihil aliud in hac causa, Quirites, nisi ut nullum sit posthac in re publica publicum consilium, nulla bonorum consensio contra improborum furorem et audaciam, nullum extremis rei publicae temporibus perfugium et praesidium salutis. Quae cum ita sint, primum quod in tanta dimicatione capitis famae fortunarumque omnium fieri necesse est, ab Iove Optimo Maximo ceterisque dis deabus immortalibus, quorum ope et auxilio multo magis haec res publica, quam ratione hominum et consilio gubernatur, pacem ac veniam peto" etc. Dimicatio igitur, quam dicit orator, non tam est pro salute rei quam contra improborum furorem et audaciam, qui praesidia rei publicae in Rabirio oppugnando evertere tentabant. Idcirco *tanta* est dimicatio, quia non ad salutem unius hominis, sed ad conservandam rem publicam pertinebat. Propterea etiam invocantur Dii »quorum ope et auxilio *res publica* gubernatur". Equidem non video quemadmodum in hac sententia verba »capitis famae fortunarumque omnium" retineri possint. Illata esse videntur ex § 1. »in hac defensione capitis, famae fortunarumque omnium C. Rabirii"? Sed etiam per se spectata aliquam offensionem habent. Nam si plures dimicationes conferuntur et disceptatur quae sit earum maxima ac gravissima, id ex gravitate rei diiudicandum est de qua est dimicatio. Maior est v. c. dimicatio capitis quam fortunarum; sed pari inter se gravitate et

magnitudine sunt omnes capitis dimicationes. Ergo non potest in ea re cogitari gradatio, aut dici »tanta dimicatio capitis" quasi gravior in hac causa esset dimicatio capitis quam in quacunque alia causa.

§ 7. Defensioni ab inimicis Rabirii semihorae spatium praestitutum erat, quod temporis spatium, quamquam angustum, in tam firma causa satis erat ad reum defendendum. »Nisi forte de locis religiosis ac de lucis, quos ab hoc violatos esse dixisti, pluribus verbis tibi respondendum putas: quo in crimine nihil est umquam abs te dictum nisi a Cn. Macro obiectum esse [crimen] id Cn. Rabirio. In quo ego demiror meminisse te, quid obiecerit C. Rabirio Macer inimicus, oblitum esse quid aequi et iurati iudices iudicarint". *Crimen* delendum esse Bakius censuit. Viro clarissimo sententiam meam probare spero, si praeterea nomen proprium ante *inimicus* abiicio. Nam in ea re levitas accusatoris cernitur, quod unicum huius criminis firmamentum inimici malitiam posuisset a religione et aequitate iudicum repulsam. In qua sententia inimici malitia in genere intelligenda est, non ad certum quemdam inimicum referenda. Neque etiam in sequentibus C. Curii nomen, sine offensione interpositum est, quod in hac sententia oratoris eum locum quo nunc legitur obtinere non potest.

In sequentibus (§ 8.) »An de sororis filio diligentius respondendum est? quem ab hoc necatum esse dixisti, cum ad iudicii moram familiaris funeris excusatio quaereretur. Quid enim est tam veri simile, quam cariorem huic sororis maritum quam sororis filium fuisse? atque ita cariorem ut alter vita crudelissime privaretur, cum alteri ad prolatationem iudicii biduum quaereretur" a Lambino discedendum esse videtur, cuius auctoritatem secutus in Orelliana editione II *cum* ante *alteri* circumscripsit Halmius. Nam deleta coniunctione vitiosa fit sententia. Cuius rei facilis est demonstratio, si in utroque membro genus cum specie permutamus et sententiam ita proponimus: non est verisimile Rabirium sororis maritum ita cariorem habuisse quam sororis filium, ut alteri maximum incommodum (mortem) afferret, alteri perexiguum commo-

dum (iudicium in diem tertium prolatum). Quis non sentit hanc sententiam pro perexiguo maximum commodum requirere? Verum recte se habet antiqua lectio, quae significat non verisimile esse ita cariorem fuisse maritum sororis, ut exiguum eius commodum Rabirius filii sororis pernicie compensaret; ut filium vita privaret, *quamquam* mors eius nihil boni marito erat allatura, nisi ut iudicium proferretur.

§ 21. Quaeritur de Labieno quid Rabirium facere convenerit, cum summi in re publica viri ex senatus consulto ad arma vocati consules sequerentur, cum »Q. Scaevola confectus senectute, perditus morbo, mancus et membris omnibus captus ac debilis hastili nixus et animi vim et infirmitatem corporis ostenderet." Restituenda est propria in tali re locutio hastili innixus.

§ 27. »An non intelligis", ita pergit orator § 26, »An non intelligis quos homines et quales viros mortuos summi scelere arguas". Nam si C. Rabirius, quod arma contra L. Saturninum tulit, fraudem capitalem admisit, quid dicemus de Q. Catulo, de M. Scauro, de duobus Muciis, de L. Crasso, de M. Antonio? quid de equitibus patribus nostris et de ceterorum ordinum honestissimis viris, qui omnes in eadem causa reperti sunt in qua Rabirius fuit. »Sed quid ego de iis omnibus, qui consulari imperio paruerunt, loquor? de ipsorum consulum fama quid futurum est? L. Flaccum — nefarii sceleris ac parricidii mortuum condemnabimus? adiungemus ad hanc labem ignominiamque mortis etiam C. Marii nomen? C. Marium, quem vere patrem patriae, parentem inquam vestrae libertatis atque huiusce rei publicae possumus dicere, sceleris ac parricidii nefarii mortuum condemnabimus"? Complura habet hic locus, quae eum impediunt qui sententiam oratoris firmiter tenere conatur. Nam primum quaeret frustra quid sit »labes ignominiaque mortis"; tum haerebit in verbo »inquam" incommode interposito; postremo dubitabit an in coniunctione verborum qualis est »sceleris ac parricidii nefarii", in qua alterum nomen in epexegesi est, possit salvis cogitandi legibus illud alterum nomen habere adiectivum

sibi adiunctum, cum primum nomen, quod genus comprehendit, sine adiectivo sit positum. Fortasse etiam Ciceronis ingenio uberrimo et copiosissimo parum dignum videbitur artificium, quo in eadem re post breve spatium iterum iisdemque verbis significanda varietas quaedam orationis verborum transpositione quaesita est. Quae quidem omnia me adduxerunt ut principium huius loci ita constituendum esse suspicarer: »adiungemus ad hanc labem ignominiamque *mortui* etiam C. Marii nomen? C. Marium, *inquam*, quem vere patrem patriae, parentem vestrae libertatis . . . . . Cetera autem lacunosi libri supplementum esse videtur ad sententiam loci satis inepte confictum. Suspiciosa est locutio »parens rei publicae"; quid in ceteris displiceat supra exposui.

ORATIO PRO P. SESTIO.

§ 10. Recitatur testimonium coloniae Capuae, quam bello Catilinario Sestius virtute sua conservasset. »Non recito decretum officio aliquo expressum vicinitatis aut clientelae aut hospitii, aut ambitionis aut commendationis gratia". Plura eiusmodi decreti quasi fundamenta cogitari possunt, quam duo ea quae enumerantur, ambitio et commendatio. Nam civitates decretis suis non tantum dignitatem alicuius et commodum adiuvabant, sed etiam salutem in iudicio. Itaque particula *aut* ante *ambitionis* deleta legendum est »decretum officio aliquo expressum — ambitionis aut commendationis gratia".

§ 17. Per se nihil Clodius poterat, sed nactus est consules Pisonem et Gabinium »quorum, per deos immortales! si nondum scelera vulneraque inusta rei publicae vultis recordari, vultum atque incessum animis intuemini. Facilius eorum facta occurrent mentibus vestris, si ora ipsa oculis proposueritis". Orator ridicule cohortatur iudices, ut id faciant, quod facilius, i. e. minore et breviore mentis labore, earum rerum memoriam revocaturum est, quas nondum recordari volunt. *Nondum* delendum videtur.

§ 22. Iterum interpolatorem me deprehendisse mihi videor in »Ego autem — vere dicam, iudices — tantum esse in homine sceleris, audaciae, crudelitatis, quantum ipse cum re publica sensi, numquam putavi: nequam esse hominem et levem et falsa opinione, errore hominum ab adolescentia commendatum sciebam". Nihil interest inter falsam opinionem hominum et errorem: et asyndeton h. l. minime ferendum est. »Errore hominum" Ciceronis esse arbitror, »falsa opinione" magistri. Cf. Or. in Pison. § 1. »Obrepsisti ad honores errore hominum".

§ 24. »Sed ita est, iudices: ut si gladium parvo puero aut si imbecillo seni aut debili dederis, ipse impetu suo nemini noceat, sin ad nudum vel fortissimi viri corpus accesserit, possit acie ipsa et ferri viribus vulnerare: sic cum hominibus enervatis atque exsanguibus consulatus tamquam gladius esset datus, qui per se pungere neminem umquam potuissent, ii summi imperii nomine armati tantam rem publicam contrucidaverunt". Inepte hoc loco tamquam diversi generis proponitur senex imbecillus et senex debilis. Legendum est »imbecillo seni *ac* debili". In »armati tantam rem publicam contrucidaverunt" *tantam* coniecturae debetur; libri habent: »armati tam rem p.". Equidem praefero »*totam* rem p." quemadmodum § 33. »universa" res publica deleta fuisse dicitur, et § 51. »omnis" perdita. Sequitur »Foedus fecerunt cum tribuno pl. palam, ut ab eo provincias acciperent quas ipsi vellent, exercitum et pecuniam quantam vellent, ea lege, si ipsi prius tribuno pl. afflictam et constrictam rem publicam tradidissent: id autem foedus meo sanguine ictum sanciri posse dicebant". Foedus sanguine ictum, i. e. caesis hostiis consecratum, nullo praeterea modo sanciri potest: nam fusus hostiae sanguis foederis sanctio est. Suspicor »sanciri" interpretamentum esse infinitivi *ici* »id autem foedus meo sanguine *ici* posse dicebant" Cf. Or. in Pison. § 28: »foedus quod meo sanguine — iceras, frangere noluisti". Orator rem ordine proponit: primum inter consules et tribunum pl. de pactione convenerat, tum de solemnibus foederis deliberant et circumspiciunt quo id sanguine possint sancire.

In vulgata lectione foedus Ciceronis sanguine ictum nova res est, quae subito proponitur cuiusque mentio in superioribus non satis praemunita est.

§ 34. »Isdemque consulibus sedentibus atque inspectantibus lata lex est —. Isdemque consulibus inspectantibus servorum delectus habebatur —. Isdemque consulibus arma in templum Castoris palam comportabantur —: nullus erat senatus, nihil reliqui magistratus; unus omnem omnium potestatem armis et latrociniis possidebat, non aliqua vi sua, sed cum duo consules a re publica provinciarum foedere retraxisset, insultabat, dominabatur, aliis pollicebatur, terrore ac metu multos, plures etiam spe et promissis tenebat". Quis non sentit temporis indicationem in »isdemque consulibus arma comportabantur" ab hoc loco alienam esse. Excidit participium, quod significabat nihil egisse consules, cum arma comportarentur, vel etiam comprobasse quae contra civium libertatem parabantur, cf. § 35: fortasse legendum est: »isdemque consulibus *conniventibus*". Vide in Pis. § 11. Sed quaerant alii an ipsum vocabulum reperiant. In sequentibus satis erit ad insulsum additamentum »aliis polliceri" digitum intendisse. Neque enim apparet qui sint »alii" et res ipsa mox recurrit in: »plures etiam spe et promissis tenebat".

§ 60. Publicavit Clodius regnum Ptolemaei Cyprii cum ipsius bonis omnibus. »At etiam eo negotio M. Catonis splendorem maculare voluerunt, ignari quid gravitas, quid integritas, quid magnitudo animi, quid denique virtus valeret, quae in tempestate saeva quieta est et lucet in tenebris et pulsa loco manet tamen atque haeret in patria". Nihil est »virtus quae pulsa loco manet atque haeret in patria". Sententiae accommodatum videtur »manet tamen atque haeret *impavida*". Sed alii fortasse meliora reperient.

§ 64. »His de tot tantisque iniuriis in socios — consulum querela esse debuit: in eius magistratus tutela reges atque exterae nationes semper fuerunt". In altera parte sententiae

ratio reddenda est, qua de causa consulum querela esse debuerit. Ergo legendum est »in *cuius* magistratus tutela".

§ 69. Nam ex novem tribunis, quos tunc habueram, unus me absente defluxit, qui cognomen sibi ex Aeliorum imaginibus arripuit, quo magis nationis eius esse, quam generis videretur". Inepte in Aelium iactatur, quod ideo Liguris cognomen arripuerit, ut magis natione Ligur videretur, quam — sed haereo — nam cetera non modo inepta sunt, sed exitum non habent. Pro librorum *quos magis* non *quo magis* sed *quod magis* reponendum erat: i. e. Aelius ex multis gentis suae cognominibus id sibi delegit, quod, si mores hominis spectas, magis nationis eius esse quam generis videri possit. Persimilis locus est in Cluentiana § 52: »Quid tu, inquit, Paete? — hoc enim sibi Staienus cognomen ex imaginibus Aeliorum delegerat, ne, si se Ligurem fecisset, nationis magis quam generis uti cognomine videretur".

§ 90. »(Milo) perfecit ut quoniam sibi in illum (Clodium) legibus uti non liceret, illius vim neque in suo neque in rei publicae periculo pertimesceret. Quo modo igitur hoc in genere praesidii comparati accusas Sestium, cum idem laudes Milonem"? Nisi fallor »hoc in genere" omnia continent quae orator significare volebat. In oratione vulgatae editionis praesidii comparati mentio eum locum occupat, ut in altero membro eiusdem rei significatio redire debeat: »praesidii comparati accusas Sestium, cum idem laudes in Milone". »Praesidii comparati" interpolatum esse videtur.

§ 92. »Atque inter hanc vitam perpolitam humanitate et illam immanem nihil tam interest quam ius atque vis. Horum utro uti nolumus, altero est utendum. Vim volumus exstingui, ius valeat necesse est, id est iudicia quibus omne ius continetur; iudicia displicent aut nulla sunt, vis dominetur necesse est. Hoc vident omnes; Milo et vidit et fecit, ut ius experiretur, vim depelleret. Altero uti voluit, ut virtus audaciam vinceret; altero usus necessario est, ne virtus ab audacia vinceretur". Iterum interpolationem suspicor. Nam

in locutionibus quales sunt »et dixit et fecit" »et vidit et fecit" faciendi verbum peculiarem habet significationem hanc, ut dicatur aliquis facta adiunxisse et accommodasse ad verba, ad animi sensum. Exemplum est in § 86. »Hoc sentire prudentiae est, facere fortitudinis: et sentire vero et facere perfectae cumulataeque virtutis". Hanc verbi vim non perspexit qui addidit »ut ius experiretur, vim depelleret". Si perspexisset, intellexisset faciendi verbi ita nisi absolute poni non posse.

In sequenti § 93. nomina Gabinii et Pisonis interposita vim orationis mirifice frangunt cursumque retardant.

§ 113. »Fuit collegium nuper tribunicium in quo tres minime, duo vehementer populares existimabantur. Ex iis qui populares non habebantur — duo a populo Romano praetores video esse factos —; iam de C. Fannio — quod iudicium populi Romani in honoribus eius futurum sit nemini dubium esse debet. Quid? populares illi duo, quid egerunt? Alter — non tenuit eum locum in quem, nisi popularis esse voluisset, facile pervenisset. Alter — aedilitatem petivit cum bonis viris et hominibus primis, sed non praestantissimis opibus et gratia: tribum suam non tulit, Palatinam denique — perdidit". Non agitur de actionibus popularium tribunorum, sed de fructu dignitatis quum ex studio populi perceperunt. Itaque suspicor Ciceronem scripsisse: »Quid populares illi duo"? sine »quid egerunt".

CICERO PRO MURENA XIII. 29. XVIII. 40. ET XXII. 46.

Mendum alitur in verbis Tullianis pro Murena XIII. 29: »Ut aiunt in Graecis artificibus eos auloedos esse qui citharoedi fieri non potuerint, sic *nonnullos* videmus qui oratores evadere non potuerint eos ad iuris studium devenire." Vitiosa est ver-

borum compositio *nonnullos — qui — eos*. Aut enim *nonnullos* pessime abundat aut *eos:* nisi forte putas in iis, quae praecedunt, scribi potuisse: »*eos nonnullos* auloedos esse qui citharoedi fieri non potuerint." Latinitas enim postulat ut *eorum nonnullos* dicatur, sententia requirit ut nemo excipiatur et *nonnullos* prorsus omittatur. Aliquam opem fert Quintilianus VIII. 3. 79. e Cicerone hunc locum sic afferens ut pro *nonnullos* exhibeat *nos:* »sic *nos* videmus qui oratores evadere non potuerint" cet. Periit unum vocabulum quod si restitueris eadem opera et compositionis labem tolles et necessariam oppositionem revocabis. Subiiciam duos locos ubi id ipsum legitur quod Ciceroni reddendum esse censeo. In praefatione Cornelii Nepotis dicitur: »Laudi in Graecia ducitur adolescentulis quam plurimos habere amatores. — quae omnia apud nos partim infamia partim humilia atque ab honestate remota ponuntur." Cicero ipse dixit in Tusculanarum initio: »An censemus, si Fabio laudi datum esset quod pingeret, non multos etiam apud nos Polycletos et Parrhasios fuisse?" Eodem igitur modo etiam in Mureniana dixerat: »Ut aiunt in *Graecis* artificibus —, sic *apud nos* videmus qui oratores evadere non potuerint eos ad iuris studium devenire."

Expunge fatuum additamentum XVIII. 40. e verbis: »Delectant homines, mihi crede, ludi etiam illos qui dissimulant, [*non solum eos qui fatentur*]." Admonitus, spero, mihi dabis, quod Cicero scite dixerat, assuto hoc panno et inficetum factum esse et ne Latinum quidem.

Lenissima medicina subveniri potest loco male habito XXII. 46: » Tu quum te de curriculo petitionis deflexisses animumque ad accusandum transtulisses, existimasti, te utrique negotio satisfacere posse? Vehementer errasti." Lege EXISTIMANSTE pro *existimasti te* et locum sic constitue: »Tu quum — transtulisses, *existimans* te utrique negotio satisfacere posse, vehementer errasti."

Lincola de more pro littera N posita in vetere scriptura EXISTIMASTE pro *existimans te* librarium in errorem impulit.

C. G. C.

PLATONICA.

Si in quo alio scriptore apparet Codices etiam vetustissimos et, si cum caeteris componuntur, diligentissime scriptos mendis erroribusque omne genus scatere, profecto in Platone ea res apparet. Supersunt Platonis Codices Mss. et plurimi et in ea copia nonnulli antiquissimi summa cura et studio in pulcherrimis membranis elegantissima et peritissima manu κεκαλλιγραφημένοι, quorum scripturae passim reliquorum testium omnium auctoritatem sua praestantia prorsus obruunt. In unoquoque dialogo passim soli Platonis manum servant in caeteris manifesto errore vel fraude aut vitiatam aut interpolatam, eaque res tam perspicua est et evidens, ut satius sit abiectis reliquorum omnium discrepantibus scripturis nullum omnino usum habentibus Platonis textum, quem vocant, illis solis libris veluti firmissimis fundamentis superstruere. Si quid enim ex reliquis testibus hic illic profertur boni in iis locis, ubi meliores titubant aut hallucinantur, debetur vera lectio non fidelioribus libris antiquis olim deperditis unde illi manaverunt, sed sollerti coniecturae et felici emendationi, quales semper acutior aliquis inter legendum excogitare et reperire solet. Quamquam enim summo iure correctores Graeculos temere et impudenter malesana molientes ridemus et despicatui habemus, numquam tamen plane defuerunt in Graecia homines ingeniosi qui locum corruptum recte cogitando in integrum restituere valerent. Saepius, quum in Italia magnam Codicum Graecorum multitudinem quotidie sedulo excuterem, sequiorum temporum correctores scite et ingeniose et perite et erudite locis male habitis opem ferentes vidi. Quan-

tum ingenii et eruditionis in Musuro fuerit scimus omnes ex Hesychio, quem passim praeclaris correctionibus emendavit. Vidi in Marciana Plutarchi veterem Codicem a nescio quo Graeculo multis locis elegantissime correctum. Saepe verum vidit qui Lysiae orationes in Codice Laurentiano ita descripsit ut inter scribendum suo arbitratu locos impeditos et mendosos constitueret. Qui ex Athenaei Codice unico, nunc Marciano, olim Constantinopoli Epitomen confecit locos depravatos plerosque omisit, sed nonnullos praesertim levius corruptos dextre restituit. Habent illi quidem correctores Graeculi propemodum omnes hoc, ut saepe inconsulto et festinanter grassentur, ut nonnumquam sanam lectionem perverse attentent, ut saepius mendosis mendosa substituant, sicuti Reiskium facere solitum esse omnes philologi satis scimus, sed habent iidem hoc quoque Reiskianum, ut subinde acutissime cernant et rem, ut in proverbio est, acu tangant. Itaque quod in Criticis facere solemus, idem in Codicibus Mss. faciendum est. Quidquid veri ab illis repertum est ambabus manibus amplectimur, caetera seponimus. Eodem modo vellem in constituenda scriptorum Graecorum oratione paucos quosdam libros summae antiquitatis et auctoritatis veluti fundamenta Editionibus substerni, de caetera librorum sequiorum et deteriorum turba, si quid forte alicubi habent boni, ea sola delibari quae utilia sint, unde quis fructum capere possit, reliquas omnes quisquilias et sordes nemini umquam quidquam profuturas cum fastidio et contemtu abiici. Quam futile est, ut uno exemplo utar, ad Aeschylum aut Sophoclem in pristinum nitorem restituendum ex apographis nullius auctoritatis et pretii acervos discrepantium scripturarum corradere, quum omnia ad unum ita fluxerint e vetustissimo Laurentiano Codice, ut scribae et correctores ubique aliquid de suo novaverint, nihil autem quod alicuius momenti esset excogitaverint. Similiter in Athenaeo perdet operam qui praeter unicum Codicem Marcianum, limpidissimum omnis emendationis fontem, rivulos sequi volet et apographis aliquid tribuere omnibus ad unum ex illo descriptis. In paucis Graecis scriptoribus idem rectius commodiusque quam in Platone feceris, cuius duo sunt summae vetustatis ac fidei Codices praeclarissimi, Bodleianus sive Clarkia-

nus; et Parisinus A notatus numero 1807. Bodleianum scriptum esse constat aerae nostrae anno 896, Parisinus, quem ipse saepius inspexi, »*omnes habet altioris vetustatis notas*," ut recte Bekkerus iudicat, Bastii in talibus peridonei iudicis sententiam apponens dictam ad Gregor. Corinth. p. 81. ubi praestantissimum Codicem 1807. saeculo nono exaratum esse pronuntiat. Suspiciunt multi annosa haec volumina et remotae antiquitatis monumenta venerantur, a quibus non dissentio, sed reputent velim inter Platonis aetatem et tempora quibus hi libri exarati sint aliquanto plus quam tredecim saecula interesse: itaque si cum caeteris conferantur perantiquos, si ad Platonis aetatem exigantur, recentes admodum videri oportere. Videmus etiamnunc quum Platonis Codices vetustissimos cum recentissimis componimus, id est optimos cum pessimis, quantum damni Platonicae orationi saecula quinque vel sex importaverint, unde facilis est coniectura quantum errorum et vitiorum librariorum socordia cum correctorum levitate coniuncta per XIII. saecula et amplius parere debuerit. Errores, ut ita dicam, novos mendaque recentia post saeculum IX. in libros Platonicos invecta oculis cernimus manibusque tenemus, namque vitia sequiorum Codicum indicio vetustiorum ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehenduntur. Ubi igitur hoc firmiter tenebimus, quod certissimum est et plurimis manifestis argumentis et exemplis compertum est, eandem labem quam per VI. saecula gliscere et augeri videmus, eodem modo antiquitus late serpsisse et nitorem, elegantiam et sinceritatem dictionis Platonicae iisdem exemplis commaculasse, quibus recentiora apographa omnia inquinata esse animadvertimus, ad eluenda vetustiora scripturae vitia, quae libris etiam antiquissimis longe longeque sunt antiquiora, parati et exercitati accedemus. Nempe ratio et usus docebunt esse in librariis omnium temporum peccandi quandam veluti constantiam et analogiam mendorum inter sese, ut si quis semel longa experientia istorum hominum socordiam et hallucinationes certis vestigiis indagaverit, non tantum similes sed plane eosdem scribendi errores deprehendat a maioribus, ut ita dicam, commissos, quos posteri commiserint in illis Codicibus, quibus habemus emendatiores simul et vetustiores. Scio esse

multos qui corruptas librorum lectiones imputent tantum non omnes libris recentioribus, et, ut ipsi loquuntur, *ἀναμαρτησίαν* quandam tribuant Codicibus ante haec X. saecula exaratis. Ne dicam eam opinionem vel ex se ipsa spectatam temerariam et absurdam esse, at res ipsa docet mendis obsitos esse et certis quidem evidentibusque mendis illos libros, quos propemodum erroribus vacuos esse clament. Pugnandum mihi esse intelligo locis et exemplis, quae in illis venerandae antiquitatis monumentis labem conceperint nunc ratione et consilio ita abstergendam ut et vitium certum sit et remedium. Utar duobus tantum testibus Bodleiano et Parisino, ubi res feret demonstraturus in caeteris nihil bonae frugis inesse nisi quod acutiori alicui ad expediendam loci difficultatem venerit in mentem, qualia nunc quoque unicuique in mentem venire solent *τῷ ἐπαΐοντι μέγα ἢ σμικρὸν τῶν τοιούτων πέρι*. Simul rationem habebo discrepantis scripturae siquando ad alios locos in eodem mendo cubantes sanandos facere poterit, aut ad aperiendam librariorum et correctorum supinam negligentiam et desultoriam levitatem et linguae Graecae veteris mirificam ignorationem, quae quanta sit multi ne suspicantur quidem, sed si me audire volent faciam ut sciant. Libero pede scripta Platonis omnia percurram, delibans undique quod bellissimum esse videbitur et certissimum et omnes veritatis numeros habere. Faciam initium a Sophista, qui dialogus in Bodleiano Codice exstat, nam feliciter evenit ut libri Platonis inter duos praeclarissimos testes divisi sint et alios Bodleianus contineat, alios Parisinus.

In ipso limine scriba optimi Codicis impegit. Dedit enim: *ἥκομεν αὐτοί τε κοσμίως καὶ τόνδε τινὰ ξένον ἄγομεν τὸ μὲν γένος ἐξ Ἐλέας ἑταῖρον δὲ τὸν ἀμφὶ Παρμενείδην καὶ Ζήνωνα ἑταίρων*, in quibus TON vitiose scriptum olim fuit pro *τῶν*, et ΠΑΡΜΘΝΘΙΔΗΝ pro *Παρμενίδην*, et ΕΤΑΙΡΩΝ expungendum, in quo vetusti erroris manifesta vestigia impressa sunt. Nempe pro *ἑταῖρον* pervulgato errore ΘΤΘΡΟΝ scriptum antiquitus fuit, et ΘΤΑΙΡΟΝ in ora libri a correctore adscriptum, quod quum postea in alienam sedem irrepsisset vicinis *τῶν ἀμφὶ* — accommodatum est. Scribae veteres, ut nemo nescit, Θ et ΑΙ perpetuo confundunt, similiterque Ι et ΘΙ: iidem -ΟC et -ΩC

saepissime miscent et -ON et -ΩN, ut vix sit operae pretium scire utrum hoc an illud in libris Mss. legatur. Quid sit ubique verum dicendi usus et sententia demonstrant, unde in loco nostro constat inter omnes Platonem scripsisse: *ἑταῖρον δὲ τῶν ἀμφὶ Παρμενίδην καὶ Ζήνωνα*, et sic spretis libri Bodleiani lectionibus apud omnes nunc legitur.

Post pauca ubi Theodorus dixerat: *καί μοι δοκεῖ θεὸς μὲν ἀνὴρ οὐδαμῶς εἶναι, θεῖος μήν· πάντας γὰρ ἐγὼ τοὺς φιλοσόφους τοιούτους προσαγορεύω*, Socrates: *καὶ καλῶς γε*, inquit, *ὦ φίλε. τοῦτο μέντοι κινδυνεύει τὸ γένος οὐ πολύ τι ῥᾷον, ὡς ἔπος εἰπεῖν, εἶναι διακρίνειν ἢ τὸ τοῦ θεοῦ. πάνυ γὰρ ἄνδρες οὗτοι παντοῖοι φανταζόμενοι διὰ τὴν τῶν ἄλλων ἄγνοιαν ἐπισρωφῶσι πόλεις, οἱ μὴ πλασῶς ἀλλ' ὄντως φιλόσοφοι, καθορῶντες ὑψόθεν τὸν τῶν κάτω βίον, καὶ τοῖς μὲν δοκοῦσιν εἶναι τοῦ μηδενὸς τίμιοι, τοῖς δ' ἄξιοι τοῦ παντός.* Haec est consentiens librorum omnium scriptura, nisi quod Bodleianus, quique ex eo fluxerunt Vaticanus et Marcianus, in *καὶ καλῶς γε* omittunt *καί* errore manifesto. Praeterea in omnibus est *ἀνὴρ* et *ἄνδρες* quum facile appareat articulum abesse non posse et in ANHP et ANΔPEC inesse *ἀνὴρ* et *ἄνδρες*. Scribae ubique sic errant etiam in poëtis iugulato metro. Docti homines modo corrigunt errorem, modo retinent. Stallbaumius *ἀνὴρ* recepit, sed *ἄνδρες οὗτοι* intactum reliquit. Ecquis putat articulum abesse posse? Nemo hercle. Cur igitur non addunt? an quia in libris saeculi noni crasis Attica obliterata est? id est quia indoctus scriba nono post Chr. saeculo nesciebat in ANΔPECOTTOI articulum quamquam non appareret tamen inesse? Grave profecto hoc est et luculentum argumentum. At sunt alii multi loci ubi eodem modo omissus est. Nempe idem error ab iisdem eadem de causa saepius commissus est. Ergone qui saepe peccat impune feret et nihil peccasse videbitur? Absurdum est. Aut doce in soluta oratione Attica promiscue dici posse *ἀνὴρ οὗτος* et *ὁ ἀνήρ*, *γυνὴ αὕτη* et *ἡ γυνή*, *παιδίον τοῦτο* et *τὸ παιδίον*, aut manifesta scribarum vitia contemnere aude et emendare. In caeteris omnibus nulla omnino est lectionis discrepantia, quamquam multi graves in his insunt scribarum et correctorum errores et fraudes. Turpissimum omnium est futilis Graeculi additamentum *οἱ μὴ πλασῶς ἀλλ' ὄντως φιλόσοφοι*, quod

sine mora furcellis est foras expellendum. Interpolavit ista nescio quis ante saeculum nonum, sed multis tamen post Platonis mortem saeculis. Multum vereor ne fabellam surdis narraturus sim, namque scio quam sint in talibus eruditi homines increduli, et graviter a Stallbaumio admoneor. »*Cave*, inquit, *pro glossemate habeas. Nihil enim apud Platonem hoc appositionis genere est frequentius.*" Temerarium igitur erit Platoni sua eripere velle. Nec me fugit quam saepe Plato utatur epexegesi quo fiat oratio aut apertior aut nitidior. Sed inepte abundare haec verba dico et nulli rei esse utilia, nam manifesto apparere Socratem, ubi philosophos omnes θείους esse dicat, id non dicere de iis qui inanem philosophiae speciem prae se ferant. Sed alienissima sede ea verba interposita esse dico et venustissimi loci elegantiam inepte turbare et scitam verborum compositionem pessime corrumpere. Si voluisset Plato inutilem et supervacuam epexegesin addere, addidisset, credo, suo loco statim post ἄνδρες οὗτοι, ut reliqua commode decurrerent et ordine procederet oratio, neque importune rediisset ad illud, quod prius absolverat. Haec et plura eiusdemmodi in unaquaque fere interpolatione admoneri possunt, sed apud plerosque perdimus operam vetustissimas membranas tamquam vallum munitissimum Criticorum telis ac machinis opponentes. In quo non est pulchri sensus et decori, qui aurem non habet Veterum lectione subactam, is nullo negotio hos impetus omnes ita repellit ut dicat sibi contra videri, epexegesin neque supervacaneam esse neque incommodiore sede collocatam seduloque cavendum ne quis subtilior ipsum Platonem elegantia et nitore compositionis superare velit et quae ille probaverit ineptus fastidire. Plerique ita sentiunt et si in suffragium ibitur de Criticis erit actum. Experiamur igitur aliud pugnae genus, si forte adversarios quamvis pertinaciter repugnantes vincere vel potius convincere possimus. Quid si ostendero sciolum qui Platonis locum interpolavit suo sese indicio, ut soricem aiunt, prodidisse et arguisse. Hanc fraudem optime orationis vitium patefacit. Si Platonem ea dicentem inducunt quae eum non potuisse dicere palam sit, causam obtinebimus. Considera igitur diligenter molesta verba: οἱ μὴ πλαςῶς ἀλλ' ὄντως φιλόσοφοι. Estne

haec Graeca oratio et Platone digna? Non quaero nunc de elegantia ac venustate, sed de sanitate et integritate antiqui Graeci sermonis. Quis admonitus non animadvertit foedum errorem in verbis: οἱ πλαςῶς φιλόσοφοι? Nempe adverbia quae inter articulum et nomen interponi possunt omnia sunt aut loci aut temporis, veluti οἱ νῦν ἄνθρωποι, οἱ πρὶν βασιλεῖς, ὁ ἐνθάδε τρόπος similiaque, caetera omnia adverbia verbis tantum et participiis adduntur. Itaque οἱ πλαςῶς φιλοσοφοῦντες Graecum est, οἱ πλαςῶς φιλόσοφοι non est. Sero natos Graeculos ita loqui constat, tenemus igitur interpolatorem ἄφυκτον: suo se sermone prodidit et elabi non potest. Itaque quum reliquis fraudis indiciis irrefragabile hoc argumentum accesserit, spreta omni librorum auctoritate pannum a sciolo assutum e Platonis loco audacter resecabimus et melius etiam posthac cavebimus ne nobis imponat iterum is, quem in manifesta fallacia semel deprehendimus. Et profecto in iisdem verbis, si hoc agemus, non unam novam labem et corruptelam patefaciemus. Ubi de philosophis dicitur: τοῦτο τὸ γένος κινδυνεύει οὐ πολύ τι βᾷον εἶναι διακρίνειν ἢ τὸ τοῦ θεοῦ, absurdum est, (quod cum bona pace Codicis Bodleiani dictum esto) τὸ τοῦ θεοῦ (γένος). Emendandum est τὸ τῶν θεῶν. Multis argumentis id vinci potest. Plato lepidissimum Socratis iocum e nobili Homeri loco sumsit. Poëta dixerat:

καί τε θεοὶ ξείνοισιν ἐοικότες ἀλλοδαποῖσι
παντοῖοι τελέθοντες ἐπιςρωφῶσι πόληας.

Fieri solet, inquit, ut Dii immortales inter homines morentur in hospitum formam conversi ut eos nemo agnoscere possit neque eos ab reliquis hominibus discernere. Socrates dicit ἄνδρες (οἱ φιλόσοφοι) παντοῖοι φανταζόμενοι διὰ τὴν τῶν ἄλλων ἄγνοιαν ἐπιςρωφῶσι πόληας, neque eorum mens divina ab hominibus satis animadvertitur; quamobrem ita pronuntiat: τοῦτο τὸ γένος, id est *philosophi*, non est multo ad discernendum facilius *quam Dii sunt*, quos nemo discernere potest. Substitue *quam Deus est*, de quo nihil ante dixerat, et locus sensu vacuus erit. Componuntur enim inter se οἱ θεοὶ οἱ παντοῖοι τελέθοντες, et οἱ φιλόσοφοι οἱ παντοῖοι φανταζόμενοι. Philosophi non cum *Deo* comparantur sed cum *Diis*, quorum alius in aliam formam conversus in mediis hominibus crede-

batur subinde versari. Aliud est praeterea argumentum grammatici generis. Nihil est frequentius quam ut τὸ γένος in periphrasi ponatur, et dicatur verbi causa τὸ τῶν φιλοσόφων γένος pro οἱ φιλόσοφοι. Plato qui modo τοὺς φιλοσόφους nominaverat, eosdem continuo τοῦτο τὸ γένος appellat et τοὺς ἄνδρας τούτους, idem dicens verbis non iisdem. Quid ego pauca de centenis exempla apponam, quorum ubique affatim est, praesertim apud Oratores et Comicos et ipsum Platonem? Notum est quam late apud Graecos hoc loquendi genus pateat, ut τὸ τῶν σοφιστῶν γένος, τὸ τῶν ἰχθυοπωλῶν γένος, τὸ τῶν ἑταιρῶν γένος, τὸ τῶν παιδαγωγῶν γένος, ut apud Horatium *genus irritabile vatum*, et apud Comicum:

τὸ τῶν παρασίτων, ἄνδρες, ἐξεῦρεν γένος
Διὸς πεφυκὼς, ὡς λέγουσι, Τάνταλος.

et apud Aristophanem in Vesp. vs. 222:

ἀλλ', ὦ πονηρέ, τὸ γένος ἤν τις ὀργίσῃ
τὸ τῶν γερόντων, ἔσθ' ὅμοιον σφηκιᾷ.

et quis non Veterum ita locutus est? Consequitur autem ex ipsa natura de omnibus qui sunt eiusdem generis ita dici, et de singulis sic dicere absurdum esse. Τὸ τῶν θεῶν γένος quid sit intelligimus, τὸ τοῦ θεοῦ γένος quo sensu accipiendum sit praeterquam de Dei alicuius *progenie* nemo umquam intelliget. Reddamus igitur censeo Platoni suam manum et sanam sententiam: τοῦτο τὸ γένος οὐ πολύ τι ῥᾷον εἶναι διακρίνειν ἢ τὸ τῶν θεῶν, id est οἱ φιλόσοφοι — ἢ οἱ θεοί, et Bodleianum suum ἢ τὸ τοῦ θεοῦ sibi habere iubeamus.

Transeo ad tertium vetus mendum in eodem loco latens. Philosophi, inquit, καθορῶντες ὑψόθεν τὸν τῶν κάτω βίον τοῖς μὲν δοκοῦσιν εἶναι τοῦ μηδενὸς τίμιοι, τοῖς δ' ἄξιοι τοῦ παντός. Qui haec verba pro sanis et integris legunt versantur in eodem errore, in quem implicitus est Heindorfius, in quo viro eximia et plane singularis fuit Graeci sermonis intelligentia, quo minus miror caeteros interpretes, etiam ubi ei aliquid humani acciderit, illius auctoritatem securos sequi. Fugit Heindorfium ratio quum ad h. l. annotaret: »*utrumque dicitur et* τοῦ μηδενὸς τίμιος *sive* ἄξιος —, *et* μηδενὸς ἄξιος." Opinantur igitur homines docti τοῦ μηδενὸς τίμιοι et τοῦ μηδενὸς ἄξιοι idem esse et promiscue dici. Itaque Platonem, ubi dicat τοῦ

μηδενὸς τίμιοι et ἄξιοι τοῦ παντός, variandae orationis causa ita dicere, quoniam τίμιοι et ἄξιοι eodem sensu ponuntur. Videtur igitur iis perinde bene scribere potuisse τοῦ μηδενὸς ἄξιοι et τίμιοι τοῦ παντός. Qui quam gravis error sit iuvat diligenter demonstrare. Τίμιον et ἄξιον Veteres appellant id *quod magno constat, carum*, et *quod parvo emitur s. vile.* Ut in re frequentissima magna est ubique exemplorum copia, quorum compluscula apponemus. In emtione venditione nihil est tritius apud Atticos quam τίμιον πωλεῖν et ὠνεῖσθαι, et contrarium ἄξιον. Lysias Orat. XXII. 22: ἂν οὖν τούτων καταψηφίσησθε ἀξιώτερον τὸν σῖτον ὠνήσεσθε, εἰ δὲ μὴ τιμιώτερον. et in § 13: ὅταν τίμιον τὸν σῖτον πωλῶσιν. Xenophon. περὶ πόρων IV. 36: ἀνδράποδα καὶ χείρω καὶ τιμιώτερα ὠνεῖσθαι, et in Hierone I. 13: οὕτω τίμια πωλεῖται, et in Symposio IV. 41: οὐκ ἐκ τῆς ἀγορᾶς τὰ τίμια· ὠνοῦμαι. Aristophanes in Vesp. vs. 253:

οὐ γὰρ δάκνει σ' ὅταν δέῃ τίμιον πρίασθαι.

Theophrastus Charact. XVIII. 2: πριάμενος ἀνδράποδον ἄξιον, θαυμάζω, εἶπεν, εἴ τι ὑγιὲς οὕτως ἄξιον ἐώνημαι, et IX. 3: ὅσα ἐωνημένος ἄξιά τις φέρει μεταδοῦναι κελεῦσαι καὶ αὐτῷ. Lysias XXII. 8: ἐπειδὴ τίμιος ἦν ὁ σῖτος, et post pauca: ὡς ἀξιώτατον πρίασθαι (τὸν σῖτον), et in § 11: ἵν' ὡς ἀξιώτατον ὑμῖν (τὸν σῖτον) πωλοῖεν. Eubulus Athenaei p. 47 B:

Ζῆθον μὲν ἐλθεῖν ἀγνὸν εἰς Θήβης πέδον
οἰκεῖν κελεύει. καὶ γὰρ ἀξιωτέρους
πωλοῦσιν, ὡς ἔοικε, τοὺς ἄρτους ἐκεῖ.

ubi ἐλθόνθ' ἁγνόν pro ἐλθεῖν reposuerim. Eadem nomina passim poni solent de vili annona et annona ardente, et sic τίμιον ποιεῖν et τιμιώτερον dicuntur qui annonam incendunt pretiaque rerum augent et amplificant. Pherecrates apud Suid. v. Ἄξιος:

ὦδ' ἔς', ἐφ οὗ ποτ' ἦν ὁ πυρὸς ἄξιος.

Theophrastus Charact. III. 2: ἄξιοι γεγόνασιν οἱ πυροὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ. Demosthenes p. 1285, 12: ἐὰν μὲν παρ' ὑμῖν τίμιος ᾖ ὁ σῖτος, et mox: ἐὰν δ' εὐωνότερος γένηται, ubi in vicinia multa alia adduntur de iis qui annonam excandefacerent. Eodem sensu Plato dixit in Euthyd. p. 304 B: τὸ σπάνιον —

τίμιον, *omne rarum carum*, ut aiunt, et Eriphus Athenaei p. 84 C:

ὀλίγον τὸ καλὸν ἐστι πανταχοῦ | καὶ τίμιον.

Xenophon περὶ πόρων IV. 10: τὸ χρυσίον ὅταν πολὺ παραφανῇ αὐτὸ μὲν ἀτιμότερον γίγνεται, τὸ δ' ἀργύριον τιμιώτερον ποιεῖ, id quod nostris temporibus fieri videmus. Lepide Plato in Protagora p. 347 C: τιμίας ποιοῦσι τὰς αὐλητρίδας. Contra Aristophanes in Vesp. vs. 511:

νῦν δὲ πολλῷ τοῦ ταρίχους ἔστιν ἀξιωτέρα.

et in Equitt. vs. 673:

οὐπώποτ' ἀφύας εἶδον ἀξιωτέρας.

Eodem modo Diphilus apud Athenaeum p. 226 E: περὶ τοῦ παμπόλλου πιπράσκεσθαι τοὺς ἰχθῦς λέγει ὧδε·

οὐπώποτ' ἰχθῦς οἶδα τιμιωτέρους
ἰδών. — —
γόγγρον μὲν ὥσπερ ὁ Πρίαμος τὸν Ἕκτορα
ὅσον εἵλκυσεν τοσοῦτο καταβελὼ ἐπριάμην.

id est quod ἰσάργυρον appellant. Parco pluribus, quae nullo negotio conquiri possunt. In his igitur τίμιον et ἄξιον absolute ponuntur: τίμιον est τὸ πολύτιμον, τὸ βαρύτιμον, τὸ ἔντιμον, quidquid magno constat, et ἄξιον idem quod εὔωνον, vile, parvo pretio parabile. Genitivum in tali re neque τίμιον admittit neque ἄξιον. Ubi pretia comparantur maius cum minore vel contra discrimen in dativo ponitur, ut apud Lysiam XXII. 8: ὀβολῷ μόνον πωλεῖν τιμιώτερον, et in § 12: ἐπώλουν δραχμῇ τιμιώτερον. Sed nemo umquam dixit τίμιός τινος vel μηδενός vel τοῦ μηδενός. Non metuo ne quis abutatur loco Platonis de Rep. I. pag. 336 E: εἰ μὲν χρυσίον ἐζητοῦμεν —, δικαιοσύνην δὲ ζητοῦντες πρᾶγμα πολλῶν χρυσίων τιμιώτερον, nam quis non videt genitivum a comparativo pendere, et dici iustitiam esse πρᾶγμα πλείονος ἄξιον ἢ πολλὰ χρυσία? Cavendum etiam est in Politico pag. 303 D: λείπεται ξυμμεμιγμένα τὰ ξυγγενῆ τοῦ χρυσοῦ τίμια καὶ πυρὶ μόνον ἀφαιρετά, ne τοῦ χρυσοῦ, quod e ξυγγενῆ pendet, cum τίμια coniungas. Aes et argentum ibi auro cognata esse dicuntur, ut post pauca: λείπεσθαι δὲ τὰ τίμια καὶ ξυγγενῆ. Ubi vero rerum pretia aestimantur in his solum ἄξιον locum habet, neque quisquam, ut Heindorfius opinatus est, in ea re umquam τίμιον posuit, ne-

que e rei natura poni ullo modo potuit. Graeci dicebant πολλοῦ ἄξιος, πλείονος, πλείσου, ὀλίγου, σμικροῦ, βραχέος, ἐλάττονος, ἐλαχίσου, et οὐδενός sive μηδενός et τοῦ μηδενός, denique παντός et τοῦ παντός. Praeter haec ἄξιος cuiuslibet pretii genitivum assumit, ἄξιος δραχμῆς, μνᾶς, δυοῖν ὀβολοῖν, δυοῖν ταλάντοιν, et in Sicilia λίτραιν δυοῖν, πεντήκοντα μνῶν, et quid non eiusdemmodi, et per iocum οὐκ ἄξιον τριωβόλου, ἄξιόν τι καὶ τριχός, et ut Sardanapallus dicebat: ἔσθιε, πῖνε, παῖζε, ὡς τἄλλα τούτου οὐκ ἄξια, id est τοῦ ἀποκροτήματος, interprete Athenaeo p. 530 C.

Putidum esset rei pervulgatae exempla afferre: utar uno tantum Comici loco ut laboranti subveniam. Apud Nicostratum Athenaei p. 118 E. in Codice Marciano est:

ἐπριάμην
τιλτὸν μέγιστον ἄξιον δραχμῆς δυοῖν
ὀβολοῖν, ὃν οὐκ ἂν καταφάγοιμεν ἡμερῶν
τριῶν ἤδη κατεσθίοντες οὐδεδωκάγε

recte viri docti δώδεκα reposuerunt, sed requiritur participium ὄντες δώδεκα, ut εἷς ὤν, δύ' ὄντε, τρεῖς ὄντες et caet. in tali re dici solet. Praeterea κατεσθίοντες vitiosum est. Duodecim viri per triduum ἐσθίοντες vix dicuntur posse *totum comedere*, καταφαγεῖν. Emenda igitur:

ἡμερῶν | τριῶν ἂν ἐσθίοντες ὄντες δώδεκα.

Satis iam apparere arbitror Heindorfii errorem promiscue dici opinantis τοῦ μηδενὸς τίμιοι et τοῦ μηδενὸς ἄξιοι. Hoc solum Graecum est, illud neque umquam dixit quisquam neque per rei naturam dicere potuit. Ἄξιον eo sensu occurrit ubique locorum cum genitivo coniunctum: τίμιον quoniam sic dici non potest, nusquam eo sensu apud ullum scriptorem Graecum reperitur, Heindorfius igitur eos tantum locos apposuit ubi μηδενὸς ἄξιος et τοῦ μηδενὸς ἄξιος legatur, quibus alii alios adiecerunt, sed nemo τίμιος οὐδενός vel μηδενός vel τοῦ μηδενός legit umquam. Τίμιος significat πολλοῦ ἄξιος et τιμιώτατος plane idem est atque πλείσου ἄξιος, ut in Archilochi ioco in garrulos:

πόδες κεῖθι τιμιώτατοι.

Itaque τοῦ μηδενὸς τίμιοι significat τοῦ μηδενὸς πολλοῦ ἄξιοι, quod neminem dixisse umquam quis mirabitur? At Plato ta-

men ita locutus est, dixerit aliquis. Qui ita dicit nondum perspexit eam verborum coniunctionem insanam esse. Aut ea quae diximus refutanda sunt, aut concedendum verba Platonis vitium alere foedissimum illud quidem sed perfacile sanandum, nam simul quid dici nullo modo possit apparet et quid in tali re unice verum sit dicique necessario debuerit intelligitur. Nempe eximendum est molestum τίμιοι, quo facto reliqua sponte in veterem formam redeunt transpositis iis quae post interpolationem loco suo mota fuerunt. Emendandum enim est in hunc modum: καὶ τοῖς μὲν δοκοῦσιν εἶναι τοῦ μηδενὸς ἄξιοι, τοῖς δὲ τοῦ παντός. Ad ultima verba ante saeculum nonum adscripsit nescio quis in ora libri TIMIOI, quod quum librario Platonis esse videretur ita recepit ut ἄξιοι τοῖς δέ transponeret, unde nata est absurda lectio τοῦ μηδενὸς τίμιοι, τοῖς δὲ ἄξιοι τοῦ παντός, quae nunc satis diu, ut opinor, Platonis lectores ludificata est.

Ἄξιος pro εὔωνος positum etiam alibi Graeculos exercuit et mirificas scribarum et correctorum aut turbas peperit aut fraudes. Εὔωνος solum supererat, ἄξιος ea notione usurpatum Graeculi non capiebant. Neque hoc hercle mirabile est, nam apud sequiores Graeculos ἄξιον de pretio rerum dicebatur, sed notione vocabuli plane in contrarium conversa: ἄξιον appellabatur *quod magno constabat*, quod impenso pretio in magna annonae penuria emebatur. Quod olim τίμιον dixerant Veteres, Constantinopoli ἄξιον appellari coeptum est. Exempla huius usus compluscula memini me apud Procopium legere, ex quibus unum tantum enotavi, quod huc subiiciam. Procop. de Bello Goth. III. 17. p. 347: μεδίμνου τιμὴ ἑπτὰ ἐγεγόνει χρυσοῖ. οἷς μέντοι οὐχ οὕτω τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν ἐφέρετο ὥςε βρώσεως εἰς τόσον ἀξιωτέρας μεταλαγχάνειν κτἑ. vides nihil aliud significare ἀξιωτέρας quam quod olim dicebant τιμιωτέρας, *carioris*. Factum igitur est quod in tali re solet: antiquum dicendi usum lapsu temporis mutatum et in contrarium conversum οἱ Ἀττικιςαί sedulo annotarunt et cum aequalium συνηθείᾳ composuerunt. Hinc apud Hesychium legitur Ἄξιον: εὔωνον. Suidas e Photio descripsit: Ἄξιος: ὁ εὔωνος cum Pherecratis senario, quem supra apposuimus. Idem v. Ἀξιώτερος: εὐωνότερος versum Aristophanis ex Equitt. 642, quem

supra dedimus, cum Scholio descripsit. Ad eundem versiculum spectat Moeridis annotatio: *Ἀξιωτέρας Ἀττικῶς: εὐωνοτέρας Ἑλληνικῶς.* Lysiae locos quos exhibuimus respicit *ὁ Ἀνταττικιστής* in Bekkeri Anecd. p. 77, 15: *Ἄξιον ἀντὶ τοῦ εὔωνον. Λυσίας ἐν τῷ κατὰ τῶν σιτοπωλῶν.* Platonis locum, de quo dicimus, in proverbium abiisse collegerunt homines docti e Suida, cuius locum describam quemadmodum mihi constituendus esse videtur. In v. *Ἄξιος λαβεῖν ὁ μισθός* primum pereruditam antiqui Grammatici annotationem describit, quae exstat in *λέξεων χρησίμων συναγωγῇ* apud Bekkerum in Anecd. p. 412, 9, deinde alia aliunde sumta agglutinat; primum Aristophaneum *ἄξιον τριχός* e Ranis vs. 626. deinde haec Platonica: *Ἄξιος οὐδὲ μόνου ἀντὶ τοῦ οὐδενός. ἔστι δὲ ἀπὸ τῶν κύβων εἰρημένον. καὶ παροιμία ἐπὶ τῶν σφόδρα τιμίων Ἄξιος τοῦ παντός.* Priora sumta sunt, ut recte Abreschius perspexit, e Platonis Theaeteto p. 162 E: *τῷ εἰκότι χρῆσθε, ᾧ εἰ ἐθέλοι Θεόδωρος ἢ ἄλλος τις τῶν γεωμετρῶν χρώμενος γεωμετρεῖν ἄξιος οὐδενὸς μόνου ἂν εἴη*, ubi Scholiastes: *ἐκ τῆς τῶν κυβευόντων συνηθείας*, inquit, *ἔλαβε τὸ οὐδενὸς μόνου, ὅταν ἐκεῖ πέσῃ ἐν τῷ παίζειν ἓν τὸ ἐλάχιστον.* Recurrit eadem annotatio in Bekkeri Anecd. p. 413, 8: *Ἄξιος οὐδὲ μόνου: ἀντὶ τοῦ οὐδενός. ἔστι δὲ ἀπὸ τῶν κύβων εἰρημένον.* Sed obscura et impedita res est, unde me non extrico. Neque enim scriptura certa est *οὐδ' ἑνὸς μόνου* vel *οὐδὲ μόνου*, neque intelligi potest quomodo haec a *talis* translata esse dicantur. Quod Stallbaumius suspicatur respici Homericum

νῦν δ' οὐδ' ἑνὸς ἄξιοί εἰμεν | Ἕκτορος.

est suspicio infelix *καὶ οὐδενὸς ἀξία.* Certius est quod sequitur et recurrit apud Zenobium II. 2: *Ἄξιος τοῦ παντός: ἐπὶ τῶν σφόδρα τιμίων*, quod ut permulta alia apud Paroemiographos, non est proverbium, sed exquisita dictio ex aliquo celebrato loco veteris scriptoris sumta: quale est quod nunc sine sensu vulgatur apud Zenobium I. 68: *Ἀλεκτρυόνων μέμφεσθαι κοιλίαν*, in quo latet versiculus Aristophanis in Vesp. vs. 794:

ἀλεκτρυόνος μ' ἔφασκε κοιλίαν ἔχειν.

Eodem modo Zenobius II. 71. e Platone sumsit: *Βαλὼν (ἐκ)φεύξεσθαι οἴει*, et V. 55: *Οὐδ' ἴκταρ βάλλει.* Facilius etiam

nunc intelligitur quamobrem TIMIOI in ora libri Platonici fuerit adscriptum ad *ἄξιοι τοῦ παντός*, quae verba nobis luce clariora sunt, sed apud Graeculos aliqua interpretatione indigebant.

Graeculos non intelligere *ἄξιον* pro *εὔωνον* positum luculenter apparet e loco Pseudo-Plutarchi *de Puerorum Educatione* p. 5 C. ubi commemoratur *παράγγελμα* Diogenis: *εἴσελθε εἰς πορνεῖον, παῖ, ἵνα μάθῃς ὅτι τῶν ἀξίων τὰ τίμια οὐδὲν διαφέρει.* Nobis haec satis perspicua sunt. Graeculus corrector horum verborum sensum assequi non potuit et de suo supposuit *τῶν ἀναξίων*, quem errorem sustulimus in *Var. Lectt.* p. 284. ad Luciani locum 25, 28: *ὁρῶν Μαλχίωνα τὸν Σύρον σκάρους παμμεγέθεις ἀξίους ὠνούμενον*, ubi scioli eraso *σ* substituerant *ἀξίου*. Iterum imitatus est Atticam loquendi consuetudinem Lucianus in *Dial. Mort.* 4. 1. *δύο δραχμῶν ἅπαντα.* — *Εἶγε. ἄξια ταῦτα ὠνήσω*, qui si *ἐπρίω* dixisset pro *ὠνήσω* plane *ἀττικιεῖ* locutus fuisset.

Caeterum quod Moeris annotavit *ἀξιωτέρας* solere *Ἀττικῶς* dici, *εὐωνοτέρας* contra *Ἑλληνικῶς*, ita accipiendum est (ut multa apud Moeridem) ut *εὔωνος* non ab Atticorum usu alienum esse intelligamus, sed in usu remansisse, quum *ἄξιος* eo sensu dudum abiisset in desuetudinem. *Εὔωνος* pro *ἄξιος* apud Atticos etsi non frequenter occurrit tamen non est inauditum. Solent dicere *ἄξιον ὠνεῖσθαι*, sed Demosthenes in *Fals. Legat.* p. 409, 1. dixit: *σῖτον εὔωνον ὠνούμενοι*, et in orat. de Corona p. 255, 10: *ἐν πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν βίον ἀφθονωτέροις καὶ εὐωνοτέροις.* Demosthenes p. 1285, 12. *ἐὰν μὲν παρ' ὑμῖν τίμιος ᾖ ὁ σῖτος —, ἐὰν δ' εὐωνότερος γένηται*, qui paulo post *ἔντιμον* pro *τίμιον* posuit in his: *ἐπιεικῶς ἔντιμον κατέλιπον τὸν σῖτον*, et post pauca: *αἱ τιμαὶ τοῦ σίτου ἐπ' ἔλαττον ἐβάδιζον* pro *ἀξιώτερος* sive *εὐωνότερος ὁ σῖτος ἐγίγνετο.* Lepide Plato quum in Euthydemo dixisset p. 304 B: *τὸ γὰρ σπάνιον, ὦ Εὐθύδημε, τίμιον*, continuo addit: *τὸ δὲ ὕδωρ εὐωνότατον ἄριστον ὄν, ὡς ἔφη Πίνδαρος.*

Itaque Platonis locus, de quo agimus, sublatis duobus Graeculorum additamentis sic constituendus est: *πάνυ γὰρ ἄνδρες οὗτοι παντοῖοι φανταζόμενοι διὰ τὴν τῶν ἄλλων ἄγνοιαν ἐπισμικρύνουσι πόλεις καθορῶντες ὕψοθεν τὸν τῶν κάτω βίον καὶ τοῖς μὲν*

δοκοῦσιν εἶναι τοῦ μηδενὸς ἄξιοι, τοῖς δὲ τοῦ παντός.

Quod ex his prius emblema expunximus hoc: *οἱ μὴ πλαςῶς ἀλλ' ὄντως φιλόσοφοι*, si quis diligenter consideraverit et scioli fraudem etiam ex vitioso dicendi usu manifestam teneri perspexerit, confidenter Platonem et certo iudicio mecum liberabit duplici interpolatione paene gemella ac fere dixerim plane eadem. In libro *de Legibus* I. p. 642 D. ita editur: *καί μοι τὸ ὑπὸ πολλῶν λεγόμενον, ὡς ὅσοι Ἀθηναίων εἰσὶν ἀγαθοί, διαφερόντως εἰσὶ τοιοῦτοι, δοκεῖ ἀληθέςατα λέγεσθαι· μόνοι γὰρ ἄνευ ἀνάγκης αὐτοφυῶς θείᾳ μοίρᾳ ἀληθῶς καὶ οὔτι πλαςῶς εἰσὶν ἀγαθοί.* Non fugit fraus Valckenaerium, qui in Schedis Criticis ineditis ad h. l. annotavit: »*Non facile credam ista scripsisse Platonem. Glossema in textum irrepsit. Scripserat, opinor, Plato: μόνοι γὰρ ἄνευ ἀνάγκης αὐτοφυῶς εἰσὶν ἀγαθοί. Ad istam vocem* (αὐτοφυῶς) *explicandam adiecta sunt: θείᾳ μοίρᾳ ἀληθῶς καὶ οὔτι πλαςῶς.*" Eandem suspicionem postea in Diatribe Euripidea, quum de vocab. *αὐτοφυής* ageret, publici iuris fecit p. 41. Plane viro summo assentior nisi quod *θείᾳ μοίρᾳ* Platoni non eripuerim. Sciolus nescio quis ad *αὐτοφυῶς* adscripsit *ἀληθῶς καὶ οὔτι πλαςῶς*, quae verba Graeculum plane sapiunt, *θείᾳ μοίρᾳ* non item, quod Platoni est in deliciis. Vel solum *καὶ οὔτι* pro *καὶ οὐ* positum contra Veterum et Platonis usum arguit sequioris aetatis annotatorem. Ne *πλαςῶς* quidem recte habet: non enim *τοῖς ἄνευ ἀνάγκης αὐτοφυῶς ἀγαθοῖς* opponuntur *οἱ πλαςῶς ἀγαθοί*, qui virtutem *simulant*, sed ii qui *διὰ τοὺς νόμους* virtutem colunt et formidine poenae aut infamiae oderunt peccare. Ad eandem lucem idem emblema deprehenditur in libro *de Legibus* VI. p. 777 D: *διάδηλος γὰρ ὁ φύσει* [*καὶ μὴ πλαςῶς*] *σέβων τὴν δίκην, μισῶν δὲ ὄντως τὸ ἄδικον.* Eiusdem hominis est vel certe eiusdem aetatis hoc additamentum ac duo superiora: *ὁ φύσει σέβων τὴν δίκην* est *ὁ αὐτοφυῶς ἄνευ ἀνάγκης δίκαιος*, qui non legum metu sed virtutis amore colit iustitiam. Perperam igitur ei *ὁ πλαςῶς σέβων τὴν δίκην*, id est *ὁ προσποιούμενος δίκαιος εἶναι* opponitur, quod non a Platone profectum esse, sed a Graeculo assutum, etiam loquendi genus palam facit, quoniam Plato et aequales in ea re verbo *προσποιεῖσθαι εἶναί τις* utuntur; non *πλάττεσθαι, πλάσμα, πλαςῶς* caeterisque inde natis, quae in

figmentis commentisque propriam sedem habent. Ter igitur emblema idem ante saeculum nonum libros Platonis obsederat, quod tandem post decem saecula unanimi consensu expellamus *οἱ γνησίως φιλολογοῦντες*.

Quas modo laudabam Valckenaerii Schedas Criticas ineditas, quae mihi haec scribenti in promtu sunt, facile quis suspicetur complures in iis summi viri observationes aut emendationes magni pretii contineri, quas in communem eruditorum notitiam proferri sit operae pretium. Hanc ego spem inanem esse comperi. Excussi diligenter quidquid Valckenaerius ad Platonem emendandum sibi in commentariis raptim et paucis annotarat. Si quid in his boni inest, aut ipse dudum data occasione in lucem protulit, aut olim est ab aliis praereptum et occupatum. Reliqua propemodum omnia lucem hanc non ferunt. Multa audacius quam par erat novavit, alia festinantius ac veluti ludibundus in chartam coniecit, quorum bonam partem ipse *ἐκ τῶν δευτέρων φροντίδων* damnatam expunxit, et multo etiam plura, ut opinor, deleturus fuisset, si haec umquam ab aliis inspici et ad Platonis emendationem adhiberi voluisset. Summa igitur praeclaro viro reverentia debetur et cauto circumspectoque iudicio utendum est, si quid ex illis Schedis proferre velis. Paucissima tantum ex iis attingam. In Theaeteto p. 161 C: *ὁ δ' ἄρα ἐτύγχανεν ὢν εἰς φρόνησιν οὐδὲν βελτίων* [*βατράχου*] *γυρίνου, μὴ ὅτι ἄλλου του ἀνθρώπων*, optime delevit *βατράχου*, additum eo tempore quum vulgo nescirent Atticos appellasse *Γύρινον*: *τὸ ἐκ τοῦ βατράχου παιδίον*, ut est apud Hesychium, in qua re consentientem sibi habuit Heindorfium. Non illepide Aratus dixit noto versiculo:

αὐτόθεν ἐξ ὕδατος πατέρες βοόωσι γυρίνων,

et Libanius a Dindorfio laudatus ad Steph. Thes. *ἐν τοῖς δικαστηρίοις χείρους τῶν γυρίνων οἱ ῥήτορες*. In Pseudo-Platonis Hipparcho, (quem futilissimi scriptoris libellum esse multis ostendit) p. 228 B. notavit errorem iampridem a Meursio deprehensum, quem propterea adscribam ut appareat quam absurda vitia antiquissimos libros commaculent. Est enim in Bodleiano Codice, ut in caeteris omnibus, haec scriptura: *Πεισιστράτου υἱεῖ τοῦ ἐκ Φιλαίδωνος Ἱππάρχῳ*. O imperitum et

stolidum Graeculum, qui ЄΚΦΙΛΑΙΔΩΝ id est ἐκ Φιλαΐδῶν in ἐκ Φιλαίδωνος corrupit! Duas tantum Valckenaerii emendationes optimas et felicissimas ex eius Commentariis expromam. In Timaeo p. 74 B. editur: τὴν δὲ σάρκα (ἐμηχανήσατο) προβολὴν μὲν κυμάτων, πρόβλημα δὲ χειμώνων, ἔτι δὲ πτωμάτων οἷον τὰ πιλητὰ ἔσεσθαι κτήματα σώμασι μαλακῶς καὶ πρᾴως ὑπείκουσαν. Mendosa sunt verba ἔσεσθαι κτήματα, quae nemo intelligit, et hercle satius est ea non intelligere quam hominum doctorum interpretationes temerarias et inconsultas admittere. Nisi forte concoquere poteris *res* ex pilis et lana *factas* κτήματα πιλητά appellari. Valckenaerius resectis litterulis male repetitis et additis ex ЄCЄCΘAIKTHMATA elicuit ЄCΘHMATA, οἷον τὰ πιλητὰ ἐσθήματα. »*Plato delectatur poëticis vocibus*," inquit. »Ἐσθήματα *habet Liberalis* c. XI. p. 84. *Alciphron* p. 362. *Philo Iud.* p. 105 B." Iuvat aliquid Longinus π. ὕ. 32, 5: τὴν σάρκα οἷον τὰ πιλήματα προθέμενοι ex h. l. afferens. Libri Pollucis VII. 171. e corrupta scriptura interpolati esse videntur.

Alter Timaei locus, cui Valckenaerii κρίσις profuit, legitur p. 79 E. in his: τὸ δὲ τὰ αὐτὰ πάσχον καὶ τὰ αὐτὰ ἀνταποδιδὸν ἀεὶ κύκλῳ οὕτω σαλευόμενον ἔνθα καὶ ἔνθα ἀπειργασμένον ὑπ' ἀμφοτέρων τὴν ἀναπνοὴν καὶ ἐκπνοὴν γίγνεσθαι παρέχεται. Valckenaerius: »*Serr. ridicule:* huc et illuc ab utrisque effectum. *Non poterat melius: tu verte* arctatum. *Scripserat enim Plato:* ἀπειργμένον." Cum hac correctione comparanda est eximia emendatio, qua locum Xenophontis in Hellen. IV. 1. 15. multi restituerunt. In libris est: θῆραι αἱ μὲν ἐν περιειργασμένοις παραδείσοις, αἱ δὲ καὶ ἐν ἀναπεπταμένοις τόποις, sed Valckenaerius, Schneiderus, Dobraeus certatim emendarunt: ἐν περιειργμένοις παραδείσοις, id est περιπεφραγμένοις. Idem utrobique commissus error est. Mirantes Graeculi quid esset ΑΠΕΙΡΓΜЄΝΟΝ substituunt ἀπειργατμένον, et quia ΠΕΡΙЄΙΡΓΜЄΝΟΙC quid esset non capiebant de suo περιειργασμένοις supposuerunt.

Contortae et confragosae Editorum interpretationes satis declarant mendosum esse locum in Sophista p. 217 A: πότερον ἓν πάντα ταῦτα ἐνόμιζον ἢ δύο, ἢ καθάπερ τὰ ὀνόματα τρία, τρία καὶ γένη διαιρούμενοι καθ' ἓν ὄνομα γένος ἑκάστῳ προσῆπτον; Ultima

sic accipiuntur: »*per singula nomina genus cuique* (nomini) *aliquod attribuebant.*" Non dicam durissimum hoc esse et Platone indignum, sed hoc potius: ὄνομα γένει προσάπτειν sanum esse, γένος ὀνόματι προσάπτειν absurdum. Res est simplicissima. Distinguebant tria nomina et genera totidem et singulis generibus nomina singula tribuebant. Emendandum igitur censeo: καθ' ἓν ὄνομα ἑνὶ ἑκάστῳ προσῆπτον.

Etiam apertius orationis vitium commissum in vicinia p. 217 B. nescio quomodo Criticorum aciem fugit: καὶ μὲν δὴ κατὰ τύχην γε, ὦ Σώκρατες, λόγων ἐπελάβου παραπλησίων ὧν καὶ πρὶν ἡμᾶς δεῦρ' ἐλθεῖν διερωτῶντες αὐτὸν ἐντυγχάνομεν. Horum verborum sententia tam aperta est et perspicua, ut nemo suspicatus sit in Graecis verbis aliquid esse perturbatum. Stallbaumius eundem errorem, qui in Graecis verbis inest, commisit in his Latinis: »*de quibus etiam priusquam nos huc venissemus ipsum interrogabamus.*" Nihilne tibi subolet"? Nonne vides pronomen *nos* absurde suo loco motum esse et in alienam sedem translatum? »Forte accidit, o Socrates", Theodorus inquit qui cum amicis ad Socratem modo venerat, »ut argumentum attingeres de quo etiam *nos* illum interrogabamus priusquam huc veniremus." Sentisne quam absurde dicatur: de quo illum interrogabamus *etiam priusquam nos* huc venissemus? Itaque in re evidenti utamur evidenti emendatione hac: ὧν καὶ ἡμεῖς πρὶν δεῦρ' ἐλθεῖν διερωτῶντες αὐτὸν ἐντυγχάνομεν. Nescio quo casu factum est ut ΗΜΘΙC et ΠΡΙΝ transponerentur, quo facto non defuit corrector, qui accusativum substitueret: πρὶν ἡμᾶς δεῦρ' ἐλθεῖν.

Non carent novo errore quae continuo sequuntur: ὁ δὲ ταῦτα, ἅπερ πρὸς σὲ νῦν καὶ τότε ἐσκήπτετο πρὸς ἡμᾶς. Quod erat in libris antiquis TATTA quomodo scribendum esse putas? Nempe ταὐτά, *eadem*. Non fugit ea res Heindorfium, cui inconsiderate Stallbaumius obloquitur. Contendit pronomen ταῦτα retinendum esse propterea quoniam etiam omitti posse in talibus constet, ut in Phaed. p. 64 C: ἐὰν ἄρα καὶ σοὶ συνδοκῇ ἅπερ ἐμοί. Confundit *ea* et *haec* (nam Latine optime discrimen sentiri potest), quorum illud omni vi destitutum omitti potest, hoc ἔμφασιν ἔχον non potest. Quemadmo-

dum Latine dici non potest: »mihi placet *hoc* quod Heindorfio," pro: »quod Heindorfio placet *id* mihi quoque placet." et: »mihi *idem* placet quod Heindorfio." sic Graece dici nequit: ἐμοὶ δοκεῖ τοῦτο ὅπερ σοί, sed aut: ἐμοὶ δοκεῖ ὅπερ σοί, aut: ἐμοὶ δοκεῖ ταυτὸν ὅπερ σοί. Ineptum est in talibus librorum fidem invocare. Res nobis est cum vetere scriptura TATTA, quam quomodo imperiti Graeculi saeculo nono acceperint curare non debemus. Mirum est quam caecutiant homines eruditi in librorum Mss. vitiis. In eo loco, quem paulo ante tractabamus, ubi γένος ἑκάστῳ molestum est, annotavit Stallbaumius: »*Et certe Codd. omnes de vulgata lectione egregie consentiunt.*" Fidissimi vero testes illi sunt et integerrimi, quibus quodlibet credas etiam iniuratis. Profecto Iupiter doctis quibusdam peram

Codicum repletam vitiis post tergum dedit,

καὶ βλέποντες οὐ βλέπουσιν. Spretis reliquis omnibus in uno omnium praestantissimo Bodleiano plurimas absurdas scripturas exstare sic semel ostendere iuvat, ut iis tantum locis utar, de quorum corruptela et certa emendatione unanimi consensu constet inter omnes, etiam cautos maxime et formidolosos et ψοφοδεεῖς philologos. Continebo me intra unius Dialogi fines, in quo versamur. In Sophista p. 247 E. pro εἴτ' εἰς τὸ ποιεῖν ἕτερον, in Bodleiano est: εἴ τις ποιεῖν ἕτερον. Nempe ΕΙ et Ι in libris vetustissimis perpetuo inter se permiscentur, quumque ΕΙΤΙCΤΟΠΟΙΕΙΝ scriptum esset pro ΕΙΤΕΙC librarius εἴ τις dedit pro εἴτ' εἰς et in τὸ ποιεῖν resecuit importunum articulum. Sic idem liber saepe παιδείαν et παιδίαν confundit, εἰδῶμεν pro ἴδωμεν substituit et contra ποίησιν pro ποιήσειν, similiaque passim. Stallbaumio utile videtur »*talia interdum certe commemorare, ne his Codicibus ἀναμαρτησία tribuatur.*" Profecto, ut Plato ait, τυφλὸν τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον, nam si quis oculis suis utitur, metus nullus est ne quis tribuat ἀναμαρτησίαν libris passim ἡμαρτημένοις, qualia sunt praeter ea, de quibus supra diximus et infra dicemus, haec potissimum: p. 220 A. ἀνώνυμον ἐᾶν pro ἀνώνυμον ὄν; p. 221 B. τῆς ἀσπαλιευτικῆς περὶ οὗ σύ τε κἀγώ pro πέρι σύ τε. Dittographia erat OT et CT; p. 221 D. τίνα τοῦτον; τὸν — pro τίνα τοῦ; τὸν —, syllaba male repetita;

p. 223 A. τοῦτο γεγονὸς pro τοῦτο τὸ γένος; p. 225 E. καὶ τίς ἄν pro καὶ τί τις ἄν; p. 228 A. διαφθοράν pro διαφοράν; p. 229 E. ἐχρῶντό τε pro ἐχρῶντο τότε; p. 231 E. μάθησιν pro μαθήμασιν; p. 236 D. νῦν ἐπεσπάσατο pro συνεπεσπάσατο; p. 237 A. παισὶν μὲν οὖσιν pro παισὶν ἡμῖν οὖσιν, et mox διζήμενος pro διζήσιος, et sic deinceps in caeteris, unde tria tantum delibabo: p. 254 B. habet παρεικασθῇ pro Attico aoristo παρεικάθῃ, quod quid esset Graeculi non capiebant; p. 244 E. in Parmenidis versibus exhibet;

οὔτε τι μεῖζον | οὔτε τι βεβαιότερον,

contra sententiam et metrum pro βαιότερον. denique p. 243 D. ubi Plato dixerat: *e vestigio*, in Bodleiano sine sensu legitur: κατὰ πολλά γε pro κατὰ πόδα γε. I nunc et huiusmodi lectionibus ἀναμαρτησίαν tribue.

Non Codices sed Editores peccarunt p. 218 A. in verbis: μή με αἰτιᾶσθαι τούτων ἀλλὰ τούσδε τοὺς σοὺς ἑταίρους. Nempe quum in omnibus esset μὴ ἐμέ, sed e Bodleiano μή με prolatum esset, Stallbaumius id ita recepit ut crederet *enclitica* in tali oppositione locum esse idque locis diversissimi generis probare conaretur. Genuinum et sanum est MHME, sed a Graeculis male descriptum, qui crasin Atticam in his inesse nesciebant, ut in Euripidis Phoenissis vs. 630:

κἄν τί σοι, πόλις, γένηται, μή μὲ τόνδε δ' αἰτιῶ.

Notissimum est quam grassentur Graeculi in antiquas Atticorum crases, quas apud illos frequentes admodum et in certis quibusdam vocabulis perpetuas sequiorum temporum librarii perpetuo fere obscurant et explent. Habent hoc Codices vetustissimi ut saepe antiquae craseos aut luculenta exempla intacta servent aut certe veteris scripturae tam manifesta impressa vestigia, ut recta ad veram lectionem te ducant. In Platone libri vetustissimi saepe in talibus servant Platonis manum, saepe peccant cum caeteris. Luculentum exemplum est p. 227 A. ubi pro καθαίρεται καὶ τὰ περὶ τὰ ἐκτός Bodleianus optime servavit: καθαίρεται καὶ περὶ τἀκτός. Luculentius etiam in Timaeo p. 79 A: πᾶν ζῷον αὐτοῦ τἀντὸς — θερμότατα ἔχει, ubi pro τἀντὸς in aliis est παντός, πάντως et τὰ ἐντός. De ea re saepe diximus et quemadmodum antiquae crases saepe in vetustis mendis tuto laterent et alibi ostendi-

mus et in *Var. Lectt.* p. 140. Habeamus igitur Bodleiano libro gratiam et Platoni reddamus: *μὴμὲ αἰτιᾶσθαι τούτων ἀλλὰ τούσδε τοὺς σοὺς ἑταίρους.*

Non uno nomine mendosus est locus, qui legitur p. 218 C: *δεῖ δὲ ἀεὶ παντὸς πέρι τὸ πρᾶγμα αὐτὸ μᾶλλον διὰ λόγων ἢ τοὔνομα μόνον συνομολογήσασθαι χωρὶς λόγου. τὸ δὲ φῦλον, ὃ νῦν ἐπινοοῦμεν ζητεῖν, οὐ πάντων ῥᾷστον συλλαβεῖν εἴ ποτ' ἔστιν, ὁ σοφιστής.* Meliorem lectionem suppeditant libri deteriores, nam *perfecto* opus est *συνωμολογῆσθαι*, non *aoristo συνομολογήσασθαι*. Sententia est generalis et requirit simul verbum *passivum* et tempus *perfectum*. »In unaquaque disputatione, inquit, de re ipsa magis quam de solo nomine *constare* oportet." Id de quo constat *συνωμολογημένον* appellatur, ut in Philebo p. 41 D: *οὐκοῦν καὶ τόδε εἴρηται καὶ συνωμολογημένον ἡμῖν ἔμπροσθεν κεῖται.* Sciendum est autem in Codd. omnibus *-ῆσθαι* et *-ήσασθαι* passim permisceri scribasque augmentum pro re nata aut addere de suo aut demere, quamobrem nostrum est ubique constituere utra scriptura potior veriorque videatur.

Secundum mendum est in verbis *εἴ ποτ' ἔστιν*, quae omnem sanam interpretationem respuunt: sed vera lectio nullo negotio et ex ipsa re colligitur et frequenti admodum Platonis usu confirmatur. Vide modo p. 217 B. *διορίσασθαι σαφῶς τί ποτ' ἐστὶν οὐ σμικρὸν — ἔργον.* pag. 218 B: *ζητοῦντι τί ποτ' ἐστίν.* p. 221 C: *τὸν σοφιστὴν ἐπιχειρῶμεν εὑρεῖν ὅ τι ποτ' ἐστίν*, et p. 264 D, et alibi saepe. Emendandum igitur est: *τὸ δὲ φῦλον — οὐ πάντων ῥᾷστον συλλαβεῖν τί ποτ' ἐστίν*, quod quum feceris futile scioli additamentum *ὁ σοφιστής* manifesto arguitur, neque quisquam intercedet quo minus illuc unde venerit relegetur. Lepide Plato *τὸ φῦλον* dixerat, quod ut *τὸ ἔθνος* ioculariter et contemtim ab Atticis usurpari solet, ut apud Xenophontem in Convivio III. 6: *οἶσθά τι οὖν ἔθνος ἠλιθιώτερον ῥαψῳδῶν*; et Antiphanem Athenaei p. 226 E:

μετά γε τοὺς τραπεζίτας, ἔθνος
τούτου γὰρ οὐδὲν ἔστιν ἐξωλέστερον.

et Latine dicitur: *officiosa candidatorum natio*, et:

est ardelionum quaedam Romae natio.

Sic *φῦλον* usurpavit Eupolis apud Suidam v. *Ἀμφορεχφόρους.*

περιήλθομεν καὶ φῦλον ἀμφορεαφόρων.

Saepius Plato τὸ φῦλον ita ponit, cuius rei unum exemplum apponam ut locum vetere mendo liberem. Editur in Politico p. 260 D: οὐκοῦν καὶ τὸ κηρυκικὸν φῦλον ἐπιταχθὲν τἀλλότρια νοήματα παραδεχόμενον αὐτὸ δεύτερον ἐπιτάττει πάλιν ἑτέροις, ubi Heusdius coniiciebat: ἐπιταχθέντα τἀλλότρια, sed leniore etiam medicina utendum. Ne littera quidem mutanda in ЄΠΙΤΑΧΘЄΝΤΑΛΛΟΤΡΙΑ. Sine articulo Plato dixit ἀλλότρια νοήματα, ut paulo ante: πωληθέντα ἔργα ἀλλότρια παραδεχόμενοι δεύτερον πωλοῦσι πάλιν. Ecce igitur emicat vera lectio: ἐπιταχθέντ' ἀλλότρια νοήματα. Absque vetere mendo fuisset, periisset, ut vides, Attica elisio. In optimo Florentino est ἐπιταχθέντα ἀλλότρια, sed ut cantabant Graeci in sacris:

ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον.

Eodem igitur modo quum Plato dixisset: τὸ δὲ φῦλον, ὃ νῦν ἐπινοοῦμεν ζητεῖν, οὐ πάντων ῥᾴδιον συλλαβεῖν τί ποτ' ἐστίν, ecquis tam plumbeus est ut credat eum, ne quis erret, addidisse: ὁ σοφιστής? Mireris adeo fuisse homunciones tam ieiunos qui talia ante saeculum nonum in suo libro annotarent. Vix capimus decrepitae Graeciae senium et nugas pueriles. Διὸς παῖδες οἱ γέροντες, dixerant Veteres. In additamentis, quibus scioli Platonis scripta commaculârunt, multa sunt tam inficeta et insulsa, ut quidquam mirari desinas, praeterquam id ipsum fortasse, quo pacto insipida emblemata tamdiu Platonis studiosos lectores fallere potuerint. Quia illis hoc firmiter insidet Codicum lectionibus stari oportere, omnia eos experientes videbis et mirifica saepe comminiscentes ut certae interpolationi colorem aliquem et aliquid excusationis reperiant. In animo mihi est multas deinde in Dialogis Platonicis omnibus interpolationes indicare et arguere, nunc paucas quasdam proferam. Editur in Gorgia p. 493 B: οὗτοι ἀθλιώτατοι ἂν εἶεν οἱ ἀμύητοι καὶ φοροῖεν εἰς τὸν τετρημένον πίθον ὕδωρ ἑτέρῳ τοιούτῳ [τετρημένῳ] κοσκίνῳ. Paucos esse arbitror qui nesciant ἕτερος τοιοῦτος poni solere ne praecedens adiectivum aut participium ingrate repetatur, quemadmodum pro verbo praecedente ne ineleganter bis audiatur τοῦτο ποιεῖν vel τοῦτο δρᾶν substitui assolet, ut apud Aristophanem in Pluto vs. 644:

ταχέως, ταχέως φέρ' οἶνον, ὦ δέσποιν', ἵνα
καὐτὴ πίῃς, φιλεῖς δὲ δρῶσ' αὐτὸ σφόδρα.

et sexcenties alibi. Sic ἕτερος τοιοῦτος et aliis multis locis legitur et in Phaedro p. 143 C: εἰ γὰρ ἀκούων τις τύχοι ἡμῶν γεννάδας καὶ πρᾷος τὸ ἦθος, ἑτέρου δὲ τοιούτου ἐρῶν. Quid diceres si in loco Aristophanis esset φιλεῖς δὲ δρῶσ' αὐτὸ πίνουσα σφόδρα? Nihilo minus absurdum est apud Platonem ἑτέρῳ τοιούτῳ τετρημένῳ κοσκίνῳ. Quid Stallbaumius? »cum vi repetitur τετρημένῳ," inquit. Non vidit ἑτέρῳ τοιούτῳ significare τετρημένῳ καὶ αὐτῷ, et non satis distinguebat languida et frigida ab iis quae *vim* haberent. Addam locum ex Apologia p. 35 A. εἰ οὖν ὑμῶν οἱ δοκοῦντες διαφέρειν — τοιοῦτοι ἔσονται αἰσχρὸν ἂν εἴη. οἷουσπερ ἐγὼ πολλάκις ἑόρακα κτέ. Luce clarius est coniungi oportere τοιοῦτοι, οἷουσπερ ἐγὼ πολλάκις ἑόρακα. Omnia sunt uno tenore continuanda et fatuum αἰσχρὸν ἂν εἴη Graeculo qui de suo addidit sine mora reddendum. Non est aliud Platonis scriptum tam corruptum et interpolatum quam Apologia Socratis. Quia liber elegantissimus omnium manibus terebatur, factum est ut ei semper aliquid novarum sordium et ineptiarum adhaereret, quas nemo adhuc detersit. Pauca de multis verbo indicabo. Pag. 34 D. editur: ἐμοὶ, ὦ ἄριστε, εἰσὶ μέν που τινὲς καὶ οἰκεῖοι. καὶ γὰρ τοῦτο αὐτὸ τὸ τοῦ Ὁμήρου οὐδὲ ἐγὼ ἀπὸ δρυὸς οὐδ' ἀπὸ πέτρης πέφυκα [ἀλλ' ἐξ ἀνθρώπων]. Scilicet metuendum erat ne quis eum aliunde natum esse opinaretur. Post pauca p. 35 B: ταῦτα γάρ, inquit (nempe turpiter iudicibus supplicare), οὔτε ἡμᾶς χρὴ ποιεῖν οὔτε ὑμᾶς ἐπιτρέπειν ἀλλὰ τοῦτ' αὐτὸ ἐνδείκνυσθαι ὅτι πολὺ μᾶλλον καταψηφιεῖσθε τοῦ τὰ ἐλεινὰ ταῦτα δράματα εἰσάγοντος καὶ καταγέλασον τὴν πόλιν ποιοῦντος [ἢ τοῦ ἡσυχίαν ἄγοντος]. Saepe μᾶλλον et πολὺ μᾶλλον insulsa supplementa et interpretamenta pepererunt, quae plerumque inficeta tantum sunt, nonnumquam ut hoc loco cum scriptoris sententia pugnant. Non enim hoc Socrates dicit iudices *utrique* malum et exitium minari oportere et ei qui istas tragoedias in iudicio cieret et ei qui fletu et eiulatu abstineret, sed illi *magis* quam huic: sed hoc eum dicere perspicuum est, oportere iudices reo minari sese ad condemnandum multo paratiores futuros si flendo et eiulando et se ipse turpiter dedisset et civitati dedecus af-

fricuisset. Πολὺ μᾶλλον idem est atque πολὺ προθυμότερον, ut in Pluto vs. 101:

ἄφετόν με νῦν. ἴσον γὰρ ἤδη τἀπ' ἐμοῦ.
μὰ Δί', ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἐξόμεσθά σου.

Itaque si apud Platonem verba scioli ἢ τοῦ ἡσυχίαν ἄγοντος expunxeris, id quod Socrates dicit sanum erit. In iis quae sequuntur p. 35 D. emenda: ἀλλὰ πολλοῦ δέω οὕτως ἔχειν pro πολλοῦ δεῖ. Tum misere interpolatus locus sequitur, quem primum correctum et sordibus liberatum describam. Me iudice, Socrates damnatus ita dixit: τὸ μὲν μὴ ἀγανακτεῖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐπὶ τῷ γεγονότι ἄλλα τέ μοι πολλὰ ξυμβάλλεται καὶ ὅτι οὐκ ἀνέλπιστόν μοι γέγονεν. Vide nunc quid lectores Graeculi designaverint: addiderunt participio τῷ γεγονότι interpretationem: ὅτι μου κατεψηφίσασθε. Confodit summo iure ista Hirschigius. Praeterea pronomen plane inutile adiecerunt ἐπὶ τούτῳ τῷ γεγονότι, eaque verba frigidissime in fine iterarunt οὐκ ἀνέλπιστόν μοι γέγονε [τὸ γεγονὸς τοῦτο]. Elegans hercle compositio et Platone digna! Contra necessarium vocabulum omiserunt, quod de meo supplevi in καὶ (ὅτι) οὐκ ἀνέλπιστόν μοι γέγονεν. Non aliter quam ἄλλα τε πολλὰ καὶ ὅτι, vel καὶ τὸ cum infinitivo, in tali re poni posse quis negabit? E vicinia duas litterulas eximam et sic ad Sophistam revertar. Τίνος ὑμῖν ἀντιτιμήσωμαι, ὦ ἄνδρες, inquit? Rectissime enim Hirschigius pro ἀντιτιμήσομαι reposuit necessarium coniunctivum. Deinde sibi ipse respondet: ἢ δῆλον ὅτι τῆς ἀξίας; τί οὖν; τί ἄξιός εἰμι παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι; Natum est TI e N praecedente. Emenda: τί οὖν ἄξιός εἰμι παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι; et senties nunc demum orationem recte et ordine procedere.

Revertor nunc ad Sophistam, ubi offendo p. 219 C. in verbis, quae in Bodleiano sic leguntur: τὰ δέ γε νῦν ἃ δὴ διήλθομεν ἅπαντα εἶχεν εἰς τοῦτο τὴν αὑτῶν δύναμιν. Mendosa haec esse omnes viderunt, etiam ii qui olim Codices descripserunt, quorum alii transposuerunt νῦν δὴ ἃ διήλθομεν, alii veram lectionem repererunt, quae haec est: Ἃ δέ γε νυνδὴ διήλθομεν ἅπαντα κτέ. Editores priorem correctiunculam receperunt: Τὰ δέ γε νῦν δὴ ἃ διήλθομεν, quae nauci non sunt et ne Graeca quidem, nisi forte concoquis quid sit τὰ — ἃ

διήλθομεν. Scribendum esse νυνδή coniunctim neque ea interposito vocabulo disiungi solere et inter se opponi νυνδὴ μέν et νῦν δέ diligenter ostendimus in *Var. Lectt.* p. 233. Origo erroris manifesta est. Ut saepe in littera initiali peccatur, quae aut omittitur negligenter aut praepostere additur, natum est ΤΑΔΕΓΕΝΤΝΔΗ et adscriptum a correctore A, quod postea non sublato vitio ΤΑ in alienam sedem inter νῦν et δή irrepsit. Saepe vidi pronomen relativum aliquo errore interceptum aliena sede a Correctore repositum. Duo e Platone exempla apponam. Legitur in Apologia p. 19. D: τοιαῦτ' ἔστι καὶ τἄλλα περὶ ἐμοῦ ἃ οἱ πολλοὶ λέγουσιν. Male olim legerunt ΤΑΛΛΑ, in quo inest τἄλλ' ἃ: itaque sic emenda: καὶ τἄλλ' ἃ περὶ ἐμοῦ οἱ πολλοὶ λέγουσιν. Recurrit idem vitium in II. libro de Rep. p. 363. A: ἄφθονα ἔχουσι λέγειν ἀγαθὰ τοῖς ὁσίοις ἃ φασι θεοὺς διδόναι. Manifestum est τοῖς ὁσίοις ad διδόναι referendum, non ad λέγειν. Itaque ἃ traiectum esse putant idque alienis exemplis adstruunt. Rectissime dicitur τῶν πόλεων ὅσαι aut τούτων τῶν ἰδεῶν ἥ ἂν τύχῃ, et sim. et passim genitivus ex pron. relativo suspensus praemitti solet; sed fieri non potest ut dativus e verbo sequenti suspensus illi pronomini praemittatur. Corrigendum est ἀγαθά, ἃ τοῖς ὁσίοις φασὶ θεοὺς διδόναι. Scriptum erat ΑΓΑΘΑΑ et altero A omisso sciolus necessarium pronomen alieno loco inseruit. Addam locum Demosthenis ex eodem genere erroris etiam peius depravatum. In oratione κατ' Ἀνδροτίωνος p. 597, 17. editur: ἀλλ' ἃ πάντες ἑοράκατε ἴσθ' ὅτι πρῴην Εὐβοεῦσιν ἡμερῶν τριῶν ἐβοηθήσατε. Contrario errore ex ΑΛΛΑ elicuerunt ἀλλ' ἃ pro ἀλλά, quo facto ἴσθ' inseruit aliquis ruentis sententiae fulcrum. Repone: ἀλλὰ πάντες ἑοράκατε ὅτι πρῴην κτέ.

Notabilis est scripturae discrepantia p. 219. C: τέχνη τις κτητικὴ λεχθεῖσα ἂν διαπρέψειεν, ubi Bodleianus habet verum διαπρέψειεν, caeteri διαγράψειεν, Stobaeus ἐκτρέψειεν. Saepe videbis vetus ΔΙΑΠΡΕΨΑΙ aut in διατρέψαι aut in διαγράψαι corrumpi. Etiam in διατρῖψαι solet idem verbum abire.

Post pauca reseca Ναί in verbis: [Ναί] πρέποι γὰρ ἄν. Hanc voculam Veteres in talibus non addebant, sed Graeculi eam abesse rati de suo sedulo inculcant. Quam saepe ναί a Graeculis obtrudi soleat scriptoribus antiquis, etiam poëtis contra

metrum notum est et de hac re diximus et ipsi in *Nov. Lectt.* p. 211. In Aeschyli Prometheo vs. 982. odiose exprobranti Mercurio:

καὶ μὴν σύγ' οὔπω σωφρονεῖν ἐπίσασαι.

superbe Prometheus respondet:

σὲ γὰρ προσηύδων οὐκ ἂν ὄνθ' ὑπηρέτην.

in Codice Vossiano, qui mihi haec scribenti ante oculos est, legitur:

ναὶ. σὲ γὰρ προσηύδων κτέ.

recte vim voculae γάρ exponunt, sed non sunt ista recipienda in textum. Eximendum iterum est vitium idem e Sophista p. 226. E. ubi dicenti hospiti ab Elea: τὸ καθαρτικὸν εἶδος διπλοῦν ὃν πᾶς ἂν ἴδοι, respondet Theaetetus: [Ναί.] κατὰ σχολήν γ' ἴσως· οὐ μὴν ἔγωγε καθορῶ γῦν. Tetigit eius erroris suspicio Heindorfium quoque, sed reperto loco multum dissimili bonam emendationem abiecit.

Male spernitur bona Heindorfii correctio p. 220. B. in verbis: ἆρ' οὐκ ἂν κατὰ μέγιστα μέρη δύο διελοίμην; Imo vero διέλοιμεν, ut ille primus vidit, quod reliqui omnes propterea non admittunt quoniam in talibus promiscue et διελεῖν et διελέσθαι dici satis constat. Sciebat hoc Heindorfius, si quis alius, sed non propterea, credo, vulgatam correxit, sed quoniam is qui haec subtilissime ita distinguit cum Theaeteto communiter has partitiones instituit et *ubique* ea de causa *plurali* numero utitur sine ulla exceptione, quamobrem διέλοιμεν necessarium est, ut plane dixit de re eadem p. 221. E: δίχα που νυνδὴ διελόμεν τὴν ἄγραν πᾶσαν, caeteraque omnia communi consensu definiuntur et dividuntur.

Verba Platonis, quae leguntur p. 221. C: πότερον ἰδιώτην ἢ τινα τέχνην ἔχοντα θετέον εἶναι τὸν ἀσπαλιευτήν; tam egregie faciunt ad redarguendam Graeculorum fraudem, qua locum in Euthydemo penitus pessumdederunt, ut operae pretium sit eum locum hic apponere et foedissimum mendum patefacere et tollere. In Euthydemo p. 295. E. editur: ἀλλ' εἰ δοκεῖ σοι, Εὐθύδημε, οὕτω ποιεῖν, ποιητέον· σὺ γὰρ πάντως που κάλλιον ἐπίσασαι διαλέγεσθαι ἢ ἐγὼ τέχνην ἔχων ἰδιώτου ἀνθρώπου. Certum est τέχνην ἔχειν et ἰδιώτην εἶναι inter se contraria esse, ut et aliunde satis constat, et Platonis locus in

Sophista vel solus luculenter demonstrat. Itaque τέχνην ἔχων ἰδιώτου ἀνθρώπου significat τέχνην ἔχων ἀνθρώπου τέχνην οὐκ ἔχοντος, quod mirificum esse artis genus mihi dabis. Tamen Plato id ipsum dixerat τέχνην ἔχων ἀνθρώπου τέχνην οὐκ ἔχοντος, sed non de *uno* haec dixerat ut genitivus ἰδιώτου ἀνθρώπου ex τέχνην penderet et absurda esset oratio. Usus est eleganti illo genere compositionis, cuius luculentum exemplum est apud Herodotum in vetusto oraculo IV. 157:

αἰ τὺ ἐμεῦ Λιβύαν μαλοτρόφον οἴδας ἄμεινον
μὴ ἐλθὼν ἐλθόντος ἄγαν ἄγαμαι σοφίαν σευ;

et multa exempla sunt apud omnes, qui exquisitiore compositione utuntur, imprimis apud Oratores et Platonem, cuius unum certe locum similem describam ex Apologia p. 25. B; τοσοῦτον σὺ ἐμοῦ σοφώτερος εἶ τηλικούτου ὄντος τηλικόσδε ἄν; Apparet igitur ἰδιώτου ἀνθρώπου ita suspensum esse ex adverbio κάλλιον, ut praecesserit σὺ ἐμοῦ. Ultro igitur emicat haec emendatio: σὺ γὰρ πάντως ἐμοῦ κάλλιον ἐπίστασαι διαλέγεσθαι τέχνην ἔχων ἰδιώτου ἀνθρώπου, et si umquam antea nunc interpolatorem ἄφυκτον ἔχομεν, qui ante saeculum nonum, quum ΠΑΝΤΩCΘΜΟΥ in πάντως που abiisset, stulte de suo ἢ ἐγώ interposuit et sic se nihil intelligere ostendit.

Tralaticium est in Codicibus Platonis vitium, quod commissum est p. 221. E. in verbis: Δίχα που νῦν διείλομεν τὴν ἄγραν πᾶσαν. Periit syllaba certa correctione restituenda ut pro νῦν διείλομεν reponatur νυνδὴ διείλομεν. Quamquam enim saepissime νυνδή pro ἄρτι, ἀρτίως, ὀλίγον ἔμπροσθεν, *modo*, *paullo ante*, et apud reliquos scriptores Atticos et imprimis apud Platonem occurrit, tamen scribae saepius quam quis credat in re tam nota et protrita turbas dare solent et variis modis Atticum νυνδή vitiare aut mutilare. Huius rei pauca de multis exempla expromam, et intra duorum dialogorum fines me continebo, ex quibus de reliquis coniecturam facere possis. Percurramus Sophistam tantum et Theaetetum et scribarum peritiam ac fidem in re minime obscura aut incerta expendamus. In Sophista p. 219. D. in libris est: τὰ δέ γε νῦν ἃ δὴ διήλθομεν, pro: ἃ δέ γε νυνδὴ διήλθομεν. p. 228. D. in Bodleiano est: ὃν νῦν δὴ λέξαντος ἠμφεγνόησά σου, in aliis ὃ δὴ νῦν, verum est ὃ νυνδὴ λέξαντος κτε. p. 241. B. in

omnibus est: διομολογησαμένους νῦν δή που τοῦτο, ubi emenda: διομολογησαμένους νυνδὴ τοῦτο, expuncto που, quod ex sq. TOT adhaesit. p. 242. A. in Bodleiano est: εἶπον νῦν δήπου λέγων, in caeteris; εἶπόν που νῦν δὴ λέγων, at tu corrige: εἶπον νυνδή που λέγων. p. 260. A. Bodleianus habet: ἐν καιρῷ νῦν δὴ τοῖς τοιούτοις διεμαχόμεθα, alii: ἐν καιρῷ δὴ νῦν, genuinum est ἐν καιρῷ νυνδή. p. 261. C. exhibet Bodleianus: δόξαν καθάπερ ἐρρήθη νῦν δὲ λάβωμεν, alii νῦν δὴ λάβωμεν et νῦν διαλάβωμεν, vera lectio haec est: δόξαν, καθάπερ ἐρρήθη νυνδή, λάβωμεν. Inspiciamus nunc Theaetetum: p. 158. C. editur: ἅ τε γὰρ νυνὶ διειλέγμεθα οὐδὲν κωλύει καὶ ἐν τῷ ἐνυπνίῳ (Bodleianus ὕπνῳ) δοκεῖν ἀλλήλοις διαλέγεσθαι· καὶ ὅταν δὴ ὄναρ ὀνείρατα δοκῶμεν διηγεῖσθαι, ἄτοπος ἡ ὁμοιότης τούτων ἐκείνοις, in quo loco et alia mendosa sunt, de quibus mox dicam, et νυνὶ διειλέγμεθα. Sententia enim requirit ut dicatur: ἅ τε γὰρ ἄρτι (vel πρὸ ὀλίγου) διειλέγμεθα, et Plato de more scripserat non νυνὶ, sed νυνδὴ διειλέγμεθα. Pag 159. C. in omnibus est: καὶ πάντα ἃ νῦν διήλθομεν, sed emendandum est ἃ νυνδὴ διήλθομεν. Similiter p. 162. A. in Bodleiano est: καὶ νῦν δὴ μάλ' ἐμμελῶς σοι ἐφαίνετο ὑπακούειν, in aliis: καὶ δὴ νῦν, verum est: καὶ νυνδή. Post pauca recurrit pervulgatum vitium p. 162. C. in verbis: πρῶτον μὲν ἃ νῦν διήλθομεν, imo vero: ἃ νυνδὴ διήλθομεν. Eadem opera e loco vicino p. 162. A: φίλος ἀνὴρ, ὥσπερ σὺ νῦν δὴ (scrib. νυνδὴ) εἶπες, emenda locum in Sophista p. 241. C: ἔξεις οὖν συγγνώμην καὶ καθάπερ νῦν εἶπες, ἀγαπήσεις, imo vero καθάπερ νυνδὴ εἶπες. Sed videor mihi multos obstrepentes audire et Codicum scripturas sanissimas esse clamantes: nihil enim impedire quo minus νῦν et νυνὶ cum aoristis aut plusquamperfectis coniungantur, et nubem exemplorum ac testium in eam rem excitari posse. Noli existimare qui ita mecum agis illos locos omnes a me aut ignorari aut contemni, sed vide potius ne te aliquis novus error transversum agat. Legitur v. c. apud Demosthenem de Coron. p. 242, 17: καίτοι φιλίαν γε καὶ ξενίαν αὐτὴν ὀνομάζει, καὶ νῦν εἶπέ που λέγων »ὁ τὴν Ἀλεξάνδρου ξενίαν ὀνειδίζων ἐμοί." Nempe νῦν ubique ita ponitur ut duo tempora inter se opponantur aut expressis verbis, ut in νῦν τε καὶ σμικρὸν ἔμπροσθεν, νῦν τε καὶ ἀεί,

τότε μέν — νῦν δέ, τέως — νῦν δέ, προτοῦ μὲν aut πρότερον· μέν — νῦν δέ, πάλαι μέν — νῦν δέ, ut apud Platonem in Sophista p. 244. A: ἡμεῖς δὲ προτοῦ μὲν ᾠόμεθα, νῦν δ' ἠπορήκαμεν, similibusque multis locis, aut sic ut ea duorum temporum comparatio ex totius sententiae conformatione appareat. Aeschines dicitur Alexandri φιλίαν τε καὶ ξενίαν turpe illud ministerium et antea appellare solere, et *nunc* ita dixisse. Itaque Graece dicitur νῦν οὕτω λέγεις, ad eum qui antea aliud dicere solebat, ut apud Terentium est in Adelphis:

nunc demum istaec nata oratio est,

id est: *antea alio modo loquebantur*, ut apud Xenophontem in Hellen. VI. v. 35: θροῦς τις τοιοῦτος διῆλθεν ὡς νῦν ταῦτα λέγοιεν, ὅτε δ' εὖ ἔπραττον ἐπέκειντο ἡμῖν. Itaque si apud Platonem legeretur: καθάπερ νῦν εἶπες, ἃ νῦν διήλθομεν, ἅτε γὰρ νυνὶ διειλέγμεθα, cogitandum esset de alio tempore, quo non haec, sed alia quaedam quis dixisset, exposuisset, disseruisset, id quod in locos Platonis non cadit. Videmus autem δή facillime excidere ubi δι- sequitur, διήλθομεν, διελεγόμεθα, et sim. Praeterea δὴ in δέ abire solet aut prorsus negligi. Deinde νυνδή videmus transponi in δὴ νῦν, aut in νυνί relingi. Miror etiamnunc a Bergkio edi in Aristophanis Nubibus vs. 825;

ἰδού· τί ἐστιν; — ὤμοσας νυνὶ Δία.

ubi Ravennas νῦν δία exhibet, caeteri νῆ νὴ δία, quum sit luce clarius poëtam dedisse: ὤμοσας νυνδὴ Δία. Idem in Thesmophor. vs. 934. retinuit:

νὴ Δί', ὡς νῦν δῆτ' ἀνὴρ
ὀλίγου μ' ἀφείλετ' αὐτὸν ἱσιορράφος,

quum perspicuum sit in NTNΔHTANHP hanc inesse verissimam scripturam:

νὴ Δί', ὡς νυνδή γ' ἀνὴρ
ὀλίγου μ' ἀφείλετ' αὐτόν.

id est: νὴ Δί', ὡς ἀρτίως γε, quod nunc video olim a Dobraeo esse occupatum. Quid esset νυνδή imperiti Graeculi nesciebant: vide mihi quid designaverint in Aristophanis Pace vs. 5, ubi nunc recte scribitur:

ποῦ γὰρ ἦν νυνδὴ Φερες;

sed in Ravennate legitur: νῦν δ' ἤφερες, in aliis νῦν γ' ἤφερες.

ἔμπροσθεν, sive sequitur syllaba δι- sive non sequitur, statim intelligemus nos tralaticii erroris novum exemplum tenere. His igitur argumentis inducor ut credam in Sophista p. 221. E. pro: Δίχα που νῦν διείλομεν τὴν ἄγραν πᾶσαν, emendari oportere: Δίχα που νυνδὴ διείλομεν.

Superest ut ex his incerti poëtae senarium restituam pessime corruptum sed certo remedio sanandum. Apud Photium continuo sequitur: Νυνί μ' ἔπεισας: μᾶλλον νῦν λέγω. Absurda haec sunt. Emenda:

Νυνί μ' ἔπεισας μᾶλλον ἢ νυνδὴ λέγων.

videtur perelegans senarius ex praecedente annotatione nescio quomodo excidisse et ex ora libri in alienam sedem receptus esse. Novo documento is locus est quam facile vetus ΝΤΝΔΗ in νῦν depravetur.

Revertor nunc ad locum in Theaeteto p. 158. C. de quo supra me dicturum esse dixi. Editur: ἅ τε γὰρ νυνὶ διειλέγμεθα οὐδὲν κωλύει καὶ ἐν τῷ ἐνυπνίῳ δοκεῖν ἀλλήλοις διαλέγεσθαι καὶ ὅταν δὴ ὄναρ ὀνείρατα δοκῶμεν διηγεῖσθαι ἄτοπος ἡ ὁμοιότης τούτων ἐκείνοις. Quadruplex corruptela hunc locum inquinat: unum vitium ipse elui νυνδὴ διειλέγμεθα pro νυνὶ διειλ. Alterum Heindorfius ingeniose correxit, duo reliqua acute perspexit sanavitque Hirschigius. Scilicet illa mirifica ὁμοιότης inter haec et illa nunc scribarum vitio nusquam apparet. Plato enim inter se comparat ἅ τε νυνδὴ διειλέγμεθα et ἃ ἂν ἐν ὕπνῳ δοκῶμεν διαλέγεσθαι, de quibus dixerat idem aliis verbis: ὅταν δὴ ὄναρ ἄττα δοκῶμεν διαλέγεσθαι. Factum est ut ΟΝΑΡΑΤΤΑ corrumperetur in ὄναρ ὀνείρατα, et quia ὀνείρατα διαλέγεσθαι incongruum est, Graeculus corrector nescio quis ὀνείρατα, quod vitio natum est, retinuit, sed διαλέγεσθαι in διηγεῖσθαι mutavit, ratus optime dici *somnia narrare*, non *disserere* aut *disputare*. Pro ὄναρ ὀνείρατα pulcherrime emendavit Heindorfius ὄναρ ἄττα, perfecit loci emendationem Hirschigius pro διηγεῖσθαι Platonis manum διαλέγεσθαι revocans. Idem Hirschigius vidit quid lateret in verbis ἐν τῷ ἐνυπνίῳ vel (quod in Bodleiano est) ἐν τῷ ὕπνῳ: nempe ἐν ὕπνῳ, quod plane idem est atque ὄναρ. Scriptura vetus ΕΝΤΠΝΩΙ abiit in ἐνυπνίῳ, quo facto nescio quis ἐν τῷ addidit. Dicebant Attici ἐν ὕπνῳ, καθ' ὕπνον, περὶ πρῶτον ὕπνον, ἐξ ὕπνου ἐγεί-

ρεσθαι et similia. Itaque Platonis locus sic constituendus est: ἅ τε γὰρ νυνδὴ διειλέγμεθα οὐδὲν κωλύει καὶ ἐν ὕπνῳ δοκεῖν ἀλλήλοις διαλέγεσθαι· καὶ ὅταν δὴ ὄναρ ἅττα δοκῶμεν· διαλέγεσθαι ἄτοπος ἡ ὁμοιότης τούτων ἐκείνοις. Vides quam male habiti ante saeculum nonum Platonis libri fuerint. Multae et praeclarae sunt in Platonicis scriptis Hirschigii emendationes, quem veterem ac strenuum in acie critica bellatorem nescio quomodo νέοι τείρουσι μαχηταί, levius et temere τὸν οὐ κατ' ἐκείνους rodentes et reprehendentes, et, ut Platonis verbis utar, (de Rep. VII. p. 539. B.) χαίροντες ὥσπερ σκυλάκια τῷ ἕλκειν τε καὶ σπαράττειν τῷ λόγῳ τοὺς πλησίον ἀεί. Quorum ille voculas et vanos impetus melius, me iudice, contemsisset, et silentio potius quam convicio retudisset. Sed in ea re naturae sequimur semina quisque suae, et Platonem suum imitatus est, qui et ipse saepius indignos sese adversarios tam acriter et mordaciter insectatur, veluti in Theaeteto p. 172. C. — 176. A, ut mirari subeat tantas animis divinioribus iras inesse et vulgi opiniones simul tam superbe contemni et tam odiose refutari. Ut erat autem Plato σφοδρὸς ἐφ' ὅ τι ὁρμήσειεν et in nulla re mediocris, sic in talibus aut in admirationem nimiam aut in contemtum abripitur neutri rei imponens modum. Audi quid de philosopho dicat in Theaeteto p. 174 B: τῷ γὰρ ὄντι τὸν τοιοῦτον (philosophum) ὁ μὲν πλησίον καὶ ὁ γείτων λέληθεν οὐ μόνον ὅ τι πράττει ἀλλ' ὀλίγου καὶ εἰ ἄνθρωπός ἐστιν ἤ τι ἄλλο θρέμμα, τί δέ ποτ' ἐστὶν ἄνθρωπος — ζητεῖ. ubi ἄνθρωπος manifesto requiritur. Quomodo vero is qui τοὺς ἀνθρώπους cognoscere non curet possit τὸν ἄνθρωπον penitus cognoscere philosophus aliquis videat. Lepidus est Sextus Empiricus a Stallbaumio laudatus, qui haec verba Platonis sic accepit ut diceret: ἀκούομεν τοῦ παρὰ Πλάτωνι Σωκράτους διαρρήδην ὁμολογοῦντος μὴ εἰδέναι πότερον ἄνθρωπός ἐστιν ἢ ἕτερόν τι. Sed ad Sophistam revertor.

Periit in vicinia perelegans dictum qualia nemo melius quam Plato necopinato iacere solet. Dixerat sophistam et piscatorem ἀπὸ τῆς κτητικῆς τέχνης profectum utrumque adhuc idem tenuisse iter, ἐκτρέπεσθον δέ γε ἀπὸ τῆς ζωοθηρικῆς, quoniam alius aliam praedam captat: piscator pisces, sophista

adolescentes divites. Itaque hinc diversi abeunt *ὁ μὲν ἐπὶ θάλαττάν που καὶ ποταμοὺς καὶ λίμνας τὰ ἐν τούτοις ζῷα θηρευσόμενος, ὁ δέ γε — —*, cogita primum ipse quid e re ipsa appareat addi oportere. Piscator mare petit et fluvios et lacus pisces capturus, sophista ea loca ubi adolescentulos opibus affluentes venaturus sit. Audi nunc quid apud Platonem legatur: *ὁ δέ γε ἐπὶ τὴν γῆν καὶ ποταμοὺς ἑτέρους αὖ τινάς, πλούτου καὶ νεότητος οἷον λειμῶνας ἀφθόνους, τὰν τούτοις θρέμματα χειρωσόμενος.* Dicam primum quomodo mihi Platonis oratio ab ipso Platone olim conformata fuisse videatur: sic enim quid sit in vulgata lectione inelegans et vitiosum optime apparere poterit. Genitivi *πλούτου καὶ νεότητος* pendebant non ab iis quae sequuntur *οἷον λειμῶνας ἀφθόνους*, sed a praecedentibus *ἐπὶ ποταμοὺς ἑτέρους αὖ τινάς*. Quemadmodum enim *πολὺς ῥεῖν* quis dicitur, et *ποταμὸς μὲν ῥημάτων, νοῦ δὲ ϛαλαγμός*, et saepe *πηγὴ ἄφθονος*, ut Romani *fontem uberem* appellant, sic Plato audaciore usus metaphora *πλούτου καὶ νεότητος ἑτέρους αὖ τινὰς ποταμούς* appellavit, ut iocose addere posset *τὰν τούτοις θρέμματα χειρωσόμενος*, et sic salse describeret *τοὺς νέων πλουσίων θηρευτάς*. Verba *οἷον λειμῶνας ἀφθόνους* a sciolo interpolata sunt aut ad explicandam aut ad molliendam audaciorem metaphoram *ποταμοὶ πλούτου καὶ νεότητος*, sed vide mihi quantum incommodi et molestiarum illud emblema in textum receptum afferat. Primum quis umquam metaphorae metaphoram sic superimposuit ut scriberet aliquid huiusmodi, quale est illud: *ἐπὶ ποταμούς τινας οἷον λειμῶνας ἀφθόνους*, simul diversissima absurde permiscens. Potesne sine risu audire dicentem: »ad *fluvios* quosdam veluti *pinguia et opima prata*." Mirabile certe est hoc novum fluviorum genus. Praeterea quae sunt *θρέμματα*, quae quis *in pingui prato* captare aut venari possit? Armentane et greges? Quales sunt illi fluvii, talis est haec captura ac praeda. Reseca additamentum et omnia habebunt optime: *ὁ μὲν ἐκτρέπεται ἐπὶ θάλαττάν καὶ ποταμοὺς τὰ ἐν τούτοις ζῷα θηρευσόμενος, ὁ δέ γε ἐπὶ τὴν γῆν καὶ ποταμοὺς ἑτέρους αὖ τινὰς πλούτου καὶ νεότητος τὰν τούτοις θρέμματα χειρωσόμενος.* Potuitne urbanius lepidiusque quam sic dicere *ὁ μὲν ἰχθῦς, ὁ δὲ νέους πλουσίους θηρευσόμενος*!

Noli igitur membranarum fidem saepissime in manifesta fraude deprehensarum tantopere revereri ut Platonem tam inepto additamento liberare non audeas.

Continuo post τῆς πεζῆς θήρας dicuntur esse δύο μεγίστω τινὲ μέρη, τὸ μὲν τῶν ἡμέρων, τὸ δὲ τῶν ἀγρίων, et miranti Theaeteto: εἶτ' ἔστι τις θήρα τῶν ἡμέρων; respondet hospes ab Elea: εἴπερ γέ ἐστιν ἄνθρωπος ἥμερον ζῷον. θὲς δὲ ὅπῃ χαίρεις, εἴτε μηδὲν τιθεὶς ἥμερον, εἴτε ἄλλο μὲν ἡμερόν τι, τὸν δὲ ἄνθρωπον ἄγριον, εἴτε ἥμερον μὲν λέγεις αὖ τὸν ἄνθρωπον, ἀνθρώπων δὲ μηδεμίαν ἡγεῖ θήραν. In his manifestum compositionis vitium doctis hominibus aut »*grata structurae conversio*" videtur esse aut »*grata orationis negligentia.*" Difficile esse videtur negligentiae modum quemdam statuere, quem si excesserit, desinat esse *grata*; tamen omnes intelligimus non *omnem* negligentiam *gratam* esse, et nisi caveris perfacile ex grata et eleganti putidam et intolerabilem fieri posse. Priusquam dicam quid de ista negligentia mihi statuendum esse videatur, subiungam ea quae Plato continuo addidit, in quibus mendum est, quo sublato priora rectius intelligi et vitiis liberari poterunt. Nempe haec statim subiiciuntur: τούτων ὁπότερ' ἂν ἡγῇ φίλον εἰρῆσθαί σοι τοῦτο ἡμῖν διόρισον. Putasne sat commode sic ὁπότερα et τοῦτο componi? et ὁπότερα — φίλον? Equidem sat scio aut ὁπότερα — φίλα — ταῦτα scribi oportere, aut ὁπότερον — φίλον — τοῦτο, quorum hoc unice verum est, ut vel vocula ἄν inepte addita demonstrat. Recte dicitur ἑλοῦ ὃν ἂν ἐθέλῃς, quoniam de *pluribus* unum quemlibet deligere quis iubetur, minus recte ὁπότερον ἂν ἐθέλῃς quod ex rei natura nihil plus significare potest quam ὁπότερον ἐθέλεις. Itaque Platonis manus est, τούτων ὁπότερον ἡγεῖ φίλον εἰρῆσθαί σοι τοῦτο ἡμῖν διόρισον. Est quidem in his etiam aliquid quod suspicionem moveat, nam pro διόρισον in Bodleiano est διορισέον, et ἡγεῖ φίλον εἰρῆσθαί σοι pro ἀρέσκει σοι vix Platone dignum videtur, sed hoc certe constat *duarum* opinionum optionem Theaeteto dari, quarum alteram amplexus est. Verum, ut nunc apud Platonem scriptum est, non *duarum*, sed *trium* opinionum hospes Theaeteto facit optionem:

εἴτε μηδὲν τιθεὶς ἥμερον.
εἴτε ἄλλο μὲν ἡμερόν τι, τὸν δὲ ἄνθρωπον ἄγριον.

εἴτε ἥμερον μὲν λέγεις αὖ τὸν ἄνθρωπον, ἀνθρώπων δὲ μηδεμίαν ἡγεῖ θήραν.

Interpretes confugiunt iterum ad *gratam negligentiam*, cui ipsi satis grati esse non possunt quoniam se ex omnibus difficultatibus molestiisque nullo labore expedit. Stallbaumius: »*Similis negligentia est in usu verborum ὁπότερ' ἂν ἡγῇ, quod sic dicitur ut tantummodo ad* duo posteriora *referatur.*" Nemo, sat scio, his acquiescere poterit. Quin igitur mecum emendas:

εἴτε μηδὲν τιθεὶς ἥμερον ἢ ἄλλο μὲν ἡμερόν τι τὸν δὲ ἄνθρωπον ἄγριον,

εἴτε ἥμερον μὲν λέγεις αὖ τὸν ἄνθρωπον, ἀνθρώπων δὲ μηδεμίαν ἡγεῖ θήραν.

mirati Graeculi εἴτε — ἢ — εἴτε, de suo aequarunt omnia et medium ἢ in εἴτε converterunt, quo errore sublato omnia recte procedunt difficultatesque omnes remotae sunt praeter unam. Qualis illa esse videtur orationis negligentia εἴτε — τιθεὶς, εἴτε — λέγεις —, ἡγεῖ δέ, grata an ingrata? Fugit ratio Heindorfium, cui illa grata structurae conversio adeo placet ut se dicat »*vel a Codice oblatum τίθης pro τιθείς*" spreturum fuisse. Deinde vix unum e Xenophonte locum attulit ex Anab. I. 3, 16. quem Platonico similem esse putabat: ἄλλος ἀνέξη ἐπιδεικνὺς μέν —, ἐπεδείκνυε δὲ ὡς εὔηθες εἴη κτἑ. ubi nunc inter omnes constat ἐπιδεικνὺς δέ verum esse. Nullus est negligentiae libertatem quotidiani sermonis imitanti locus in sententia huiusmodi. Θὲς ὅπῃ χαίρεις· εἴτε — ΤΙΘΕΙC, εἴτε λέγεις αὖ. Necesse est, si ineptire noles, utrobique verbum finitum eiusdem temporis ponere, idque et Plato dederat, et in Codicibus antiquis servatum fuerat, quum recentiores Graeculi e Graecitatis imperitia vitium invexerunt. Unice verum est ΤΙΘΕΙC, sed male lectum. Scribendum est εἴτε μηδὲν τιθεῖς ἥμερον κτἑ. Opinabantur Graeculi, quos adhuc plerique sequuntur, olim in usu fuisse has formas: τίθημι, τίθης, τιθησι; tum ἐτίθην, ἐτίθης, ἐτίθη: similiterque ἵημι, ἵης, ἵησι; deinde ἵην, ἵης, ἵη, cum magna compositorum copia. Falluntur. Dicebant Veteres ἐτίθην, sed ἐτίθεις, ἐτίθει; dicebant ἵην, ἀφίην, ξυνίην, sed ἵεις, ἵει; ἀφίεις, ἀφίει; ξυνίεις, ξυνίει. De his nunc quidem nemo dubitat, nemo obloquitur.

Etiam de imperativi forma τίθει, ἵει, ἀφίει, ξυνίει, nulla est controversia. Etiam in verbo δίδωμι constat ἐδίδων, ἐδίδως, ἐδίδω formas esse in Graeculorum cerebris natas, namque Graecos summa constantia dixisse: ἐδίδουν, ἐδίδους, ἐδίδου, et in imperativo δίδου. Eodem modo Veteres constanter dixerunt τιθεῖς, προστιθεῖς, διατιθεῖς, ἐπιτιθεῖς cet. et ἰεῖς, ἀφιεῖς, ἀνιεῖς, ξυνιεῖς, caeteraque. Sequiorum temporum magistri ac scribae, qui didicerant, ut nos omnes olim, τίθημι, τίθης, τίθησιν; et ἵημι, ἵης, ἵησι, Graeca esse, si quando in veterem formam ΤΙΘΕΙC et ΙΕΙC incidissent, corrigebant scilicet τίθης et ἵης, ξυνίης cett. Factum est, ut de ea re Brunckius verum videret (ad Sophocl. Oed. Tyr. vs. 628), Porsonus contra vehementer falleretur (ad Eurip. Orest. vs. 141): nisi quod Brunckius formas Epicas et Atticas commiscuit, qui communis illorum temporum erat error. Memini me mendum eiusmodi evidentia prope dixerim mathematica sustulisse e Castorionis Solensis versiculo apud Athenaeum p. 454. F:

μωσοπόλε θὴρ κηρόχυτον ὃς μελιγυμ' ἵης.

nam quia poëta dipodias omnes ἐνδεκαγραμμάτους laboriose fecerat, et una littera iusto numero deest, patet eum μελιγυμ' ἰεῖς scripsisse, non ἵης. In Eupolidis versiculo trochaico dimetro catalectico, de quo in *Var. Lectt.* p. 220. diximus, editur:

καὶ πείθεις ἄνω σκέλη,

pro καὶ τιθεῖς, et sic passim vetustorum Codicum scripturae antiquas formas aut illaesas servant aut verae formae certa vestigia impressa retinent. Pauca haec exempla in *Sophista* animadverte. Pag. 238. E. editur: ξυνίης τι; sed Bodleianus ξυνιεῖς optime servavit, et iterum p. 243. B: πρὸς θεῶν, ξυνίης ὅ τι λέγουσιν; rectissime idem liber ξυνιεῖς exhibet. Nostro loco ΤΙΘΕΙC certissimam fidem habet: scribae participium esse rati abstinuere manus: tu si indicativo opus esse clare perspicis, scito te formae antiquae intemeratum exemplum tenere. Itaque hoc tenebimus τίθημι, τίθησιν et ἐτίθην proba esse: in caeteris τιθεῖς, ἐτίθεις, ἐτίθει et imperativum τίθει constanter usurpari, ut ξυνιεῖς similiaque: quae in libris occurrunt τιθείς, τίθεις, ξυνίεις leves esse errores, τίθης et ξυνίης ex interpolatione esse profecta, et ad hanc rationem et

reliquos scriptores Atticos et Platonem ubique emaculari oportere.

Inconsulto retinuit Stallbaumius formas barbaras μισθαρνευτικόν et μισθαρνευτικοῦ p. 222. D. et E. nam μισθαρνεύω, quod Lobeckius sibi in spuria quadam Hippocratis Epistola legisse videbatur, neque Graecum est neque illic legitur, sed Ionicum μισθαρνεῦντες. Revoca igitur μισθαρνητικόν et μισθαρνητικοῦ, et etiam in his sublestam vetustorum librorum fidem observa.

Iterum male deseruit Stallbaumius Heindorfium p. 223. E. certum vitium certa medicina tollentem in his: ὅσοις τὸ σῶμα τρέφεται καὶ κέχρηται, imo vero καὶ χρῆται, ut ille optime emendavit plaudentibus omnibus praeter Stallbaumium, cuius errorem vix operae pretium est refutare. Χρῆσθαι et κεχρῆσθαι non magis inter se confundi possunt quam *uti* et *usum esse*, et eo sensu sexcenties recurrunt apud omnes. Stallbaumius Buttmanni nescio quam opinionem probat κεχρῆσθαι rure temporis perfecti significationem habere, multoque saepius significare *semper uti* ideoque *habere*. Deinde affert locos ubi κεχρῆσθαι notet *indigere*; unde sequitur idem verbum poni pro *habere* et *non habere*. Sic igitur de Stallbaumio dici possit Φρεσὶ γὰρ κέχρητ' ἀγαθῇσι, pro *fugit eum ratio*. Praeterea laudat e Xenophonte locum (Memor. II. 6. 7), ubi legitur: ὃν ἂν τοῖς πρόσθεν (ἵπποις) ὁρῶ καλῶς κεχρημένον τοῦτον καὶ ἄλλως οἶμαι καλῶς χρῆσθαι, ubi χρήσεσθαι unice verum est: »quem antea equis recte *usum esse* video, eum et aliis posthac arbitror recte *usurum*." Substitue in his *uti* pro *usum esse* et *usurum* et absurda erit oratio. Quoniam KAI et KЄ perpetuo confunduntur, factum est ut καὶ χρῆσθαι et κεχρῆσθαι saepissime permisceantur et per dittographiam καὶ κεχρῆσθαι scribatur multis locis pro καὶ χρῆσθαι.

Turpe vitium obsidet Platonis perelegantem locum p. 226. A: ποικίλον τοῦτο τὸ θηρίον (ὁ σοφιστής) καὶ τὸ λεγόμενον οὐ τῇ ἑτέρᾳ ληπτέον, cui Theaetetus scite respondet: οὐκοῦν ἀμφοῖν χρή. Plurimorum imitatione celebratus locus est, quos quum pererudite docti homines conquirerent et emendarent, mirabili casu factum est ut Platonem ipsum, τὸν πατέρα τοῦ λόγου, inemendatum relinquerent. Lege mihi eruditam Wytten-

bachii annotationem ad Eunapium p. 58, et qui illic indicantur Kuhnius in Indice Aeliani v. ἕτερος et Kusterus ad Suidam v. Ἐκκείμεθα, et optime hanc causam iudicabis. Plato ipse sic scripserat: οὐ θατέρᾳ ληπτόν, quod duobus modis scribae vitiarunt, qui Atticum θατέρᾳ in τῇ ἑτέρᾳ resolverunt et ληπτόν contra dicti sententiam in ληπτέον deformarunt. Qui facile elabitur et multo labore capitur lepide dicebatur *non altera manu posse capi*, unde scite Theaetetus reponit: *itaque ambabus* eum capere *oportet*. Manifestum est ληπτόν non ληπτέον requiri, et notum est -τόν et -τέον crebro inter se permutari. Quod apud Hesychium legitur: Ληπτέος: ἐπὶ τῶν μὴ εὐαλώτων ἐλέγετο, et mendosum et mutilum esse eruditi viderunt, namque interpretatur proverbium: (Οὐ θατέρᾳ) ληπτός. Idem absurdo errore recepit: Ληκτός: κατάληπτος. Recte suo loco dederat Ἄληπτος: ἀκατάληπτος. Qui hunc flosculum e Platone decerpserunt emendatam scripturam secuti sunt, quam aut intactam ipsi servarunt, aut a Criticis recuperarunt depravatam in θήρᾳ ληπτόν, θάτερα ληπτούς, θατεραλήπτους, οὐδ' ἕτερα ληπτοί, et sim. Haec igitur omnia docti Critici diligenter emacularunt, sed Platonem ipsum, ex quo uno omnia haec fluxerunt, nescio quomodo emendare supersederunt.

Non uno vitio laborat locus p. 228. C: τί δέ, ὅσα κινήσεως μετασχόντα καὶ σκοπόν τινα θέμενα πειρώμενα τούτου τυγχάνειν καθ' ἑκάστην ὁρμὴν παράφορα αὐτοῦ γίγνεται καὶ ἀποτυγχάνει, πότερον αὐτὰ φήσομεν κτέ. Quod in Bodleiano est γίγνηται et ἀποτυγχάνῃ indicio est non OCA sed OCA in antiquo libro fuisse, id est ὅσ' ἂν — γίγνηται καὶ ἀποτυγχάνῃ. Gravioris mendi suspicio subnascitur ubi videmus πειρώμενα in Bodleiano omissum esse quod equidem non tantum non revocaverim, sed etiam duo verba quae sequuntur induxerim. Interpolationem sapiunt et frigidissime adduntur tria verba πειρώμενα τούτου τυγχάνειν, quae prorsus supervacanea venustatem loci minuunt. Καθ' ἑκάστην ὁρμήν enim significat ὁσάκις αὐτοῦ τυγχάνειν πειρᾶται. Mox scribe ὑπ' ἀμετρίας pro ὑπὸ ἀμετρίας, quales hiatus omnes sedulo e Platone et Atticis undique sunt expellendi.

Stallbaumius, qui solet magistrorum additamentis aliquem

colorem quaerere, audacior repente factus p. 229. A. glossema sibi reperisse videtur idque statim *ὀβελίζει* et expungi iubet, nunc quidem librorum omnium fideliter conspirantium unanimem consensum nihil reveritus. Videamus quid rei sit. Verba Platonis haec sunt: *περὶ μὲν ὕβριν καὶ ἀδικίαν καὶ δειλίαν ἡ κολαστικὴ πέφυκε τεχνῶν μάλιστα δὴ πασῶν προσήκουσα δίκη*. Stallbaumio iudice: »*pertinet δίκη ad ἡ κολαστική*." quo semel sumto facili opera demonstrat quam sit hoc absurdum: itaque molestum δίκη utpote »ex glossemate ortum" expungendum esse censet. Non iuvat multis viri doctissimi et diligentissimi errorem redarguere. Satius erit veram scripturam quaerere et expellere vitium, quod eum in fraudem impulit. Δίκη vitiosum est, vel potius antiquum ΔΙΚΗ a Graeculis male lectum est. Quomodo hoc fieri potuit, inquies, ut ΔΙΚΗ male legeretur? Facillime: est enim ΔΙΚΗ aut *nominativus* aut *dativus*, quoniam I adscriptum in libris etiam vetustissimis aut semper omittitur aut saepissime. Ut uno exemplo utar, ΧΡΗ aut *oportet* significat aut *uteris* (*χρή* aut *χρῇ*), et multa sunt similia, ut in Sophista p. 237. C. in Bodleiano est *ἄλλης του δὴ δέοι* pro *ἀλλ' εἰ σπουδῇ δέοι*. Iam intelligis quid mihi Plato scripsisse videatur, nempe: *ἡ κολαστικὴ — τεχνῶν μάλιστα δὴ πασῶν προσήκουσα Δίκη*, quod neque interpretatione indiget neque commendatione. Remove Δίκη et *τεχνῶν μάλιστα δὴ πασῶν προσήκουσα* verba sensu vacua erunt et absurde addita. Nemo in Δίκη requiret articulum, qui promiscuo usu aut additur aut omittitur, ut in libro de Legg. VI. p. 777. D: *ὁ φύσει σέβων τὴν δίκην*, et X. p. 887. D: *δίκην τιμῶντες διαφερόντως ἀνθρώπων*. Caeterum quam vere dicatur *ἡ κολαστικὴ* una omnium artium maxime Δίκῃ *προσήκειν* fugiet, ut opinor, neminem.

Male abundat copula p. 231. D: *τὸ πρῶτον εὑρέθη (ὁ σοφιστὴς) νέων* [*καὶ*] *πλουσίων ἐμμισθος θηρευτής*. Unum et idem genus est, quos saepe Plato *νέους πλουσίους* et alibi et in hoc ipso dialogo appellat.

Iterum importuna vocula eximenda est p. 232. C: *ξύνισμεν ὡς αὐτοί τε ἀντειπεῖν δεινοὶ τούς τε ἄλλους* [*ὅτι*] *ποιοῦσιν ἅπερ αὐτοὶ δυνατούς*.

Plane assentior Heindorfio p. 237. A. ubi in libris est: *σὺ*

γὰρ μήποτε τοῦτ' οὐδαμῇ, φησὶν, εἶναι μὴ ὄντα, elicienti ex his versum Parmenideum:

οὐ γὰρ μήποτε τοῦτο δαῇς εἶναι μὴ ἐόντα.

et mox recipiendum censeo διζήσιος pro διζήμενος in altero hexametro:

ἀλλὰ σὺ τῆσδ' ἀφ' ὁδοῦ διζήσιος εἶργε νόημα.

Titubant indocti scribae in antiquis formis Ionicis ΔΑΗΙC et ΔΙΖΗCΙΟC, quibus sibi notiora supponunt. Duos esse hos hexametros Parmenideos uno tenore continuatos perspicuum est ex altero Sophistae loco p. 258. D. ubi recte διζήσιος scriptum est, sed iterum ΤΟΥΤΟΔΑΗΙC in τοῦτ' οὐδαμῇ abiit.

Quod dicit Plato p. 238. A: Μήπω μέγ' εἴπῃς, a Sophocle sumsisse videtur, cuius celebratus est versiculus:

μήπω μέγ' εἴπῃς πρὶν τελευτήσαντ' ἴδῃς.

Quam notus ille versiculus fuerit ostendit Eumenis iocus fratri Attalo »*uxoris petendae praematuram festinationem obiicientis*" Liv. 42, 16. Insusurravit enim ei in aurem:

μὴ σπεῦδε γῆμαι πρὶν τελευτήσαντ' ἴδῃς.

vide Nauckhium in Tragicorum Graecorum Fragm. p. 220.

Venio nunc ad locum misere interpolatum p. 239. E: interrogatus Theaetetus: τί ποτε τὸ παράπαν εἴδωλον λέγομεν, responderat: τά τε ἐν τοῖς ὕδασι καὶ κατόπτροις — καὶ τὰ γεγραμμένα καὶ τὰ ἐντετυπωμένα, caeteraque huiuscemodi. Cui hospes: φανερὸς εἶ, inquit, σοφιστὴν οὐχ ἑορακώς, mirantique cur ita dicat addit: δόξει σοι μύειν ἢ παντάπασιν οὐκ ἔχειν ὄμματα. Πῶς; quaerit. deinde ea dicit, quae nunc miserrimum in modum sic interpolata sunt in libris omnibus: τὴν ἀπόκρισιν ὅταν οὕτως αὐτῷ διδῷς [ἐὰν ἐν κατόπτροις ἢ πλάσμασι λέγῃς τι] καταγελάσεταί σου τῶν λόγων [ὅταν ὡς βλέποντι λέγῃς αὐτῷ] προσποιούμενος οὔτε κάτοπτρα οὔτε ὕδατα γιγνώσκειν οὔτε τὸ παράπαν ὄψιν. In his loquuntur alternis Plato et sequioris aetatis Graeculus, quorum nunc in unum commista oratio monstrum peperit nullis interpretibus umquam procurandum. Docti homines in nonnullis offendunt et haerent, sed utcumque se expediunt. Heindorfius probe sensit ἐάν ferri non posse pro ὅταν positum, sensit ἐν κατόπτροις recte dici, ἐν πλάσμασι pro πεπλασμένα non item, sensit ὅταν

ὡς βλέποντι λέγῃς αὐτῷ non esse suo loco collocatum, sed ut est in paucis cautus et circumspectus et formidolosus vulgatae acquiescit. Non offendit eum ὅταν ὡς βλέποντι λέγῃς αὐτῷ, quod ita dicitur quasi etiam *alio modo* idem ei dici potuisset, nempe ὅταν ὡς τυφλῷ ὄντι αὐτῷ λέγῃς, quod nemini sano in mentem venire potuit umquam: veluti si quis diceret ὅταν τῷ σώματι λέγῃς αὐτῷ, quasi *alia parte corporis* idem potuisset dicere. Stallbaumius ἐάν expunxit et caetera sic sat bene habere putavit quod nemo probabit. Expungamus utrumque scioli additamentum [ἐὰν ἐν κατόπτροις ἢ πλάσμασι λέγῃς τι], et [ὅταν ὡς βλέποντι λέγῃς αὐτῷ], ac senties id quod superest et sanum esse et integrum. Habent haec in se ipsa omnes numeros veritatis, itaque ἐπειδὴ ὡς βλέπουσι ταῦτα γράφω verbum non amplius addo.

Non sum emendando illi loco qui legitur p. 241. D: φαίνεται τὸ τοιοῦτον διαμαχητέον ἐν τοῖς λόγοις. Suspicor compluscula intercidisse et locum esse insanabilem. διαμαχητέον, quod prorsus ab ea re, qua de agitur, abhorret, nihili Graeculus de suo inseruit. In Bodleiano non est eius vola aut vestigium. Nihil superest nisi ut a loci conclamati et depositi interpretatione abstineamus.

Revoca antiquam loquendi consuetudinem p. 243. B: ὅτε μὲν ἦν νεώτερος — ἀκριβῶς ᾤμην ξυνιέναι, imo vero: ὅτε μὲν ἦ νεώτερος. Constat disertis grammaticorum testimoniis Platonem forma ἦ pro ἦν usum esse, indocti scribae HNΕΩΤΕΡΟC in ἦν νεώτερος de more depravarunt. In talibus potissimum apparet quae sit librorum fides et qualis sit quisque fidei librorum iudex. Plato ubique scripserat ἦ, παρῆ, ξυνῆ, etiam ante vocalem, quemadmodum in plusquamperfectis usurparerat formas exeuntes in -η, -ης et ει, contractas ex -εα, -εας et -εε; in tertia persona ante vocalem -ειν constanter dederat; etiam in imperfectis ᾖα, ἀπῇα, cet. si vocalis sequebatur, ἀπῄειν, παρῄειν cet. posuerat sine ulla varietate, quemadmodum et ᾖμεν, ᾖτε et ᾖσαν ubique dixerat. Omnes Attici olim summa constantia non aliis formis quam his ipsis usi fuerunt: id quod praeter analogiam et Veterum diserta testimonia etiam librorum vetustissimorum scripturae luculenter demonstrant. Qui olim λέξεις Πλάτωνος collegerunt et interpretati sunt eru-

diti Grammatici omnia haec extra omnem dubitationem posuerunt. Unius ex his testimonio utar. Grammaticus adhuc incertus (cuius mihi nomen reperisse videor, ut infra demonstrare conabor) qui λέξιν Πλάτωνος pereruditam condidit, in qua orationis Platonicae rationem et usum diligenter exposuit, a Photio totus in suam farraginem receptus est et sic ad nos pervenit. Duos ex eo locos hos mihi expende: Ἦ: χωρὶς τοῦ ν ἦ περισπωμένως ἀντὶ τοῦ ἔα, ἦμην. καὶ παρῆ ἀντὶ τοῦ παρήμην. περὶ ψυχῆς· καὶ αὐτὸς οὐκ ἦ μυθολογικός. Interpretatur Platonicum ἦ apposito vetusto Homerico ἔα, unde natum est, et sequiorum vitiosa forma ἦμην. Ut in λέξει Πλάτωνος apponit tantum nomen Dialogi: περὶ ψυχῆς. Locus legitur in Phaedone p. 61. B, ubi Stallbaumius edidit οὐκ ἦν μυθολογικός. De plusquamperfecti formis in eadem λέξει haec annotata sunt: v. Ἤιδη: ἀντὶ τοῦ ᾔδειν. Εὐθύδημος· καὶ τῶν δὴ περὶ ψυχῆς· ἀλλὰ σχεδὸν μὲν τι ᾔδη ὁ Κρίτων, quae mutila et corrupta sunt. Laudaverat grammaticus locum ex Euthydemo ubi ᾔδη legebatur: duo insunt p. 271. C: ἔγωγε οὐκ ᾔδη πρωτοῦ κτἑ. et p. 302. A: κἀγὼ ᾔδη γὰρ ὅτι ἐξ αὐτῶν καλόν τι ἀνακύψοι, quem locum manifestum est ex scripturae reliquiis a magistro descriptum fuisse. Nempe καὶ τῶν δή natum est ex ΚΑΓΩΗΔΗ (γὰρ ὅτι κτἑ). Deinde alterum locum e Phaedone (pag. 63. E.) addiderat sic: περὶ ψυχῆς· ἀλλὰ σχεδὸν μέν τι ᾔδη, ἔφη ὁ Κρίτων. Praeterea nobile exstat Panaetii in hanc rem testimonium, de quo dixi in *Nov. Lectt.* p. 213. Ἀττικοὶ τοὺς ὑπερσυντελικοὺς ἐν τῷ η μόνῳ περατοῦσιν ᾔδη λέγοντες καὶ ἐνενοήκη καὶ ἐπεποιήκη καὶ οὕτω φησὶ Παναίτιος ἔχειν τὰς γραφὰς παρὰ Πλάτωνι. quod testimonium egregie confirmatur annotatione, quam ex eadem λέξει Πλάτωνος Photius v. Ἑωράκη descripsit: Ἑωράκη τὸ πρῶτον πρόσωπον, ὡς ἐπεπόνθη καὶ ἐπεποιήκη καὶ ᾔδη (ἀντὶ τοῦ) ᾔδειν. Πλάτων τοῖς τοιούτοις χρῆται σχηματισμοῖς. Grammaticus ἑωράκη sumsit e libro I. de Rep. p. 328. C: διὰ χρόνου γὰρ ἑωράκη αὐτόν, in cuius loci vicinia ἐπεπόνθη occurrit pag. 329. B: ἐγὼ τὰ αὐτὰ ταῦτα ἐπεπόνθη, similiaque passim in Parisino et Bodleiano aetatem tulerunt. Itaque iam vivo Panaetio de ea re dubitatio quaedam et controversia fuit, et quemadmodum alibi ostendimus in libris Hippocratis for-

mas veteres Ionicas ab Editoribus antiquis in vulgares fuisse refictas, sic in Platonis scriptis veteres formae Atticae ad recentiorem scribendi consuetudinem accommodatae sunt. Quod ubi semel luculenter constiterit, simul constat quantum fidei tribuendum sit in tali re Codicibus paulo ante saeculum nonum exaratis. Ad Phaedonis locum Stallbaumius annotavit servata lectione ἤδειν: » *Photius — exhibet formam Atticam* ᾔδη. *sed codices omnes* ἤδειν." Sed, o bone, non Photius exhibet ᾔδη, sed perantiquus auctor τῆς Πλάτωνος λέξεως, sed Panaetius aliquanto etiam antiquior testis diserte docet in Codicibus Platonis eam formam in -η, non in -ειν exire. Si »*Codices omnes*," qui nunc exstant et prae illorum aetate recentissimi sunt, in ἤδειν conspirant, apparet eos *omnes* vitiatos interpolatosque esse. Platonis ipsius manum quaerimus, non opiniones eorum qui tredecim post Platonis mortem saeculis mendosos hos libros exararunt. Libri optimi olim *ubique* formas Atticas solas exhibebant, nunc libri omnium deterrimi et pessimi easdem formas omnes *ubique* habent ex interpolatione refictas. Caeteri omnes, qui inter optimos et pessimos medium locum tenent, modo formas genuinas retinent modo interpolatas scripturas praebent, et ita quidem ut quo sit quisque liber vetustior et fide dignior eo saepius eas formas fideliter servaverit, quibus Platonem usum esse idonei testes memoriae prodiderunt. Ecquid igitur a sana ratione est alienius, et eequa potest esse insignior ἀκρισία quam in ea re librorum omne genus testimonia numerare et ubi plures tamquam pulli in Romanorum auspiciis addixerint, formas sinceras admittere, ubi autem »*aut exigua aut nulla sit librorum auctoritas*" deserere et repudiare id quod solum probum esse et genuinum satis aliunde constet. Tamen id homines eruditos video facientes. Veteres ἦ dicebant pro ἦν: Tragici omnes et Comici non aliter quam sic dixerant: eruditi magistri unanimi consensu illas formas solas comprobant, tamen ubi libri non addicunt, Critici non audent ab iis latum unguem discedere. Schneiderus in praefatione ad Platonis Rempublicam p. 44 sqq. multos locos collegit ubi ἦ Codicum nostrorum testimonio confirmatur, at idem alios locos »*ubi Codices auctoritatem sufficientem non praebent*" nil audet mutare et

vitiosum ἦν retinendum esse arbitratur. Equidem, qui Platonis manum non tantum ex Codicibus mendosis et interpolatis constituendam esse arbitror multoque minus ex singulis in quoque loco Codicum scripturis, Atticum ᾖ etiam invitissimis libris ubique revocandum esse censeo, etiam in compositis παρῇ et ξυνῇ. Critico extorqueri posse non debet esse in talibus certam ac perpetuam analogiam quam ubi semel repertam firmiter undique documentis testimoniisque stabiliverit, futilium librariorum inconstantiam et levitatem et sciolorum interpolationes certo iudicio contemnat. Semper erunt infirmiores qui illam rationem neque capiant neque probent, sed meticulosi fidem librorum implorent et latum unguem a lectionibus tralaticiis non audeant discedere. Etiam hodie vetus doctorum discidium perdurat, καὶ οἱ μὲν Ἀριστάρχειοί ἐσμεν, οἱ δὲ Κρατήτειοι. Sunt qui τὴν ἀναλογίαν sequantur et amplectantur; aliis ἡ ἀνωμαλία praeplacet quam omnibus modis tuentur, fovent aut excusant et »*ferendam esse*" clamant. Non tantum Platoni ubique ᾖ reddendum est, sed Tragicis quoque omnibus et Aristophani caeterisque omnibus poëtis τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας, praeterquam si vocalis sequitur. Plato etiam sequente vocali ᾖ retinuit, ut libri demonstrant iis locis, quibus non sunt interpolati: vide Schneiderum in Praefat. l. l. qui quam inconsiderate librorum, qui nobis nunc soli supersunt, auctoritatem sequatur declarat locus in libro I. de Rep. p. 328. C. ubi edidit: εἰ μὲν γὰρ ἐγὼ ἔτι ἐν δυνάμει ἦν τοῦ ῥᾳδίως πορεύεσθαι πρὸς τὸ ἄνω, οὐδὲν ἂν σε ἔδει δεῦρο ἰέναι. Non ausus est ᾖ recipere, quoniam vix unus est liber Venetus, in quo ᾖ legatur, caeteri omnes in ἦν fideliter conspirant. Melioribus libris usus est Porphyrius, qui quum de forma μονογραμμάτῳ veterum Atticorum ad Homerum disputaret (in Scholiis ad Iliadem E. 533. et ad Odysseam Θ. 186.) quatuor testimoniis utitur, uno Cratini: παρὰ Κρατίνῳ ἐν Πυτίνῃ·

γυνὴ δ' ἐκείνου πρότερον ᾖ, νῦν δ' οὐκέτι.

duobus Sophocleis: καὶ παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ ἐν τῇ Νιόβῃ·

ᾖ γὰρ φίλη 'γὼ τῶνδε τοῦ προφερτέρου.

καὶ ἐν Οἰδίποδι τῷ ἐπὶ Κολωνῷ·

ᾖ δοῦλος οὐκ ὠνητὸς ἀλλ' οἴκοι τραφείς.

quibus denique addit hunc ipsum Platonis locum, quo de agimus, καὶ παρὰ Πλάτωνι τῷ φιλοσόφῳ· οὐ γὰρ ἐγὼ ἐν δυνάμει ἦν τοῦ ῥᾳδίως. Apparet Porphyrium scripsisse: εἰ γὰρ ἐγὼ ἐν δυνάμει ἦ τοῦ ῥᾳδίως (πορεύεσθαι πρὸς τὸ ἄστυ). Stolidi scribae in Cratini loco dederunt: ἦν νῦν δ' οὐκέτι, et in Sophocleo ἦν δοῦλος: vides eos nihil cogitare neque intelligere quid scribant. In Codice unico Sophocleo scriptum est mendose in Oedip. Coloneo vs. 1123. ἦν δοῦλος. Hos tu homunciones, si lubet, sequere: equidem Porphyrium sequor. Schneiderus quoque »*si certo constaret scholii auctorem esse Porphyrium*" Codicem Venetum »*sequi minus dubitasset*," quasi vero absque Porphyrio fuisset aliqua iusta dubitatio esse potuisset. Eodem iure ᾔδη, ἐωράκη, ἐπεπόνθη, ἀπωλώλη, similiaque omnia Platoni ubique reddemus, et in tertia persona -ειν ante vocalem. Diximus de ea re aliquid in *Nov. Lectt.* p. 217, et plura de genere hoc ad alium Platonis locum annotare in animo est.

Quod continuo apud Platonem sequitur duobus aliis scripturae mendis infectum est: ὅτε μὲν ἦ νεώτερος τοῦτό τε τὸ νῦν ἀπορούμενον, ὁπότε τις εἴποι, τὸ μὴ ὂν, ἀκριβῶς ᾤμην ξυνιέναι, νῦν δὲ ὁρᾷς ἵν' ἐσμὲν αὐτοῦ πέρι τῆς ἀπορίας. Primum inepte abundat τε in verbis τοῦτο [τε] τὸ νῦν ἀπορούμενον, sed quum Bodleianus exhibeat τοῦτό τε νῦν facili negotio emendatur τοῦτο τὸ νῦν ἀπορούμενον. Saepe Τϵ et ΤΟ locum inter se mutant. Deinde induxerim frigidum interpretamentum τὸ μὴ ὄν, quod et prorsus est supervacuum et in aliena sede collocatum, namque moleste disiungit τοῦτο τὸ ἀπορούμενον — ξυνιέναι, quae arcte coniungenda esse vides. Non potest enim verbum εἴποι illum accusativum regere. Commode igitur ὁπότε τις εἴποι interponitur, sed inutilis et inepta epexegesis illo certe loco inseri non potuit.

Superest tertium mendum in verbis: ὁρᾷς ἵν' ἐσμὲν — τῆς ἀπορίας. Expuncto articulo scribendum est: ἵν' ἐσμὲν ἀπορίας, quod a Platone dictum est ut Sophocles dixit in Aiace vs. 386: οὐχ ὁρᾷς ἵν' εἶ κακοῦ, et Herodotus I. 215: ἔμαθε ἵνα ἦν κακοῦ, et Euripides in Ione vs. 1271: ἵν' εἶ τύχης, multique alii similia multa dixerunt. Non admittunt haec articulum, et longe alia res est quum dicitur ἵνα — τῆς χώρας, ἵνα —

τῆς πόλεως, ut facile intelligitur: haec enim definita sunt, illa non item.

Remove p. 244. B. Macedonicam imperativi formam ἀποκρινέσθωσαν et Platoni redde suam ἀποκρινέσθων.

In Parmenidis versibus editur p. 244. E:

τὸ γὰρ οὔτε τι μεῖζον
οὔτε τι βαιότερον πελέναι χρεών ἐϛι τῇ ἢ τῇ.

sed barbarum est πελέναι, ut opinor. Lingua Epica habet infinitivos in -έμεν et -έμεναι exeuntes, ut ἀκουέμεν et ἀκουέμεναι, sed forma in -έναι, qualis esset ἀκουέναι, mera est barbaries. Duplex est emendandi via: aut enim πελέμεν emendandum est aut τελέθειν, quod quia aliquanto est usitatius alteri formae praetulerim.

In Theaeteto p. 180. E. legitur alius versus Parmenidis, quo τελέθειν confirmatur. Legitur illic: ἄλλοι αὖ τἀναντία τούτοις ἀπεφήναντο οἷον ἀκίνητον τελέθειν τῷ πάντ' ὄνομ' εἶναι, ubi Heindorfius ex Simplicio affert Parmenidis hexametrum:

οὖλον ἀκίνητόν τ' ἔμεναι ᾧ πάντ' ὄνομ' ἐϛίν.

et probat Buttmanni correctionem τελέθειν pro τ' ἔμεναι. Equidem sic correxerim:

οὖλον ἀκίνητον τελέθειν τῷ πᾶν ὄνομ' εἶναι.

Ut in illo loco τελέθειν abiit in barbarum πελέναι, sic hoc loco in τ' ἔμεναι. Eadem opera liberemus lectione barbara proverbium vetus apud Strabonem IX. p. 408. Casaub.

εἰϛ Σκῶλον μήτ' αὐτὸς ἴναι μήτ' ἄλλῳ ἕπεσθαι.

faex Graecorum dicebat ἴναι multum indignante Phrynicho. Emenda:

εἰϛ Σκῶλον μήτ' αὐτὸς ἴμεν μήτ' ἄλλῳ ἕπεσθαι.

Pag. 245. D. in verbis ἄλλα μύρια ἀπεράντους ἀπορίας ἕκαϛον εἰληφὸς φανεῖται, reiicit Stallbaumius Heindorfii emendationem ἄλλας μυρίας in uno tantum Codice repertum. Non est ulla dubitatio quin ἄλλας μυρίας correctori debeatur, sed corrector ille, quisquis fuit, rectum vidit et Platonis manum ex ingenio optime restituit. Simillimum mendum obsidet locum vicinum p. 245. E: τοὺς — διακριβολογουμένους — πάνυ μὲν οὐ διειλύθαμεν, ὅμως δὲ ἱκανῶς ἐχέτω. Luce clarius est Platonem dixisse: »quamquam non *omnes* enumeravimus, tamen satis esto." Itaque πάντας μὲν οὐ pro πάνυ μὲν οὐ

verum est, idque nunc ex Eusebio revocatum. Sed mutatione opus non esse Stallbaumius existimat, namque ἄλλα μυρία neutro genere recte dici idque apparere e versiculo Aristophanis in Ranis vs. 90. quem Bernhardyus comparaverit:

τραγῳδίας ποιοῦντα πλεῖν ἢ μύρια.

Profecto si τραγῳδίας μύρια concoquere quis poterit pro μυρίας, non facile eum quidquam offendet. Sed salva res est: fugit enim virum acutissimum ratio: πλεῖν ἢ μύρια non refertur ad τραγῳδίας, sed ad praecedens μειρακύλλια:

οὔκουν ἕτερ' ἔστ' ἐνταῦθα μειρακύλλια
τραγῳδίας ποιοῦντα πλεῖν ἢ μύρια,
Εὐριπίδου πλεῖν ἢ σταδίῳ λαλίστερα.

Neque minus fallitur vir optimus ubi confert locum e Menexeno p. 235. B. καί μοι αὕτη ἡ σεμνότης παραμένει ἡμέρας πλείω ἢ τρεῖς, quae verba sana esse putat. Non saniora sunt his Latinis: »dies *plura* quam tres." Emenda πλεῖν ἢ τρεῖς. Solet Atticum ΠΛΕΙΝ corrumpi in πλέον, πλεῖον et πλείω, ut alibi diligenter ostendimus. Quae ad eundem locum apposuit Stallbaumius aut aliena sunt aut corrupta. Diodori Siculi testimonio non utimur, etiam incorrupto. Ἔλαττον dici et πλέον sive πλεῖν nulla est controversia, sed si Attice dicitur γέγονα οὐκ ἔλαττον ἢ τριάκοντ' ἔτη, vel πλεῖν ἢ τριάκοντ' ἡμέρας τοῦ μηνὸς ἑκάστου, quid, quaeso, facit ad locum nostrum? Nihil prorsus. Neque miramur dici πλείω δεδιέναι, ἐλάττω ἐπιδημῆσαι, πλείω λυπεῖσθαι: ubi enim πολλά habet locum, ibidem et πλείω et πλεῖστα. Nemo nescit rectissime et saepissime dici πολλά et ὀλίγα χαίρειν et λυπεῖσθαι, et ἐπιδημεῖν, aliaque sexcenta huiusmodi. Sed quomodo ex illis colliges recte dici ἡμέραι πλείω, ἀπορίαι μύρια, similiaque alia foedissima? Num tu putas ἡμέραι πολλά, aut πολλὰ τραγῳδίαι, aut πολλὰ ἀπορίαι non esse absurda? Nihilo minus absurda sunt μύρια ἀπορίαι et ἡμέραι πλείω.

Non est Graecum quod p. 253 C. legitur: τίν' οὖν προσερεῦμεν, ὦ Θεαίτητε, ταύτην; requiritur enim τί οὖν pro τίν' οὖν, ut perpetuo omnium usu satis constat. *Quo nomine appellas?* Graece dicitur τί καλεῖς; τί ὀνομάζεις; et τί προσαγορεύεις; ut in libro IV. de Rep. 428 D: τί τὴν πόλιν προσαγορεύεις; et alibi passim. Reddenda est eadem loquendi forma Aristophani

in Nubibus vs. 847. ubi Strepsiades filio gallum gallinaceum ostentans ex eo quaerit:

φέρ' ἴδω, σὺ τοῦτον τί ὀνομάζεις; εἰπέ μοι.
— ἀλεκτρυόνα.

nunc sine sensu editur: *σὺ τουτονὶ τί νομίζεις;*

Articulum necessarium excidisse video p. 254 C: *ἵνα τό τε ὂν καὶ μὴ ὂν εἰ μὴ πάσῃ σαφηνείᾳ δυνάμεθα λαβεῖν, ἀλλ' οὖν λόγου γε ἐνδεεῖς μηδὲν γιγνώμεθα περὶ αὐτῶν.* Rescribendum est *τό τε ὂν καὶ (τὸ) μὴ ὄν*, ut *duae* res diversae esse intelligantur. Semper in talibus articulus repetendus est, quem saepe negligenter a scribis omitti alias demonstravimus. Ex huius rei observatione emendandus est locus Aristophanis in Nubibus vs. 1190, ubi sic legitur:

ἐκεῖνος οὖν τὴν κλῆσιν εἰς δύ' ἡμέρας
ἔθηκεν, εἰς γε τὴν ἔνην τε καὶ νέαν.

mirer si illud *γε* concoquere possis. Emendandum est *εἰς τε τὴν ἔνην καὶ τὴν νέαν*, sic enim ex *uno* die, quem Attici *τὴν ἔνην τε καὶ νέαν* appellant, *duo* dies repente existunt, quod ille ioco demonstrare nititur. Scribae, qui in vicinis saepius vulgarem formam *τὴν ἔνην τε καὶ νέαν* legerant, idem pro *τὴν ἔνην καὶ τὴν νέαν* supposuerunt, quo facto ΤΕ praecedens in *γε* mutatum est.

In vicinia p. 254 D. ubi in libris omnibus est: *ἐὰν ἄρα ἡμῖν πῃ παρεικασθῇ — ἀθῴοις ἀπαλλάττειν*, felicissima emendatione Platonis manum revocavit Boeckhius, nempe *παρεικάθῃ*. In talibus optime librorum Punica fides arguitur. Ante saeculum nonum nescientes Graeculi quid esset ΠΑΡΕΙΚΑΘΗΙ inserta litterula notum sibi vocabulum substituunt sententiae securi. Absurdum esse *ἐὰν ἡμῖν παρεικασθῇ ἀθῴοις ἀπαλλάττειν* non venit iis in mentem. Multos errores pepererunt antiqui Atticorum aoristi *διωκαθεῖν*, *ἀμυναθεῖν*, *εἰκαθεῖν*, *ὑπεικαθεῖν*, *παρεικαθεῖν*, *ἀλκαθεῖν*, *σχεθεῖν*, *παρασχεθεῖν*, cet. de quibus est verissima Elmsleii observatio ad Euripidis Medeam vs. 186. Per multa saecula tenuerat vetus error ΔΙΩΚΑΘΕΙΝ et sim. *praesentis* temporis formam Atticam esse pro *διώκειν*, ΑΜΥΝΑΘΕΙΝ pro *ἀμύνειν*, ceteraque ad eundem modum. Hunc errorem pepererunt et aluerunt grammatici veteres, quum ita scriberent: Hesychius *Διωκάθειν*: *διώκειν*, et *Ἀμυνάθειν*:

ἀμύνειν, βοηθεῖν. Timaeus: Διωκάθειν: διώκειν ἐγκαλοῦντα ἢ τρέχοντα. Moeris: Διωκάθειν κοινὸν Δωριέων καὶ Ἰώνων. διώκειν Ἑλληνικῶς. Tandem verum vidit Elmsleius l. l. qui acutissime perspexit *aoristos* hos esse et διωκαθεῖν esse διῶξαι, ἀμυναθεῖν ἀμῦναι sive βοηθῆσαι, εἰκαθεῖν idem quod εἶξαι, et similiter in caeteris. Oblocuti nonnulli sunt, in his Stallbaumius ad Platonis Gorgiam p. 483 A. et ab illo laudatus Hermannus ad Sophoclis Oedip. Colon. vs. 1019. sed quod verum et evidens est evertere non potuerunt. Ἐδιώκαθες in Platonis Gorgia l. l. non minus *aoristus* est quam in Aristophanis Vespis vs. 1197.

κάπρον | ἐδιώκαθές ποτ' ἢ λαγὼν ἢ λαμπάδα
ἕδραμες.

Solus grammaticorum veterum Photius recte monet: Ἤμυναθον: ἤμυνα. Sic igitur εἴκω habebat aoristum εἶκαθον, ut ὑπείκω ὑπείκαθον, et παρείκω παρείκαθον. Neque est ulla dubitatio quin apud Hesychium pro Εἰκαθέσοιμεν: παραχωρήσωμεν corrigendum sit: Εἰκάθοιμεν: παραχωρήσαιμεν. Utraque forma εἰκαθεῖν et παρεικαθεῖν recurrit aliquoties apud Sophoclem. Plato praesens ὑπείκω et aoristum ὑπείκαθον composuit in Apologia Socratis p. 32 A: οὐδ' ἂν ἑνὶ ὑπεικάθοιμι —, μὴ ὑπείκων δὲ ἀπολοίμην, ubi videbis sequiores Graeculos in Codicibus deterioribus pro ὑπεικάθοιμι supposuisse ὑπείκοιμι. Similem fraudem docti homines commissam esse animadverterunt in Euthyphr. p. 15 D, in Gorgia p. 483 A, et in libro II. de Rep. p. 375 D. Confidenter homunciones imperiti formas sibi incognitas in vulgares sic refingunt ut *aoristis* praesentia substituant. Omnium, quos sciam, extremi Iulianus et aequales Platonis studiosi, Themistius et Libanius, horum aoristorum usum et notionem perspectam habuerunt. Disertum est Iuliani testimonium in Orat. VII. p. 234 A: μήτε σαυτοῦ μήτε ἐκείνων ταῖς ἐπιθυμίαις δουλεύων ὑπεικάθῃς, namque μή cum coniunctivo ὑπεικάθῃς coniunctum certo argumento est *aoristum* esse, non praesens. Faex Graecorum in forma vetere ΠΡΙΑCΘΑΙ turbare solet, ut in similibus omnibus κίχρασθαι, κρέμασθαι, πίμπλασθαι, ὀνίνασθαι, πίλνασθαι, πτάσθαι, διαπτάσθαι cett. dabant enim κιχρᾶσθαι, διε-

πτᾶσθαι, πριᾶσθαι, sim. Itaque quum apud Aristophanem legeretur:

ΜΗΠΡΙΗΙ, παῖ, δᾷδ', ἐπειδὴ φῶς Σεληναίας καλόν.

in Nubibus vs. 604, pro μὴ πρίῃ, quod Ravennas servavit solus, supposuerunt πρίω, πρί' ὦ, πρίου, πρίε, quae turpissima vitia sunt. Μὴ πρίω soloecum est quia πρίασθαι apud Veteres est verbi ὠνεῖσθαι aoristus. Eodem argumento demonstratur σχεθεῖν, κατασχεθεῖν, παρασχεθεῖν aoristos esse, cuius rei unum exemplum ex Euripide proferam, ut verba poëtae vetere mendo liberem. In Euripidis fragmento apud Erotianum v. Σκεθροτέραν legitur:

Γυναῖκες, ὁρμήθητε, μηδ' ἀθυμίαν
σχέθῃ τις ὑμῶν.

sed quia et ratio et usus Graecitatis requirunt ut dicatur ἀθυμία ἔχει με, non ἔχω ἀθυμίαν, nullo negotio intelligimus poëtam dedisse μηδ' ἀθυμία σχέθῃ τιν' ὑμῶν.

Semel in Platone lectum παρεικάθῃ a Photio in aliqua Πλάτωνος λέξει repertum et in suam farraginem ita receptum est ut ipsa vetus glossa emendate scripta exstaret, sed interpretatio corrumperetur. Quod enim apud Photium legitur: Παρεικάθῃ: παρέλθῃ, sine controversia ad Platonis locum, de quo dicimus, referendum est; sed quid sibi vult, quaeso, παρέλθῃ? Nihil minus παρεικαθεῖν significare potest quam παρελθεῖν. Verbum impersonale παρείκει μοι significat *conceditur mihi* aliquid, datur mihi alicuius rei copia aut facultas, et Plato scite et urbane ut de loco periculi pleno dixit: »*si quando nobis* contigerit *ut inde tuto et sine malo nos recipiamus.*" Quid igitur vetus magister pro παρεικάθῃ substituit? Credo, id fecit quod in tali re solent: aoristo *praesens* apposuit, ut in Διωκαθεῖν: διώκειν, Ἀμυναθεῖν: ἀμύνειν. Itaque Παρεικάθῃ: παρείκῃ commodissime dare potuit, et hoc si non verissimum est, certe vero est proximum.

Quod legitur p. 254 D. ἃ νῦν δὴ (νυνδὴ) διῆμεν proba et genuina forma est, quam vetusti Codices ubique prope sine ulla varietate integram servarunt, ut in Rep. I. p. 327 B: ἀπῆμεν πρὸς τὸ ἄστυ, et in fine Protagorae p. 362 A, et περιῆμεν in Protag. p. 311 A. (ubi Bodleianus περιήιμεν exhibet), et προσῆμεν in Protag. 316 B. Itaque in Phaedone

p. 59 D. optime Heindorfius reposuit εἰσῆμεν παρὰ τὸν Σωκράτη. Libri deteriores -ήειμεν dare solent, sed satis constat Atticos omnes ἦμεν, ἦτε et ἦσαν cum omnibus compositis constanter usurpasse, quamobrem in libro I. de Rep. p. 352 E. emendandum est: ἐφ' οὓς ἦσαν, pro ἧεσαν. Satis de ea re alibi diximus: nunc satis habeo diserta grammaticorum veterum testimonia addere. In Etymologico M. v. Ἀπῆμεν: — τὸ πληθυντικὸν ἦμεν οἷον προσῆμεν, τὸ δεύτερον ἦτε καὶ συνθέσει·

ταῦτα ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ἀπῆτε βεβουλευμένοι.

quae spectant duos locos Demosthenis, alterum de Fals. Legat. p. 346, 16: προσῆμεν τῇ βουλῇ, alterum de Corona p. 306, 12: ταῦθ' ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ἀπῆτε βεβουλευμένοι, ubi Codices ad unum omnes in vitiosa forma ἀπήειτε conspirant.

Idem v. Εἰσῆμεν: ἀντὶ τοῦ εἰσήειμεν σὺν τῷ ι. Καλλίας Πεδήταις. καὶ εἰσῆσαν ἀντὶ τοῦ εἰσήεσαν Ἀγάθων Ἀερόπῃ. et iterum v. Ἧιεν· Ἀριστοφάνης Πλούτῳ·

ἔπειτα πρὸς τὸ τέμενος ἦμεν τοῦ θεοῦ.

καὶ ἐν Γηρυτάδῃ·

ἦσαν εὐθὺ τοῦ Διονυσίου.

quibus addendum est quantivis pretii testimonium, quod Photius et e Photio descriptum Suidas servarunt. Emendatum hic illic adscribam: Ἧια δισυλλάβως τὸ ἐπορευόμην σὺν τῷ ι γράφεται. οἱ γοῦν Ἴωνες ἤϊα λέγουσι. καὶ ἦσαν τὸ ἧεσαν. καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ οὕτως ἀναγνωστέον· ὅτι ἀκμάζοντές τε ἦσαν ἐς αὐτόν. οἱ δὲ Ἴωνες ἤϊσαν. Ἀριστοφάνης Ὀλκάσιν·

ἐπεὶ δ' ἐγενόμην οἷπερ ἦ ἐπὶ ξύλα.

Haec observatio fluxit ex eruditi ἀττικιστοῦ antiqua λέξει, de qua infra dicemus. Doctus magister duas formas Atticas annotavit ἦα et ἦσαν, quarum illa saepius occurrit, et ἦσαν restituendum est ubi diximus. Vulgata lectio apud Photium haec est οἱ γοῦν Ἴωνες ἤϊα λέγουσι καὶ ἤϊσαν τὸ ἧεσαν. et post pauca: οἱ δὲ Ἴωνες ἧεσαν καὶ ἧισαν, quae mendosa sunt et corrigenda ut supra scripsimus. Quia in libris omisso I scribi solebat HA et HCAN grammatici admonent σὺν τῷ ἰῶτα haec esse scribenda et commode in eam rem utuntur certo indicio dialecti Ionicae. Sic docebant scribendum esse ζῷον, ᾠόν, θῳή et ἀθῷος, ut quae contracta essent e ζῴϊον, ᾠϊόν,

θωϊή et ἀθῴους, quorum usus apud Iones constabat. Eodem igitur modo docuit magister ἧα scribendum esse ex ἧϊα, et ἧσαν ex ἧϊσαν. Quas turbas dederit vetus scriptura HCAN, ΠΑΡΗCΑΝ sim. pro ἧσαν, παρῆσαν cet. alias diligenter demonstravimus, quare nunc quidem verbum non amplius addo.

C. G. COBET.

(*Continuabitur*).

LOCUS IN ACTIS APOSTOLORUM VII. 20. TENTATUS.

Quo saepius in Actis Apostolorum VII. 20. relego verba Stephani: ἐν ᾧ καιρῷ ἐγεννήθη Μωϋσῆς καὶ ἦν ἀστεῖος τῷ θεῷ, eo magis mihi confirmatur suspicio eam scripturam quamquam unanimi librorum Mss. consensu nixam tamen mendosam esse et vitium alere ex antiquissimo scribae errore natum. In re tam aperta et in tanta sententiae simplicitate magna me spes tenet fore ut alii quoque vulgatae lectionis difficultatem sentiant, quam ubi viderint omnem sanam interpretationem respuere et nodum esse inextricabilem, aequis animis laturos esse confido, si abiecto vetere scribae errore ipsam scriptoris manum conjectando reperire studeam. Mendosum est ΑCΤΘΙΟC, in quo quid lateat ita quaerendum est ut primum sententiae loci ratio habeatur et restituatur id quod unice reliquis Stephani verbis conveniat, deinde ut quid requirat loquendi usus doceatur, denique ut palaeographice demonstretur quomodo ex antiqua et proba lectione veteris scribae errore vulgata scriptura nasci potuerit. Mendosum esse ΑCΤΘΙΟC demonstrant eruditorum interpretationes ad unam omnes cum certo et perpetuo Graecitatis usu pugnantes, ut in loco corrupto fieri necesse est, quem nemo potest interpretari nisi ut aliquid comminiscatur ac fingat de suo al

reliquorum omnium perpetuo usu abhorrens. Quo sensu Graece dicatur ἀϛεῖος et παιδίον ἀϛεῖον nemini dubium esse potest. Ἀϛεῖος semper et ubique est *lepidus*, *venustus*, *elegans*, et ἀϛεῖον παιδίον est quem *scitum pucrum* Romani appellant, ut obstetrix apud Terentium in Andria III. 2. 6:

Per ecastor scitus puer *est natus Pamphilo.*

Unum tantum Graecum testem producam plane idem dicentem. Aristaenetus in Epist. I. 19. pag. 91. Boiss. ita scribit: τῆϛ Εἰλειθυίαϛ ἐν καιρῷ ἐπιϛάσηϛ τίκτει παιδίον ἀϛεῖον, τὴ τὰϛ Χάριταϛ. Hanc autem vocabuli ἀϛεῖος significationem unicam verba Stephani non admittunt, neque ἀϛεῖος cum dativo τῷ θεῷ coniungi ullo modo potest. Quid igitur Stephanus dixerat? Nempe non ACTЄIOC, sed ΔЄKTOC, καὶ ἦν δεκτὸϛ τῷ θεῷ, plane eodem sensu, quo scriptor idem in eodem libro (X. 35.) dixit: οὐκ ἔϛι προσωπολήπτηϛ ὁ θεόϛ, ἀλλ' ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβούμενοϛ αὐτὸν καὶ ἐργαζόμενοϛ δικαιοσύνην ΔЄKTOC αὐτῷ ἐϛίν. Noli mirari quo pacto ΔЄKTOC in ACTЄIOC abierit. In unciali veterum Codicum scriptura oculis discerni non potest, nisi ab eo qui hoc agat et Graece sciat, utrum A an Δ, Є an C, K an IC, I an T scriptum sit. Itaque illa litterarum elementa passim in omnibus Graecorum libris confusa esse certis exemplis videmus. Paucissima vide de multis. ΔЄ et AC confusa sunt et alibi et in versiculo Teleclidis apud Photium v. Σεῖσαι·

ἀλλ' ὦ πάντων δὲ τῶν λῷϛοι σεῖσαι καὶ προσκαλέσασθαι
παύσασθε δικῶν ἀλληλοφάγων.

Suidas olim haec fideliter e Photio describens reperit idem vitium δὲ τῶν, quod simul metrum iugulat et sententiam. Porsonus vidit in ΔЄTΩN latere ACTΩN, ὦ πάντων ἀστῶν λῷϛοι σεῖσαι. Confundi K et IC saepissime ipsi ostendimus in *Variis* et *Novis Lectionibus*. Pauci philologi nesciunt Athenaei ridiculum errorem, qui aliud agens pro CICTΦOC legit σκύφος apud Ephorum de Dercylida hominum callidissimo haec scribentem: ἦν γὰρ οὐδὲν ἐν τῷ τρόπῳ Λακωνικὸν οὐδ' ἁπλοῦν ἔχων ἀλλὰ πολὺ τὸ πανοῦργον καὶ τὸ θηριῶδεϛ. διὸ καὶ σκύφειν (imo vero CICTΦON, Σίσυφον) αὐτὸν οἱ Λακεδαιμόνιοι προσηγόρευον. Inspice locum ipsum in libro XI. p. 500 C. et ipsius Athenaei hunc turpissimum errorem esse videbis. Ne umbra

dubitationis supersit audi Xenophontem, qui cum Dercylida in Asia fuit (Hellen. III. 1. 8): Δερκυλίδας ἄρξων ἀφίκετο ἐπὶ τὸ στράτευμα, ἀνὴρ δοκῶν εἶναι μάλα μηχανητικός (urbane pro πανοῦργος). καὶ ἐπεκαλεῖτο δὲ Σίσυφος. Quis igitur scribas mirabitur scribere Ἄκωπος pro Αἴσωπος, Ἐκίδωρος pro Εἰσίδωρος, ἐρκτικός pro ἐριστικός, aut contra λαίσωνες pro Λάκωνες, εἷς ὤν pro ἐκών, ἴσαι pro καί, πλεῖος pro πλεκτός? Quid facias Hesychio eruditissimo (ut aiunt) grammatico, qui bona fide dedit:

Κεῖσθαι: ὑποκεῖσθαι ἐνέχυρα.
Κεισιβδηλευμένοι: νωθροί.
Κείσομαι: τεθήσομαι.

pro Κεκιβδηλευμένοι: νόθοι. Palmam stultitiae praeripuit omnibus scriba qui *ursum* (ἄρκτον) in *virum optimum* (ἄριστον) convertit, Conf. *Var. Lectt.* p. 124. Apud Menandrum aliquis ad vinosam anum ita dixerat:

ἦν τἄλλα δ' ἧς ἄμεμπτος ἕκτην ἐπὶ δέκα
Βοηδρομιῶνος ἐνδελεχῶς ἄξεις ἀεί,

namque illis temporibus, teste Plutarcho in Phocione cap. 6, Chabrias populo παρεῖχεν οἰνοχόημα καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ Βοηδρομιῶνος. Scin quid scribae dederint? εἰς τὴν ἐπὶ δέκα, vid. *Nov. Lectt.* p. 13. Frequentius etiam T et I inter se permiscentur, ut apud Hesychium est Ἀνασπάσιον pro Ἀνάσπαστον, et Ἱέρας: σημεῖον pro Τέρας, et Ἱέρενα: ἀπαλά pro Τέρενα, et contra Ταχή: βοή pro Ἰαχή, et ubi non occurrunt similia? Itaque IC in Tϵ convertitur et contra, ut apud Lucianum ICONHKϵN in libris erat pro TϵΘNHKϵN in ridiculo Dionysii versiculo:

Δωρὶς τέθνηκεν ἡ Διονυσίου γυνή.

vid. *Var. Lectt.* p. 125. Sed quid ego plura huiusmodi congero? Malo locum ostendere ubi iterum ACTϵIOC et ΔϵKTOC a scribis confusa sunt. Apud Alciphronem III. 70. parasitus qui se rure abdiderat aliquanto post vitae rusticae pertaesus in urbem revertitur, sed (inquit) οὐκέθ' ὁμοίως ΔϵKTOC οὐδὲ χαρίεις ἐδόκουν. ΔϵKTOC neque rei convenit, neque Atticis usitatum vocabulum est. Emenda: οὐκέθ' ὁμοίως ἀστεῖος οὐδὲ χαρίεις ἐδόκουν.

C. G. C.

HOMERI LOCUS IN ILIAD. IX. 230. CORRECTUS.

Multo etiam antiquius mendum quam quod in Actis Apostolorum indicavimus deturpat locum Homeri in Iliados libro IX. vs. 230, ubi Ulysses Achillem obsecrat ut Achivis de salute dimicantibus ferat opem et ita dicit:

ἐν δοιῇ δὲ σαωσέμεν ἢ ἀπολέσθαι
νῆας ἐϋσσέλμους εἰ μὴ σύγε δύσεαι ἀλκήν.

Absurdum est σαωσέμεν. Potestne Graece dici σῶσαι pro σωθῆναι? Non potest. Minus etiam futurum σώσειν vel epica forma σαωσέμεν eo sensu usurpari potuit. Quid Poëta dicere debuerit ex ipsa loci natura et necessaria oppositione satis est manifestum. Videamus igitur an reperire possimus quid dixerit. Opponuntur inter se ἀπολλύναι et σώζειν, ἀπολέσθαι et σωθῆναι, ὄλεθρος et σωτηρία, et in aliis multis et imprimis in bello et in iudicio capitali. Pro σωθῆναι Attice dicitur σῶς εἶναι, et passim σῶς ἐστίν et ἀπόλωλεν inter se contraria ponuntur. In lingua Homerica et σῶς et σόος usitata sunt, ut in notis verbis:

νῦν μοι σῶς αἰπὺς ὄλεθρος.

et in Odyss. Π. 131:

εἴφ' ὅτι οἱ σῶς εἰμὶ καὶ ἐκ Πύλου εἰλήλουθα.

et alibi. Saepius σόος recurrit et foemininum σόη Iliad. O. 497:

ἀλλ' ἄλοχός τε σόη καὶ παῖδες ὀπίσσω.

et neutrum σόα Iliad. Ω. 382. et Odyss. N. 364:

ἴναπερ τάδε μοι σόα μίμνοι.

Itaque apud Homerum inter se opponuntur σόον ἔμμεναι et ἀπολέσθαι, ut in notissimo versu:

βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι.

et in Odyss. Δ. 98:

ὤφελον οἱ ἄνδρες σόοι ἔμμεναι οἳ τότ' ὄλοντο.

et in Iliad. E. 531:

αἰδομένων ἀνδρῶν πλέονες σόοι ἠὲ πέφανται.

Viden quid Poëta dederit? Nempe:

ἐν δοιῇ δὲ σόας ἔμεν ἢ ἀπολέσθαι.

Antiqua scriptura COACEMEN duabus litterulis transpositis abierat in CAOCEMEN (ut vetere more scribebatur pro CAΩCEMEN), quam quum solam in suis libris Critici Alexandrini reperissent inemendatam reliquerunt.

C. G. C.

EMENDATUR LOCUS XENOPHONTIS IN HELLEN. VI. 5. 39.

Quod Homero reddidimus vocabulum idem Xenophonti reddendum est in Hellen. VI. 5. 39. Procles Phliasius ad Athenienses orationem habet, cuius haec summa est: *Ferte opem sine mora Lacedaemoniis ne a Thebanis opprimantur et vos sero poeniteat quum soli Thebanorum impetum sustinere debebitis.* συμφορώτερόν γε μέντἂν (inquit) ὑμῖν αὐτοῖς βοηθήσαιτε ἐν ᾧ ἔτι εἰσὶν οἳ συμμαχοῖεν ἂν ἢ εἰ ἀπολομένων αὐτῶν μόνοι ἀναγκάζοισθε διαμάχεσθαι πρὸς τοὺς Θηβαίους. Mendosa haec oratio est et male Graeca. Scilicet vetus librorum mendum nunc infelici Stephani coniectura occultatum magis est quam correctum. In libris est: ἐν ᾧ ἔτι εἰσὶν οἱ σύμμαχοι ἄν, ubi duae litterulae perierunt, totidem vitiose abundant. Stephanus supposuit οἳ συμμαχοῖεν ἄν, quam infelicem correctionem calidius in textum Dindorfius recepit. Aliud quid latet quod proferam ubi prius vulgatae scripturae difficultates ostendero. Non dicitur Graece εἰσὶν οἳ συμμαχοῖεν ἄν (quod Latinum magis est quam Graecum), sed εἰσὶν οἱ συμμαχήσοντες. Praeterea ἔτι εἶναι et οὐκέτ' εἶναι numquam ponuntur pro σωθῆναι et ἀπολέσθαι, sed pro περιεῖναι et οὐκέτι περιεῖναι. Qui in Attica ita dicit:

οἱ μὲν γὰρ οὐκέτ' εἰσίν, οἱ δ' ὄντες κακοί.

hoc dicit: alios diem suum obiisse, fato functos esse, non esse superstites, alios superesse quidem sed nullius pretii esse. Aliud est autem οὐκέτ' εἶναι, οὐκέτι ζῆν, ἤδη τεθνάναι, aliud ἀπολέσθαι. Opponuntur inter se apud omnes Graecos ἀπολέσθαι (ἀπολωλέναι) et σῶς εἶναι, sed formae Atticae ad-

iectivi σῶς, σῶν, σῶ, σῷ et σᾶ multos scribarum et sciolorum errores pepererunt. Xenophon dederat: ΘΝΩΙCΩΙ ἔτι εἰσὶν οἱ σύμμαχοι: id est ἐν ᾧ σῷ ἔτι εἰσίν, et sic demum recte opponitur in sqq. ἀπολομένων αὐτῶν. *dum salvi sunt socii* et *postquam perierunt*. Forma σῷ nusquam fere in Codd. salva est, sed certis indiciis testimoniisque in lucem revocata aut revocanda, de qua re optime monuit nobile par fratrum, Dindorfii: Ludovicus ad Steph. Thes. v. Σῶς et in Praef. ad Anabas. pag. IX, et Guilielmus in Demosthenis Editione Lipsiensi pag. XVI. Praef. Reddiderunt Thucydidi I. 74: ὅτε γοῦν ἤμεν ἔτι σῷ, et Demostheni p. 128, 27: ἕως ἐσμὲν σῷ, et p. 242, 9: ὑμεῖς ἐσὲ σῷ, et p. 359, 9; 388, 28; 446, 4: ἦσαν οἱ Φωκεῖς σῷ, et Xenophonti in Cyropaed. IV. 4. 2: ἐπυνθάνετο εἰ σῷ εἶεν πάντες, et in Anabasi II. 2. 21: ἔγνωσαν ὅτι κενὸς ὁ φόβος εἴη καὶ οἱ ἄρχοντες σῷ, et V. 2. 32: ἅπαντες σῷ ὄντες. His omnibus accedat denique locus Xenophontis a nobis emendatus: ἐν ᾧ σῷ ἔτι εἰσὶν οἱ σύμμαχοι, et comparatio omnium inter sese omnem dubitationis scrupulum evellet.

C. G. C.

EMBLEMA E DEMOSTHENE SUBLATUM.

Quod apud Lucianum Soloni dicit Anacharsis τοῦτ' ἐκεῖνος ἦν ἄρα, ὃ ἐγὼ περὶ ὑμῶν ἤκουον τῶν Ἀθηναίων ὡς εἴητε εἴρωνες ἐν τοῖς λόγοις (in Anachars. cap. 18), quam verum sit in Oratoribus Atticis abunde apparet. Factum est nonnumquam ut sequiorum temporum Graeculi illam antiquam Atticam εἰρωνείαν non caperent et (quod multo peius est) ea de causa locos, quorum vim et leporem non assequerentur, stolide corrumperent aut interpolarent. Vide mihi quid designaverint inepti apud Demosthenem p. 37, 2. Orator dixerat: ὑμεῖς δ' ὁ δῆμος ἐκνενευρισμένοι — ἐν ὑπηρέτου καὶ προσθήκης μέρει γεγένησθε ἀγαπῶντες ἐὰν μεταδῶσι θεωρικῶν ὑμῖν ἢ βοηδρόμια πέμψωσιν οὗτοι καὶ τὸ πάντων ἀνδρειότατον τῶν ὑμετέρων αὐτῶν

χάριν πρὸς ὀφείλετε. Pro ἀνδρειότατον, quod cum acerbissima derisione vehemens orator dixerat, libri omnes praeter unum scioli inficetam παραδιόρθωσιν exhibent: ἀνανδρότατον. Solus S Parisinus verum servavit, et in duobus aliis in margine annotatum est: γρ. ἀνδρειότατον εἰρωνικῶς. Saepe illud ἀνδρεῖος Atheniensibus εἰρωνευομένοις solet esse in ore, veluti apud Aristophanem in Avibus vs. 91:

ὦγάθ', ὡς ἀνδρεῖος εἶ.

Hinc corrigi poterit lepidus locus Philodemi in libro περὶ Κακιῶν (Volum. Herculanens. IV. pag. 45.) τὸν εἴρωνα describentis, quem dicit solere μὴ ψιλῶς ὀνομάζειν ἀλλὰ Φαῖδρος ὁ καλὸς καὶ Λυσίας ὁ σοφὸς καὶ ῥήματ' ἀμφίβολα τιθέναι ΧΡ * * * * *, ἡδύν, ἀφελῆ, γενναῖον, ΑΝ * * * * ΟΝ, καὶ παρεπιδείκνυσθαι μὲν ὡς σοφὰ προσάπτειν δ' ἑτέρῳ, ὡς Ἀσπασίᾳ καὶ Ἰσχομάχῳ Σωκράτης. Apparet supplendum esse χρηστόν et ἀνδρεῖον. Χρηστός ironice dictum satis notum est e Platone, vid. Ruhnken. ad Tim. v. Ἡδύς: εὐήθης. Ironicum ἀνδρεῖος occurrit apud Oratores. Hyperides ὑπὲρ Εὐξενίππου col. 24, 6: ἀλλ' ὅμως Πολύευκτος οὗτως ἐστὶν ἀνδρεῖος ὥστε εἰσαγγελίαν διώκων οὐκ ἔφη δεῖν τοὺς φεύγοντας τῷ εἰσαγγελτικῷ νόμῳ χρῆσθαι. Composui haec ut mihi viam munirent ad locum Demosthenis turpissimo emblemate liberandum. In oratione κατὰ Διονυσοδώρου p. 1295, 2. omnes adhuc aequis animis legimus: ἀλλ' οὕτως ἀνδρεῖος εἶ [μᾶλλον δ' ἀναίσχυντος] ὥστε ἐκ τῆς συγγραφῆς ὀφείλων ἡμῖν διπλάσια τὰ χρήματα οὐκ οἴει δεῖν οὐδὲ τοὺς τόκους τοὺς γιγνομένους ἀποδοῦναι. Audisne Graeculum stulte Oratori obstrepentem? Notum est μᾶλλον δέ ita poni ut addatur aliquid quod multo plus habeat ponderis, ut apud Alexidem Athenaei p. 544 E:

Ἀρίστιππος σοφιστὴς εὐφυής
μᾶλλον δὲ πρωτεύων ἁπάντων τῶν τότε.

et apud Oratores passim. Utrum tibi acrius et vehementius dictum esse videtur ἀνδρεῖος an ἀναίσχυντος? Quam fatuum est τὴν εἰρωνείαν sic patefacere et corrumpere. Quid diceres si in Platonis Euthydemo p. 300 A. ubi est: οὕτως ἡδὺς εἶ, vel in Hippia maiore p. 288 B. ubi legitur: ὡς γλυκὺς εἶ, ὦ Σώκρατες, addere quis vellet: μᾶλλον δὲ μωρός vel ἠλίθιος vel

ἀνόητος vel simile quid? Quis talia ferret? Nemo hercle. Itaque ne in Demosthene quidem ferendum est, nisi quis esse velit, ut Graeci subridentes dicunt, χρυσοῦς, vel, ut indignabundi loquuntur, σιδηροῦς, vel, ut Romanis in ore est, *plumbeus*.

C. G. C.

ISAEI LOCUS RESTITUTUS.

Edidit nuper Isaei orationes vir doctissimus C. Scheibe diligenter recognitas et multis locis feliciter restitutas, quas quum mihi amanter dono misisset nactus aliquid otii studiose omnes relegere coepi et vidi complura recte et ordine constituta et emendata, hic illic (ita uti fit) ab Editore dissentiens et aliud latere in corrupta Codicum scriptura suspicans, quorum unum nunc promere iuvat. Editur in Orat. VII. 35: καὶ μὴν οὐδὲ ἀλλότριον ἀλλ' ὄντα ἀδελφιδοῦν (υἱόν με ἐποιήσατο) — οὐδ' αὖ ἀφιλότιμον ὃς τὰ ὄντα ἀφιέναι ἔμελλον, ὥσπερ οὗτοι τὰ τοῦ κλήρου πεποιήκασιν, ἀλλὰ βουλησόμενον καὶ τριηραρχεῖν — καὶ χορηγεῖν — ὥσπερ κἀκεῖνος. Comiter me reprehendit Editor quod sola Bekkeri editione uti soleam neque Baiteri Sauppiique elegantissimam Oratorum Atticorum editionem adhibeam in qua occupata sint multa quae mihi nova esse videantur. Polliceor me posthac nullum Isaei locum esse tractaturum nisi inspecta Scheibii editione, in qua Turicensium et aliorum inventa ordine disposita prostant. Nihil tamen me illa iuvabunt ad emendandum locum quem supra descripsi. Mendosum est sine controversia ἀφιέναι in verbis τὰ ὄντα ἀφιέναι ἔμελλον. Negant Turicenses et proferunt duos Platonis locos ubi τὰ ὅπλα ἀφιέναι legatur et Solonis Σαλαμινα-φέτας. At hoc quidem nemo nescit ἀφιέναί τι Graecum esse et significare *id quod manibus teneas* aut in potestate habeas *missum facere*, *dimittere* vel *abiicere*, sed nemo umquam dixit τὴν οὐσίαν, τὰ ὄντα, τὰ ὑπάρχοντα ἀφιέναι pro ἀπολλύναι

vel διαφθείρειν. Praeterea si quam maxime ἀφιέναι hoc significare potuisset, nihil est ab Isaei sententia alienius. Estne hoc, quaeso, hominis ἀφιλοτίμου rem familiarem perdere et dilapidare? Plane contrarium Athenis quidem usu venire solebat, ubi οἱ φιλότιμοι solebant τὰ ὄντα καταλειτουργεῖν, et hoc ipsum appellatur φιλοτιμεῖσθαι si quis splendide et magnifice suas opes in reip. usum aut decus effundit et exhaurit. Nota referam ut unusquisque Isaei manum ipse excogitare possit. Solebant οἱ ἀφιλότιμοι ἀποκρύπτεσθαι τὰ ὄντα ἵνα μὴ λειτουργοῖεν, contra οἱ φιλότιμοι dicuntur τὰ ὄντα φανερὰ καθιςάναι καὶ λαμπρῶς καὶ φιλοτίμως πάντα ὑπηρετεῖν τῷ δήμῳ. Notum est quo pacto sordidiores opes suas celaverint et quae sit οὐσία φανερά et quae ἀφανὴς οὐσία. Quemadmodum igitur dicitur φανερὰ τὰ ὄντα καθιςάναι, sic contra ἀφανίζειν τὴν οὐσίαν Atticum est pro ἀφανῆ ποιεῖν καὶ ἀποκρύπτεσθαι. Audi Demosthenem XLV. 66: ταῦτα μέντοι — ἐπὶ τῷ τὴν πόλιν φεύγειν καὶ τὰ ὄντα ἀποκρύπτεσθαι προῄρηται πράττειν — ἵνα μήτε χορηγῇ μήτε τριηραρχῇ. Est operae pretium componere Lysiam XX. 23. cum Isaeo in hac ipsa oratione VII. 39. Lysias ita dicit: ἐξὸν αὐτῷ τὴν οὐσίαν ἀφανῆ καταςήσαντα μηδὲν ὑμᾶς ὠφελεῖν εἵλετο μᾶλλον συνειδέναι ὑμᾶς ἵν' εἰσφέροι τε τὰς εἰσφορὰς καὶ λειτουργοίη. Isaeus sic: οὐδὲ βίᾳ μὲν ἐζήτει τἀλλότρι' ἔχειν, ὑμᾶς δ' ᾤετο δεῖν μηδὲν ὠφελεῖν, ἀλλὰ φανερὰ τὰ ὄντα καταςήσας ὑμῖν ὅσα προστάττοιτε πάνθ' ὑπηρέτει φιλοτίμως. Itaque ἀφιλοτίμου ἀνθρώπου erat ἀφανίζειν τὴν οὐσίαν, ut apud ipsum Isaeum est XI. 47: ὡς ἐγὼ τρεῖς κλήρους εἰληφὼς καὶ χρημάτων πολλῶν εὐπορῶν ἀφανίζω τὴν οὐσίαν ἵν' ὡς ἐλάχισθ' ὑμεῖς αὐτῶν ἀπολαύητε. Quid igitur scripsit Isaeus pro: οὐδ' αὖ ἀφιλότιμον ὃς τὰ ὄντα ΑΦΙΕΝΑΙ ἔμελλον? Luce clarius est, nempe ΑΦΑΝΙΕΙΝ, ὃς τὰ ὄντα ἀφανιεῖν ἔμελλον. Plus mihi in ea re Bekkerus quam Turicenses profuisset, nam Bekkerus rem ipsam assecutus est sed Oratoris manum non reperit. Coniecit enim ἀφανίσαι pro ἀφιέναι. Nesciebat enim, et etiamnunc multi nesciunt, ἔμελλον ἀφανίσαι soloecum esse.

In eodem opinionis errore versabatur Isaei Editor quum retineret V. 5: ἔμελλον ἀπολογήσασθαι, et XI. 25: ἔμελλον ἐπιδι-

κάσασθαι, pro ἀπολογήσεσθαι et ἐπιδικάσεσθαι. Melius etiam reposuisset futurum II. 32: ὠμόσαμεν εὖ ποιεῖν ἀλλήλους ἐκ τοῦ ἐπιλοίπου χρόνου, imo vero εὖ ποιήσειν, et VIII. 1. ubi verum est ἀφανιεῖν ἐλπίζουσι pro ἀφανίζειν, et XI. 22, ubi scribendum est: προσδοκῶν τούτοις τοῖς λόγοις ῥᾳδίως ὑμᾶς ἐξαπατήσειν pro ἐξαπατῆσαι.

Quamquam hi omnes manifesti errores sunt tamen iis qui talia intacta reliquerunt aliquid veniae dandum est propter Codicum omnium communem corruptelam. Non est ullus cuiusquam Oratoris Codex, non ulla editio huiusmodi erroribus vacua. Duo exempla vide. Apud Antiphontem est I. 14: ἦν αὐτῷ παλλακή, ἣν ὁ Φιλόνεως ἐπὶ πορνεῖον ἔμελλε καταςῆσαι, pro καταςήσειν. Apud Demosthenem p. 764, 15. Dindorfius edidit: ὃς εἷς ὢν καὶ οὐ δήπου μέλλων καταλύειν ὑμᾶς ἀλλὰ τοὐναντίον αὐτὸς ἐν ὑμῖν — ἀπολέσθαι, ubi alii libri servant lectionem vel invitis libris omnibus restituendam μέλλων καταλύσειν — ἀπολεῖσθαι.

Ad Isaeum propediem revertar.

C. G. C.

RIDICULUS ERROR E PLATONE REMOTUS.

Editur in Platonis libr. de Leg. XI. p. 932 C: ἐὰν δὲ τῶν ἀμελειῶν περὶ γονέας μὴ ἀφιςῶνται — εἰς δικαςήριον εἰσαγόντων αὐτοὺς εἰς ἕνα καὶ ἕκαςον τῶν πολιτῶν οἵτινες ἂν ὧςι πρεσβύτατοι ἁπάντων. ἂν δέ τις ὄφλῃ τιμάτω τὸ δικαςήριόν ὅ,τι χρὴ τίνειν ἢ πάσχειν. Mirificum est hoc iudicii genus, quod quomodo peragi potuerit difficile dictu est, si reus εἰς ἕνα καὶ ἕκαςον adduci debuerit. Neque hoc facile est ad intelligendum quomodo dici potuerit οἵτινες ἂν ὧςι πρεσβύτατοι ἁπάντων nisi de certo ac definito iudicum numero. Omnes has difficultates una litterula exemta removebit. Iudices *centum et unus* in illo consilio sedebant. Emenda: εἰς ἕνα καὶ ἑκατὸν τῶν πολιτῶν οἵτινες ἂν ὧςι πρεσβύτατοι ἁπάντων.

C. G. C.

AD

PHOTII LEXICON.

CAPUT I.

BOETHI

λέξεων Πλατωνικῶν συναγωγὴ

κατὰ στοιχεῖον.

EIUSDEM

περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀπορουμένων λέξεων.

Pollicitus sum nuper, quum multis argumentis et exemplis diligenter ostendissem quantum ineptiarum in Photii Lexico inesset et in quam multos gravissimos et turpissimos errores se implicuisset ille, quem omnes suae aetatis eruditissimum et acutissimum hominem fuisse perhibent, me alio tempore demonstraturum esse quid sit in Photio boni. Datam fidem nunc aliqua ex parte solvam.

Solebant olim qui veterum scriptorum λέξεις condebant aut cuiuslibet generis λέξεων συναγωγὰς componebant impudentissime alienos libros eiusdem argumenti describere et aliorum labores sine ulla religione aut pudore in suum librum transferre. Nonnulli aequalium scrinia compilabant, plerique antiquiorum scripta securi transscribebant et edebant pro suis. Addebant nonnumquam aliquid de suo ne furtum esset manifestum. Rei pervulgatae unum exemplum proferam. Photius

in Bibliotheca (in Cod. 150.) legisse se scribit λεξικὸν Ἰουλιανοῦ τῶν παρὰ τοῖς δέκα ῥήτορσι λέξεων κατὰ στοιχεῖον. Ibidem lectum a se narrat Diodori librum eiusdem argumenti: οὐδὲν δὲ ἧττον (inquit) καὶ Διόδωρος εἰς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν διεπραγματεύσατο. Diodorus quoque scripserat Λεξικὸν τῶν παρὰ τοῖς δέκα ῥήτορσι λέξεων κατὰ στοιχεῖον. Erat autem liber unus et idem: alter enim alterum fideliter ad verbum descripserat, sed in Iuliani libro multo plura veterum scriptorum testimonia adscripta erant, quae apud Diodorum non legebantur. Ἰουλιανῷ (inquit) ἡ τῶν μαρτυριῶν χρῆσις ἐπὶ πλέον παρατίθεται. Caeterum descriptum esse fideliter alterum ex altero Photius his verbis diserte testatur: δοκεῖ ὥσπερ μεταγραφῇ θατέρῳ τὸ σπούδασμα ἀλλ' οὐχὶ ἰδίᾳ ἑκατέρῳ αὐτῶν συνειλέχθαι. Non est acuto viro et attento lectore satis dignum quod Photius his continuo addidit: ὅστις δὲ χρόνῳ τῶν δύο πρεσβύτερος (δοκεῖ γὰρ ὥσπερ μεταγραφῇ — συνειλέχθαι), ἀλλὰ τίς ἐξ ἄλλου μετέγραψε τέως οὐκ ἔχω λέγειν. Non est enim dubium quin Iuliani liber antiquior ab isto nescio quo Diodoro fuerit in Epitomen redactus resectis passim veterum poëtarum et scriptorum testimoniis. Plane idem in Harpocratione usu venisse scimus, qui quum scripsisset λέξεις τῶν δέκα ῥητόρων, in quibus (ut Photii verbis utar), ἡ τῶν μαρτυριῶν χρῆσις ἐπὶ πλεῖστον παράκειται, factum est ut aliquanto post idem liber a nescio quo in Epitomen redigeretur, omissis ut plurimum scriptorum veterum et poëtarum locis, quos Harpocration olim magna cura et diligentia collectos apposuisset. Exstat hodie uterque liber et integer et in brevius contractus, unde cognosci potest quam viam ac rationem in tali re οἱ ἐπιτεμνόμενοι sequantur. Auctoritates adscriptas et testimonia veterum et poëtarum locos resecant nihil ad rem facere rati; *res ipsas* tenere satis esse inepti opinantur, easque quam paucissimis verbis ex ipso auctore sumtis et fere numquam mutatis complectuntur. In tanta furandi compilandique impudentia et licentia non miraberis eum qui Iuliani epitomen confecisset auctoris nomen silentio tegere ac suum nomen, DIODORUM, in fronte operis inscribere. Itaque qui Iuliani liber erat Diodori esse dicebatur: quod quam tuto et impune committi potuerit, Photius, doctissimus ille scilicet et acutissimus librorum Censor, demonstrat

qui fraudem manifestam tenens manibus »*non habeo dicere* (inquit) *uter sit antiquior, atque adeo uter alterum descripserit.*" Simul mihi obiter animadverte quam vitiose doctus Censor loquatur qui non dubitaverit scribere *τίς ἐξ ἄλλου* et *ὅτις πρεσβύτερος*, quae non sunt minus foeda quam si Latine velles dicere: »*quis* sit antiquior" et: *quis ex alio* pro: *uter ex altero*, *πότερος ἐκ θατέρου*. Antiquissimum exemplum spissioris *λέξεως* in Epitomen contractae memini me legere apud Erotianum in Praefatione *τῆς τῶν παρ' Ἱπποκράτει λέξεων συναγωγῆς*, ubi quum narrasset *τὸν Ταναγραῖον Βακχεῖον διὰ τριῶν συντάξεων* glossas Hippocratis explicuisse *πολλὰς παραθέμενον εἰς τοῦτο μαρτυρίας ποιητῶν*, statim mentionem subiungit *Παρεπικελεύσου τοῦ Κρητὸς τοῦ ἐπιτεμομένου τὰς Βακχείου λέξεις*. Resecuit et ille, ut probabile est, poëtarum locos, a Bacchio plurimos adscriptos, et sic librum pulcherrimo ornamento spoliavit, quod etiam propterea iniquissime ferendum erat, quoniam ipsum Aristarchum constabat illam exemplorum copiam Bacchio collegisse. Testis est Galenus in Praefatione *τῆς τῶν Ἱπποκράτους γλωσσῶν ἐξηγήσεως* p. 404: *ὥσπερ ἐποίησε Βακχεῖος Ἀριστάρχου τοῦ γραμματικοῦ τὸ πλῆθος αὐτῷ τῶν παραδειγμάτων ἀθροίσαντος, ὡς φασιν*. Ex illa igitur describendi alieni operis licentia saepe factum est ut verus auctor eruditae annotationis variaeque grammaticae suppellectilis ignoraretur et impudentes ac nihili Graeculi veluti graculi pennis alienis exornati apud seros posteros sese efferrent iactarentque. In ipso Iuliano, de quo modo diximus, et in Diodoro, qui eum in brevius contraxit, aliquid huiusmodi usu venisse suspicor, de qua re melius agam ubi alia quaedam praemisero, quae non tantum magnam veri speciem sed certam habent et indubitatam fidem. Nempe ego Photium suam *λέξεων συναγωγὴν* totam, quanta est, illó quo dixi modo ex antiquiorum grammaticorum *λέξεσι* compilasse et contexuisse contendo ac demonstratum dabo. Photius *de suo nihil prorsus addidit* ac totus sapit ex iis, quae olim aliorum doctrina et industria e veterum scriptorum praesertim Atticorum lectione sedulo collegit. Photius ipse numquam antiquos poëtas aut historicos aut oratores aut philosophos ita legit ut ex iis sui Lexici materiem vel in unum comportaret vel certe augeret et amplifi-

caret. Photius ipse numquam antiquum dicendi genus vel Atticam loquendi consuetudinem animadvertit aut in commentariis notavit. Numquam Veterum loquendi usum exquisitum et reconditum et longo saeculo obsoletum et antiquatum observavit et ad sequiorum συνήθειαν exegit. Numquam in vocabulorum priscorum forma aut significatione aut compositione indaganda et constituenda occupatus fuit. Numquam in Veterum scriptis Photius ipse aut intricatos locos expedivit aut corruptos emendavit vel certe conatus est emendare. Tamen Photii nomine inscriptam habemus spissam et copiosam et eruditissimam λέξεων συναγωγήν, in qua illa omnia, quibus nihil quidquam operae Photium dedisse contendimus, ubique sedulo fieri videmus. Scilicet illa omnia Photius non *scripsit*, sed *descripsit*. Non est in Photiana συναγωγῇ unum verbum, quod ab ipso Photio sit profectum. Nihil aliud Photius praestitit quam ut materiem ab aliis grammaticis olim collectam et in variis scriptis veluti in horreis reconditam comportaret componeretque in unum κατὰ στοιχεῖον. Ex pluribus libris conflavit unum librum nihil prorsus de suo addens. Itaque quidquid apud Photium legitur, *nihil*, *prorsus nihil eorum Photius ipse dicit*, sed alius Photio longe antiquior auctor, cuius ille testimonium ad verbum ita describit ut quae ille dixerit ipse dixisse videatur. In ea diversarum λέξεων farragine contexenda construendaque errores plurimos et turpissimos commisit, saepe iocularem in modum depravatis librorum scripturis deceptus est, monstra et portenta verborum aut ipse indiligenter legendo genuit aut alias res agens parta aliorum socordia securus recepit, saepe coniungenda dissecuit aut copulavit disiungenda, et omnino nullum est vitii aut mendi genus quod non Photius aut ipse commisit aut commissum ab aliis sua auctoritate munivit. Satis haec veluti crimina nuper plurimis et luculentissimis argumentis et documentis demonstrata dedimus, quibus nullo negotio complura alia, si res requireret, addere possemus. Pauca obiter tangam. Photius recepit: Νορύη: ὄσπριόν τι. Θεόφραστος δὲ συνώνυμά φησι τρύχνον, νορύην, τιθύμαλλον, et Νορτή: τιθύμαλλον. Verum est Ὀρύην, sed repetita ultima littera praecedentis τρύχνον peperit errorem, qui duplex est in Νορτή, ubi T natum ex T est et N

vitio adhaesit. Sed ὀρύη, dicat aliquis, obscurum et nemini cognitum vocabulum est, in quo facillimus error paratam habet veniam. Dabo alterum, in quo veniae non erit locus. Si quid Photio credis Ἧεμεν: ᾔδειμεν significat. Quid hoc verbi est ἤεμεν pro *sciebamus?* Error est manifestus. In talibus omnia ipsi accurate scimus et nihil est quod a grammaticis doceri debeamus. Attici dicebant ᾔδη, ᾔδησθα, ᾔδει et ante vocalem ᾔδειν, tum ᾔσην, et ᾔσμεν, ᾔστε et ᾔσαν, ut in perfecto ἴστον, ἴσμεν, ἴστε et ἴσασιν. De ea re nunc quidem inter omnes satis constat. Quid Photius? deceptus mendosi libri scriptura bona fide credidit ἤεμεν dici pro ᾔδειμεν. Idem homo tamen paulo post dedit:

Ἧϊα: βρώματα καὶ τὸ ἐπορευόμην.
Ἧϊκειν: ὅμοιος ἦν.
Ἧϊσμεν: ἐπισάμεθα.

et nonnullis interpositis:

Ἤϊς: ὑπάρχεις.
Ἧϊσαν: ἐπίσαντο.

quorum nihil sine vitio est. Fefellit saepe Photium τὸ παραγεγραμμένον ἰῶτα, quod quum in antiquissimis libris aut plane omitti soleat aut praecedenti vocali adscribi et iuxta poni, Photius I modo omittit, modo pro syllaba accipit, vitiose utrumque, veluti in Ἧθεος: ἄφθαρτος πρὸς γυναῖκας (positum inter Ἡθεῖος et Ἧθη) et Ἠϊθεος: ὁ ὥραν ἔχων γάμου καὶ μηδέπω γεγαμηκώς (collocatum inter Ἧϊα: τὴν τῶν ὀσπρίων καλάμην et Ἧϊα: βρώματα). Utraque glossa sumta est (ut infra ostendam) e λέξει Πλάτωνος et mendosa est utraque. Scribendum est utrobique more Attico ᾔθεος. Homericum et Ionicum est ἠΐθεος ut in noto versu:

παρθένος ἠϊθεός τ' ὀαρίζετον ἀλλήλοιϊν.

quemadmodum λῃΐζομαι pro Attico λᾄζομαι, et λῃϊστῆρες pro Attico λῃσταί, χρῃΐζω pro χρᾄζω, aliaque eiusdemmodi complura. Itaque distinguere debuerat Homericum ἤϊα, τὰ βρώματα in Homeri versu:

Θώων πορδαλίων τε λύκων τ' ἤϊα πέλονται.

et Atticum ᾖα, τὸ ἐπορευόμην. Debebat scribere ᾔκειν: ὅμοιος ἦν, sumtum ex Aristophanis Avibus vs. 1298:

ὄρτυξ ἐκαλεῖτο, καὶ γὰρ ᾔκειν ὄρτυγι,

ubi Codices omnes ἦκεν aut ἧκεν pessime exhibent. Similiter ἧσμεν: ἠπιστάμεθα dare debuerat, et ἦσαν: ἠπίσαντο, non ἐπιστάμεθα et ἐπίσαντο. Sumta haec sunt ex locis Euripideis, quos incorruptos servavit nescio unde descriptos Etymologus Magnus p. 438, 58. in v. Ἴσμεν: — Εὐριπίδης Ἑκάβῃ·

εἰ δὲ μὴ Φρυγῶν | πύργους πεσόντας ἧσμεν.

ἀντὶ τοῦ ἤδειμεν. καὶ Σοφοκλῆς Κόλχοις·

ὑμεῖς μὲν οὐκ ἄρ' ἦστε τὸν Προμηθέα.

ἀντὶ τοῦ ἤδειτε. Εὐριπίδης Ῥήσῳ·

οὐδ' ἀφιγμένον | τὸ πάμπαν ἦσαν.

ἀντὶ τοῦ ἤδεσαν. Euripidis loci exstant in Hecuba vs. 1111, et in Rheso vs. 855, ambo in libris vitiati, qui ἴσμεν et ἴσαν exhibent, ut solent Graeculi formas antiquas et sibi ignotas inquinare. Superest vitiosum Hϊς: ὑπάρχεις; in quo latet Homericum Εἷς e notissimo versu:

αἵματος εἷς ἀγαθοῖο, φίλον τέκος, οἷ' ἀγορεύεις.

Vix capimus quomodo is, qui ἧσμεν: ἠπιστάμεθα, et ἦσαν: ἠπίσαντο habeat ob oculos, serio potuerit scribere: Ἧεμεν: ἤδειμεν, neque statim intellexerit in HϵMϵN latere HCMϵN, id est ἧσμεν. Sciri potest etiamnunc unde absurdum istud Ἧεμεν Photius arripuerit. Nempe quum suam λέξεων συναγωγὴν ex aliorum libris componere constituisset, nactus est illam ipsam Harpocrationis Epitomen, quam supra commemoravimus, eamque totam cum pulvisculo in suam farraginem transtulit. In integro Harpocrationis opere inter HPIA et HTHMϵNHN haec olim legebantur: HCMϵN: ἤδειμεν. Ἀντιφῶν πρὸς τὴν Καλλίου ἔνδειξιν ἀπολογίᾳ· ἡμεῖς μὲν οὖν οὔτε ναυτικὸν ἧσμεν ὁπόσου δέοι, sed stolidi scribae olim pro HCMϵN bis ἧεμεν substituerunt. Hinc factum est ut Epitomes auctor resectis reliquis omnibus reciperet: Ἧεμεν: ἤδειμεν, idque Photius nil mali suspicatus descripsit collocavitque inter Ἡετιώνεια et Ἡεροφοῖτις, ut dubitari nequeat quin serio Ἧεμεν admiserit. Ne sedes quidem vitiosae et barbarae glossae inter ἠρία et ἠτημένην eum advertit, sed bellissimum illud ἧεμεν ex illa sede in alienam post Ἡετιώνεια (quod et ipsum est ex Harpocrationis Epitome) transposuit, et medias Ἡκρωτηριασμένοι, Ἡλιαία, Ἡλικία τῆς πόλεως, Ἡμίεκτον, Ἡμιλιασμός, Ἤπειρον, Ἡράκλεια, Ἡραῖον τεῖχος et Ἠρία, quae in

Harpocrationis Epitome eam praecedunt, subiecit ei deinceps omnes. In Harpocrationis Codicibus, in quibus hodie *αἱ τῶν δέκα ῥητόρων λέξεις* integrae supersunt, comparet vetus mendum *ἥεμεν*, quam glossam Editor aliquis nihil Photio acutior transposuit post Ἡδύλειον. Tandem foedam maculam eluit Dindorfius. Non teneo me quin tertium putidissimum Photii errorem his adiiciam. Serio recepit: Ἡλιόμην: ἡλισμένος ἤμην. Ut illic Ε et C confusa sunt, sic hoc loco O et C, namque emendandum esse *ἡλίσμην* pro *ἡλιόμην* si quis forte mihi non credit at ille ipsi credat Photio, qui post pauca emendate scripsit: Ἡλίσμην: ἡλισμένος ἤμην. Quid eo homine facias, qui magna cum gravitate *ἡλιόμην* dicat esse *ἡλισμένος ἤμην*? et quid, quaeso, prodest, si cui explicare velis quid sit *ἡλίσμην*, eum docere *ἡλίσμην* esse *ἡλισμένος ἤμην*? Qui illud non intelligit, ne hoc quidem intelligit. Scatent istiusmodi annotatiunculis puerilibus et nullius pretii saepe etiam mendacissimis eruditae illae *λέξεων συναγωγαί*, quas multi non minus reverentur quam »*veterum membranarum fidem*,« neque suspicantur quid lateat sub leonina pelle. Dari mihi nunc velim quamvis obstinatum Photii admiratorem: contemnet, sat scio, Photium suum ubi hanc *λέξιν* legerit: Ἡμῖν: *ἀντὶ τοῦ ἡμᾶς*. Fortasse illa annotatiuncula aliquid prodesse poterat, quum adscripta esset ad eum locum quo pertinebat, quamquam nihil est vanius quam ista vetus *Enallage* casus, aut generis, aut temporis, qua superiorum temporum philologi et theologi tanto opere delectabantur. Nunc autem loco suo mota quanti facienda sit iudicent Photii admiratores.

Hi igitur sunt Photii ipsius errores et hallucinationes, in quas sese induit quum materiem e libris diversissimis in unum comportatam *κατὰ στοιχεῖον* sedulo digerere et disponere coepisset. Namque, ut nunc ponimus et deinde diligenter probabimus, non est in Photiana sylloge unum verbum, quod sit ab ipso Photio profectum. Unaquaeque *λέξις* habet auctorem a Photio diversissimum: pleraeque auctorem habent grammaticum veterem et perdoctum magnaeque auctoritatis et ponderis testem.

Nunc tempus est, ut videamus unde quaeque *λέξις* depromta sit, quos quorum grammaticorum libros Photius de-

scripserit et in suam λέξεων συναγωγὴν transfuderit. Huius rei inquisitio et indagatio partim facillima est, partim tam difficilem esse putes ut omnino fieri non posse nonnullis debeat videri. Nempe si supersunt libri, quos Photius in suum usum converterit, nihil est facilius quam illud furtum (ut nobis quidem videtur) vel illam μεταγραφὴν (ut isti appellant) deprehendere et agnoscere, quoniam ad verbum omnia fideliter describunt nec nisi rarissime aliquid leviter immutant, nihil prorsus de suo addentes sed hic illic coniuncta disiungentes aut coniungentes disiuncta et subinde pauca quaedam perexigui momenti resecantes. Verum ubi illi libri, unde sua hauserint, olim perierunt, arduum negotium est furta certis auctoribus veluti dominis suis restituere et idoneis argumentis probare qui libri sint a quibus scripti, unde isti fures sua omnia exiguo labore in suos libros transtulerint. Sed valet in hac quoque re illud Sophocleum:

τὸ ζητούμενον
ἁλωτόν, ἐκφεύγει δὲ τἀμελούμενον.

Videor mihi scire unde Photius suas copias tantum non omnes mutuatus fuerit, idque nunc diligenter demonstrare in animo est.

Verbo dixisse satis est de iis libris qui et ab illo in suam Συναγωγὴν recepti sunt et simul aetatem tulerunt. Duo hi libri sunt: Harpocrationis λέξεις τῶν δέκα ῥητόρων et λέξεις Πλατωνικαί Timaei. Photius nactus est illam Epitomen Harpocrationis, de qua supra diximus, et illas omnes τῶν δέκα ῥητόρων λέξεις in Epitomen contractas nudas et testium auctoritatibus et scriptorum veterum poëtarumque locis, quibus Harpocration suum librum ornaverat, spoliatas cum pulvisculo in suam farraginem transfudit. Uterque liber e communi litterarum naufragio enatavit et salvus ad nos pervenit. Habemus opus integrum, habemus Epitomen quoque, quam solam nactus Photius totam fideliter descripsit et eius λέξεις omnes κατὰ στοιχεῖον digestas in suum librum recepit ne verbo quidem de ea re admonens sed omnia perinde ac si sua essent et a se ipso reperta et collecta apponens. Iocosum est et risum movet ubi Photius alienam doctrinam, alienas observationes, opiniones, coniecturas, errores quoque alienos ita refert

ut ea omnia ipse sentire et ex sua ipsius persona dicere videatur, quum nihil aliud revera egerit quam ut illa omnia ex alieno libro in suum retulerit. Pauca haec exempla vide et reputa tecum quam perversum sit et ridiculum putare a Photio illa dici quae multis ante Photium natum saeculis dixerit Harpocration. Simul reputa et te et nos omnes in eodem errore versari quum et reliquas Photianas λέξεις et Hesychii alias et Suidae et aliorum multorum tribuimus non iis qui scripserunt, sed istis qui post multa saecula omnium novissimi ea omnia descripserunt, id quod sexcenties philologi omnes facere solemus. Photius, ut ita dicam, personatus in v. Λυκιουργεῖς reprehendit turpem errorem Didymi, qui alias res agens et festinans annotarat τὰς λυκιουργεῖς φιάλας commemoratas a Demosthene ἐν τῷ πρὸς Τιμόθεον (pag. 1193, 11.) esse τὰς ὑπὸ Λυκίου κατεσκευασμένας φιάλας τοῦ Μύρωνος. Mirari satis nequeo quomodo Didymus, homo eruditissimus, in re tam nota et frequenti sic errare potuerit. Castigatur igitur his verbis: ἔοικε δὲ ἀγνοεῖν ὁ γραμματικὸς ὅτι τὸν τοιοῦτον σχηματισμὸν ἀπὸ κυρίων ὀνομάτων οὐκ ἄν τις εὕροι γινόμενον, μᾶλλον δὲ ἀπὸ πόλεων καὶ ἐθνῶν, ὡς κλίνη Μιλησιουργὴς καὶ τὰ ὅμοια. Verissima haec observatio est et aliquanto doctioris grammatici quam aut Photius fuit aut Harpocration, unde haec descripta sunt, de qua re mox dicam. Dicebant sic Graeci Ἀττικουργής, Κορινθιουργής, Ναξιουργής, Μιλησιουργής, Χιουργής, et Ionice Ῥηνιοεργής, Καρικοεργής, Λυκιοεργής, quod Attici in Λυκιουργής contrahebant, et sunt alia eiusdem generis plura ἀπὸ πόλεων καὶ ἐθνῶν formata. Pergit grammaticus: μήποτ' οὖν γραπτέον καὶ παρ' Ἡροδότῳ ἐν τῇ ἑβδόμῃ ἀντὶ τοῦ προβόλους δύο λυκοεργέας λυκιοεργέας, ἵνα ὥσπερ παρὰ τῷ Δημοσθένει οὕτως ὀνομάζηται τὰ ἐν Λυκίᾳ εἰργασμένα. Eodem modo interpretatur Hesychius Ἀττικουργῆ: τὰ ἐπὶ τῆς Ἀττικῆς εἰργασμένα. Paulo melius grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 461, 30; Ἀττικουργές: τὸ εἰργασμένον τὸν Ἀττικὸν τρόπον. οὐ μόνον ὑποδήματα καὶ σκεῦος, ἀλλὰ καὶ ῥήματα καὶ εἴ τι ἄλλο Ἀττικουργῆ Φησί που Μένανδρος. Praeclara haec est et evidens loci Herodotei emendatio. In Herodoti Codicibus VII. 76. legitur etiam nunc καὶ προβόλους δύο λυκιεργέας ἕκαστος εἶχε, sed nulla est dubitatio quin λυκιοεργ-

γέας verum sit, ut est διὰ Καρικοεργέος ὀχάνου alicubi apud Anacreontem. Noli tamen huius optimae correctionis gratiam Photio habere. Descripsit ille cum pulvisculo ea omnia ex Epitome Harpocrationis v. λυκιουργεῖς. Sed ne huic quidem infelici coniectori et obtusi ingenii grammatico ulla debetur gratia. Compilavit enim impudenter scrinia Athenaei, apud quem in libro XI. p. 486 D. omnia quae dedimus exstant. Est haec, ut tu vides, φωρῶν ἀγορά. Athenaeum compilat Harpocration, Harpocrationem Photius, Photium (ut mox videbimus) Suidas. Vidimus certam emendationem, quam Photius ut a se repertam narrare videbatur, videamus nunc apud eundem primum incertam correctiunculam, deinde absurdam et malesanam παραδιόρθωσιν. Photius in v. Μάσυρα (Μάσειρα verum est) locum Demosthenis p. 100, 22. ita tentat: μήποτε δὲ γραπτέον (inquit) ἀντὶ τοῦ Μάσειραν Βάσειραν ἢ Πίσειραν ἢ Ἐπίμασον; *namque has* (Thraciae) *urbes nominat Anaximenes, Μάσειραν nemo novit.*" Si quid mutandum est, Βάσειραν unusquisque statim reponet. Quam temerarium autem est Μάσειραν in Ἐπίμασον refingere velle! Sunt hae Harpocrationis suspiciones v. Μάσειρα, quas nunc Photius pro suis commemorare videtur. Audi iterum Photium personatum ubi criticum agit in v. Κλιμάζει: Δείναρχος· ὅταν οὖν κλιμάζῃ καὶ παράγῃ τοὺς νόμους, ἀντὶ τοῦ παρακλίνῃ καὶ τρέπῃ. Μήποτε δὲ δεῖ γράφειν Βλιμάζῃ ἀντὶ τοῦ θλίβῃ καὶ βιάζηται. Quis ita loquitur? Photium ipsum putas. Minime vero: Harpocration est, cuius locum ille ex Epitome descripsit. Mittamus igitur paulisper Photium et ipsum Harpocrationem spectemus. Nactus est Dinarchi Codicem mendosum, in quo legebatur: ὅταν οὖν ΚΛΙΜΑΖΗΙ καὶ παράγῃ τοὺς νόμους. Nihili verbum est κλιμάζῃ et ne Graecum quidem. Monstrum et portentum vocabuli est scribae dormitantis vitio natum, ut apud Photium et alia multa sunt et Λέμφας: πέπωκας pro ΛΕΛΑΦΑC e Comici versiculo:

τὸ δ' αἷμα λέλαφας τοὐμόν, ὦναξ δέσποτα.

Nihilominus doctus magister monstrum vocabuli interpretatur et narrat κλιμάζῃ esse παρακλίνῃ. Unde hoc, quaeso, arripuit? Numquam enim κλιμάζειν vel legerat vel audiverat. Scilicet commentus est aliquid de suo, quod reliquis Dinarchi

verbis ei sat commode convenire est visum. Itaque id impudenter finxit de nihilo. » *Fecerunt alii item boni*," dices. Scio, et etiamnunc faciunt, sed equidem nescio quomodo numquam hoc interpretandi genus probare potui, et omnia istiusmodi emendare malo quam novis commentis interpretari. Harpocrationem quoque commenti sui poenitere coepit et aliquam loci correctionem circumspexit. Ut est autem infelix coniector suspicatus est » *fortasse βλιμάζῃ esse scribendum.*" Quanto melius tacuisset quam hoc dixisset! Nesciebat miser quid esset *βλιμάζειν* neque meminerat se istas lascivi amoris nequitias saepe apud Comicos legisse. Legisse autem? Non meminerat se ipsum supra in v. Βλιμάζειν quid hoc esset explicuisse. Quamquam (mirifica res est, sed vera) sic illud verbum explicuit ut quid tandem esset *βλιμάζειν* ipse nesciret. Βλιμάζειν esse dicit τὸ ταῖς χερσὶ διαθλίβειν, verum est hoc quidem, sed non est satis. Addendum erat aliquid, quod ipse nolo dicere, narrabit tibi grammaticus quilibet et omnium optime Etymologus Magnus in v. *βλιμάζειν* cum his Cratini versiculis:

ὡς δὲ μαλακὸν καὶ τέρεν τὸ χρωτίδιον ἦν, ὦ θεοί.
καὶ γὰρ ἐβλίμαζον αὐτήν, ἡ δ' ἐφρόντιζ' οὐδὲ ἕν.

I nunc et crede, si potes, Dinarchum dixisse *βλιμάζειν τοὺς νόμους*, id est (ut Terentius dixerit) *subagitare* leges. Quid Dinarchus scripserit mox ostendam, sed prius mihi animadverte quam foedi errores iam olim Veterum libros commaculaverint et quam inepte iam olim criticastri quum tollere vellent augerent malum. Alterum luculentum eiusdem rei exemplum vide apud Harpocrationem in v. Ἀπρότων, ubi sic scribit: Ἀπρότων: Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Πυθέου » ἐμπεπηδηκότων τῶν ῥητόρων ὥσπερ ΑΠΡΟΤΩΝ εἰς τὸ ἐμπόριον." Nihili plane est, ut vides, *ἀπρότων* et dormitantis librarii *σφάλμα*. Harpocration frontem sibi perfricuit et excogitavit: ὥσπερ λῃστῶν, *praedonum instar*. Hoc vero est emendare! Μήποτε γραφικὸν ἁμάρτημα (inquit) καὶ δεῖ γράφειν ὥσπερ λῃστῶν. Scin quid Dinarchus scripserit? Nempe ἐμπεπηδηκότων ὥσπερ παρνόπων. Notum est hoc genus *locustarum* agmine facto repente ingruentium vel ex Acharnensibus vs. 150:

ὅσον τὸ χρῆμα παρνόπων προσέρχεται.

Unde haec verissima lectio reperta sit si forte requiris scito ipsum Harpocrationem mirificae coniecturae suae continuo haec addere: *ἔν τισι δὲ γράφεται »ὥσπερ* ΠΑΡΝΟΠΩΝ," *εἰσὶ δ' οἱ πάρνοπες εἶδος ἀκρίδος.* Harpocration neque hanc lectionem unice veram esse agnovit neque ea reperta suam infelicem correctiunculam delevit. Redeo nunc ad alterum Dinarchi locum et Photii Lexicon. Photius de eadem re apud tres veteres grammaticos aliquid annotatum repererat easque tres annotationes, ut solet, omnes deinceps receperat in hunc modum: *Κλιμακίζειν: σκελίζειν καὶ διασρέφειν· ἔστι γάρ τι καὶ* (dele *καὶ*) *βασανιστικὸν ὄργανον κλῖμαξ καλούμενον, ὃ τὰ σώματα τῶν βασανιζομένων διασρέφει.*

Altera haec est: *Κλιμακίζειν: μέμνηται Δείναρχος ἐν τῇ ὑπὲρ Αἰσχίνου εἰσηγορίᾳ* (L. *συνηγορίᾳ*) *λέγων· οὗτος κλιμακίζει τοὺς νόμους. ἔστι δὲ οἷον παράγει καὶ διασρέφει. ἴσως ἀπὸ τῆς κλίμακος εἰρημένου τοῦ ὀνόματος, ἥτις οὖσα ὄργανον βασανιστικὸν διασρέφει τὰ σώματα τῶν βασανιζομένων.*

Tertia est quam ex Harpocrationis Epitome descriptam supra apposuimus. Nonne meridiana luce clarius est Dinarchum scripsisse: *ὅταν οὖν* ΚΛΙΜΑΚΙΖΗΙ — *τοὺς νόμους*, idque olim in ΚΛΙΜΑΖΗΙ corruptum stolide ab Harpocratione esse tentatum. Ne umbra dubitationis apud te superesse possit inspice ipsum Harpocrationem ita scribentem: *Κλιμάζῃ ἐν τῇ ἐπιγραφομένῳ Συνηγορίᾳ Αἰσχίνῃ κατὰ Δεινίου· »ὅταν οὖν ἀπολογούμενος κλιμάζῃ καὶ παράγῃ τοὺς νόμους."* Viden esse ex *eadem* oratione locum eundem corruptum apud hunc, emendatum apud illum? Simul videbis praesertim admonitus primam et secundam observationem eiusdem scriptoris esse, sed secundam esse integram, primam in brevius contractam omissa Dinarchi mentione et verbis. Secunda, uti suspicor, Iuliani est, prima Diodori *τοῦ τὸν Ἰουλιανὸν ἐπιτεμομένου.* Nihil horum Photius vidit: tenere se manibus veram loci Dinarchei scripturam ne suspicatur quidem, sed his omnibus veluti ex sua ipsius persona misellam veteris magistri suspicionem subiungit: *μήποτε δὲ δεῖ γράφειν* ΒΛΙΜΑΖΗΙ.

Tales igitur olim Critici Romae fuerunt, tales libri vetusti, in quibus ΑΠΡΟΤΩΝ pro *παρνόπων*, ΛΤΚΟΘΡΓΘΑC pro *λυ-*

χιοεργέας, ΚΛΙΜΑΖΗΙ pro χλιμαχίζῃ, similiaque multa legebantur et tam inepte aut explicabantur aut corrigebantur, et tamen multi sunt qui libros nono post Christum saeculo exaratos venerentur.

Photius igitur quemadmodum his locis vidimus sic per totam Συναγωγὴν locos ex Harpocrationis Epitome fideliter descriptos ne verbulo quidem immutatos omnes deinceps κατὰ στοιχεῖον digestos inseruit. Quidquid apud Harpocrationem legitur idem apud Photium recurrit, sed in brevius contractum resectisque tantum non omnibus Veterum testimoniis et locis, quibus Harpocration homo obtusioris ingenii sed pereruditus suas λέξεις tamquam gemmis distinxerat. Haec omnia, ut nunc res est, sine ullo litterarum damno abiici possunt. Ad Harpocrationis λέξεις aut emendandas aut supplendas prorsus inutilia sunt. Menda et vitia omnia insunt eadem, quae in Epitomes Codicibus, quos habemus paulo quam integri operis emendatiores. Scripturae discrepantia si qua est (et nullus liber iterum describitur quin aliquid novae discrepantiae nascatur) nullius omnino momenti aut pretii est. Sunt solemnes scribarum confusiones et aberrationes in omnibus libris sexcenties repetitae, quibus philologos obtundere et enecare poteris, sed Harpocrationis λέξεις corruptas restituere non poteris. Itaque haec omnia si aut expunxeris aut certe inter legendum praeterieris, optime feceris. Impedient te tantum et turbabunt in excutiendis reliquis, quae quia non amplius apud auctores suos legi possunt, nunc ex solo Photio cognoscenda et exploranda sunt.

Ex *solo* Photio, inquam: nempe priusquam de reliquis λέξεσι dicam, quae apud suos auctores ita supersunt ut Photii excerptis melius careamus, dicendum de illo homine est, qui Photium totum ita compilavit eiusque λέξεων συναγωγὴν integram sic in novam farraginem suam transfudit, ut Photius ipse et caeterorum libros, de quibus infra dicemus, et Harpocrationis Epitomen ad verbum olim descripserat et in suum librum transtulerat. Suidam dico, qui Photianae Συναγωγῆς integrum exemplum nactus fecit id quod isti solent. Omnia impudenter ne nominato quidem auctore in suum usum convertit digestaque iterum illa omnia κατὰ στοιχεῖον, commiscuit

cum aliis aliorum excerptis et annotationibus et quisquiliis omne genus, quibus spissum Lexicon in hanc molem extendit. Et profecto in illa Suidae colluvie nihil inest utilius et fructuosius quam Photianae λέξεις, quas ille propemodum omnes paucis tantum iisque fere minutioribus ac levioribus aut plane omissis aut cum alia λέξει coniunctis sine ulla scripturae mutatione suas fecit venditatque pro suis. Photius sua exempla passus est. Spoliaverat alios laborum suorum laude ac fructu, post pauca saecula alius ipsi Photio totam illam Συναγωγὴν furtis collectam veluti furto abstulit fraudulenterque eripuit. Nemo hodie sciret illa omnia olim a Photio collecta compositaque fuisse, nisi unicus Codex Galeanus circa annum MCC, iudice Porsono, exaratus auctoris sui certam memoriam servasset. Est autem scripturae in utroque libro (in Photii unico Codice dico et in Suidae textu ex optimis libris constituto purgatoque) tanta affinitas, et etiam in minutioribus ac tenuissimis tanta convenientia ut pro uno eodemque teste debeant haberi. Ipso Codice Galeano Suidam usum esse putes: tam nihil inter utrumque discriminis et varietatis intercedit. Sicubi aliquid discrepantiae conspicitur aut ab ipso Suida id profectum est Photianam λέξιν cum alia conglutinante, aut partum est e scribarum socordia, qui nihil prorsus sine aliquo errore aut vitio poterant describere. Nonnumquam Suidas, mortalium ineptissimus, emendationem loci corrupti periclitatus est, in qua re quam turpiter et ridicule se dederit infra videbimus. Itaque neque Photius e Suida (quod quidem sit alicuius momenti) emendari potest, neque e Photio Suidas, praeter eos locos, quos Suidas tentavit, id est inepta coniectura vexavit. Praeterea hinc satis intelligitur quam perversum sit Photium *et* Suidam, quasi *duo* testes essent, simul producere. Non minus est hoc absurdum quam si quis Harpocrationis testimonio usus Photium quoque et Suidam quasi duos novos testes in rem eandem vellet producere. Etiam hoc satis intelligitur quam perversum sit (quod sexcenties fieri solet) aut Photium aut Suidam aut utrumque ita producere quasi ipsi aliquid quod in eorum libris legatur aut excogitaverint aut senserint aut dixerint denique. Eodem iure librarium, qui Codicem aliquem sua manu descripserit, pro

auctore operis testem produxeris. Photius (et eodem modo Suidas) nil nisi materiem ex compluribus Veterum libris corrasam aut sua manu aut aliena κατὰ στοιχεῖον digestam aut descripsit aut describendam curavit ita ut ei nihil prorsus debeatur praeter delectum et compositionem τῶν λέξεων ab antiquis grammaticis expositarum. Ipse nihil horum omnium aut reperit aut excogitavit, ipse scriptorum quos laudat nullum legit, et (ut verbo absolvam) in Photiana συναγωγῇ non est unum verbum Photianum. Nihil, prorsus nihil inest quod sit Photii ipsius. Sunt antiquorum scriptorum et poëtarum λέξεις ab antiquis Grammaticis et Criticis explicatae et Veterum testimoniis confirmatae ornataeque, quas ille collegit tantum (συνήγαγεν), non scripsit, quamobrem librum suum Λέξεων Συναγωγὴν inscripsit et in praefatione ad amicum ita dicit: τὰς λέξεις, ἃς μάλιστα εἰδέναι προσήκει καὶ ἀναγκαῖον χρῆσθαι συναγαγὼν τὴν ἀναγραφήν σοι κατὰ στοιχεῖον ἐποιησάμην, quibus verbis si addidisset nomina eorum, quorum libris ad hanc Συναγωγὴν componendam esset usus, nihil esset quod in eo iure reprehenderemus. Itaque hoc diligenter tenendum, non esse in Photio vel unum verbum ipsius Photii, et absurdum esse Photium testem et auctorem producere earum rerum, quas non scripsit sed ex antiquo grammatico descripsit. Rideres, credo, si quis narraret tibi Suidam docuisse quo sensu apud Demosthenem λυκιουργεῖς φιάλαι dictae essent et Didymi gravem errorem redarguisse et in Herodoti libro VII. λυκιοεργέας emendasse pro λυκοεργέας. Constat enim apud te non Suidam hoc dicere sed e Photio descripsisse, neque Photium hoc dicere sed ex Harpocratione sumsisse, neque Harpocrationem hoc dicere sed ea omnia Athenaeo sublegisse, qui harum observationum omnium pater est et auctor. Eadem igitur in reliquis omnibus ratio est. Non Photius loquitur, sed grammaticus aliquis longe longeque Photio antiquior, cuius ille testimonium servavit. In omnibus Photius est ὁ ὑποκριτής aliena recitans, quorum quis sit ὁ ποιητής summi pretii est scire. Et Photius quidem sciebat unde quodque esset sumtum et quis cuiusque annotationis vel observationis esset auctor. Suidas ne hoc quidem sciebat sed quidquid in Photii Συναγωγῇ scriptum reperit in suam farraginem

sedulus transtulit ne suspicans quidem unde tandem, a quo scriptore, ex quo libro haec omnia depromta essent. Quo magis absonum et ineptum est (quod omnes saepissime faciunt) credere aut dicere Suidam alicuius rei, quae apud ipsum legatur, auctorem esse, aut Suidam aliquid dicere aut docere aut quidquam ex iis collegisse denique aut delegisse, qui ne hoc quidem sciebat unde praestantissima quaeque, quae apud eum prostant, sumta essent quosque haberent auctores. Photiana omnia cum omnibus vitiis mendisque veluti in sacculum quemdam suum cum pulvisculo transfudit, et quoniam bonam lectionem prae Galeano Codice plane nullam exhibet propterea supervacuum et ineptum est cum Photio Suidae testimonium coniungere, namque hoc est simul Photii locum laudare et eiusdem verba eadem a Suida descripta, idque nonnumquam negligenter et mendose.

Attamen Suidae eadem ista μεταγραφή quantivis pretii est, nempe in illis ubi unicus ille testis nunc nobis superest et antiquorum eruditas et eximias λέξεις olim a Photio ab interitu servatas nunc solus servat. Scilicet Photianae Συναγωγῆς pars magna iniuria temporum et hominum negligentia olim interiit. Suidas integrum Photii exemplum nactus omnia quae nunc in Galeano Codice desiderantur reddere nobis solus potest. Constat enim ex ipsius Codicis Galeani certis indiciis dimidiam fere partem Photianae sylloges intercidisse. Perierunt quatuor folia inter Ἀᾶσαι et Ἀγχίνοια, perierunt folia centum inter Ἀδιάκριτος et Ἐπώνυμοι, desideratur folium unum inter Εὔμιζον et Εὔωνον, amissa sunt folia quatuor inter Κοικύλλειν et Κρατηρίζων et octo alia inter Φορητῶς et Ψιλεύς, denique in exitu libri post glossam Ὦ Ἡράκλες tria fere folia intercederunt. Itaque supersunt folia CXLIX, perierunt folia CXX. Verum haec omnia videntur magis periisse quam revera perierunt. Suidas enim integro Photii apographo usus, quod diligenter totum in suam colluviem transfudit, servavit omnia aut propemodum omnia, quae nunc intercidisse putantur, quaeque olim in Galeano libro exstabant nunc apud Suidam omnia fere ad verbum descripta exstant. Hoc ego nunc pono tantum, deinde multis argumentis documentisque verum et certum esse demonstrabo. Interea hoc teneamus Photianam

Συναγωγὴν totam nobis superesse partim in Codice Galeano, partim apud Suidam, deinde apud alios quoque, ut apparebit, postquam constabit de veterum Grammaticorum libris, quos Photius compilavit. Itaque Suidae nullus omnino usus est ubicumque ipsae copiae Photianae intemeratae supersunt, verum ubi illae deficiunt, Suidas si non unicus (ut posthac apparebit) certe primarius et uberrimus fons est, unde limpidam antiquorum eruditionem olim a Photio conquisitam et ab interitu vindicatam hauriamus et veluti ex Orco in lucem vitamque revocemus. Ubi nobis nunc Photius deficit, Suidas (ut videbis) non deficit, et quae apud Photium nunc desiderantur apud Suidam omnia recte et ordine comparent. Diximus adhuc tantum de glossis τῶν δέκα ῥητόρων a Photio ex Harpocrationis Epitome descriptis, dicemus statim περὶ τῶν Πλάτωνος λέξεων a Photio ex Timaei libello depromtis. Ubi nos Codex Galeanus destituit inspice mihi Suidam: videbis omnes deinceps λέξεις ex utroque libro κατὰ στοιχεῖον descriptas suo quamque loco adesse. Apud Photium (ut modo vidimus) inter Κοικύλλειν et Κρατηρίζων quatuor foliorum lacuna media omnia absumsit. Quas ex decem Oratoribus glossas apud Harpocrationem descriptas illis foliis Photius receperat, nempe has: Κοινὸν γραμματεῖον, Κοινωνικῶν, Κολλυτεύς, Κολωνέτας, Κομιστικὰ πλοῖα, Κορδακισμός, Κοροπλάθος, Κορσιαί, Κοτύλαιον ὄρος et Κότυς, hae omnes apud Suidam praesto sunt. In Timaei glossis Platonicis eadem ratio est. Non multum metuo ne quis contendat Suidam illa omnia non ex Photiana Συναγωγῇ, sed ex ipsis Harpocrationis Timaeique libellis mutuatum esse. Omnem de ea re dubitationem eximent ea quae infra demonstraturi sumus. Suidas et Harpocrationis Epitomen et Timaei libellum ignoravit, sed quae ex iis Photius excerpserat cum reliquis omnibus in colluviem suam recepit. Ad eundem modum reliquae omnes Codicis Galeani lacunae ex Suida (ut videbimus) suppleri possunt damnumque, quod fecisse videmur, sarciri. Quem egregium usum in his Suidae Lexicon nobis praestiterit tum demum optime iudicabis ubi demonstravero quam praeclaros veterum Criticorum et Grammaticorum libros Photius nobis servaverit, quorum aureae reliquiae nunc e Suidae sterquilinio veluti margaritae et gem-

mae nobis eruendae sunt et auctoribus suis restituendae.

Praeter λέξεις τῶν δέκα ῥητόρων Photius in suum usum convertit τὰς τοῦ Πλάτωνος λέξεις a Timaeo collectas. Timaei libellus aetatem tulit, itaque res est manifesta. Quidquid apud Timaeum legitur ad verbum apud Photium repetitur, et ubi Codex Galeanus deficit damnum a Suida sarcitur, qui propemodum omnia ex integro Photii apographo in suum Lexicon retulit. Fallitur igitur Ruhnkenius identidem ad Timaeum annotans: *Timaeo glossam sublegit Suidas*, vel: *Timaei glossulam descripsit Suidas*, vel: *Timaei glossam in Lexica sua receperunt Photius Ms. et Suidas*, vel: *glossam nostram descripsit Suidas*, vel: *a Timaeo glossam mutuatus est Suidas*, aliaque multa huiuscemodi. Suidas Timaei libellum non ipse manibus trivit, sed Timaei glossas a Photio descriptas ab illo sumsit. Est autem Timaeus (dicam enim libere quod sentio) perexigui pretii magistellus neque doctus neque acutus, sed futilis et levis et puerilis auctor, quem si quis magnifico apparatu Ruhnkeniano exuerit et, ut Plato loquitur, ἀποδύντα θεάσασθαι voluerit, ridebit hominem, sat scio, et contemnet. Collegisse se scribit τὰ παρὰ τῷ φιλοσόφῳ γλωσσηματικῶς ἢ κατὰ συνήθειαν Ἀττικὴν εἰρημένα οὐχ ὑμῖν μόνοις τοῖς Ῥωμαίοις (Romano homini, Gentiano, haec scribuntur) ὄντα ἀσαφῆ ἀλλὰ καὶ τῶν Ἑλλήνων τοῖς πλείοις. Videamus nunc quemadmodum promissis steterit, quod paulo copiosius ostendam, ut homunciones id genus contemnere audeamus eorumque auctoritatem vana hominum opinione natam nihil curare. Ostendam primum quam levia ac puerilia doceat, deinde quam indoctus sit et linguae veteris et antiquitatum, quas dicimus, imperitus. Futilia apud eum et puerilia sunt haec potissimum:

Ἄγαμαι: ἀποδέχομαι, θαυμάζω ἄγαν.
Ἄγροικος: — ἀπαίδευτος.
Ἄκακοι: οἱ ἔξω κακίας.
Ἀλαζών: ψευδής.
Ἀμεταστρεπτί: οὐχ ὑποστρέφειν εἰς τοὐπίσω.
Ἀμηγέπῃ: ἐνί γέ (τινι) τρόπῳ.
Ἀνδραλατεῖν: ἄνδρας ἐξελαύνειν.
Ἀνιμᾷ: ἀνέλκει.

Ἀνοργίασοι: — οἷς τελεταὶ καὶ ὄργια οὐκ ἐγένοντο.
Ἀπόρρησις: ἀπαγόρευσις.
Ἄρτι: πρὸ ὀλίγου χρόνου.
Ἀτυχῆσαι: μὴ τυχεῖν.
Γελοῖον: ἐφ' ᾧ ἄν τις γελάσειεν.
Διακορής: μεμεςωμένος.
Ἐμπειρία: τριβὴ ἐκ πείρας.
Ἐνδίκως: δικαίως.
Ἐπάρας: ἀναπείσας.
Ἔρρε: Φθείρου.
Ἡμεδαπός: ἡμέτερος πολίτης.
Καὶ τάχα ἴμεν: καὶ ταχέως πορευσόμεθα.
Κωμῳδεῖν: σκώπτειν.
Νεοθνής: ὁ νεωςὶ τεθνεώς.
Νεοτελής: ὁ νεωςὶ τετελεσμένος.
Νυνί: ἐν τῷ ἐνες ῶτι χρόνῳ.
Ὀκνεῖ: εὐλαβῶς ἔχει.
Παραταχθείς: παρ' αὐτὸν ταχθείς.
Ῥᾷον: συγκριτικὸν πρὸς ἕτερον.
Ῥᾴδιον ἀπόλυτον καθ' αὑτό.
Ῥᾶς ον ὑπερθετικόν.
Ὦ οὗτος: ὦ σύ.
Ὡς οἷόν τε: ὡς δυνατόν.

Poteram his bonam partem reliquorum addere, quae non multo istis sunt meliora et utiliora. Dabis mihi mirificum esse Platonis lectorem qui talia docendus sit. Quid diceres si quis de usu loquendi Tulliano professus ea se scripturum, quae non tantum exteris sed ipsorum Romanorum plerisque obscura essent, deinde serio annotaret FACILIUS esse comparativum, FACILE positivum et FACILLIMUM superlativum. Tum NUNC de praesente tempore dici, RIDICULUM qui risum moveat, NOSTRATEM nostrum civem, APPOSITUM iuxta quem positum, aliaque eiusdem ponderis. Rideres hominem, opinor, et cum suis ineptiis facessere iuberes. Verum an tu minus ineptire censes eum, qui Platonis lectorem doceat quid sit Ῥᾷον, ῥᾴδιον, ῥᾶς ον, et γελοῖον et ἡμεδαπός et παραταχθείς? Quam utile est docere ἄκακοι esse οἱ ἔξω κακίας et Ἐνδίκως: δικαίως et Νεοθνής: ὁ νεωςὶ τεθνεώς et Ὡς οἷόν τε: ὡς δυνατόν. Fieri

potest ut Romanorum aliquis de plebe indocta ista nescierit, namque erant qui Graece prorsus nescirent, Graecorum quidem nemo fuit umquam qui talia ignoraret. Verum esto haec omnia frigida et insulsa et puerilia esse, vera sunt tamen, et si nihil prosunt, nemini tamen nocere possunt. Audi nunc Timaei errores quosdam et magistri imperitiam ac futilitatem mirare. Primum delectatur, ut stulti omnes, malesanis etymologiis et putavit se facere operae pretium quum annotaret Κίβδηλον: οἱονεὶ κρύβδηλόν τι ὄν, quae tam utilis quam vera observatio est. Eodem modo Ἀκέραιοι isti esse videntur οἱ ἔξω κήρας, quasi vero ἀκέραιοι et ἐπίκηροι inter se opposita essent, quibus nihil inter se commune est. Fallitur in forma Attica v. Εἶξασι καὶ εἶκασι λέγει ἀντὶ τοῦ ἐοίκασιν. Attici dicebant εἶξασι tantum, forma εἶκασι in magistrorum cerebris nata est. Eiusdemmodi errores commisit in Διωκάθειν: διώκειν et in Ὄφλειν: ἡττᾶσθαι ἐν δικαστηρίῳ. Duo aoristi hi sunt διωκαθεῖν pro διῶξαι, et ὀφλεῖν (cuius praesens est ὀφλισκάνειν) pro ἐν δικαστηρίῳ ἡττηθῆναι. Serio credidit ἀτάρ pro δή dici posse quum scriberet Ἀτάρ: σύνδεσμος ἀντὶ τοῦ δή. Eodem iure dicas ἀλλά pro δή poni. Si quid Timaeo credis Κατόπιν est μετὰ ταῦτα: sed significat ubique *a tergo* (ὄπισθεν), nemo umquam κατόπιν dixit pro *posthac*. Κράδη: κλάδος scribit, sed κράδη ubique *ficum* arborem (συκῆν) significat, non *ramum*. Κινδυνεύει, auctore Timaeo, est ἐγγίζει, at ille, ut Plato dixisset, κινδυνεύει ἀγνοεῖν τὴν λέξιν. Δωροδόκοι ei dici videntur καὶ οἱ διδόντες δῶρα καὶ οἱ λαμβάνοντες: ridiculum hunc errorem in *Var. Lectt.* satis refutavimus. Κυαμεῦσαι narrat esse: κυάμῳ ψηφοφορῆσαι. Nesciebat magister Atticos dicere ἀποκληροῦν τὰς κληρωτὰς ἀρχάς et τῷ κυάμῳ λαγχεῖν. Quod apud Xenophontem est Memor. I. 2. 9: κυβερνήτῃ δὲ μηδένα ἐθέλειν χρῆσθαι κυαμευτῷ a Socrate iocante et contemtim loquente πέπαικται. Ἀγείρουσιν ὡς ἱέρειαν non esse quod ille docet περιερχομένην pererudita Ruhnkenii annotatio satis probabit. Solebant enim sacrificuli et athletae victores περιιόντες *stipem et munuscula colligere* circumeuntes. Turpissimum errorem erravit in v. Δημοσιητός: παρέγγραφος. Non videtur intellexisse quid esset δημοσιητός, quod tamen ex se ipsum nullo negotio intelligitur.

Fieri ex ipsa rei natura non potuit ut qui δημοποιητός esset idem esset παρέγγραφος, id est ut qui *a populo civitate donatus esset* idem *fraudulenter in civitatem irrepsisset*, καὶ παρενεγράφη αἰσχρῶς πολίτης. Quis ferat magistrum talia nescientem? Non minus turpiter se dedit in v. Μεταλαγχάνειν: ἀφυςερεῖν ἢ ἀποτυγχάνειν κλήρου, namque verbum μεταλαγχάνειν *plane contrarium* significare pueri sciunt. Dormitavit magister quum in Gorgiae initio iocosa verba legeret: Πολέμου καὶ μάχης οὕτω φασὶ χρῆναι, ὦ Σώκρατες, μεταλαγχάνειν, neque vidit οὕτω esse *sic ut tu nunc facis*, id est *ut sero* confecto negotio *venias*. Quid eo homine facias qui μεταλαγχάνειν significare ἀποτυγχάνειν in animum potuerit inducere? Eone Graecitatis magistro et auctore utemur? Idem Ἀποςοματίζειν docet esse ἀπὸ μνήμης λέγειν, meliora Ruhnkenius docebit: nempe apud Platonem ludi magister (ὁ γραμματιςής) dicitur τοῖς παισὶν ἀποςοματίζειν. Antiquitatum Atticarum non est multo quam linguae Atticae peritior. Πρυτανεία illi est μηνιαία Φυλῆς ἀρχή, quae neque ἀρχή erat neque μηνιαία. Non accurate tradit λαχεῖν δίκην esse γράψασθαι, eademque levitate Εὔθυναι ei esse videntur δίκαι κατὰ τῶν ἀρξάντων κακῶς. Historica nusquam attigit, geographiae quam gnarus sit vide in v. Ὠρωπός: χώρα μεταξὺ Βοιωτίας καὶ τῆς Ἀττικῆς. Satis notam et nobilem illam urbem in Atheniensium historia et litteris dicas fuisse, sed ea fama ad Timaei aures non pervenit. Sunt quaedam ubi scribae fortasse peccarunt, ut in v. Ἐντελεῖς: οἱ ἄρχοντες, imo vero (οἱ) ἐν τέλει. Non videtur scripsisse τὴν ἀλωπεκῆν: τὴν πανουργίαν, sed τὴν ἀλώπεκα: τὴν ἀλωπεκῆν, τὴν πανουργίαν e libro II. de Rep. p. 365. C: τὴν τοῦ σοφωτάτου Ἀρχιλόχου ἀλώπεκα ἑλκτέον ἐξόπισθεν κερδαλέαν καὶ ποικίλην, ubi vehementer fallitur Ruhnkenius opinatus aut ἀλωπεκῆν meliorem lectionem esse aut certe ἀλώπεκα dici pro *pelle vulpina*. Nempe ἡ ἀλωπεκῆ neque ποικίλη est, quod sciam, multoque minus κερδαλέα. Praeterea notus est Archilochi locus, qui Platoni obversabatur:

τῷ δ' ἄρ' ἀλώπηξ κερδαλέη συνήντετο
πυκνὸν ἔχουσα νόον.

quae hercle non erat *pellis vulpina*. Sed Timaeus gravem reprehensionem effugere non poterit ob ea quae scripsit in v.

Λύγη: σκιά, ἀπόκρυψις. Notus est Criticis stupidus Suidae error in v. Λύγα: σκοτεινά.

ἐφάνη γάρ οἱ αὐτά
ἰσοῦ παρὰ κρόκαισιν ὡς λύγα πυρός.

ubi Ruhnkenius vidit in ΑΤΓΑ latere ΑΤΓΑ, ὡς αὐγὰ πυρός, quae nihil erat minus quam σκοτεινή. Timaeus glossam capite truncavit. Audi Aristophanem in Acharn. vs. 684:

οὐχ ὁρῶντες οὐδὲν εἰ μὴ τῆς δίκης τὴν ἠλύγην.

Hoc ipsum dare debuerat: Ἠλύγη: σκιά, ἀπόκρυψις. Videbis in v. Ἐπηλυγάζονται unde natus Timaei error sit: Interpretatur esse ἐπικρύπτονται, ἐπισκιάζονται. Λύγη γὰρ λέγεται ἡ σκιά. Infelix est magister in etymologia: aut enim in iis quae sciri non possunt absurda comminiscitur aut in apertis caecutit. Nempe ex ἠλύγη nascitur ἠλυγάζομαι et ἐπηλυγάζομαι, ut opinor. Unum locum Timaei a scribis corruptum animi causa addam. Dederat Timaeus: ΑΝΟΡΓΙΑCΤΟΙ: οἱ ἀμύητοι, οἷς τελεταὶ καὶ ὄργια οὐκ ἐγένοντο. Non requirebat interpretem vocabulum tam perspicuum et apertum, nam quis nesciebat quid esset ὄργια et ὀργιάζειν? Is ne interpretationem quidem intelligere potuisset. Vide autem mihi quid scribae designaverint: confuderunt de more ΓΙ et Π, ut in Ἀπάδης pro Ἀγιάδης, et quia ἀνόρπαστοι nihil erat, ἀνάρπαστοι substituerunt. Photius Ἀνάρπαστοι bona fide recepit, quem Suidas describens hodieque exhibet: Ἀνάρπαστοι: ἀμύητοι, οἷς τελεταὶ καὶ ὄργια οὐκ ἐγένοντο, quae leguntur inter Ἀνάρροπον et Ἀνάρσια. Plurima similia apud Photium leguntur, veluti Λέμφας: πέπωκας pro Λέλαφας, Κιγκιόπραγοι: ἀντὶ τοῦ δασεῖς, pro Κιλίκιοι τράγοι, (ΚΙΛΙΚΙΟΙΤΡΑΓΟΙ abiit in ΚΙΝΚΙΟΠΡΑΓΟΙ et κιγκιόπραγοι), Κακοττείαν: κακοφημίαν, βλασφημίαν, pro Κακοέπειαν, aliaque id genus. Quam ridiculos hos habemus Graecitatis magistros!

Concedes nunc, spero, mihi Timaei glossas et glossulas sine ullo litterarum damno negligi et abiici plerasque omnes et posse et debere. Si quid est in caeteris boni, at nihil ferme in iis inest novi, nihil quod non rectius multo et melius simulque doctius et elegantius ab aliis ad Platonem illustrandum scriptum sit et aetatem tulerit. Si quis vel sic tamen Timaei λέξεις admiratur et magni facit, at hoc certe

mihi concedet in Photiana συναγωγῇ eas nullius momenti esse ut quae alibi integrae et in unum collectae exstent, et sine ullo detrimento apud Photium aut expungi omnes aut inter legendum praeteriri posse. Eadem est Suidae ratio glossas e Photio descriptas servantis etiam eas quae nunc in unico Photii Codice mutilato desiderantur. Quid prodest eadem iisdem verbis bis terque descripta iterare? Nihil prorsus. Itaque haec quoque omnia cum excerptis ex Harpocratione seponamus. At professus sum me demonstraturum quid esset in Photio boni, et nihil adhuc egi aliud quam ut ostenderem quanta λέξεων multitudo a Photio receptarum nullius omnino pretii ac momenti esset meliusque abiiceretur et resecaretur, ne nos impediat in melioribus cognoscendis spectandisque. Venio nunc illuc ut quantivis pretii Criticum et Grammaticum veterem admodum, Alexandrinum, optime de Platone meritum, virum doctrinae admirabilis et plane singularis, tam variae et diffusae quam accuratae et solidae eiusdemque scitae, lepidae et elegantissimae e caligine ac tenebris, quibus hucusque demersus ἄϊστος, ἄφαντος iacuit, in lucem vitamque veluti ex Orco revocem, restituamque longo postliminio in integrum, ut iusta laude ac fama eximiis meritis parta tandem aliquando fruatur. Legimus omnes et admiramur eius annotationes in Platonem, quibus nemo umquam scripsit luculentiores, sed nemo auctorem novit aut quaerit. Factum est adeo ut illius praestantissimarum observationum perexigua tantum ratio haberetur, quoniam mirifico eruditorum errore scriptae esse credebantur a sequiorum temporum Graeculis, quos nemo magnopere curat. At isti non scripserunt, sed ex antiquissimo Critico descripserunt, et usu venit τὸ Εὐριπίδειον

λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν
κἀκ τῶν δοκούντων αὐτὸς οὐ ταυτὸν σθένει.

id est Ennio interprete:

Namque quum opulenti loquuntur pariter atque ignobiles
Eadem dicta eademque oratio aequa non aeque valet.

Videor mihi hic aliquem audire dicentem:

Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?
Parturiunt montes, — — —

Nihil miror: et ipse fortasse ita dixissem, hoc tantum peto

ex solido auro nusquam comparebat quum Pausanias donaria Olympica viseret, qui ἐπιγράμματα βουστροφηδὸν γράμμασιν ἀρχαίοις in arca Cypseli inscripta vidit (v. 17. 6.) sed signum Iovis χρυσοῦν σφυρήλατον neque vidit neque commemoravit. Ne Strabone quidem vivo supererat, ut colligere est ex eius verbis VIII. p. 353. Cas. ἐκοσμήθη δὲ (ἡ Ὀλυμπία) ἐκ τῶν πλήθους τῶν ἀναθημάτων ἅπερ ἐκ πάσης ἀνετίθετο τῆς Ἑλλάδος· ὧν ἮΝ καὶ ὁ χρυσοῦς σφυρήλατος Ζεὺς ἀνάθημα Κυψέλου, τοῦ Κορινθίων τυράννου. ἮΝ, inquit, non ἔστιν, quia nusquam iam comparebat. Quod autem Plato dixit σφυρήλατος ἐν Ὀλυμπίᾳ ἕσθαι (nam sic legendum est pro σάθητι), et Strabo ὁ χρυσοῦς σφυρήλατος Ζεύς, manifesto sumsit uterque ex ipsa donarii inscriptione, quae apud doctissimum Platonis interpretem simul exstat et non exstat. Non exstare enim dico propterea quia sensu vacua et veluti mente capta nunc circumambulat. Quid enim sibi volunt haec verba:

Εἰμὶ ἐγὼ χρυσοῦς σφυρήλατός εἰμι κολοσσός
ἐξώλης εἴη Κυψελιδῶν γενεά.

inepta oratio est εἰμὶ ἐγὼ — εἰμι, metrum turpiter violatur in εἰμὶ ἐγώ, et sententia in absurdis verbis nulla inest. Medebitur omnibus malis una litterula lenissimo remedio emendata et e densa caligine clara lux necopinato affulgebit. Sed priusquam veram lectionem in lucem proferam notanda est et castiganda Criticastri impudentia, qui pessumdedit omnia. Suidas Photii λέξιν describens pro Εἰμὶ ἐγώ correxit scilicet Αὐτὸς ἐγώ, unde ista scriptura in Brunckii Analecta recepta est solaque nunc circumfertur. Bellissima vero sententia inest in epigrammate sic *emendato* scilicet.

Ἐξώλης εἴη γραμματικῶν γενεά,

talium quidem, qualis est Suidas, Graeculorum unus omnium stupidissimus. Scin quid olim in signo Iovis fuerit inscriptum? Nempe hoc:

Εἰ μὴ ἐγὼ χρυσοῦς σφυρήλατός εἰμι κολοσσός
ἐξώλης εἴη Κυψελιδῶν γενεά.

Non potuit aut ipse Cypselus aut filius Periander lepidius urbaniusque quam sic iocari. Solebant veteres Graeci pariter et Romani, et solemus hodieque omnes aut serio aut ioco

aliquid sic asseverare. Pauca dabo de multis. In Tiberium scripti sunt hi versiculi apud Sueton. Tib. 59:

Asper et immitis, breviter vis omnia dicam,
Dispeream si te mater amare potest.

Sic Romani dicebant: *Di me perdant si* — vel *nisi, dii deaeque omnes me perdant, interficiant si* vel *nisi* —, *peream* vel *dispeream, ne vivam, ne salvus sim si* vel *nisi* —; exempla plena manu dabit Brissonius de Form. VIII. 13. Eadem est exemplorum frequentia apud Graecos. Audiamus modo Aristophanem, in Ranis vs. 579.

κάκις' ἀπολοίμην Ξανθίαν εἰ μὴ φιλῶ.

et compara lepidum locum vicinum 586—588. in Equitt. vs. 400:

εἴ σε μὴ μισῶ γενοίμην ἐν Κρατίνου κῴδιον.

et vs. 766. Cleon:

εἰ δέ σε μισῶ καὶ μὴ περὶ σοῦ μάχομαι μόνος ἀντιβεβηκώς
ἀπολοίμην καὶ διαπρισθείην κατατμηθείην τε λέπαδνα.

cui Agoracritus respondet:

κἄγωγ', ὦ Δῆμ', εἰ μή σε φιλῶ —
ἐψοίμην ἐν περικομματίοις.

et in Vesp. vs. 630:

ἀπολοίμην εἴ σε δέδοικα.

et in Acharn. vs. 151:

κάκις' ἀπολοίμην εἴ τι τούτων πείθομαι.

et vs. 476:

κάκις' ἀπολοίμην εἴ τι σ' αἰτήσαιμ' ἔτι.

sed iam satis superque est, ut ipse possim dicere:

κάκις' ἀπολοίμην εἴ τι προσθείην ἔτι.

videamus potius quomodo subveniamus alteri epigrammati, quod Ἀπελλᾶς ὁ Ποντικός memoriae prodiderat. Absurda enim est vulgata scriptura:

Εἰμὶ ἐγὼ νάξος παγχρύσεός εἰμι κολοσσός
ἐξώλης εἴη Κυψελιδῶν γενεά.

Apellas ille, quisquis fuit, videtur memoriter idem epigramma laudare sed sic ut nonnulla (uti fit memoriter laudantibus) leviter immutaret. Dederat tamen aliquid quod sanum esset et intelligi possit, quod quale fuerit quaeramus. Nil

iuvabit quaerentem homo nihili qui apud Suidam *correxit* iratis Musis:

Νάξιός εἰμι ἐγὼ παγχρύσεός εἰμι κολοσσός.

Lepidi sunt homines docti qui in animum inducunt Corinthi tyrannum quum signum Iovis ex solido auro Olympiae dedicaret inscripsisse:

Naxius sum ego et totus ex auro fabricatus.
Utinam funditus pereat Cypselidarum genus.

qui ne hoc quidem mirantur quomodo e Corinthio repente in Naxium conversus fuerit. Hoc quidem statim apparet verum esse: Εἰ μὴ — εἰμί, videamus igitur quid in ΕΓΩΝΑΞΟC lateat. Nempe:

Εἰ μὴ ἐγών, ὦναξ, παγχρύσεός εἰμι κολοσσός.

quum esset in vetere libro scriptum ΕΓΩΝΩΝΑΞ duae litterae ΩΝ exciderunt et quod supererat ἐγὼ ναξ in ἐγὼ νάξιος criticaster refinxit, unde Νάξιος natum est, et Νάξιός εἰμι ἐγὼ transpositum. Dicitur enim ὦναξ tam bene ad Iovem quam, ut saepius solet, ad Apollinem. Emenda obiter perelegantem choliambum Phoenicis Colophonii apud Athenaeum VIII. pag. 360 A. ubi editur:

Ἀλλ', ὦγαθοὶ, 'πορέξαθ' ὧν μυχὸς πλουτεῖ
(δόμου). δὸς, ὦναξ, καὶ σὺ πολλά μοι, νύμφη.

δόμου Casaubonus addidit, infeliciter admodum. Emenda vel potius supple:

δὸς ὧν, δὸς ὦναξ, καὶ σὺ πολλά μοι, νύμφη.

litterae ΔΟCΩΝ bis repetitae semel exciderunt. Cognita denique et intellecta vetere τοῦ τῶν Κυψελιδῶν ἀναθήματος inscriptione simul intelligitur cur dubitari potuerit de eo, qui Iovi signum dedicaverit et quomodo quod ipsius fuerit Cypseli Cypselidarum fuisse a Platone et Aristotele et Theophrasto dicatur. Appellabatur enim propter hanc ipsam inscriptionem τὸ τῶν Κυψελιδῶν ἀνάθημα, et quamquam pater Cypselus dedicavit signum, tamen illa verba non ipse subscripsit sed filius Periander, ut colligas e loco Pausaniae V. 2. 3. Quum de signi subscriptione controversia orta esset lepidus poëta excogitavit iocum, quem post multa saecula veluti ex Orco revocavimus. Superest in eximia annotatione aliud quid corrigendum, de quo dicemus postea quum ostendemus quem

usum habeat egregius ille Platonis interpres ad Platonem emendandum.

Inspiciamus nunc secundam eiusdem annotationem doctam hercle et perelegantem. Componamus potius Timaei exilitatem cum illius copia et divitiis. Timaeus: Τευτάζων: πραγματευόμενος, ἐνδιατρίβων. Audi nunc illum: Τευτάζειν: πραγματεύεσθαι ἢ σκευωρεῖσθαι ἢ ςραγγεύεσθαι καὶ πολὺ διατρίβειν ἐν τῷ αὐτῷ. Λυκόφρων οὕτως καὶ Δίδυμος προσθεὶς ὅτι ἐνίοτε σημαίνει καὶ τὸ φροντίζειν. Ἡρακλέων δὲ καταμεμψάμενος Λυκόφρονα φησὶν εἶναι τὸ ἐπιςρεφῶς τι πράττειν ἢ ἐνεργεῖν. καὶ Ἀρτεμίδωρος τὸ φροντίζειν. Φρύνιχος Μύσαις·

μάσιγα δ' ἐν χεροῖν ἔχων τευτάζεται.

Πλάτων Ξαντρίαις·

ἦν δὴ θόρυβος τευταζόντων.

ἀντὶ τοῦ πραγματευομένων ἢ διατριβόντων. καὶ ἐν Τιμαίῳ· τῷ μὲν οὖν περὶ τὰς ἐπιθυμίας ἢ φιλονεικίας τετευτακότι, οἷον διατετριφότι. γράφεται καὶ τεταυτακότι. Τηλεκλείδης·

πάντες δὲ τευτάζουσιν οἱ διάκονοι.

ἀντὶ τοῦ πραγματεύονται, σκευωροῦνται. Φερεκράτης·

ὁ δὲ παῖδα καλεῖ καὶ τευτάζει τούτῳ δεῖπνον παραθεῖναι.

σημαίνει δὲ καὶ τὸ σπουδάζειν Πολιτείας ζ'. καὶ τὸ ἡσυχάζειν. καὶ τευτάζων τὸ αὐτὸ ἀεὶ λέγων, Φλυαρῶν. In ultimis respicit hos locos Platonis de Rep. VII. p. 521 E: γυμναστικὴ μέν που περὶ γιγνόμενον καὶ ἀπολλύμενον τετεύτακεν, et in Philebo p. 56 E: λέγεις οὐ σμικρὰν διαφορὰν τῶν περὶ ἀριθμὸν τευταζόντων. De verbo τευτάζειν post Ruhnkenium dici nihil opus est, qui eruditissimam incerti auctoris annotationem merito admiratur. Sapit antiquam illam sanam solidamque doctrinam Alexandrinam, eandemque non aliis surreptam sed propria lectione et industria partam. Videamus alia, iterumque Timaeum cum ignoto auctore comparemus. Timaeus: Σταθερά: μέσον ἡμέρας ὅτε κατὰ κορυφὴν ὁ ἥλιος γίνεται. Incertus auctor apud Photium: Σταθερόν: ὀξύ, ἰσχυρὸν ἢ θερμόν. τὸ διὰ τὴν ὀξύτητα τῆς κινήσεως ἵςασθαι δοκοῦν· ἐν Φαίδρῳ· μὴπω γ', ὦ Σώκρατες, πρὶν ἂν τὸ καῦμα παρέλθῃ· οὐχ ὁρᾷς ὡς σχεδὸν ἤδη μεσημβρία ἵςαται ἡ δὴ καλουμένη ςαθερά. δύναται μέντοι καὶ θερμοτάτη εἶναι ἡ

σαθερὰ ὀξεῖα οὖσα· καὶ γὰρ τὸν ἥλιον ὅταν μᾶλλον ἐγκάψῃ ὀξὺν εἰώθασι λέγειν. σημαίνειν δ' ἂν καὶ τὸ σάσιμον τῷ μέσον τι εἶναι τῆς ἡμέρας καὶ μηδὲ ἐφ' ἕτερον κλίνειν. καὶ Κρατῖνος δὲ ἐν Σεριφίοις ἐπὶ τοῦ ὀξέος ἢ ἰσχυροῦ·

οὕτω σαθερῶς τοῖς λωποδύταις ὁ πόρος πεινῶσι παφλάζει.

Ἀντίμαχος·

θέρεος σαθεροῖο.

τινὲς καὶ ἐπὶ τοῦ στασίμου, ὡς Αἰσχύλος ἐν Ψυχαγωγοῖς·

σαθεροῦ χεύματος·

καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Προάγωνι·

σαθερὰ δὲ κάλυξ νεαρᾶς ἥβης.

σημαίνει καὶ τὸ μόνιμον. Potuitne copiosius et luculentius quam sic vocabulum rarum et exquisitum ornari? Aliam audi scitam doctamque eiusdem observationem, quam servavit Photius v. Ἦ δ' ὅς: οἱ μὲν περὶ Ἐρατοσθένην ἀντὶ τοῦ ἔφη δὲ ὅς. διὸ καὶ δασύνουσι τὴν ἐσχάτην· ἐντετάχθαι γὰρ ἄρθρον τὸ ὅς καὶ ἦ ἀντὶ τοῦ ἔφη. »ἀλλὰ περιμενοῦμεν, ἦ δ' ὃς ὁ Γλαύκων." καὶ ἦν δ' ἐγώ ἀντὶ τοῦ ἔφην δὲ ἐγώ. παρὸ δὴ καὶ Ἑρμιππος ἐν Ἀθηνᾶς γοναῖς ἠσίν ἀντὶ τοῦ φησίν.

ὁ Ζεύς, δίδωμι Παλλάς, ἠσὶ, τοὔνομα.

Ἀρίσαρχος δὲ τὸ μὲν ἦ δ' ὅς ἀντὶ τοῦ ἔφη δὲ ὅς, τὸ δὲ ἦν δ' ἐγώ ἔφην δὲ ἐγώ. τὸ δὲ ἦ τῶν ἀρχαίων ἔφη εἶναι λεξειδίων. Ὅμηρον δὲ οὐ κατὰ πάντα χρῆσθαι αὐτῷ οὐδὲ σχηματίζειν ἀπ' αὐτοῦ. τὸ ἀνάλογον μὲν ὡς ὅταν λόγου τελευτὴν σημαίνῃ·

ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι (νεῦσε Κρονίων).

καὶ·

ἦ καὶ ἐπ' Ἀντινόῳ (ἰθύνετο πικρὸν ὀϊστόν).

τοὺς δὲ μεθ' Ὅμηρον ἀδιαφόρως αὐτὸ τάσσειν. E limpidissimis fontibus, ut vides, doctrinam haurit et Criticorum principes sedulo terit ducesque sequitur. Alterum exquisitae doctrinae specimen hoc habe e Photio v. Ὀργεῶνες: οἱ τοῖς ἰδίοις ἀφιδρυμένοις θεοῖς ὀργιάζοντες. ὀργιάζειν δέ ἐστι τὰ τῶν θεῶν ἔργια τελεῖν, τουτέστι μυστήρια καὶ νόμιμα. Νόμων Δ. »μὴ κεκτῆσθαι ἔσω ἐν ἰδίαις οἰκίαις ἱερά· τὸν δὲ φανέντα κεκτημένον ἕτερα καὶ ὀργιάζοντα πλὴν τὰ δημόσια. Σέλευκος δὲ ἐν τῷ ὑπομνήματι τῶν Σόλωνος ἀξόνων ὀργεῶνας φησὶ καλεῖσθαι τοὺς συνόδους ἔχοντας περί τινας ἥρωας ἢ θεούς.

ἤδη δὲ μεταφέροντες καὶ τοὺς ἱερέας οὕτω καλοῦσιν. ὁ γοῦν Ἀντίμαχος ἐν τῇ Λύδῃ·

ἔνθα Καβάρνους θῆκεν ἀγακλέας ὀργειῶνας.

καὶ ὁ Αἰσχύλος ἐν Μυσοῖς τὸν ἱερέα τοῦ Καΐκου προσαγορεύων·

ποταμοῦ Καΐκου χαῖρε πρῶτος ὀργεών,
εὐχαῖς δὲ σῴζοις δεσπότας παιωνίαις.

περὶ δὲ τῶν ὀργεώνων γέγραφε καὶ Φιλόχορος· »τοὺς δὲ Φράτερας ἐπάναγκες δέχεσθαι καὶ τοὺς ὀργεῶνας καὶ τοὺς ὁμογάλακτας, οὓς γεννητὰς καλοῦμεν.“

Compilavit nostri scrinia Harpocration in v. Ὀργεῶνας, ut comparanti utriusque locum fiet manifestum. Diligenter notandum hoc est propterea quod facit ad incerti auctoris aetatem constituendam. Non enim eos compilabant qui aetate suppares essent sed aliquanto vetustiores, οἱ γὰρ τεθνεῶτες οὐ δάκνουσιν. Eodem modo vidimus alibi Harpocrationem Athenaei copias suffurantem. Facile agnosces elegantissimae doctrinae virum in his apud Photium in v. Παιδικά: ἐπὶ θηλειῶν καὶ ἀρρένων ἐρωμένων τάττεται ἡ λέξις. παραδείγματα δὲ τοῦ ἐπὶ μὲν τῶν ἀρρένων τάττεσθαι πολλά. καὶ ἐν τοῖς Ἀχιλλέως δ' Ἐρασταῖς δῆλον ὡς οὕτως ἐξείληπται. ἐπιδόντων γάρ τι τῶν Σατύρων εἰς τὴν γυναικείαν ἐπιθυμίαν φησὶν ὁ Φοίνιξ·

παπαῖ, τὰ παιδίχ', ὡς ὀρᾷς, ἀπώλεσας.

καὶ Κρατῖνος Πανόπταις·

μισεῖς γὰρ τὰς γυναῖκας, πρὸς παιδικὰ δὲ τρέπει νῦν.

ὅτι δὲ ἐκάλουν οὕτως καὶ τὰ πρὸς τὰς γυναῖκας Εὔπολις. φησὶ γὰρ ὡς πρὸς αὐλητρίδα τις·

ἐγὼ δὲ χαίρω πρός γε τοῖς σοῖς παιδικοῖς.

καὶ Κρατῖνος δὲ Ὥραις τῆς παλλακῆς ἀποδημοῦντος τοῦ Διονύσου ἐρώσης φησὶν ἐπ' αὐτοῦ·

μακάριος τῶν παιδικῶν.

οὐχὶ δὲ μόνον οἱ ἐρώμενοι καλοῦνται τῷ ὀνόματι ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ σπουδαζόμενοι πάνυ κατὰ μεταφορὰν τὴν ἀπ' ἐκείνων. Πλάτων Φαίδρῳ· »ἐσπούδακας, ὦ Φαῖδρε, ὅτι σου τῶν παιδικῶν ἐλαβόμην ἐρεσχηλῶν σε.“ λέγεται οἷον τὸ ἁρμόζον παιδί. ἡ δὲ λέξις ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐπὶ τῶν ἀσελγῶς ἐρωμένων. Est operae pretium videre quam haec omnia apte nitideque dicantur et commode decurrant, ut non grammaticum aliquem sed veterem scriptorem tibi videaris legere. Quam versatus

sit in poëtarum lectione et in aliis et in Tragicis Comicisque saepe ostendit quum non tantum eorum *ῥήσεις* laudat sed adiicit nonnulla ex integra fabula quo melius intelligantur. Cratini versiculos multi magistri laudare solent qui ipsas Cratini fabulas numquam triverunt, sed ex aliorum scriptis horum versiculorum notitiam hauserunt. Quum laudat e Sophoclis dramate satyrico Ἀχιλλέως Ἐρασταῖς versiculum:

παπαῖ, τὰ παιδίχ', ὡς ὁρᾷς, ἀπώλεσας.

utiliter monet Phoenicem haec dicere *ἐπιδόντων τι τῶν Σατύρων εἰς τὴν γυναικείαν ἐπιθυμίαν.* Ubi e Cratini Ὥραις affert verba *μακάριος τῶν παιδικῶν* adscribit ad Bacchum haec dici de concubina absentis eius amore ac desiderio flagrante. Eodem modo alibi in v. Ὁμοῦ scribit Ἀριστοφάνης Τριφάλητι· *ἡ γὰρ τὸν Τριφάλητα τίκτουσα φησίν·*

λάβεσθε, καὶ γὰρ ἔσθ' ὁμοῦ.

et in v. Γλυκὺς *ἀγκών* Platonem Comicum laudans, Πλάτων ὁ Κωμικὸς *ἐν τῷ Φάωνι. γέρων δ' αὐτῷ ὑπόκειται ἐρῶν αὐλητρίδος·*

ὦ χρυσοῦν ἀνάδημ', ὦ τοῖσιν ἐμοῖς
τρυφεροῖσι τρόποις γλυκὺς ἀγκών.

Annotationem, in qua fabulae Platonis argumentum commemorat, Suidas e Photio descriptam servavit. Locus *ἐκ τοῦ Τριφάλητος* ex annotatione apud Photium excidit, sed superest in scholiis ad Platonem ubi eadem integrior servata est. Vides non esse hanc vulgarem eruditionem sed qualem in antiquorum Criticorum reliquiis et in Athenaeo admiramur. Subiiciam his eleganter scriptam annotationem ad Platonis locum in Alcibiade I. p. 120 A. apud Photium v. Ὀρτυγοκόπος: *παιδιά τις, ἐν ᾗ ὄρτυγας ἰσχάσιν ἐν γύρῳ, οὓς τύπτουσιν εἰς τὴν κεφαλήν· καὶ ὁ μὲν ἐν τῷ γύρῳ καταβαλὼν τὸν ὄρτυγα λαμβάνει ἐξῆς οὓς ἂν δύνηται, ὁ δὲ ἀποτυχὼν παρέχει θατέρῳ τοὺς ὀρτυγας τύπτειν, καὶ τοῦτο ἀνὰ μέρος ποιοῦσιν. λέγει οὖν ἐν Ἀλκιβιάδῃ· »οὔκ, ἀλλὰ πρὸς Μειδίαν δεῖ σε ἀποβλέποντα τὸν ὀρτυγοκόπον καὶ τοιούτους ἄλλους.« ἐμφαίνων ὅτι οὐ πρὸς τοὺς τυχόντας ὁ ἀγὼν ἐστι, πρὸς δὲ τοὺς ἀρίστους, διόπερ οὐ ῥᾳθυμητέον.* Pro *ἐμφαίνων ὅτι* in libro Galeano et apud Suidam est *ἐν Φαίδωνι ὅτι* ridiculo errore, quem Leopardus, ut solet, acutissime correxit. Alias res agebat novissimus Suidae editor *ἐν Φάωνι* reponens: non vidit esse gramma-

tici verba vicinum Platonis locum interpretantis. Quam sit antiquus auctor docent ea quae scribit v. Περιαγειρόμενοι: ὥσπερ οἱ νικηφόροι περιαγειρόμενοι ἀθληταί. Πολιτείας ἐπὶ τέλει (X. p. 621 B). λέγεται γὰρ ὅτι τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς ἆθλα προὐτίθεσαν τοῖς ἀγωνιζομένοις, ὃν τρόπον καὶ Ὅμηρος καὶ ἄλλοι ποιηταὶ ἱστοροῦσιν· ἐπεὶ δὲ ἤρξαντο χωρὶς ἄθλων ἀγωνίζεσθαι τοὺς νικήσαντας οἱ μὲν κατὰ Φιλίαν ἢ συγγένειαν προσήκοντες στεφάνοις ἀνέδουν, τῶν δ' ἄλλων οἱ μὲν σύνεγγυς καθήμενοι καὶ πλησιάζοντες πλέονος ἄξια ἐπετίθεσαν, οἱ δὲ πορρωτέρω ἄνθεσι καὶ φύλλοις ἔβαλλον περιερχομένους, ὡς καὶ νῦν τοῖς ἐπιφανῶς ἀγωνισαμένοις ἐπιβάλλουσι πετάσους καὶ ζώνας, οἱ δὲ χιτῶνας. ἐκ τούτου σύνηθες ἐγένετο κύκλῳ περιπορευομένους τοὺς ἀθλητὰς ἐπαγείρειν καὶ λαμβάνειν τὰ διδόμενα. ὅθεν Σιμωνίδης περὶ Ἀχύλου φησὶν οὕτως·

Τίς δὴ τῶν νῦν τοσάσδε πετάλοισι μύρτων ἢ στεφάνοισι ῥόδων ἀνεδήσατο νίκας ἐν ἀγῶνι περικτιόνων;

ἔνιοι δὲ τοῦτο τὸ ἔθος ἀπὸ Θησέως τὴν ἀρχὴν λαβεῖν. ἐκεῖνον γὰρ ἐκ Κρήτης κομισθέντα μετὰ τὸ ἀνελεῖν τὸν Μινώταυρον οἱ ἀπὸ τῆς χώρας ἄνθεσι καὶ φύλλοις ἔβαλλον καὶ τοῖς παροῦσι καρποῖς ἐτίμων. Non opus esse arbitror plura apponere ut unusquisque intelligat quam varia et elegans doctrina in illo fuerit cui has observationes debemus. Diximus supra quum in Platone emendando versaremur de eruditissima annotatione eiusdem apud Photium v. Νυνδή. Similem habebis v. Φαῦλον. Alia apud Photium deperdita servat Suidas, quorum unum tantum indicabo v. Βλᾶκα pertinens ad locum Platonis de Rep. IV. p. 432 D. Ex eo loco colligo auctorem harum annotationum vitam Alexandriae degisse: scribit enim: καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ τέλος τι βλακεννόμιον, ὃ οἱ ἀστρολόγοι τελοῦσι διὰ τὸ τοὺς μωροὺς εἰσιέναι πρὸς αὐτούς. Sunt haec oculati testis popularium suorum institutum nomenque vernaculum commemorantis, ut vides. Videamus nunc an praeter patriam nomen quoque pereruditi viri indagando reperire possimus, quae res non est fortasse tam difficilis et ardua, quam nonnullis videtur. Primum enim constat paucissimos fuisse qui dedita opera Platonis λέξεις scripto commentario illustraverint, de quibus priusquam dicam notandus est et reprehendendus stultus Diogenis Laërtii error in vita Platonis

III. 63. sic scribentis: *ὀνόμασι δὲ κέχρηται (ὁ Πλάτων) ποικίλοις πρὸς τὸ μὴ εὐσύνοπτον εἶναι τοῖς ἀμαθέσι τὴν πραγματείαν.* Nihil est enim a Platonis ingenio alienius, qui etiam in rebus placitisque abstrusioribus et reconditis summa utitur orationis perspicuitate verbisque lectissimis illis quidem et ornatissimis sed illo tempore cuilibet de populo notis usitatisque. Ridemus levitatem eorum qui olim Hippocratem criminabantur *ὅτι ἐπετήδευσεν Ἱπποκράτης ἀσαφὴς φανῆναι καὶ διὰ τοῦτο ἀνακεχωρηκυίας εὐπορῆσαι λέξεις ἐσπούδασεν*, apud Erotianum p. 4. quos sic Erotianus redarguit: *λελήθασι δὲ οἱ ταῦτα περὶ τοῦ ἀνδρὸς ἐπὶ τῶν μειρακίων φλυαροῦντες ὡς οὐ μᾶλλον (κατηγοροῦσιν) Ἱπποκράτους ταῦτα ὅσον τὴν ἑαυτῶν ἀμαθίαν εἰς ὕπαιθρον ἄγουσιν*, namque illum dicendi usum veteribus omnibus notum tritumque fuisse et lapsu temporis mutatum esse. Plato ut erat summus scribendi artifex abstinuit verbis reconditioribus et rarioribus, quorum notitia et intelligentia penes doctiores tantum foret. Nihil est apud illum dictum, quo non et caeteri omnes cives et Comici poëtae uterentur, ut etiamnunc nullo negotio demonstrari potest. Vide autem quibus argumentis et exemplis Diogenes Laërtius inanem istam opinionem confirmaverit. Scilicet *σοφίαν* Plato *ἰδιαίτατα* illo teste appellavit *τὴν τῶν νοητῶν καὶ ὄντως ὄντων ἐπιστήμην*, eodem nomine *ἰδίᾳ* vocavit *τὴν φιλοσοφίαν*, denique *κοινῶς* apud eum *ἡ πᾶσα ἐμπειρία* dicitur *σοφία*. Praeterea utitur iisdem verbis *ἐπὶ διαφερόντων σημαινομένων*, nam *φαῦλον* v. c. apud Platonem significat aut *ἁπλοῦν*, aut *κακόν*, aut *μικρόν*. Ergo propterea Platonis scripta sunt *τοῖς ἀμαθέσιν οὐκ εὐσύνοπτα*, idque de industria Plato quaesivit. Apage ineptias. Quis non veterum saepe utitur nomine *φαῦλον* iisdem notionibus, quibus apud Platonem occurrit, de qua re docte et diligenter multa conquisivit idem ille incertus Grammaticus, cuius nomen quaerimus, apud Phot. v. *Φαῦλον*, quem locum et Suidas et Etymologus Magnus fideliter descripserunt. Si huius annotationis initium cum Diogene Laërtio composueris non levis tibi subnascetur suspicio Diogenem quoque, qui semper ex aliis sapit, sua illinc sumsisse. Apud Grammaticum est: *Φαῦλον; τὸ ἁπλοῦν. καὶ Εὐριπίδης ἐν τῷ Λικυμνίῳ·*

Φαῦλον ἄκομψον τὰ μέγις' ἀγαθόν.

ἁπλοῦν καὶ ἀπόνηρον λέγων. ἔϛι δ' ὅτε τίθεται καὶ ἐπὶ κακοῦ καὶ τοῦ τυχόντος. Πλάτων ἐν τῷ περὶ ψυχῆς φαῦλον πρᾶγμα, ἔφη, Κέβης, ζητεῖς. Diogenes ita scribit: χρῆται δὲ καὶ ἐπὶ διαφερόντων σημαινομένων τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασιν. ὁ γοῦν φαῦλος λέγεται παρ' αὐτῷ καὶ ἐπὶ τοῦ ἁπλοῦ, ὡς καὶ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Λικυμνίῳ φέρεται ἐπὶ τοῦ Ἡρακλέους οὑτωσί·

φαῦλον, ἄκομψον, τὰ μέγιϛ' ἀγαθόν,
πᾶσαν ἐν ἔργῳ περιταμνόμενον
σοφίαν λέσχης ἀτρίβωνα.

χρῆται δὲ ὁ Πλάτων ἐνίοτε αὐτῷ καὶ ἐπὶ τοῦ κακοῦ. Etiam minus dubitabis si cogitaveris φαῦλον apud Platonem nusquam significare ἁπλοῦν καὶ ἀπόνηρον, ut apud Euripidem: neque id grammaticus dixit sed laudato usu Euripideo ad Platonis χρήσεις transiit, quae res Diogenem in describendo alias res de more agentem fefellit. Factum est igitur propter illam Platonis consuetudinem, qua reconditas λέξεις vitabat, ut pauci tantum illius dicendi usum exponerent. Quemadmodum plurimi τὰς τοῦ Ἱπποκράτους λέξεις sedulo interpretabantur, sic Platonicas vix unus et alter de industria collegit et explicuit. Complures exstiterunt olim, qui dedita opera τὰ παρὰ Πλάτωνι μαθηματικῶς εἰρημένα, τὰ ἰατρικῶς εἰρημένα, τὰ μουσικῶς εἰρημένα παρὰ Πλάτωνι explicarent, sed tres tantum scimus fuisse qui τὰς Πλατωνικὰς λέξεις colligerent, Timaeum, Boëthum et Harpocrationem. De Timaei levi opella diximus. De Harpocratione auctor est Suidas v. Ἁρποκρατίων Ἀργεῖος Πλατωνικὸς φιλόσοφος —. ἔγραψεν ὑπόμνημα εἰς Πλάτωνα ἐν βιβλίοις κδ'. Λέξεις Πλάτωνος ἐν βιβλίοις δυσίν. Praeter hunc unum Suidae locum omnis Harpocrationis Platonici memoria obsoleta est, neque facile quisquam credet Harpocrationis Λέξεις Πλάτωνος a Photio lectas esse aut descriptas. Photius non Harpocrationis Λέξεις Πλάτωνος novit aut legit, sed Boëthi, de quo nunc dicturi sumus. Scripserat Boëthus Λέξεων Πλατωνικῶν συναγωγὴν κατὰ ϛοιχεῖον, scripserat idem περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀπορουμένων λέξεων. Uterque liber in Photii manus pervenit ab eoque lectus et commemoratus est simul cum Timaei libello, quem is περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι λέξεων inscripserat. Audiamus diligenter ipsius Photii testimonium. In Bibliotheca enumerans libros quos in itinere legis-

set in Cod. 151. ita scribit: Ἀνεγνώσθη TIMAIOT πρὸς Γεντιανὸν περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι λέξεων κατὰ στοιχεῖον βραχὺ πονημάτιον ἐν ἑνὶ λόγῳ. Tum post pauca ἀνεγνώσθη δὲ ἐν τῷ αὐτῷ τεύχει καὶ ΒΟΗΘΟΥ Λέξεων Πλατωνικῶν συναγωγὴ κατὰ στοιχεῖον πολλῷ τῆς Τιμαίου συναγωγῆς χρησιμώτερον. προσφωνεῖ δὲ Μελάντᾳ τινὶ τὸ συνταγμάτιον. Deinde continuo ita pergit: συνετάγη δὲ αὐτῷ καὶ ἕτερόν τι Ἀθηναγόρᾳ προσφωνούμενον σπουδασμάτιον, ὃ Περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀπορουμένων Λέξεων ἐπιγράφει, quibus statim haec subiungit: ὃν εἴ τις τὰς λέξεις εἰς ἓν συναγάγοι συνεντάσσων καὶ τὰς συνημμένας Τιμαίῳ ἀπηρτισμένην ἂν τὴν ὠφέλειαν παράσχοι τοῖς τὰ Πλάτωνος ἀναγινώσκειν ἐθέλουσιν. Iam vero quis non statim intelligit cuius tandem sint exquisitae annotationes in Platonem, de quibus diximus et quarum auctorem quaerimus? Estne ad hanc lucem multis verbis opus ut demonstrem hunc ipsum esse Boëthum, cuius multiplicem et venustam doctrinam admirati sumus? Photius ubi suam λέξεων συναγωγὴν condere et contexere coepit Timaei λέξεις sedulo omnes recepit, ut vidimus. Putasne eum Timaei λέξεις recepisse, Boëthi, quas ipse *multo utiliores* esse scribat, non recepisse? Fieri non potest ut hoc quisquam putet, namque unusquisque videt praeter Timaei λέξεις, quae fere leves ac futiles sunt, in Photiana συναγωγῇ alias Platonicas λέξεις comparere longe longeque utiliores, doctiores et praestantiores quam quidquid scriptitavit Timaeus. Nemo punctum temporis dubitare potest quin Photius, qui ipse monuisset Platonis lectoribus utilissimum fore si quis Boëthi λέξεις ex utroque libro coniungeret in unum iisque λέξεις Timaei suo quamque loco adiungeret, quin, inquam, Photius ipse λέξεις συνάγων Timaei observatiunculas colligeret, Boëthi egregias observationes non colligeret? Ea res tam manifesta est atque evidens ut plura dicere nihil sit opus. Habemus igitur Boëthi utrumque librum, cuius gravem bonis litteris iacturam in Praefatione ad Timaeum deploravit Ruhnkenius minime suspicatus se illos libros, quos periisse querebatur, manibus tenere et ad Timaeum illustrandum saepe adhibuisse. Uterque Boëthi liber non erat magnae molis. Photius alterum συνταγμάτιον appellat, alterum σπουδασμάτιον. Itaque non miramur non admodum multas

apud Photium (et ubi Photius deficit apud Suidam) exstare eximias in Platonem annotationes, quales nonnullas laudavimus. Boëthi memoria praeterquam in Photii Bibliotheca prope sine vestigio obsoleta est atque deleta. Unus omnium Hesychius unico loco eruditissimi viri mentionem facit. Legitur locus in v. Διὰ πάντων κριτής pertinetque ad locum Platonis quem prius adscribam. Legitur in libro IX. de Rep. p. 580 B: νῦν ἤδη ὥσπερ ὁ διὰ πάντων κριτὴς ἀποφαίνεται καὶ σὺ οὕτω τίς πρῶτος κατὰ τὴν σὴν δόξαν εὐδαιμονίᾳ καὶ τίς δεύτερος καὶ τοὺς ἄλλους ἑξῆς πέντε ὄντας κρῖναι, ubi in aliis libris est κρῖνε. Huc igitur pertinet locus Hesychii: Διὰ πάντων κριτής: Βοήθός φησιν ἐν τοῖς περὶ Πλάτωνος ὅτι ὁ νομοθέτης ἐκέλευσε τοῖς κρίνουσι γράφειν τὰ κεφάλαια ἕκαστον. Epitomator nihili bonam annotationem truncavit ac mutilavit et resecuit stultus illud ipsum quod erat primarium. Non difficulter apparet τοὺς κρίνοντας esse τοὺς πέντε κριτάς, qui Athenis in ludis scenicis poëtis Tragicis et Comicis primas, secundas et tertias decernebant, quos saepe commemorant Aristophanes et alii Comici, in his Pherecrates in lepido fragmento apud Photium v. Φίλιος Ζεύς, quem Suidas de more descripsit:

τοῖς δὲ κριταῖς
τοῖς νυνὶ κρίνουσι λέγω
μὴ 'πιορκεῖν μηδ' ἀδίκως
κρίνειν ἢ νὴ τὸν Φίλιον
μῦθον εἰς ὑμᾶς ἕτερον
Φερεκράτης λέξει πολὺ τούτου κακηγοριστότερον.

Lepidissime de iisdem Comicus nescio quis παρῳδῶν nobilem Homeri locum dixit ἐν πέντε κριτῶν γούνασι κεῖται, apud Zenobium III. 64. Notaverat igitur Boëthus τοὺς πέντε κριτάς legis iussu censuras scripto mandavisse (quo pertinent Zenobii verba l. l. ἃ εἰς γραμματεῖα γράφεται.), deinde ex omnibus unum cognitis reliquorum iudiciis ἀποφήνασθαι, id est *pronuntiasse*, τίς πρῶτος καὶ τίς δεύτερος καὶ τίς τρίτος. Hic igitur διὰ πάντων κριτὴς in illo certamine dicebatur, ad quem morem Plato respiciens in libro de Republica ita scripsit ut modo vidimus. Sed vitiata lepidi loci scriptura est et interpolata, cui obiter medeamur. Estne haec, quaeso, Platone

digna verborum compositio: ὥσπερ ὁ διὰ πάντων κριτὴς ἀποφαίνεται καὶ σὺ οὕτω — κρῖναι vel κρῖνε? Potestne illud κρῖνε tot verbis mediis interpositis sic in ultimum locum abiici? Qui aurem habet diuturna Platonis et Atticorum lectione subactam iudicet an haec sit Platone dignior loci forma: ὥσπερ ὁ διὰ πάντων κριτὴς ἀποφαίνου καὶ σὺ οὕτω τίς πρῶτος κτέ; quo facto κρῖναι aut κρῖνε ultro excidit interpolatum illo tempore quum ἀποφαίνου ob ea quae praecedunt in ἀποφαίνεται mutatum fuit. Sed haec obiter. Praeter hoc unicum testimonium altum est apud Veteres de Boëtho silentium, et superest ut eum ex se ipso spectemus, unde de eius aetate coniectura probabilis fieri poterit. Ubi haec omnia, quae nunc breviter et paucis cum eruditis philologis communicamus, diligenter perpensa erunt et firmiter stabilita, reliquum erit ut Boëthi reliquiae undique collectae ordine componantur et ex alienis secernantur. Arduum erit in nonnullis distinguere ex utro Boëthi libro annotatio desumta sit. Quae scripsit de τευτάζειν v. c. facile referes ad libellum περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀπορουμένων λέξεων, item quae scripsit in v. Ὀργεῶνες, similiaque. Contra in iis quae in v. Κυψελιδῶν ἀνάθημα notavit non est ulla λέξις ἀπορουμένη et scripta haec olim fuerunt in Boëthi λέξεων Πλατωνικῶν συναγωγῇ. Caeterum non multum refert ex utro libro annotatio quaeque hausta sit, modo verus auctor Boëthus agnoscatur ac desinamus opinari aut Photio aut (quod etiam multo peius est) Suidae quidquam ex his deberi, sed probum ac veterem ac perdoctum esse grammaticum harum observationum patrem et auctorem. Sunt autem hodie Boëthi reliquiae passim sparsae disiectaeque. Praestantissimae omnium exstant in Galeano Codice, in quo Photianae συναγωγῆς paulo plus quam dimidia pars superest. Reliquae e Suidae collectaneis eruendae sunt, ubi corruptae et interpolatae et cum alienis coniunctae et permistae tamen pellucent et agnosci possunt. Nonnullae et alio migraverunt, potissimum in Platonis Codices, ubi in ora libri ad suum quaeque locum appositae nunc receptae sunt in Platonis Scholia, id est in farraginem indigestam animadversionum omne genus, in quibus aliae sunt pueriles et nemini utiles, aliae optimae frugis et quantivis pretii, sunt etiam quaedam mediocres de

quibus omnibus infra nobis erit agendum, ubi dicemus de usu harum λέξεων ad Platonis scripta emendanda. Priusquam autem illuc transeo dicendum mihi est de aliis quibusdam perantiquis λέξεσι Πλατωνικαῖς, quae apud Photium servatae sunt (et ubi nos Photii codex destituit ex illo descriptae apud Suidam reperiuntur) neque tamen aut ex Timaeo depromtae sunt aut e Boëtho. Sed repetenda res est paulo altius, quamobrem novi capitis hoc argumentum esto.

(*Continuabitur*).

C. G. COBET.

HERACLITI EPHESII LOCUS RESTITUTUS.

Palmaria est Henrici Valesii emendatio in Dione Chrysostomo II. p. 113. πάνθ' ἁπλῶς προϊέμενος ἵν' αὐτῷ περιῇ ἐναντίον πάντων Ἕλλησι δοκεῖν τε καὶ εἶναι, ubi optime correxit ἓν ἀντὶ πάντων, quod quomodo in ἐναντίον abire potuerit docebit Bastius ad Gregor. Corinth. p. 331. Eadem opera corrigi potest Heracliti locus apud Clementem Alexandrinum Strom. V. pag. 682. Pott. αἱρεῦνται γὰρ ἐναντία πάντων οἱ ἄριστοι κλέος ἀνένναον θνητῶν. οἱ δὲ πολλοὶ κεκόρηνται ὅπως κτήνεα γαστρὶ καὶ αἰδοίοις καὶ τοῖς αἰσχίστοις τῶν ἐν ἡμῖν μετροῦντες τὴν εὐδαιμονίαν. Vera scriptura superest in libro IV. p. 586: Ἡράκλειτος ἓν ἀντὶ πάντων κλέος ᾑρεῖτο. Praeterea legendum: κλέος ἀέννναον. Θνητῶν δὲ πολλοί κτἑ. Verbis Heracliteis Clemens assuit decantata Demosthenis verba *de Corona* p. 324, 24: τῇ γαστρὶ μετροῦντες καὶ τοῖς αἰσχίστοις τὴν εὐδαιμονίαν, de quibus vide pereruditam Hemsterhusii annotationem ad Lucianum pag. 75.

C. G. C.

ISAEI ORATIO I. NONNULLIS LOCIS EMENDATA.

Gravi errore laborat locus Isaei I, 33: *οἴεσθε οὖν, ὦ ἄνδρες, τὸν οὑτωσὶ πρὸς ἑκατέρους ἡμᾶς διακείμενον ἡμῖν μὲν, οἷς οἰκειότατα ἐχρῆτο, οὕτω ποιεῖν ὅπως μηδὲ λόγον ὑπολείψει, τούτοις δὲ ὧν τισὶ καὶ διάφορος ἦν, σκοπεῖν ὅπως ἅπασαν βεβαιώσει τὴν οὐσίαν*; Scheibe ex AB edidit *οὕτω ποιεῖν ὥστε μηδὲ λόγον ὑπολείψειν*, sed sententiae labem non animadvertit, quam ego, si potero, sic patefaciam *ὥστε μηδένα αὐτῷ λόγον ἀπολιπεῖν*, id est ut nihil habeat quod dicat aut contra dicat. Hoc enim sensu, ut nemo nescit, Graece dicitur quis *οὐδένα λόγον τινὶ ἀπολείπειν*. Hinc statim intelligitur fieri non posse ut Isaeus dixerit *ὅπως μηδὲ λόγον ὑπολείψει* vel *ὥστε μηδὲ λόγον ὑπολείψειν*, quae verba et alio nomine vitiosa sunt, et si quid significant id significant quod ab Oratoris sententia alienissimum est. Quid Isaeus dicere debuerit perspicue ex reliqua parte loci et ex evidenti oppositione colligitur. Incredibile esse Isaeus demonstrat Cleonymum (de cuius hereditate agitur) iis quos habebat carissimos *nihil omnino reliquisse*, sed inimicis quibusdam suis reliquisse fortunas suas omnes. Opposita olim inter se fuerunt *ὅπως ἅπασαν βεβαιώσει τὴν οὐσίαν* et *contrarium*, quod nunc latet in mendosis his verbis *ὅπως μηδὲ λόγον ὑπολείψει*, quorum vera scriptura non est ad eruendum admodum difficilis ubi semel de sententia liquido constat. Nempe corrigendum est: *ὅπως μηδ' ὀβολὸν ἀπολείψει*. Composito *ὑπολείπειν* in tali re nullum locum esse nemo negabit. Noto usu dicitur *μηδ' ὀβολὸν ἀποδιδόναι, ἀπολείπειν* et sim. Aristophanes Nub. vs. 118:

τούτων τῶν χρεῶν
οὐκ ἂν ἀποδοίην οὐδ' ἂν ὀβολὸν οὐδενί.

et vs. 1250:

οὐκ ἂν ἀποδοίην οὐδ' ἂν ὀβολὸν οὐδενὶ,
ὅστις καλέσειε κάρδοπον τὴν καρδόπην.

Non potuit melius quam sic inter se opponere μηδ' ὀβολόν et ἅπασαν τὴν οὐσίαν.

Obiter eximamus vitium ex iis quae continuo praecedunt § 32: τὴν τ' ἔχθραν διηγήσατο καὶ προσηπείλησεν ὅτι δηλώσοι ποτ' ἂν τούτῳ ὡς διάκειται πρὸς αὐτόν. Additum ἄν orationem soloecam facit. Scribendum est: ὅτι δηλώσοι ποτὲ τούτῳ. Doctis hominibus persuaderi nondum potuit ἄν cum futuro tempore non coniungi praeterquam a scribis, quorum plebeia et vitiosa oratio ab istis sordibus non abhorrebat. Praeterea fac ἄν cum futuro recte construi (quamquam id absurdum est) et ne sic quidem vulgata lectio recte habebit. Recta enim oratio haec erat: δηλώσω ποτὲ τούτῳ κτἑ. quae in indirectam non aliter quam sic convertitur: καὶ πρὸς ἠπείλησεν ὅτι δηλώσοι ποτὲ τούτῳ κτἑ. Divisim scribendum esse πρὸς ἠπείλησεν ostendunt illi loci ubi πρός verbo postpositum est.

Quoties turbare soleant librarii in vocula ἄν perperam addenda aut omittenda aut ad alienum verbum referenda nemo ignorare potest qui vel unum scriptorem Graecum diligenter ad Codicum scripturam exegerit. Video huius erroris novum exemplum in vicinia I. § 24: ἄξιον εἶναί μοι δοκεῖ θαυμάζειν ὅ τι ποτὲ ἐπανορθώσας κυριωτέρας αὐτὰς ἡγοῖτ' ἂν ποιῆσαι. Facile senties praesertim admonitus ἄν ad verbum infinitum ποιῆσαι referri oportere. Itaque ἡγεῖτ' ἂν ποιῆσαι emendandum est. Idem fere est in talibus futurum ponere aut ἄν cum aoristo. Nemo negabit indicativum ἡγεῖτο poni oportere in hac orationis forma: τί ποτε· ἐπανορθώσας τὰς διαθήκας ἡγεῖτο κυριωτέρας ποιήσειν; Itaque ubi pro ποιήσειν substituitur eodem sensu ἂν ποιῆσαι manifestum est indicativum ἡγεῖτο mutari in optativum nullo modo posse. Tralaticium hoc mendum est sicubi δοκεῖς vel δοκεῖ cum ἄν et aoristo iungitur, ubi scribae imperiti δοκοῖς et δοκοῖ supponere assolent, vel δοκοίης vel δοκῇς. Isocrates πρὸς Δημόνικον § 12: ἐγώ σοι πειράσομαι συντόμως ὑποθέσθαι δι' ὧν ἄν μοι δοκοίης — πλεῖσον πρὸς ἀρετὴν ἐπιδοῦναι, recte Bekker. »imo δοκεῖς." Demosthenes p. 43, 29: ὡς ἄν μοι βέλτιστα καὶ τάχιστα δοκεῖ (S. δοκῇ)

παρασκευασθῆναι, et p. 52, 13: ἀποχρῆν ἐνίοις ὑμῶν ἄν μοι δοκεῖ, S et optimi omnes vitiosum δοκῇ exhibent.

Multis modis vitiatus est locus Isaei I. 11. ubi Scheibe edidit: ταῦτα διανοηθεὶς ἐκεῖνος — διέθετο. καὶ εὐθὺς ἐρωτῶντος τοῦ Δεινίου παραχρῆμα εἴ τι ἡμῖν ἢ τῷ πατρὶ ἐγκαλεῖ τῷ ἡμετέρῳ ἀπεκρίνατο πάντων τῶν πολιτῶν ἐναντίον ὅτι οὐδὲν πονηρὸν [ἐγκαλεῖ], καὶ ἐμαρτύρησεν ὡς ὀργιζόμενος ἐκείνῳ — ταῦτα διέθετο. Primum molestum asyndeton ita removendum est ut scribatur ταῦτα (δὴ) διανοηθείς. Quemadmodum apud Platonem vidimus νυνδή, ubi δι- sequitur, in νῦν abire solere, sic saepe apud Oratores videbis ΔΗ ante διανοηθείς vel διανοηθέντες intercidisse. Praeterea, ut dudum alias admonui, εὐθύς est expellendum. Ubi παραχρῆμα legitur Graeculi εὐθύς vel εὐθέως adscribunt, namque quid esset παραχρῆμα illis temporibus vulgo ignorabatur. Hesychius Παραχρῆμα: παραυτίκα, [ἀθρόως] εὐθέως, ubi expunge ἀθρόως e dittographia natum. Docti homines aequo animo illud emblema ferre et defendere solent. Ubi coniunguntur εὐθέως παραχρῆμα vel παραχρῆμα εὐθέως fortasse *lacteam ubertatem* hanc esse arbitrantur, verum quomodo diversis locis collocata, ut apud Isaeum εὐθὺς ἐρωτῶντος τοῦ Δεινίου παραχρῆμα, concoquere possint non assequor. Quod sequitur: ἀπεκρίνατο πάντων τῶν πολιτῶν ἐναντίον, hoc quidem nemo ferre potuit et omnes certo mendo remedium quaesiverunt. Alii πάντων τῶν παρόντων, alii πάντων τῶν φίλων coniecerunt, quorum neutrum placet, neque enim φίλων mentio satis idonea est, quasi vero Cleonymus quum testamentum faceret pro paucis testibus amicos suos convocasset *omnes*, et τῶν παρόντων ἐναντίον ineptam habet tautologiam, quasi diceres *praesentibus omnibus qui adessent*. Equidem veterem dittographiam suspicor subesse, nam saepe solent ΠΑΝΤΩΝ et ΠΟΛΙΤΩΝ inter se permutari. Nihil desiderabitur in hac scriptura: ἀπεκρίνατο πάντων ἐναντίον ὅτι κτέ. In iis quae respondit non unum verbum sed duo pessime abundant. Codices exhibent: ἐρωτῶντος τοῦ Δεινίου παραχρῆμα εἴ τι ἡμῖν — ἐγκαλεῖ ἀπεκρίνατο ὅτι οὐδὲν πονηρὸν ἐγκαλεῖ, nisi quod unus liber secundum ἐγκαλεῖ omittit, quod omittendum esse unumquemque vel auris admonuerit, neque alia causa esse videtur quamobrem in uno Codice omissum sit. Sed non

est satis ἐγκαλεῖ expungere: eadem opera πονηρόν quoque expunctum oportuit. Nihil enim facit ad rem Aristophanis versiculus a Dobraeo comparatus ex Pac. vs. 363:

οὐδὲν πονηρόν, ἀλλ' ὅπερ καὶ Κιλλικῶν.

nam ubi quis quaerit:

ὦ μιαρὲ καὶ τολμηρέ, τί ποιεῖν διανοεῖ;

optime respondetur: οὐδὲν πονηρόν, verum si quis rogat: τί ἡμῖν ἐγκαλεῖς; ineptum et ridiculum est, ut opinor, οὐδὲν πονηρόν respondere, quasi vero quis etiam χρηστόν τι ἐγκαλεῖν potuisset umquam. Reponenda est igitur haec simplicissima lectio: ἀπεκρίνατο πάντων ἐναντίον ὅτι οὐδέν, καὶ ἐμαρτύρησεν ὡς ὀργιζόμενος. — ταῦτα διέθετο.

Saepe vidi comparativum et superlativum propter nota scripturae compendia inter se confundi, sed raro apertius illud vitium quam apud Isaeum I. 27. ubi tamen Criticorum oculos effugit in his verbis: ἔτι τοίνυν τούτων ἁπάντων ἀναιδέστατος τῶν λόγων ἐστίν, ὅταν τολμῶσι λέγειν κτἑ. namque ἀναιδέστερος emendari oportere clamat vocula ἔτι initio posita, quae cum comparativo sexcenties coniungitur, sed cum superlativo ne potest quidem coniungi.

Relegam nunc totam orationem et si quid corrigendum superest paucis indicabo.

In § 3. verba ὡς ὑμᾶς εἰσεληλύθαμεν non videntur mihi vitio carere. Est in lingua Attica in magna dicendi copia et opibus singularis quaedam loquendi constantia et in aliis et in verbis locutionibusque forensibus, ubi τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν necesse est dicere et a verbis legitimis conceptisque discedere ius non est. Sic perpetuo more in iudiciis εἰσάγειν et εἰσιέναι ponuntur et coniunguntur cum praepositione εἰς, non πρός, neque ὡς. Εἰς δικαστήριον εἰσαγαγεῖν et εἰσελθεῖν omnes constanter dicebant, in quibus δικαστήριον non de loco usurpatur, sed collective, ut Romanorum *consilium*, sic appellantur omnes qui in quaque causa sedent iudices. Sic apud Aristophanem est in Vesp. vs. 622:

ἢν γοῦν ἡμεῖς θορυβήσωμεν πᾶς τις φησὶν τῶν παριόντων·
οἷον βροντᾷ τὸ δικαστήριον, ὦ Ζεῦ βασιλεῦ.

et in eadem fabula vs. 303:

ἢν μὴ τὸ δικαστήριον ἄρχων καθίσῃ.

Luculenter idem apparet e loco Vesparum vs. 595.

τὰ δικαστήρι' ἀφεῖναι πρώτιστα μίαν διπάσαντας,

ubi scribendum esse censeo: πρῶτον μίαν ἐκδικάσαντας. Εἰς δικαστήριον ἰέναι dicebatur iudex qui *sessum ibat*, ut in Ecclesiaz. 460:

οὐδ' εἰς δικαστήριον ἄρ' εἶμ', ἀλλ' ἡ γυνή;

rei dicuntur εἰσιέναι εἰς δικαστήριον, et accusatores εἰς δικαστήριον εἰσάγειν τινά. Eodem modo εἰς τοὺς δικαστὰς εἰσελθεῖν dici solet, et qui iudices alloquitur εἰσῆλθον εἰς ὑμᾶς habet in ore. Emenda Platonis Apologiam Socratis p. 24. D. τὸν μὲν γὰρ διαφθείροντα ἐξευρὼν ἐμὲ εἰσάγεις τουτοισί, imo vero εἰσάγεις (εἰς) τουτουσί. Perspicuum est cur praepositio exciderit. Solemne ac legitimum εἰς in talibus scioli et correctores saepe in πρός et nonnumquam in ὡς refingunt, quoniam videlicet extra hanc formulam iudicialem εἰς et πρός sive ὡς certo discrimine dirimuntur, ut εἰς cum rebus componi soleat, πρός et ὡς cum personis. Graeculi igitur εἰς δικαστήριον εἰσελθεῖν quid esset sibi videbantur intelligere, sed εἰσῆλθον εἰς ὑμᾶς non item, quamobrem πρὸς ὑμᾶς rescribebant nescientes quo sensu in foro Attico εἰσελθεῖν πρός τινα diceretur. Itaque Isaeo reddiderim εἰς ὑμᾶς εἰσεληλύθαμεν similiterque reliquis Oratorum locis ubi eadem chorda scribae oberrarunt. Subiiciam Demosthenis locos quosdam ea labe affectos. Pag. 907, 6: οὐδεμίαν πώποτε δίκην πρὸς (εἰς) ὑμᾶς εἰσήλθομεν οὔτ' ἐγκαλοῦντες οὔτ' ἐγκαλούμενοι ὑφ' ἑτέρων. Pag. 1284, 1. εἰσελήλυθε πρὸς (εἰς) ὑμᾶς δηλονότι ὡς ζημιώσων ἡμᾶς τῇ ἐπωβελίᾳ. Pag. 1296, 21: ταῦτ' ἔχοντες τὰ δίκαια εἰσεληλύθαμεν πρὸς (εἰς) ὑμᾶς. Emendate scriptum est in eadem oratione p. 1297, 5: εἰς Ἀθηναίους εἰσεληλυθότες. Est operae pretium addere nonnullos Demosthenis locos ubi in εἰς et πρός scribae dissident. Pag. 182, 9: ἀπεβλέψατε πρὸς ἀλλήλους, S. εἰς. Pag. 901, 21: τὴν πρὸς τὴν τράπεζαν duo optimi, caeteri εἰς. Pag. 1155, 13. ἐλθόντες πρὸς τὴν οἰκίαν, in aliis εἰς τὴν οἰκίαν. Eadem varietas in aliorum Codd. frequenter apparet, saepe etiam ubi libri omnes fideliter conspirant loquendi usus et ratio εἰς et πρὸς inter se locum mutasse demonstrant.

Emendandum est ἀπολιπόντες pro ἀπολείποντες § 7. in his verbis: ἤκουσιν ἐφ' ἡμᾶς καὶ τοὺς φίλους παρακαλέσαντες καὶ

ῥήτορας παρασκευασάμενοι καὶ οὐδὲν ἀπολείποντες τῆς αὐτῶν δυνάμεως. Sunt certi quidam aoristi, qui in omnibus Codd. solent frequentissime in praesentis temporis formam refingi. Nostrum est ubique constituere utrum λιπεῖν cum compositis an λείπειν verum sit, ἄγειν an ἀγαγεῖν, ἄγεσθαι an ἀγαγέσθαι, πείθεσθαι an πιθέσθαι, βάλλειν an βαλεῖν. In his omnibus supervacaneum est librorum scripturas discrepantes enotare, quoniam ubique contra sententiam et contra metrum hae formae inter sese permutantur. Eadem ratio est in δούς et διδούς, praesertim in compositis. Perdit operam qui in talibus libros consulit: sola ratio docet utra sit vera lectio. Exemplum ex Isaeo unum apponam ex hac ipsa oratione § 39: ἠναγκαζόμεθα τὰς Κλεωνύμου θυγατέρας ἢ λαβεῖν αὐτοὶ γυναῖκας ἢ προῖκα ἐπιδιδόντες ἑτέροις ἐκδιδόναι. Unice verum est ἐπιδόντες, quod et ratio suadet et multa multorum testimonia confirmant. Isaeus II. 3: ἐκδίδομεν τὴν ἀδελφὴν — προῖκα ἐπιδόντες εἴκοσι μνᾶς, et § 5: δίδομεν αὐτῷ τὴν ἴσην προῖκα ἐπιδόντες ἥνπερ καὶ τῇ πρεσβυτέρᾳ ἀδελφῇ ἐπέδομεν, et multis aliis locis.

In § 12. Scheibe edidit: οὐδὲ περιεῖδεν ἡμᾶς οὐδ' ἑνὸς ἐνδεεῖς ὄντας, sed recipere debuerat οὐ περιεῖδεν pro οὐδέ, et οὐδενὸς ἐνδεεῖς intactum relinquere. Qua de causa pro οὐδὲν δέομαι substitui οὐδὲ ἕν non potest, eadem de causa οὐδενὸς ἐνδεής in οὐδ' ἑνός converti nequit.

In § 15: οὐ μόνον αὐτὸς οὐκ εἰσεκάλεσεν ἀλλὰ καὶ ἐλθόντα ἐπὶ τὴν θύραν Ἀρχωνίδην ἀπέπεμψεν, corrigendum est οὐκ ἐκάλεσεν pro εἰσεκάλεσεν. Εἰσκαλεῖσθαι enim dicuntur qui ante fores sunt exspectantes dum intro admittantur. Qui medicum, qui magistratum vocat, i. e. *arcessit*, καλεῖν dicitur, ut paulo ante recte scribitur § 14: καλέσαι τοὺς ἄρχοντας προσέταξεν et § 22. καλεῖν τὴν ἀρχήν. Quod in tali re idem significat μεταπέμπομαι legitur § 18: μετεπέμπετο τὴν ἀρχήν, quae verba repetuntur § 21.

Una litterula periit § 19. in verbis: εἰ καὶ ἡμεῖς ὁμολογήσομεν ταῦτα καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ πιστεύσετε κτέ. Quid sibi vult αὐτοί? Quid est: »si nos haec vera esse fatebimur et vos *ipsi* fidem habebitis?" Nulla est in his oppositio, nam si actor ea quae adversarius contendit vera esse fatetur et iis

iudices habent fidem, nemo superest de quo cogitari possit. Emenda *καὶ ὑμεῖς αὐτοῖς πιστεύσετε*. Scribi in Codicibus solet *αὐτοῖ σπιστεύσετε* litteris *σπ* noto nexu complicitis, unde natus est error.

Errore apud Isaeum haud infrequenti legitur § 22. *δυοῖν θάτερα*, quod miror quomodo quis concoquere possit. *Δυοῖν θάτερον* quid sit novimus, *δυοῖν θάτερα* non item. Scribebatur *θάτε*, quod male expletum est. Eodem modo corrige § 38. *θάτερον τούτων* pro *θάτερα*.

Ludicrum vitium inest § 30. in verbis: *ἔπειτα εἰ μὲν καὶ νῦν οὕτω πρὸς ἀμφοτέρους ἡμᾶς ἔχων ἐτελεύτησεν ὥσπερ ὅτε τὰς διαθήκας ἐποιήσατο, εἰκότως ἄν τις ὑμῶν πιστεύσειε τοῖς λόγοις τοῖς τουτωνί*. Quorsum refertur *καὶ νῦν*? Nempe ad *ἐτελεύτησεν*. Non datur ulla optio. Sed absurdum hoc est *εἰ καὶ νῦν ἐτελεύτησεν*, quasi vero et antea diem obiisset, quod quodammodo in histriones cadit, quorum unus tumulo suo inscribi iussit:

πολλάκις ἀποθανὼν ὧδε δ' οὐδεπώποτε,

in caeteros homines non item. Quid lateat in ΚΑΙΝΤΝΟΤΤΩ in re tam simplici non est difficile ad eliciendum. Nempe ΚΛΕΩΝΤΜΟCΟΤΤΩ, *εἰ μὲν* Κλεώνυμος *οὕτω πρὸς ἀμφοτέρους ἡμᾶς ἔχων ἐτελεύτησεν*. Relege ea quae praecedunt ac senties Cleonymi nomen h. l. inseri oportere. Res est manifesta, neque pluribus verbis opus est.

Eadem opera triplex mendum deprehendi potest in §§ 38, 43 et 51, ubi in libris est § 38: *πάντων δ' ἂν εἴη δεινότατον εἰ — ἀξιώσετε*. § 43: *πάντων ἂν εἴη δεινότατον εἰ — ποιήσετε*. § 51: *πάντων ἂν εἴη δεινότατον εἰ — ψηφίσεσθε — ἡγήσεσθε — ἀξιώσετε*. Barbarum est *ψηφίσεσθε*, sed optime emendavit Bekkerus *ψηφίσαισθε — ἡγήσαισθε — ἀξιώσαιτε*. Nemo nescit utrum Ε an ΑΙ scribendum sit e libris constitui non posse. Ipsa, quam vocant, consecutio temporum clamat optativum requiri. Quin tu igitur in § 38. eodem iure et eadem de causa *ἀξιώσαιτε* reponis et § 43. *ποιήσαιτε*. Futurum in apodosi tum recte ponitur ubi in protasi aut *ἐάν* est aut *εἰ* cum futuro, ut in § 40: *οὐκ ἄρα δίκαια — ψηφιεῖσθε εἰ — ἀναγκάσετε — ποιήσετε*, et passim alibi.

Expunge molestum articulum in § 42: *οὗτοι γὰρ* [*τὸ*] *ἀνελεῖν αὐτὰς ἐκείνου βουλομένου διεκώλυσαν.*

Emenda in § 44: *εἰ τοίνυν συνέβη Κλεώνυμον μὲν ζῆν* pro *Κλεωνύμῳ.* Manifesto enim requiritur: »si enim usu venisset ut Cleonymus viveret." non »si Cleonymo accidisset ut viveret," quod sensu vacuum est.

Excidit *ἄν* in § 46. *καὶ ἡμεῖς οὐδένα ἄλλον ἠξιώσαμεν ταύτης τῆς δωρεᾶς.* Requiritur *οὐδέν' ἂν ἄλλον*, quod dudum viri docti viderunt et *ἐκ περιουσίας* demonstrant verba vicina *οὕτως ἂν ἐνεχειρίσαμεν.* Editores negant esse opus. Qui locum diligenter expenderit abesse *ἄν* nullo modo posse sentiet.

Editor ne commemoravit quidem verissimam Dobraei emendationem in § 47. *νῦν μὲν — ὅτε* (pro *ὅτι*) *λήψεσθαί τι προσδοκῶσιν.*

Vitiosum est *προείλοντο* in § 47, sed quid in eo lateat non exputo. Quaerant alii. Similiter acutioribus indagandum relinquo quo pacto § 48. constituenda sit, ubi quae sit vera scriptura excogitare non potui, sed hoc solum video neque *ὅσῳ γὰρ ἂν ταῦτα λέγοντες* sanum esse, neque *καὶ νῦν μὲν ἐβούλετο ἡμᾶς μηδὲν τῶν αὐτοῦ λαβεῖν.*

C. G. COBET.

SOPHOCLIS LOCUS IN OEDIP. COLON. VS. 378—381. TENTATUS.

Est in Sophoclis Oedipode Coloneo locus, in quo expediendo nemo umquam aut sibi aut aliis satisfecit. Legitur vs. 378 sqq. his verbis:

τὸ κοῖλον Ἄργος βὰς φυγὰς προσλαμβάνει
κῆδός τε καινὸν καὶ ξυνασπιστὰς φίλους,
ὡς αὐτίκ' Ἄργος ἢ τὸ Καδμείων πέδον
TIMHI *καθέξον ἢ πρὸς οὐρανὸν βιβῶν.*

quae ad hunc locum in Scholiis circumferuntur antiquorum magistrorum interpretationes incredibilem eorum levitatem ar-

guunt et absurdissimae sunt. Qui eas rident ipsi nihilo meliora excogitarunt. Sed nemo umquam poterit saniorem interpretationem excogitare quoniam grave vitium in uno vocabulo commissum loci sententiam obscuravit ac penitus pessumdedit.

Legi nuper Bentleii epistolam ad P. Burmannum, quae in Bibliotheca Lugduno-Batava servatur, in qua Criticorum princeps ita scribit: »Equidem in duo genera dispescere solco »veras emendationes; has appello *Grammaticas*, quae in di»ctione sola tamquam in superficie versantur; illas *λογικὰς*, »*rationales*, *philosophicas*, *mathematicas*, quae cum dictio sa»tis sana videatur, ex imo sententiae fundo feliciter eruun»tur. Priores vel a Codicibus vetustis saepe suppeditantur et »in illo genere *πολλοὶ* sunt *ναρθηκοφόροι*, in altero *παῦροι* Bém»*χοι*. Huius, opinor, modi est emendatio Lucani I. 302.

Hoc cruor Arctois meruit diffusus in arvis
Vulneraque et mortes hiemesque sub Alpibus actae.

»falsum est ex historia *sub Alpibus* et praeterea regiones istas »opulentae et amoenae contra sententiam. Stulte quoque mor»*tes*: vivos certe milites alloquebatur. Scripsit auctor:

Vulneraque et toties hiemes sub pellibus actae.

»Error librarii ALPIBUS pro PELLIBUS, quo semel admisso caetera corrector interpolavit."

Apud Sophoclem quoque *ex imo sententiae fundo* eruenda erit emendatio, quae sententiam praebeat sanam, perspicuam, lucidam, Sophocle dignam. Quis olim fuerit loci sensus ex reliquiis scripturae haud secus atque in lacuna non est admodum difficile ad perspiciendum. Idem mihi atque Elmsleio videtur qui annotavit: »*Sensus est*: *ὡς τῶν Ἀργείων αὐτίκα ἢ νικησόντων τοὺς Θηβαίους ἢ ἡττηθησομένων ὑπ' αὐτῶν.*" Planissime assentior, sed non est in illa observatione, ut Elmsleius fecit, subsistendum: quaerendum est quibus verbis magnus poëta hanc sententiam enuntiaverit. Cave enim credas utramque huius sententiae partem in vulgata scriptura inesse. Inest pars posterior tantum *ἢ πρὸς οὐρανὸν βιβῶν*, id est *ἢ κλέος οὐρανόμηκες τοῖς Θηβαίοις περιθησόντων τῶν Ἀργείων ὅταν ἡττηθῶσιν*. Prior pars non inest, quia *τιμῇ κατέχειν τὰς Θήβας*

hil omnino significat. Ridemus enim levem scholiastam, i serio affirmat τιμήν esse πρόστιμον et τιμωρίαν: itaque ιῇ κατέχειν esse τιμωρίᾳ ὑποτάττειν, quod accepisse videtur o τιμωρίαν sive ζημίαν ἐπιτιθέναι, δίκην λαμβάνειν παρὰ τῶν ηβαίων, sed audi ipsum: καὶ τὸ Καδμείων πέδον τιμωρίᾳ ὑποξων. τὸ γὰρ τιμῇ ἴσθ' ὅτε πρόστιμον δηλοῖ. Ὅμηρος·

εἰ δ' ἂν ἐμοὶ τιμὴν Πριάμοιο [Πριάμοιό τε παῖδες
τίνειν οὐκ ἐθέλωσιν Ἀλεξάνδροιο πεσόντος].

ad. Γ. 288. Hoc vero est interpretari! τιμὴν τίνειν, ἀποδιδόναι quid sit intelligimus, et nihil cum τιμωρίᾳ mmune habere hoc quoque intelligimus. Eodem cerebro gnum est quod continuo magister addidit ἤ apud Sophoclem s significare καί. Nugae! meliora quaeramus. Quoniam conariis contraria opposita fuisse certum est apparet Sophoclem rgivorum cladi et ingenti Thebanorum gloriae victoriam Argirum captasque Thebas opponere debuisse. Statim de summa rum dimicabitur et Argivi aut victores Thebis potituri sunt it victi ingentem Thebanis laudem ac gloriam addituri. Itaie requiritur τὸ Καδμείων πέδον αἱρήσειν παλέμῳ aut κρατήσειν it κατασρέψεσθαι βίᾳ, τοῖς ὅπλοις aut aliquid denique huiusodi. Solum TIMHI corruptum est. Scribendum esse cenо:

ὡς αὐτίκ' Ἄργος ἢ τὸ Καδμείων πέδον
AIXMHI καθέξον ἢ πρὸς οὐρανὸν βιβῶν.

emo dubitabit quin αἰχμῇ κατέχειν τὸ Καδμείων πέδον pro ιτασρέφεσθαι τῷ πολέμῳ, τοῖς ὅπλοις, βίᾳ rectissime sit dium et Sophocle dignum. Αἰχμῇ et δορί pro πολέμῳ omnes xerunt, quemadmodum et αἰχμαλωτός et δοριαλωτός. Αἰχμῇ ιτέχειν igitur est τῷ πολέμῳ sive τοῖς ὅπλοις κρατεῖν, quod sum Poëtae locus postulat. Unde natum sit TIMHI pro IXMHI sic explicandum videtur. Quum in vetere libro deito ac lacero * * * MHIKAΘΕΞΟΝ superesset sciolus substanvum in — μῇ exiens quod primum in mentem venit supplet de suo deditque τιμῇ καθέξον, quod nunc miseri Interetes explicare nituntur sed perdunt operam.

C. G. C.

INTERPUNCTIO IN LIBRIS MSS. ET EDITIS VITIOSA.

Saepe fit ut in libris Mss. interpunctio scribarum arbitratu constituta cum scriptoris sententia manifesto pugnet, et nonnullis locis factum est ut veteres illi scribarum errores nondum deprehensi et sublati sint. Huius rei duo exempla adscribam e Demosthene. Dindorfius edidit p. 76, 21: *οὐκ ἔστιν ὅπως αἱ αἰτίαι, ἃς Φίλιππος αἰτιᾶται, τοὺς ὑπὲρ τῶν δικαίων πρὸς ὑμᾶς λέγοντας κωλύσουσι συμβούλους ἡμᾶς γίγνεσθαι ὑπὲρ τῶν ὑμῖν συμφερόντων*: ea interpunctio prorsus sententiam verborum turbat et corrumpit: *τοὺς λέγοντας* pendet ab *αἰτιᾶται*, non a *κωλύσουσι*, quamobrem post *λέγοντας*, non post *αἰτιᾶται*, est incidendum. Si illud voluisset Orator dicere verba sic composuisset: *τοὺς ὑπὲρ τῶν δικαίων — λέγοντας ἡμᾶς κωλύσουσι συμβούλους γίγνεσθαι*. In eadem oratione pag. 78, 1. negligenter admodum editur: *ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἐκεῖνό γε λανθάνει αὐτὸν ὅτι δι' ἀμφοτέρων τῶν ὀνομάτων ὁποτέρῳ ἂν χρῆσθε ὑμεῖς, ἕξετε τὴν νῆσον ἄν τε λάβητε ἄν τ' ἀπολάβητε*, imo vero: *ὁποτέρῳ ἂν χρῆσθε, ὑμεῖς ἕξετε τὴν νῆσον*. In his est vis et acrimonia *ὑμεῖς ἕξετε*, (*οὐκ ἐκεῖνος*). Iuvat pauca addere e lepidissimo Aristophane. In Equitibus vs. 12. Bergkius edidit:

NIK. *τίς οὖν γένοιτ' ἄν; λέγε σύ.* ΔΗΜ. *σὺ μὲν οὖν μοι λέγε.*

tu haec ita divide:

N. *τίς οὖν γένοιτ' ἄν;* Δ. *λέγε σύ.* N. *σὺ μὲν οὖν μοι λέγε.*

Turpe vitium est in Avibus vs. 703:

ὧδε μέν ἐσμεν
πολὺ πρεσβύτατοι πάντων μακάρων. ἡμεῖς δ' ὡς ἐσμὲν Ἔρωτος πολλοῖς δῆλον.

nihil certius est quam sic esse emendandum: *πολὺ πρεσβύτατοι πάντων μακάρων ἡμεῖς*. Tum: *ὡς δ' ἐσμὲν Ἔρωτος πολλοῖς δῆλον*, quam emendationem olim occupavit Dobraeus, sed Dobraei complures certissimas correctiones Editores Aristophanis nescio quomodo ignorare videntur.

C. G. C.